H.IV. 14

Florenosz 116:20

NICOLAI

NOMESSEI CHARMENSIS LOTHARINGI PARNASSVS BICOLLIS,

Ex libris Gregorij Czurylouij 1700

NVNC RECENS AB IPSO AVTHORE RECOGNITVS, MVLTISQVE PHRASIBVS AC periphrasibus poeticis auctus, nec non 148. circiter Nouorum Titulorum accessione locupletatus, quos 15 pag. indicabit.

ACCESSIT AD PRIORES NOVEM MVSAS, DECIMA ECHO, multis quam antea modis perfectior; In gratiam eorum, qui variorum ac difficiliorum carminum sunt studiosi.



MOGVNTIAE,
Sumptibus IOANNIS CRITHII
ANNO M. D. CXIV.

IN FIGVRAM PARNASSI, LIBRI FRONTISPICIO

præfixam,

Erem Camaldul ad Varsavi

ECHO.



ECquis hic alta petens Mons arduus astra duobus
Verticibus, densa cœlum qui intercipit vmbra?
Num Vesuuinus apex? duris num cautibus horrens
Caucasus? aut Silicis saxosa cacumina Tauri?
Fallor, an Aonidum iuga sunt hæc sacra Dearum?
Harum *Quis tu autem qui me de vertice summo*
Alloqueris? Quæris? *Quæro, tu mutua dictis*
Dicta refer. Num capripedum de gente proterua
Es Satyrorum aliquis? Quis? *Tun' Pan ille bicornis,*
Qui montes vastæ Arcadiæ syluasq́ pererras?
Erras. *Fortè latens aliquis post ardua montis*
Espinis me ludificans affatur acutis?
Οὔτις. *Quisnam igitur? Num tu resonabilis Echo,*
Musarum, Charitumq́ choro gratissima semper
Nais? Ais. *Memora quæso, si forte bicollis*
Nobile, Nympha iugum vicinum Phocidos aruis
Cernere Parnassi tibi contigit? Indomitis quem
Et tanto Turcis indignum munere semper

Inuidi? Vidi. *Numquid non æmulus isti*
Celsa Nomesseij *nouus hic* Parnassus *in astra*
Assurgit? Surgit. *Sed quasnam in vertice Nymphas*
Conspicio? quæ forma? Deas reor esse, Iouis q̃
Cognatas. Gnatas. *En vt radiantia certant*
Lumina sideribus! vultus quæ gratia! morum
Quantus honos! Regio has quæ nutrijt ante puellas?
Hellas. *Et inde tuo veniunt à culmine Pindo?*
Inde. *Quis inde Deas longè per Doridos vndas,*
An Solymannorum furor impius egit abire?
Egit abire. *Ferox nimis ô, nimium q̃ superbis*
Effera gens animis! Nimis. *An non fulmine digni?*
Igni. *Quos q̃ atri excipiat dehinc Ditis opacum*
Hospitium. Piceum. *Iam dic mihi, Nympha, Quis ille*
Quis Puer ille sacra redimitus tempora lauro
Doctiloquas medius Nymphas sedet inter ephœbus?
Phœbus. *Latonâ prognatus?* Natus. *Et ipsum*
Compellare Iouem Patris qui nomine gaudet?
Audet, *Amor vatum, quo solo agitante calescunt,*
Præq̃ alijs cuius cuncti venerabile clamant
Phœbicolæ Numen: Phœbi cole numen *Hic illud*
Musarum est columen? Lumen. *Quem carminis aiũt*
Fautorem? Authorem. *Dic porrò Nympha, putasne*
Ad iuga sacra vias mihi fas tentare latentes?
Attentes. *Nil non vincit labor improbus, an non*
Hoc duce prensabo montis capita aspera? Spera.
Atq̃ ipsum victor superabo cacumen? Acumen.
Sed cùm multi adeò inciuilia pectora gestent
Nequaquam vt doctos pudeat contemnere vates;
Dic, quibus assimulas, Quibus ipsius aurea sordent
Scripta Maronis? Ovoις. *At vanos esse Poetas*

Con-

Contendunt, tractare nihil nisi somnia vana.
Omnia vana. *Tutas ergo rationibus illos*
Non nitti solidis? Olidis. *Et talia plebi*
Argumenta quid est obtrudere? Rudere. *forsan*
Hos latet, arcanos quod sæpe poëtica sensus
Fabula ceu duro nucleum sub cortice velat?
Sic adopinor. Opinor. *At ô cur carmina spernunt?*
An quia laude ipsi nulla nec carmine digni
Forte viris alijs partam per carmina laudem
Inuideant? Videant. *Quin ergo & protinus ipsos*
spernimus, eq; Scholis explodimus? Odimus. *Ipse*
Aonidum solitus Cicero est defendere partes?
Artes. *Quid nostri memorem doctissima secli*
Nomina, queis præter legum studium q; sacratæ
Spinosum Themidos placuit quoq; tempora cingi
Phœbi laureola? Aureala. *Censesne Virorum*
Istorum hinc laudes decrescere? Crescere. *Longè*
Hinc abeant igitur si qui sua somnia Musis
Post habeant? Abeant. *Charitum & quicumq; perosi*
Castalidum q; gregem. Regem. *Procul este prophani*
Ovani. *Non his vobis è floribus vlli*
Sperandi fructus, noster quos vnica Phœbi
Cura Nomesseius legit. magno q; labore
In vulgus dedit. Edit. *Apes imitata iuuentus*
Hinc sibi mella legat, studiosa, suo q; magistro
Sollicito grates persoluat pectore & ore,
O, re. *Re dignas tanto pro munere grates*
Haud vlli facile est vnquam persoluere. Verè.
Hoccine, Nympha, sat est? Nostræ plus laudis egebit?
Haud is egebit. *Abi nunc, si vis, antra reuise*
Semicapri Panos, qui te per deuia passim
Rura requirit amans. Amens, *sibi te q; veretur*

Præreptam, Ereptam. *Sed num te obscura dedere*
Limina? num genus est ignobile? Nobile, *nunquid*
Authores generis tibi sunt, dea Tinnula, Diui?
Sic equidem audiui, Diui. *Quid Diua proteruos*
Sectaris satyros, rupes Parnassia sedem
Præbeat alta tibi, poscit te Phœbus & ipsæ
Te sibi doctiloquæ gaudent sociare Camœnæ.
Mene? *Vale, Vadisne? quid hic subsistimus?* Imus.

Lusit Ioannes Honthemius.

Ana-

ANAGRAMMA
Autoris ad seipsum.

NICOLAVS NOMESSEIVS
IO, COLENS MVSAS VENIS.

Sibi negatas, attamen
Mens liberalis non negat,
Imo lubenti literas
Honore gaudet prosequi.
Pro viribus non obstinax
Saltem nouenas tu quoq;,
Licet tibi non rideant,
IO, COLENS MVSAS VENIS.

Aliud cum allusione ad nomen Authoris.

NICOLAVS NOMESEIVS LOTHARINGVS.
VINCO, HONOSNE ILLE GRATVS A MVSIS?

Serta tibi cernens Nomeseie virentia dulces
Nectere tres Charites, Pierideſque deas,
Exultans, tactusq; noua dulcedine mentem
Vinco, *ais*, A Muſis illene gratus honos?
Fabricium vincis, Fundanum vincis, & omnem
Turbam, quæ claros hos imitata viros,
Florilegæ dum ſicut apes, per amœna vireta
Authorum volitans dulcia mella legis.
Νικόλεως *igitur* Victorem *quando Pelaſgis*
Denotat, hoc merito nomine Victor *ouas.*
Jo. Honthemius.

Alia allusio ad Authoris nomen.

Πάντας ὅσοι φράσεων ἄνθη σύλλεξαν ἔνικας,
Τοὔνεκα Νικόλεως οὔνομα λάμπρον ἔχεις.

Idem Latine.

Vicisti, quot quot flores legere loquendi,
Nicoleus meritò nobile nomen habes.

EX ANAGRAMMATIBVS ECHO ACROSTICHA OMNIBVS VERSIBVS RETROGRADA DE AVTHORE.

NICOLAVS NOMESEIVS Charmenſis.

ANAGRAMMATA.

SALVE ECHO, MARONEMN' IS SIC NISVS,
AN HIC SEMEL NOVVS MARO, NESCIS? IS.

N	ota Dea arboreis vmbroſum montibus illi
I	lluminans ius Nympha, va
C	ælituum metra d
O	reſimul vertens facies. Ech. Acies. Sacra mate
L	ibens veni. Tenet iugu
A	onidum ætheria
V	oci ſacratum ! hocis binum cui culme
S	ubit Dei caſtra. Ech. Aſtra. Dÿ
N	um tuga Lauriger
O	cculant cytharas? Ech. Aras. quas flamine plenus
M	ARO HIC NOVVS dedit. Ech. Edit.
E	gregie recreo
S	Ic, at vbi γλωσσώδρομε Ech. Romæ (hæc hæc petra ver
E	ſt) At viris Germanic
I	n genere vt venit (e
V	t non tu ignaue) Ech. Nauc. hem porro, quibus (art
S	ubi) is? Ech. Vbi is. Eo, tu ea
O	mniloquens, ſatis eſ

C	
H	
A	
R	
M	
E	
N	
S	
I	
S	
H	
A	
R	
I	
O	
N	
E	
S	
T	

Ἐξ μ' ἀμνὸς μῦλιός.
Hermannus Mylius.

AD NI-

AD NICOLAVM NOmeſſeium.

MVſarum alumne, Delphicus tibi fauens Apollo
A patria longè remoto, montis in receſſu
Parnaſſi inumbrauit caput frondis ſuæ corona,
Chordamq́; eburnam docuit aureo ferire plectro,
Docuit ſonare voce cygnea melos ſuaue,
Quo blandus ad ſe beſtias traxiſſe fertur Orpheus.
Non hoc plus olim filio gauiſus eſt Apollo,
Amphionem non Iupiter ſuum plus olim amauit.
O digne vita ſempiterna: Neſtoris ſenectam.
Tibi neant innoxiæ manus trium ſororum.

Arn. Mylius. Ar. fil. Birckmannus

Reuerendo in Chriſto Patri,

IOANNI DVDETO Societatis Ieſu.

AVCTORIS PRAECEPTORI.

PLoreis accipiens iuuenta, nobis
Ne grateis agat, aſt tibi recluſum
Qui Dudete Helicona præbuiſti.

Autor ad lectorem.

DVm Clariam Iuuenis cupio fulcire iuuentam
Hoc abit, & ſtolidè præcipitatur opus.
Si tibi non prodeſſe putes, non vtere: ſaltem
Ne culpetur auens vtilis eſſe labor.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO CAROLO A LOTHARINGIA S. R. E. CARDINALI, Ecclesiæ Metensis perpetuo Administratori, Imperij Principi dignissimo,

NICOLAVS NOMESSEIVS Charmensis Lotharingus.

PArvula subter aquas Echeneis si forte carinam
Prenderit, haud navim brachia mille movent:
Nil iuvat adductis Neptunum efferuere tonsis,
Ardua nil forti surgere lina manu:
Nec potis aduersum frustra vel vtrumque ruenti.
Tempestate latus verberat Hippotades.
Flatibus in cassum varijs aplustria nutant,
Nequicquam scalmos tundere fluctus ovat:
Illa repugnat enim nulloq; volubilis ictu
Hæret, & vberibus cedere nescit aquis.
Sic vbi quærentem subijt tua gloria mentem,
Vna stetit victæ gloria mentis opus.
Nullius quantum rutilans obnubere virtus,
Nullius valuit fama vel imperium.
At neque mordaci deinceps fragor aere diris
Turbo nec opprobrijs inuidiosus aget:
Nec prohibente tui munimine nominis, vnquam
Nasutus poterit lædere rhinoceros.
Illud honoris apex, virtutis & anchora firmant.
Stat sacro sacrum præsul amande tibi:
Præmonet emeritæ superadditæ purpura fronti,
Lex iubet, & patri debita iura tuo.
Ah rutilisne suum laquearibus aptet Arachne
Rete, vel anthracem ferrea massa liget?
Scrutane coccineos onerent villosa tapetes?
Marmoreamne premat canna palustris humum?

Mæ-

Munera démne tuæ fricas, apinasque coronæ
Vilia? Pæonidum mulctapauenda mihi est.
Sint apinæ, tricæq; labor, prælustria fucant,
Quæ tibi non tremulo nomina corde dicem.
Cynthius ergo mihi præeas, dextraq; clientem
Sospite Parnassum sume, tuere, foue.

AD EVNDEM ODE DICOLOS Distrophos.

SI quas assiduo sacri
Pubens vere scholas frons redimiuerit
Parnasi, superam modo
Delectet memorans, aut Lotharingicam
Codex historiam precor:
Hic si quæ minio stemma relegerit,
Halanti varium manus,
Tantum cœlicolis, aut Lotharingiæ
Inuictus ducibus ferat,
Hic si quem gelidis vmbra soporibus,
Conualleisque per vuido
Gemmanteis fugiens cæspite inuerit
Purorum sonus amnium,
De fautore velim cantus Olympico,
Leucorumue potentijs
Dun taxat recreet forte nec Ilias
Smyrnæo vnde superstiti
Succurrat metuam defore, qua satis
Pipino satus exprimi
Lingua posset? aui tot locupletibus
Palmis conspicui memor
Magnum posteritas comprobat, æmulans.
Quot limaret arundineis
Primæuo tenerum gloria lucidi.
Mentum vellere principis,
Qui sanctæ Solymis auctor adoriæ
Hostem mœnibus expulit?
Euictæsileo bella Calabriæ,

Et

Et denſata trophæa, vbi
Euaſiſſe gemens Dulichium freto
Vitam Parthenope dedit,
Nec qui Nanceium Marte vocauerat,
Burgundi interitum ducis,
Aut turmæ refero funera ruſticæ,
Cui certamina Neſtorem
Ter tuto iuuenem vincere ſuppetant
Scribenti noua paginæ.
Hoſtili quotiens Chriſtiloquæ probus
Et ſolers fidei pugil,
Caluinique timor Guiſius horridas
Strageis intulit agmini?
Qui tandem gladijs clam ſuperantibus,
Eheu vulnere concidit
Martyr Cæſareo, concidit inclytam
Frater Cardineo gerens
Oſtro cæſariem, conciderat pater,
Et cæſis ſupereſt adhuc
Vindicta geminis frater Horatiis:
Felix tertius, aſt patrem,
Quam germana tuum, quam generis tremit.
(Præſul fulgide coccinis)
Conſortem regio? vatibus omnium
Faſtos, aut quibus enites,
(Sacra mactе recens Carole purpura)
Virtuteis recolentibus
Anni deficiant? Quid faciam? prece
Sola polleo: præſides
Parnaſſi iubeas totius incolis.

IOAN.

IOANNI HONTHEMIO

NICOLAVS NOMES-SEIVS S.

PArnassum quem Romæ non ita dudum adolescens edideram, quoniam in scholis, amicisue, præter expectationem recipi: passim etiam certatimque à Typographis excudi audiebam, accuratiùs excolere & tanquam veste virili induere destinanti, sed ob alia, iam prouectioris ætatis studia currere quadantenus (ingenuè fateor) recusanti, calcaria adhibuerunt postulationes tuæ: Has nimirum statim secuta res est. Primum poetas Christianos, ex quibus nihil dum excerpseram antiquis, ijsdemque ethnicis, deinde cum ex his, tum ex illis nouos flores, nouos item titulos prioribus titulis: immo quasi Parnassi cacumen alterum, quod desiderari videbatur alteri accessisse cognosces. Datum Castri ad Mosellam 15. Decembris 1603.

Tuus N. Nomeſſeius.

Typographus, Lectori beneuolo.

NOuas ac postremas Authoris literas de noua & vltima hac sua additione superioribus hisce literis adiungere, Candide Lector superfluum iudicauimus, cum quid Gallico idiomate scriptæ, tum verò quod ex ipso Titulo & superiori nouorum Titulorum Catalogo satis pateat, quid in hac vltima editione ab Authore sit præstitum.

Vale Lector & fruere.

IOAN

IOANNI HONTHEMIO PARNASSVM
quartò fœliciter erigenti
Suo Apollinari, & Musagetæ

GVILIELMVS SALSMANNVS P. L.

IAne quis hic mons est cœli æmulus? alter Olympus
Forte sub Eoo cardine culmen habens?
Mons Phœbi est. Quanta se tollit ad æthera mole
In nubes adeo cornua bina regens?
Quo non euadit procul, ô Parnassia rupes
Quæ geminum superis inferit ausa caput?
Horreo. Maiestas quæ Numinis ilia pulsat?
Et situs horrorem verticis huius habet?
Vndique præruptum voluit Deus esse Theatrum
Quod vernet Lauro, Gorgoneisq; rosis.
Thymbræi comites ter tres in margine Nymphas
Cerno puellari fronte comaq; Deas,
Quas Helicon habeat, ed & hic natalia Musis
Esse puto & latices hucreuocare suos.
Iane quid hoc? Video Parnassi & Phocidos arcem
Lætam circuitu, Numinibusq; sacram.
Inq; Vbis moror, hanc Vbiam molitus in oram
Forsan es, vtq; Vbius nunc sit Apollo facis?
Musæ Agrippinæ florent hic perpete palma,
Quæq; Aganippis erat, nunc it Agrippis aqua.
Iane subis montem Nympharum dona capessens,
Phœbeas comites assequerisq; comes.
Non solum hic primus cytharæ pulsator amatur
Sed Ianum lateri iungit & ipse suo,
Quæq; nouem fuerant, vnâ creuere puella,
Vocalis Nymphæ se decimamq; facit.
Echo, Iane vocas, sed millibus assonat Echo
Vocibus, & nunc Pan, sed modo Ianus ait.
Auxti Parnassum vario discrimine vocum,
Tangis Apollineam voce sequente Lyram.
Te Charites fratrem, Musas colis ipse sorores,
Echo te sponsum nominat esse suum.
Conditor euge noui Parnassi, culmina scande
Musarum, cœlo iam propiusq; veni:

TITVLI

TITVLI NOVI RECENSQVE AB AVTHORE in hac vltima nostra Editione adiecti.

Abstemius.
Actæon.
Ætas aurea.
Agere.
Aggredi.
Amicitia falsa.
Amicorum paria.
Amazones, & illarum nomina.
Annulus.
Aper.
Ardelio.
Blatta.
Boletus.
Breuis, Breuitas in scribendo.
Catullus poeta.
Chameleon.
Chaos, & illius descriptio.
Circinari, Circinus.
Cito, Citius.
Componere, aut facere quid ex tempore.
Confabulari.
Congratulari.
Conscius.
Conuiua.
Corallium.
Cortex.
Cribrare, Cribrum.
Cucullus, siue Papyrus ad huiusmodi vsum.
Culina.
Cunæ, & Cunas mouere.
Cur.
Dædalus.
Dedicare opus alicui.
Deuincere, Deuinctus.
Diligens, Diligentia.
Edere in lucem sua scripta.
Electrum.
Elementa, & illorum descriptio.
Ennius poeta.
Errare, & Error in scriptis.
Europa.
Excusare.
Excusationes variæ poetarum.
Exequi.
Exhæredare.
Ficus.
Fœnerare, fœnus.
Gratiæ, & Gratiarum nomina.
Hæres.
Hermaphroditus.
Hispania, Hispanus.
Janus.
Ignobilis.
Impossibilis.
Impudens.
Impunitas.
Inaccessus locus
Incredibilis.
Ingratus.
Innocens.
Insanabilis.
Inuitare, & Inuitatio ad cœnam.
Jocari, locus, & Iocosus.
Jurisperitus.
Labyrinthus
Lasciuus.
Laus operis alicuius
Laus principis seu diuitis à Justitia
Legare.
Legumina varia

Lepus.

Lepus.
Leuis, & leuitas corporis alicuius.
Librare, Libra, & eius partes.
Lucerna.
Ludimagister.
Medius.
Mereri.
Metiri.
Miraculum, Mirus.
Multus, Multi, & Multa.
Mungere.
Mutus.
Mutuum.
Nouus, Nouitas.
Nothus.
Nugæ.
Nunc.
Nusquam.
Obiurgare.
Obses.
Occupari, Occupatus.
Olim
Olus, & Olerum genera.
Omnis, Omnes, Omnia.
Papilio.
Papyrus.
Par, Paritas.
Pares cum paribus.
Pares in arte.
Parum.
Paruus.
Phœnix
Pinsere, Pistor.
Poli
Polyphemus
Populus, & populorum concursus, & diuersitas.
Postea.
Posthac.
Postquam.
Precari quid alicui.
Prometheus.
Propinare.
Quia.
Quomodo
Rarus, Raritas.
Reus
Ructare.
Rustica instrumenta.
Saturnus.
Scorpius.
Silius poeta.
Simius
Soluere debitum.
Somnus, & illius descriptio.
Spatia locorum varia.
Speculum.
Stips.
Studere literis.
Sutor.
Tardus, tarde, tarditas.
Taurus
Temerarius, Temeritas.
Tenebrosus.
Terere in mortario.
Terra
Terræmotus.
Theseus.
Timor ex præcedenti periculo.
Tutus.
Vacuus.
Vanus.
Vendere, & emere.
Vespertilio.
Visere.
Vrsus.
Xenia.
Zona.
Zonæ cælestes.

Vsquam abero. Virg.2.Æneï.
— collectis omnibus vna Defuit. Ibid.
Innachus vnus abest. Ouid.1.Met.
Defuit officio Paridis præsentia. Ouid.12.Met.
— an quod amantes Catullus.
Non longe à charo corpore abesse volunt? Tib.lib.2.
Tunc procul absitis. Et vir abest nobis. Oui.Epist.16.
— aberat placidæ præsentia formæ. Ouid.2.Fast.
— diuisq; absentibus acta. Stat.1.Theb.
—Quanquam procul absumus. Ibid.
Vt quanquam longè toto sumus orbe remoti. Horat.2.de pont.

Abolere.

—proles defecerit omnis Vir.4.Georg.
—Non tamen irritum Ho.3.c.o.25.
Quodcumque retro est efficiet, neque
Diffinget, infectumq; reddet.
—cum manus impia sauit
Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen. Ouid.1.Met.
Nec si quid olim lusit Anacreon, Deleuit atas. Hor.4.car.9.
—Ferroq; tuos abolere nepotes. Stat.3.Theb.

Abscondere, & di.

Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactis Virg.1.Geor.
Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit,
—timidum caput abdidit alto Ibid.
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt. Ibid.
Intima more suo sese in cunabula condent. Virg.4.Geor.
Intus se vasti Protheus tegit obice saxi. Jbid.
Immanem ante pedes hydrum moritura puella Ibid.
Seruantem ripas alia non vidit in herba.
—speluncis abdidit atris. Virg.1.Æneï.
Arboribus clausam circum, & horrentibus vmbris Ibid.
Occulit
— & nube cæua speculantur amicti. Jbid.
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui. Virg.2.Æneï.
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat. Jbid.
Aut aliquis latet error. Jbid.
Limosaq; lacu per noctem obscurus in vlua Delituit.
—clypeiq; sub orbe teguntur. Jbid.
—quanquam secreta parentis Ibid.
Anchisæ domus, arboribusq; obtecta recessit.
—nec se celare tenebris amplius. Virg.9.Æneï.
—clausumq; caua te condere terra, Virg.12.Æn.

Virg.2.Aenei. — & nota conduntur in aluo.
Ibid. — & lateri capulo tenus abdidit ensem
Ibid. — & tacitam secreta in sede latẽtem Tyndarida aspicio
Ibid. Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Ibid. — spissis noctis se condidit vmbris
Ibid. Cernimus Idea claram se condere sylua.
Virg.3.Aenei. — ramis tegerem vt frondentibus aram.
Ibid. — & scuta latentia condunt.
Ibid. — cœlum subtexere fumo.
Virg.4.Ænei. — & nocte tegentur opaca.
Ibid. — tectoq; reponunt.
Ibid. — nec ego hanc abscondere furto Sperari.
Virg.Eclog.3. — tu post carecta latebas.
Hor.1.cā.o.1. Illum si proprio condidit horreo
Hor.2.c.o.2. Nullus argento color est auaris Abdito terris.
Virg.6 Aene. Abstrusa in venis silicis
Virg.8.Aenei. Sed magnum metuens se post carecta tegebat,
Ho.4.c.o.4. Fallere & effugere est triumphus.
Virg.6.Aene. Secreti celant calles.
Ouid.5.Met. Aut lepori qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum nullosq; audet dare corpore motus:
Ouid.3.Met. Spreta latet syluis, pudibundaq; frondibus ora
Protegit, & solis ex illo viuit in antris
Oui.Epist.11. Frondibus infantem, ramisq; albentis oliuæ,
& leuibus vittis sedula celat anus.
Auson. — quod terræ abdiderat non repeperit aurum.
Oui.2.de art. — & in paruæ delituisse casæ.
Luc.2.Pharſ. Exul limoso Marius caput abdidit vlua.
Ouid.4.Met. — fruticumq; recondita syluæ Delituit.
Sil.Ita.lib.12. Occulta tegitur valle, & frondentibus vmbris.
Sen. in Theb. — latebo rupis excisæ cauo,
At sæpe densa corpus abstrusum tegam
Ouid.11.Met. Indutur aq; aureis lente gradientis aselli,
Ille quidem celare cupit, turpiq; pudore,
Virg.Eclog.3 Tempora purpureis tentat velare tiaris.
— latet anguis in herba.
Ouid. — velat maculoso vellere corpus.

Absorbere.

Virg.4.Geor. Accepitq; sinu vasto, misitq; sub amnem.
Virg.4.Aene. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras.
Virg.10.Aen. — aut quæ iam satis ima dehiscat Terra mihi.
Virg.12.Aen. — ó quæ satis ima dehiscat

Ter-

Terra mihi, manesq; Deam demittat ad imos? Ouid. Epist. 3
Deuorare ante precor subito telluris hiatu.
— te absorbens vortice amoris Catullus.
— AEstus in abruptum detulerat barathrum.
Vel tremefacta cauo tellus deducat hiatu. Prop. lib. 4.
Terra precor vultus obruat ante meos. Oui. Epist. 16.
— Terrena dehiscent, Subsidentq; vrbes? Luc. 1. Phars.
At Tigrim subito tellus absorbet hiatu, Luc. 3. Phars.
Occultosque tegit cursus Sil. Jta. lib. 9.
— aciem vasto telluris hiatu.
Tartareis immerge vadis. Sen. in Hipp.
Dehisce tellus, recipe me dirum Chaos. Virg. 1 Ænei.
— ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat aquore vortex.

Abstemius.

Clitorio quicumque sitim de fonte leuarit Ouid. 15. Met.
Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis,
Seu vis est in aqua calida contraria vino.
Siue quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Prætidas attonitas, postquam per carmen & herbas
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Misit aquas, odiumque meri permansit in vndis.

Abundare.

— quin aut pomis exuberet annus Vir. 2. Georg.
— atque examine multo Primus abundare. Vir. 4. Georg.
— ager morientibus æstuat herbis. Virg. 1. Geor.
Si superant fœtus. Ibid.
At si luxuria foliorum exuberat vmbra. Ibid.
Et vitio fœcunda nimis, Manil. lib. 2.
— nimio ne luxu obtusior vsus. Virg. 3. Geor.
— hinc largi copia lactis. Jbid.

ACCENDERE, vide IGNIS.

Accersere.

— Vocat ingenti clamore Citheron Virg. 3. Geor.
— magnisque vocant clamoribus hostem Virg. 4. Geor.
Eurum ad se Zephyrumque vocat. Virg. 1. Geor.
Regius accitu chari genitoris ad vrbem. Jbid.
Sidoniam puer ire parat.
Impleui clamore vias mœstusq; Creusam
Nequicquam ingeminans, iterumque iterumque vocaui Jbid.
Conuocat hic amnes. Sergestumque vocat. Ouid. 1. Met.
Extemplo socios, primumque accersit Acesten. Virg. 5. Ænei.
— ille intra tecta vocari Imperat. Virg. 7. Æne.

Ibid. —ad sese in tecta vocauit.
Virg. 12. Æn. Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quemq; vocans. Visamque vocat,
Luc. 1. Pharſ. —sparsus per Gallica rura cohortes Euocat.
Ibid. Tuscos de more vetusto Acciti vates.
Sil. Ital. lib. 2. —nunc nomine noto Appellant.
Mart. lib. 1. —ad Magistri Vocem quisq; sui venit citatus.

Accommodare.

Virg. 2. Æneï. —clypeoq; sinistram Insertabam aptans.
—pone ordine vites.
Virg 3. Æneï. Disponunt enseis, & scuta latentia condunt.
Virg. 4 Æneï. Classem aptent taciti.
Tit. lib. 4. Tunc sibi non desit faciem componere pugnæ.

Vide PRÆPARARE.

Accumulare Aceruus.

Virg. 2. Æneï. —captiuaque vestis congeritur.
Ibid. Collectam exilio pubem. Contrahimusq; viros.
Virg. 3 Æneï. Argenti pondus & auri.
Virg. 4 Æne. —ingentem farris aceruum.
Tit. lib. 2. —sed frugum semper aceruos Præbeat.
Ouid. de re. —de multis grandis aceruus erit.

Accusare, Vide Reus.

Virg. 2. Æneï. Talibus incusat. Nec quemquam incuso
Virg. 2. Æneï. Criminibus terrere nouis, hinc spargere voces
Cla. 3. in coss. In vulgum ambiguas.
Hono. —falsis ne perge querelis Incusare tuos.

Achilles.

—magnus mittetur Achilles
Virg. 3. Geor. Æacidæ telo Æacides.
Oui. 12. Met. —ab Æmonio quod sis iugulatus Achille.
Ibid. —sternentem Troica ferro Corpora Pelidem.
Jbid. Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
Nominis Æacides, caput insuperabile bello.
Par tibi Pelides
Ibid. —quæ magno melius succedat Achilli.
Jbid. —Pelias hasta
Ouid. 13. Met. Vidit Achillea pereuntem cuspide.
Hor. 3. carm. Narras & genus Æaci.
Hor. li. Epo. —peruicacis ad pedes Achillei
Virg. 2. Æneï. —nec Lariſſæus Achilles.

Acies.

Virg. 1. Æneï. Eoásque acies, & nigri Memnonis arma.
Jbid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

—vterumq; armato milite complent — Virg.2.Æneï.
Hic Dolopum manus, hic acies certare solebant. — Ibid.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. — Ibid.
—Dolopumque exercitus omnis. — Ibid.
—Graiæ circumerrant acies. — Ibid.
—sociumq; fures à nauibus agmen Ferro accincta vocat. — Ibid.
—neq; aduerso glomerati ex agmine Graij. — Ibid.
Quam multo repetet Græcia milite. — Ho.3.c.6.15.
—exercitus insolens — Ibid.od 16.
—& iuuenum recens Examen. — Ibid.od.35.
—nec turmas equitum relinquit. — Ho 2.c.0.16.
—militia simul fessas cohortes. — Hor.3.c.0 4.
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas. — Virg.7.Ænei.
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis, — Virg.9.Ænei.
Diues equum, diues pictaï vestis & auri:
Messapus primas acies, postrema coercent.
Tyrrhidæ iuuenes, medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.
Procedit legio Ausonidum, pilataq; plenis — Virg,11.Ænei.
Agmina se fundunt portis hinc Troius omnis:
Tyrrhenusq; ruit variis exercitus armis
—animosa phalanx Simul agmine denso.
Anteus, Mnestheusq; ruunt, omnisq; relictis — Ibid.
Turba fuit castris, tum cæco puluere campus — Ibid.
Miscetur, pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Lateq; victrices cateruæ. — Ho.4.c.0 4.
Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur — Virg.5.Ænei.
Ductores, pueri bisseni quemque secuti
Agmine partito fulgent paribusq; magistris:
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem
Nomen aui referens Priamus.
Insequitur nimbus peditum, clypeataq; totis — Virg.7.Ænei.
Agmina densantur campis Argiuaq; pubes,
Auruncaq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani,
Et sacranæ acies, & picti scuta Labici.
—& fulgentes ære cateruas. —aratasq; acies. — Virg.8.Ænei.
—totum insignibus armis Agmen. — Virg.9 Ænei.
—crescit q; seges clypeata virorum. — Virg.10.Æn.
Pro te vel solus densis obsistere turmis — Ouid.3.Met.
Iam libet & fortes memorare ad prælia turmas: — Tib.lib.4.
Et Romana mei dicere castra ducis. — Prop.lib.2.
—apertis Instruxit campis acies. — Luc.4.Pharſ.
Iam simul audacis veniunt certamina Martis. — Tib.6.Pharſ.

Aduersisq; parant acies concurrere signis:
Tunc tibi non desis faciem componere pugnæ,
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen.
Rectus inæquatis decurrat frondibus ordo.
Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem.
Luc.7.Pharſ. *— stetit ordine certo*
Infelix acies, cornu tibi cura sinistri
Lentule cum prima quæ tum fuit optima bello.
Et quarta legione datur tibi numine pugnax
Aduerso domini dextri frons tradita Martis.
At medij robur belli fortissima densant
Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat
Ibid. *Scipio, miles in hoc à Libyco dux primus in orbe.*
Ibid. *Exeat vt plenis acies non sparsa maniplis,*
— densis acies stipata cateruis.
Lucr. lib. 2. *Si non forte tuas legiones per loca campi.*
Feruere cum videas belli simulacra cientes.
Ibid. *Præterea magnæ legiones cum loca cursu*
Camporum complent, belli simulacra cientes,
Et circumuolitant equites, mediosq; repente
Transmittunt valido quatientes impete campos.
Fulgur ibi ad cœlum se tollit, totaq; circum
Aëre renidescit tellus subterq; virum vir
Excitur pedibus sonitus, clamoreq; montes
Icti reiectant voces ad sydera mundi.
Sil.Ita.lib.15. *— ruit acer apertis*
Turbo equitum portis atq; omnis ferrea late
Tempestas operit campos.
Cla.in coss. *Feruet cristatis exercitus vndique turmis,*
Hono.Aug. *Quisque sua te voce canens præstringit ahena*
Lux oculos, nudiq; seges Mauortia ferri
Ingeminat splendore diem pars nobilis arcu.
Pars longe iaculis, pars cominus horrida contis.
Viig.2.Geor. *Nec galeis densisque virum seges horruit hastis,*
Vt sæpe ingenti bello quam longa cohorteis
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæque acies, & latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus.
Virg.3.Geor. *— positis stat in agmine castris.*

Vide & ACCOMMODARE.

Actæon.

Ouid,3.Met. *Cum iuuenis placido per deuia lustra vagantes*
Participes operum compellat Hyantius ore.

Ecce

Ecce nepos Cadmi. Jbid.
— Nec plura minata est. Ibid.
Dat sparso capiti viuacis cornua cerui:
Dat spatium collo, summosq; cacuminat aures,
Cum pedibúsque manus, cum longis brachia mutat
Cruribus, & velat maculoso vellere corpus.
Aditus & pauor est, fugit Antoneius heros:
Et se tam celerem cursu miratur in ipso. Ibid.
Actæon ego sum. Jbid.
— oculisque Actæona quærunt.

Acuere.

— dentésque Sabellicus exacuit sus. Virg.3.Geor.
Spiculáque exacuunt rostris, aptántque lacertos. Virg.4.Geor.
— durum procudit arator Vomeris obtusi dentem. Virg.1.Geor.
Exacuunt alii vallos furcásque bicornes. Ibid.
— ferróque insibrat acuto. Jbid.
Audiet ciues acuisse ferrum, Ho.2.c.2.o.2
Quo grauis Persa melius perirent.
Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta. Hor.2.ca.o.8
— ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi. Ho. de ar.po.
— & spicula lucida tergent Virg.7.Æneï.
Aruina pingui, subigúntque in cote secures.
Nec tibi sit duros acuisse in pectora dentes. Tib.lib.4.
— saxóque exasperat ensem. Sil.Ital.lib.4.
Rursum cote nouat nigræ rubigine falceis. Clau.in lau.
Exesosque situ cogit splendore ligoneis. Stilich.
— tunc fessa putri rubigine tela Stat.3. Theb.
Horrenteisque situ gladios in sæua recuruant
Vulnera, & attrito cogunt inuenescere saxo.

Adesse.

Assoret Aeneas, Improuisi aderunt. Virg.1. Æneï.
— coram quem quæritis adsum. Jbid.
— si ipse meus nunc assoret Hector. Jbid.
— diuque lætus inter sis populo Quirini. Ho.1. ca.o.2.
— te præsenti mori. Luc.7. Pharſ.
— & præsens astare. Vrget præsentia Turni. Sil.Jta.lib.17.
— quibus ipsa potentis Manil.lib.2.
Numinis accendit castam præsentia mentem.
Non absunt illic saltus. Virg.2. Geor.

Adiuuare.

Huc pater ô Lenæe veni Virg.2.Geor.
Tuaque ades, intœptumque una decurre laborem. Ibid.

Ibid. —pelagoq; volans da vela petenti.
Ibid. ades, & primi lege littoris oram.
Virg. 4. Geor. —hanc etiam Mœcenas aspice partem.
Virg. 2. Ænei. —aspirat primo fortuna labori.
Virg. 3. Ænei. Rite secundarent visus, omenq; leuarent.
Ibid. Da pater augurium, atq; animis illabere nostris:
Ibid. —aderitq; vocatus Apollo.
Ibid. Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Virg. 4. Ænei. Adsis, ô placidusq; iuues, & sydera cœlo Lata feras:
Ibid. Et nostras audite proces.
Virg. 1. Ænei. Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo.
Ibid. Non ignara mali miseris succurrere disco.
Virg. 2. Ænei. Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem.
Ibid. —succurritis vrbi incensæ.
Ibid. Da deinde auxilium pater.
Vir. Eclog. 1. Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Ibid. Auxilioq; leuare viros. Non erit auxilio nobis.
Ibid. Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat
Virg 9. Ænei. Tu dea tu præsens, nostro succurre labori.
Ouid. 1. Met. —sed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Ibid. —& mersis fer opem mitissima rebus.
Ibid. Fer pater, inquit, opem.
Hor. Epod. 5. —vt adsit auxili.
Hor. Epod. 1. Latura plus præsentibus.
—si vocata partubus Lucina veris affuit.
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis.
Virg. 1. Geor. —Dii cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.
Ouid. 1. Met. Annuite optatis omnes ex ordine nostris,
Ouid. in Ibin. —Et pars sit voti nulla caduca mei.
—sacris ore fauete meis.
Ibid. Nec tibi subsidio sit præsens numen.
Ibid. Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem.
Oui. 1. de tris. Fortuna lustro prospera tertio
Hor. 4. car. 6. Belli secundos reddidit exitus,
14. Laudemq;, & optatum peractis
Imperiis decus arrogauit.
Virg. 6. Ænei. Da dextram misero.
Vir. 8. Æn. Attulit & nobis aliquando optantibus atas
Auxilium, aduentumq; Dei.
Oui. 2. Meta. Quisquis, es ô faueas, nostrisq; laboribus adsis.
Oui. epist. 19. Quid dubitas vnam ferre duobus opem?
Oui. epist. 16. Si mihi dij faciles & sint in amore secundi.

—modo

—modo diua triformis — Ouid.7. Met.
Adiuuet, & præsens ingentibus annuat ausis. — Sil. Ita lib. 5i
Fer cælo auxilium, & fessis da surgere rebus. — Sene. in Her. Fur.
Votum secundet, qui potest, nostrum Deus. — Se. in Hippo.
Rebusq; lassis adsit. — Ouid. 1. Fast.
—en ades cœptis fauens. — Ou. 2. de pon.
Dexter ades ducibus. — Ele. 3.
—& lapso, quam potes, affer opem. — Ibid. Ele. 9.
Quamq; potes profugo, nam potes, affer opem.
Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis. — Ibid.
—dea sum auxiliaris, opemq;, Exorata fero. — Ouid. 9. Met.
—multumq; mihi consueta vocari — Stat. 1 Theb.
Annue Tisiphone, peruersaq; vota secunda. — Ibid.
—Assistas operi, tuaq; omnia firmes. — Virg. Eclog 5
Sis bonus, ô felixq; tuis.

Admirari, Terreri.

Obstupui, dubitoq; diu, causamq; requiro. — Ouid. Meta.
Hic stupet attonitus. — Virg 3, Geor.
—atq; oculos stupor vrget inertes, — Ibid.
—mirabere morem. — Virg. 4. Geor.
—illum admirantur. — Ibid.
—vitreisq; sedilibus omnes Obstupuere. — Ibid.
Iamq; domum mirans genitricis, & humida regna. — Ibidem.
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum.
Quin ipsa stupuêre domus.
Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur, — Ibid.
Dum stupet, obtutuq; hæret defixus in vno. — Vir. 1. Æneid.
Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates. — Ibid.
Lætitiaq;, metuq; auidi. — Ibid.
Obstupuit primo aspectu.
Namq; vt conspectu in medio turbatus inermis Constitit. — Ibid.
Obstupuêre animi, gelidusq; per ima cucurrit — Ibid.
Ossa tremor. — Ibid.
Obstupuit, retroq; pedem cum voce repressit. — Ibid.
At me tum primùm sæuus circumstetit horror, — Ibid.
Hic mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem.
Obstupui, steterunt q; comæ, & vox faucibus hæsit. — Ibid.
—paulum aspectu conterritus hæsit. — Virg. 3, Æneid.
At verò Æneas aspectu obmutuit amens. — Ibid.
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
—ille Iouis monitis immota tenebat — Ibid.
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.

Ouid.1. Met. *Mirantur sub aqua lucos. Obstupuêre diu.*
Ibid. *Emirabatur insolens. Obstupuêre omnes.*
Ho.2.car.o.5. *— visum mirabile cunctis.*
Qui.12.Met. *Obstupuit visu Æneas. Attonitis hæsêre animis.*
Ibid. *Frænatis lucent in equis, quos omnis euntes.*
Virg.3.Ænei. *Trinacriæ mirata fremis, Troiaq; iuuentus.*
Ibid. *—arrectæ mentes, stupefactaq; corda Iliadum.*
Ibid. *—stupet insciatur ba,*
Ibid. *Impubesq; manus mirata volubile buxum.*
Vir.7.Ænei. *Turbaq; miratur matrum, & prospectat euntem,*
Ibid. *Attonitis inhians animis.*
— olli obstupuêre silentes,
Vir.11 Ænei. *Conuersiq; oculos inter se, atque ora tenebant.*
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Vir.12.Ænei. *Turnus, & obtutu tacito stetit.*
Tunc me non humilem mirabere sæpè poetam:
Proper.lib.2. *Admiror, stupeo.*
Mart.lib.5. *Immemor herbarum quos est mirata inuenta*
Certantes, quorum stupefacta carmine lynces,
Virg.Eclog. *Et mutata suos liquerunt flumina cursus.*

Adolescentia vide Iuuentus

Adorare, & ri.

Virg.4.Geor. *— Et faciles venerare Napæas.*
Virg 1.Ænei. *— & quisquam numen Iunonis adoret?*
Virg.2.Ænei. *Affaturque deos, & sanctum sidus adorat.*
Virg 3.Ænei. *— Nymphas venerabar agrestes.*
Ibid. *Iunonis magnæ primum prece numen adora.*
Ibid. *Numina magna loci iussi venerawmur.*
Virg 2.Ænei. *— miro quod honore colebat.*
Ouid.1.Met. *— & numina montis adorat.*
Virg.1.Georg. *Cuncta sibi Cererem pubes agrestis adoret.*
Virg 5.Ænei. *Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.*
Vir.7.Ænei. *— votisque deos venerabere særis.*
Vero coruscantem nouatus
Auctor. *Numine te speculatur orbis.*
— ite frequentes,
Ouid.6.Met. *Sacrificat, tumulumque sui Genitoris honorat.*
Et data Latonæ, Latonigenisque duobus,
Cum prece thura pia.
Ibid. *— cur colitur Latona per aras.*
Numen adhuc sine thure meum est?
Ibid. *— tacito venerantur murmure numen.*
Ouid.3 Met. *— sanctasque colunt Ismenides aras.*

Di-

Diuino meritos semper honore coli. Claud:
Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes Tib. lib. 1.
Insignis turba debeat in Pharia:
At mihi contingat patrios celebrare penates,
Reddereque antiquo menstrua thura lari.
— Phrygium placare colendo Sil. Ita. lib. 13.
Numen, & Iliacos parat exorare penateis. Sene. in Her. Fur.
— non vt inflexo genu
Regnantem adoras.
— huc appellite Ibid.
Greges opimos quicquid Indorum seges,
Arabesque odoris quicquid arboribus legunt,
Conferte in aras, pinguis exudet vapor.
Populea nostras arbor exornet comas
Teramus olea fronde gentili tegat.
Theseu, Tonantem nostra adorabit manus. Sene. in Aga.
Delubra, & aras cælitum, & patrios lareis Ibid.
Supplex adoro. Ibid.
Veneremur aras: Iouem precemur pariter.
Et te sororem cuncta pollentis viri.
Argolica Iuno pecore votiuo libens Ouid. 11. Met.
Arabumque donis, supplice & fibra colam. Ibid.
— hic votis numen adorat.
Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat,
Procq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras. Ouid. 14. Met.
Concipit illa preceis, & verba precantia dicit, Manil. lib. 1.
Ignotosq; Deos ignoto carmine adorat.
Tum qui templa sacris coluerunt omne per ævum,
Dilectiq; sacerdotes in publica vota
Officio vinxere Deum.
In primis venerare Deos atq; annua magna
Sacra refer Cereri.

Vide SACRIFICARE, & THVS, & MAGI.

Aduersitas.

O socij nec; enim ignari sumus ante malorum, Virg. 1. Æneid.
O passi graviora, dabit Deus his quoq; finem.
— mortalis egestas Virg 3. Geor.
— multum ille & terris iactatus & alto Virg. 1. Æneid.
Vi superûm sæua memorem Iunonis ob iram. Ibid.
Multa quoq; & bello passus.
Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Virg. 2. Æne.
Accipere, aut quid iam misero mihi deniq; restat

Cui

Cui neq; apud Danaos vsquam locus, insuper ipsi
Ibid. Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt?
Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahebam
Catullus. Et casum insontis mecum indignabar amici.
Accipe queis merser fortunæ fluctibus ipse.
Tib. lib. 1. Ne amplius à misero dona beata petas.
At tu, qui lætus rides mala nostra, caueto.
Ibid. Mox tibi non vanus sauiet ipse Deus.
Tib. lib. 2. —aues dant omnia dira.
Tib. lib. 3. Vos mala de nostris pellite liminibus.
—vitæq; fateri
Tot mala perpessæ, tot superesse meæ.
Sen. in Octa. O mea nullis æquanda malis Fortuna.
Tib. lib. 4. —quamus
Fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget.
—tolerandaq; nullis Aspera sors populis.
Stat. 1. Theb. —ac me miserum deseris in malis.
Catullus. —sors vltima rerum.
Luca. 5 Pharf. In dubios casus, & prona pericula mortis, Præcipitare soleæ.
Lucret. lib. 1. —si certum finem esse viderent Ærumnarum homines.
Lucret. lib. 3 Omnibus ærumnis affecti deniq; viuunt.
Lucret. lib. 2. O miseras hominum menteis, ô pectora cæca!
Qualibus, in tenebris vitæ, quantisq; periclis
Degitur hoc æui quodcunq; est.
Virg. 1. Georg. —& casus abies visura marinos.
Virg. 4. Geor. Contusosq; animos, & res miserabere fractas.
Virg. 1. Æneï. Fluctibus oppressos Troas, cælique ruina.
Ibid. Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum, Fata Lyci.
Ibid. Hoc equidem occasum Troiæ, tristesq; ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem rex magne laborum?
Ibid. O sola infandos Troia miserata labores.
Ibid. —nos reliquias Danaûm, terræq; marisq;
Ibid. Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Quis te nate dea per tanta pericula casus
Ibid. Insequitur, qua vis immanibus applicat oris?
Me quoq; per multos similis fortuna labores
Iactatam hac demum voluit consistere terra.
Insidias, inquit, Danaum, casusq; tuorum,
Ibid. Erroresq; tuos.
—casus cognoscere nostros,
Virg. 2. Æneï. Et breuiter Troiæ supremum audire laborem.

Hinc

Hinc mihi prima mali labes. Ibid.
—post multa tuorum Ibid.
Funera, post varios hominumq; vrbisq; labores.
Hos cape fatorum comites Ibid.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto Virg. 3. Æneid.
Excipit, aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Quid've dolens regina Deum tot voluere casus Ibid.
Insignem pietate virum, tot adire labores, Impuleris.
Per varios casus, per tot discrimina rerum Sil. Ita. lib. 4.
Tendimus in Latium.
Explorant aduersa viros, perq; aspera duro Virg. 7. Æneid.
Nititur ad laudem virtus interrita diuo. Virg. 8. Æneid.
—hæc nos suprema manebant Exitiis positura modum. Auctor.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris. Ouid. epist. 3.
Heu renascentes, modo quem tueris, Orbe procellæ. Catullus.
An miseros tristis fortuna tenaciter vrget, Idem.
Nec venit inceptis mollior aura meis.
Isti dij mala multa dent clienti.
—fortuna, casuq; oppressus acerbo.
Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus Mart. lib. 10.
Mane vel à media nocte togatus ero.
Strident eq; feram flatus Aquilonis iniqui,
Et patiar nimbos, excipiamq; niues.
Sed si non fias quadrante beatior vno,
Per gemitus nostros ingenuasq; cruces.
Parce precor lasso, vanoq; remitte labores
Qui tibi non prosunt, & mihi Galle nocent.

Vide AMICITIA FALSA, MVLTVS, ET TIMOR.

Adulari.

Vendere nec vanos circum pallatia fumos, Mart. lib. 4.
Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.
Quin etiam blandas mouere per aëra caudas
Nostraq; adulantes comitant vestigia.

Adulterium, & Adulter.

Quam turpi Pholoë peccet adultero. Ho. 1. car. 33
Peius adulterio turpis adulter obest. Oui. Epist. 4.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo. Oui. Epist. 6.
Ausus es hospitij temeratis aduena sacris Ouid. epist. 6.
Legitimam nuptæ sollicitare fidem.
Aut peccant aliæ, matronaq; rara pudica est. Ibid.
Sed si iam vellem fines transire pudoris. Ibid.
Tu maior culpæ causa futurus eras.
Nec pollium nostri turpe pudoris habe. Ibid.

Iuuen. Sat. 2. — pollutus adulter concubitu.
Sen. in Her. fur. Locumque cælo pulsa pellicibus dedi.

Ædere in lucem sua scripta, *vide* EDERE.

Ædificare.

O fortunati, quorum iam mœnia surgunt
Virg. 1. Ænei. — aramq; sepulcri
Virg 6. Ænei. Congerere arboribus, cæloque educere certant.
Tot congesta manu præruptis oppida saxis.
Virg 2. Geor. Et viridi in campo templum de marmore ponam.
Vir. 3. Georg. Sæpe etiam effusis (si vera est fama) latebris
Ibid. Sub terra fodere larem.
— prima fauis ponunt fundamina.
Virg. 4. Geor. — grandæuis oppida curæ,
Ibid. Et munire fauos, & Dædala fingere tecta,
Exiguus primùm atque ipsos contractus ad vsus
Ibid. Eligitur locus, hunc angustique imbrice tecti.
Parietibusque tremunt arctis, & quatuor addunt
Quattuor à ventis obliqua luce fenestras.
— aras ad delubra deorum Constitue.
Ibid. — dum conderet vrbem.
Virg. 1. Ænei. Hic tamen ille vrbem Pataui, sedesque locauit
Ibid. Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit.
— & mœnia ponet
Ibid. Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem.
Vrbem quam statuo, vestra est.
Ibid. Instant ardentes Tyrii pars ducere muros,
Ibid. Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa,
Pars aptare locum tecto, & concludere sulco,
Iura, magistratusque legunt, sanctumque Senatum.
Hic portus alij effodiunt, hic alta theatris
Fundamenta locant alij, immanesque columnas
Ibid. Rupibus excidunt scenis decora alta futuris.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum, & numine Diuæ.
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaque
Virg. 2. Ænei. Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.
Instar montis equum diuina Palladis arte
Ibid. Ædificant, sectaque intexunt abiete costas.
Virg. 3. Ænei. Aut hæc in nostros fabricata est machina muros.
Ibid. — Classemque sub ipsa Antandro molimur.
— feror huc, & littore curuo
Ibid. Mœnia prima loco fatis ingressus iniquis.

Tem-

Templa Dei saxo venerabar structa vetustè. Jbid.
— muros optatæ molior vrbis. Jbid.
— tu mœnia magnis Magna para. Jbid.
Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem. Jbid.
— Iliacamque iugis hanc addidit arcem. Jbid.
Quam tuta possis vrbem componere terra. Jbid.
— Troiamque videtis, Quam vestræ fecêre manus. Virg.4 Æneï.
Non cœptæ assurgunt turres. Jbid.
Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem. Jbid.
— tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque vxorius vrbem Extruis? Jbid.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi. Ouid.1 Met.
— mundi fabricator. Mart.lib 1.
Hic vbi conspicui venerabilis amphiteatri Erigitur moles. Virg.7. Æneï.
Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu, molirique aggere tecta. Virg.5. Æneï.
Quid prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem? Jbid.
— longam muris cum tingeret Albam. Virg.5 Æneï.
Interea Æneas vrbem designat aratro.
Sortiturque domos, hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet, gaudet regno Troianus Acestes.
Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis. Jbid.
Structa meis manibus paritura mœnia Troiæ. Virg.3 Æneï.
— primas cùm conderet arces Jbid.
— ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturque locum, primasque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis, atque aggere cingit.
Delegêre locum, & posuêre in montibus vrbem. Virg.8. Æne
— Romanæ conditor arcis. Jbid.
Inuitat nitido marmore construens, Felix ædiculam: Auctor.
— formabat in Ida Æneas classem. Virg.9. Æn
Quin & fatales murorum attollere moles, Virg.11. Æ
Saxaq; subuectare humeris Troianaq; iuuabit.
Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo. Ouid.6 Met.
Vrbem constitui, lateq; patentia fixi Ouid.epist.7.
Mœnia finitimis inuidiosa locis.
Romulus æternæ nondum fundauerat vrbis, Mœnia.
Quinetiam structis exurgunt oppida muris. Tib.lib.2.
Condere cœperunt vrbeis, arcemq; locare. Tib.lib.4.
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiumq;. Lucret.lib.5.
— noua culmina totis
Ædificet ripis, & sæuum gentibus amnem Claud.2.i
Tybridis in morem domibus præuelet amœnis. lau. Stili

Ac

Manil.lib.2. *Ac veluti nudis cum surgunt mœnibus vrbes,*
Conditor & vacuos muris circumdare colles, Destinat AEgrotare.

—morbo grauis.

Virg.3. Geor. *Molle pecus scabiemq; ferat. turpesq; podagras.*
Jbid. *morboq; fameq; tristis.*
Virg.4. Geor. *Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus.*
Virg 6. Æuei. *morbosq; ferunt mortalibus ægris.*
Virg.10. Æn.
—quos longa dolore
Juuen. *Absumpsit populans membrorum robora tabes.*
Forte Petri validæ torrebant lampadis vstæ.
Sedulius. *Febris anhela socrum, dubioq; in funere pedem*
Saucia sub gelidis ardebat vita periclis.
Immensusq; calor frigus lethale coquebat.
Virg.3. Geor. *—Subeunt morbi, tristisq; senectus.*
Jbid. *Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa*
Cum furit, atq; artus depascitur arida febris.
Jbid. *—aut summas carpentem ignauius herbas,*
Extremamq; sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & sera solam decedere nocti,
Quam multa pecudum pestes, nec singula morbi
Corpora corripiunt.
Hic quondam morbo cæli miseranda coorta est, Tempestas.
Virg.3. Geor. *—omniaq; in se*
Jbid. *Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.*
Jbid. *—incertus ibidem*
Sudor, & ille quidem moriturís frigidus aret.
Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.
Jbid. *Sin in processu cœpit crudescere morbus.*
Jbid. *—turpi dilapsa cadauera tabo.*
Virg.4. Geor. *—tristi languebant corpora morbo.*
Virg.3. Æuei. *Linquebant dulces animas aut ægra trahebant Corpora.*
Mart.lib.2. *Zoilus ægrotat, faciunt hanc strangula febrem.*
Juuen. Sat.9. *Quid macies ægri veteris, quem tempore longo*
Torret quarta dies, olimq; domestica febris.
Et quantum tetricæ tulêre febres.
Mart. lib.6. *Aut languor grauis, aut mali dolores.*
—macies, & noua febrium, Terris incubuit cohors.
Hor.1.car.o.3 *Semotique prius tarda necessitas, Lethi corripuit gradum.*
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Hor.2. car.o. *Nec sitim pellit nisi causa morbi.*
2. *Fugerit venis, & aquosus albo, Corpore languor.*
—cum viscera febris Exurit.

—fra-

— fractus morboq; fameq; Mart. lib. 4.
Pallentesq; habitant morbi. Oui. 13. Met.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus. Virg. 6. Æne.
Longior infirmum ne lasset epistola corpus. Oui. Epist. 19.
Pallida vix cubito membra leuare putas. Ibid.
At mihi væ misera torrentur febribus artus: Oui. epist. 20.
Et face pro thalami fax mihi mortis adest. Ibid.
— sponsæ languida membra tuæ.
— vix tantum infirma dolorem Ibid.
Cœpit, & attonito cesserunt pectore sensus. Luc. 5. Pharſ.
Quin etiam subita vi morbi sæpè coactus
Ante oculos aliquis nostros, vt fulminis ictu Lucret. lib. 3.
Concidit, & spumas agit: ingemit, & tremit artus,
Desipit, extentat neruos, torquetur, anhelat,
Inconstanter & in iactando membra fatigat:
Nimirum, quia vis morbi distracta per artus
Turbat agens animam. Lucret. lib. 6.
— si quis in artus
Accepit calido febrim feruore coactam,
Aut alium quemuis morbi per membra dolorem.
Obturgescit enim subitò pes, arripit acer.
Sæpe dolor dentes, oculos inuadit in ipsos.

Vide MORTALITAS.

Aeneas.

Magnanimum Æneam. Virg. 1. Æneï.
— at Veneris contra sic filius orsus. Ibid.
Dardanio Æneæ. Ibid.
— Pater optime Teucrum.
Troius Aeneas. Sate sanguine diuum. Satus Anchisæ. Virg.
Tùne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Virg. 1. Æneï.
Alma Venus genuit pulcri Simoëntis ad vndam
Aeneam Troiano à sanguine cretum.
Tros Anchisiade. Virg. 6. Æneï.
Laomedontius heros. Aeneas Anchisiades.
Hinc Pater AEneas Romanæ stirpis origo. Virg. 12. Æn.
— Cythareius heros. Ouid. 13. Met.

Aeolia, Aeolius.

Nimbrorum in patriam loca fœta, furentibus Austris, Virg. 1. Æneï.
Aeoliam venit, hic vasto rex Aeolus antro.
— tenet ille immania saxa Ibid.
Vestras Eure domos, illa se iactet in aula
Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet.
Ventorumq; regat pater

Hó.1. car.6.3. *Quid tempestatum regem, ventosque fureutes.* *Aeolia ex-*
Virg.10.Æne. *citos.*

Quod socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
Ouid.11.Met. *Contineat ventos, & cum velit æquora placet.*
— placidus habenas
Auctor. *Cum quis arridens dederit Fauoniis*
Aeolus laxas, & in arce vasta clauserit Eurot.
Ouid.3.Met. *Ventorumq; domos.*
Luca.2.Phar. *Si rursus tellus pulsu laxata tridentis*
Aeolij, tumidis immittat fluctibus Eurum.
Ouid.4.Met. *Clauserat Hippodates æterno carcere ventos.*
Sil.Ital. lib.9. *Tum ventis positus custos, cui flamina carcer*
Ouid.14.Met. *Imperio compressa tenet, cœlumque ruentes*
Euriq;, & Boreæ parent. Coriq;, Notiq;
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos.

Vide VENTVS.

Æquare Æqualis.

Virg.2.Geor. *— & pedibus summas æquabis arenas.*
Virg.1.Æneï. *— operumque laborem Partibus æquabit iustis.*
— & numerum cum nauibus æquat.
Ibid. *Libra die, somniq; pares vbi fecerit horas.*
Vir.1. Georg. *Et medium luci, atque vmbris iam diuidet orbem.*
Et nunc æquali tecum pubescere æuo.
Virg 5. Æneï. *— fuit huic animis æqualis, & annis.*
Ouid.1.Met. *Iusta pari premitur veluti cum pondere libra,*
Tib.lib.4. *Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.*
— æquo pubescunt sydere natæ.
Stat.2.Theb. *— vallemque profundam Aequauere iugis.*
Clau.in fratr. *Et paribus spatiis occasus cernit, & ortus.*
Manil.lib.2. *Quatuor in partes diuisum mensibus æquis.*
Ibid. *— lucem qui circulus æquat, & vmbras.*
Ibid. *— quo limine Phœbus*
Ibid. *Componit paribus numeris noctemq;, diemq;,*
Veris, & Autumni currens per tempora mista,
Cum medium æquali distinguit limite cœlum.
Æquato tum libra die cum tempore noctis
Ibid. *Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro.*
Intreis æqualeis discurrit linea ductus.
Manil.lib.2. *— par nocti in vtroq; dies est.*
Ibid. *Sed ratione pari est æqualis nocte diebus,*
Ibid. *Temporaq; efficiunt simili concordia textu.*
Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant.
Manil.lib.3. *Et paribus spatiis æqualia dirigit astra.*

Libra,

Libra, Ariésq; parem reddunt noctémq;, diémq;. Virg.Eclog. 5
Nec calamis solùm æquiparas sed voce Magistrum
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Et cantare pares & respondere parati Virg.Eclog.7
Agmina concurrunt, ducibúsq; & viribus æquis. Virg.10. Aen.

Aer.

Aërias tentasse domos. Hor.1.c.0.28
per purum tonantes egit equos. Jbid.o.34.
— per arduum. Hor.2.c.o.19.
Proximus est aër illi leuitatæ. Ouid.1. Met.
Imminet his aer, qui quanto est pondere terræ, Ibid.
Pondere aquæ leuior, tanto est onerosior igne. Ibid.
— cœpit volucres agitabilis aër. Virg.1.Georg.
— & aperta serena Prospicere. Ibid.
— leuem fugiens secat æthera pennis. Ibid.
— Iuppiter humidus Austris. Jbid.
— liquido sublimis in aëre Nisus. Virg.Eclog.6
— magnum per inane. Manil.lib.6.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea. Jbid.
Aetherias aquila puerum portante per auras, Virg.8. Æne.
— cæli in regione serena.
Per sudum rutilare vident. Vir.12. Æneï.
— volucres dispersit in auras. Virg 5. Æneï.
— vitámq; reliquit in Astris Aërijs, Jbid.
— figit sub nube columbam. Vir.7. Aenei.
— supera ardua linquens. Virg.9. Æne.
— Iuppiter horridus Austris. Virg.12. Aen.
— vacuum per inane volutus. Tib.lib.4.
— aërias volucris perlabitur auras. Ibid.
— vectus per inania curru. Prop.lib.2.
— in vanum ferre. Boet.lib.4.
Aëris immensi superat globum. Luc.4. Pharſ.
— congestúmq; aëris atri
Vix recipit spatium, quod separat æthere terram. Luc.9. Pharſ.
— tulit magni per inania cæli. Lucret.lib.1.
— aërias auras. Ouid.1. Fast.
— vacuo quicquid in orbe patet. Manil.lib.1.
Ignis in ætherias volucer se sustulit auras. Ibid.
Proximus in tenueis descendit spiritus auras, Virg.3. Geor.
Aëráq; extendit medium per inania mundi. Virg.2. Æneï.
Sub dio carpere somnos, nudóq; sub ætheris axe. Virg.1. Æneï.
Ætheria quod lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat cælo.

Vide VOLARE.

Aestas, & æstus, & æstatis descriptio.

Fort. *Torrida præsertim cum terris incubat æstas*
Ac sitiente solo tristis anhelat ager.
Cum Titan radijs feruentibus exarat arua,
Et calor ignifero vomere findit humum.
Ecce vaporiferum sitiens canis egerit æstrum
Et per hiulcatos feruor anhelat agros.

Jdem. *Æstifer ignitas cum Iulius urit auenas,*
Siccaque puluereo margine terra sitit.
Languidior placidas vix pampinus explicat vmbras,
Mollior & glaucas contrahit herba comas.
Summissis folijs Phœbi regnante vapore,
Vix sua defendit frigida tecta nemus.

Manil. lib. 5. *Cum vero in vastos surgit Nemeæus hiatus,*
Exoriturq; Canis, latratq; Canicula flammas
Et rapit igne suo, geminatq; incendia Solis:
Qua subdente facem terris, radiosq; mouente,
Dimicat in cinereis orbis fatumq; supremum
Sortitur, languetq; suis Neptunus in vndis,
Et viridis nemori sanguis decedit, & herbis.
Cuncta peregrinos orbeis animalia quærunt:
At q; eget alterius Mundus: Natura suismet
Ægrotat morbis nimios obsessa per æstus.

Virg. 2. Geor. *Inq; rogo viuit: tantus per sydera feruor*

Ibid. *Funditur; at q; vno ceu sint in flumine cuncta.*

Virg. 3. Geor. *— vbi hiulca siti findit Canis æstiuer arua.*

Ibid. *Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas.*

Ibid. *— dum mox frondosa reducitur æstas.*

Ibid. *At vero zephyris cum læta vocantibus æstas.*

Virg. 4. Geor. *— asperq; siti at q; exterritus æstu.*
— terraq; ardore dehiscunt.
— vbi pulsam hyemem Sol aureus egit.

Ibid. *Sub terras, cælumq; æstiua luce reclusit.*
— medios cum Sol accenderit æstus,

Ibid. *Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est.*
Iam rapidus torrens sitientes Syrius Indos
Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat, arebant herbæ & cauæ flumina siccis

Virg. 3. Æneï. *Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant.*

Ouid. 1. Met. *— vix prima inceperat æstas.*
— postquam vetus humor ab igne
Percaluit Solis, cœnumq; vdæq; paludes Intumuere æstu.

Æthe-

Ætherioque recens exarſit ſydere limus. Jbid.
—diluuio tellus lutulenta recenti Jbid.
Solibus ætherijs, altoque recanduit æſtu.
—ante ſydus feruidum. Hor.Epod.15
Hor.Epod.3.
Nec tantus vnquam ſyderum inſedit vapos
Siticuloſæ Appuliæ. Hor. Epo.16.
—nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia. Vir.1.Geor.
—rapidiue potentia Solis Acrior. Jbid.
—quarum vna coruſco..
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ad igni. Jbid.
At rubicunda Ceres medio ſuccinditur æſtu. Vir.Eclog.1.
—rapido feſſis meſſoribus æſtu. Vir. Eclog.7.
—iam venit æſtas Torrida. Vir Eclog.10.
Nec ſi cum moriens alta liber aret in vlmo
Æthiopum verſemus oues ſub ſydere Cancri. Ho. 1.c.o.17.
—& igneam defendit æſtatem. Jbid.
Hic in reducta valle Caniculæ Vitabis æſtus. Jbid.o.22.
Arbor æſtiua recreatur aura. Hor.2. c.o.5.
—nunc fluuij grauem ſolantis æſtum. Jbid.o.6
—Vbi Maura ſemper æſtuat vnda. Hor.3.ca,29.
Iam clarus occultum Andromedes pater
Oſtendit ignem, iam Procyon furit,
Et ſtella veſani Leonis
Sole dies referente ſiccos:
Iam paſtor vmbras cum grege languido
Riuumq; feſſus quærit, & horridi
Dumeta Syluani, caretq;
Ripa vagis taciturna ventis. Ouid.1. Met.
—quinta eſt ardentior illis. Jbid.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu Ouid. 2. Met.
Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat. Ouid. 5. Met.
Æſtus erat, magnusq; labor geminauerat æſtum. Virg.6.Æne.
—terris immittit apricis. Jbid.
—æſtate ſerena. Virg.7. Æne.
Vel cum Sole nouo denſæ torrentur ariſtæ. Catullus.
Sole ſub ardenti. Jdem.
Dulce viatori laſſo in ſudore leuamen
Cum grauis exuſtos æſtus hiulcat agros. Tib.lib.1.
Sed Canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra. Ibid.
—æſtiuo prouocat orbe niues. Jbid.
Et Canis arenti torreat arua ſiti. Tib.lib.2.
—calidi cum ſyderis æſtu.

At media est Phœbi semper subiecta calori,
Tib.lib.4. *Seu propior terris æstiuum fertur in orbem.*
Venit enim tempus quo torridus æstuat aër.
Prop.lib.2. *Incipit & sicco feruere terra Cane.*
Prop.lib.4. *— & æstiuo mora rubere die.*
Boet.lib.1. *Tu cum feruida venerit æstas*
Agiles noctis diuidis horas.
Jbid. *Cum Phœbi radiis graue*
Cancri sydus inæstuat.
Æstas Cererem feruida siccat.
Boet.lib.4. *Æstiferum suadens anticipare diem.*
Auson. *Iam terras, volucremq; polum fuga veris aquosi*
Statius. *Laxat, & Icariis cœlum latratibus urit.*
Oui.2.de art. *— sitiensve canicula tardet.*
Ouid.1.de re. *— formosa est messibus æstas.*
Luc.1 Pharſ. *— cum feruida canduit æstas.*
Luc.4.Pharſ. *— nec segnis mergere ponto.*
— nam Sol Ledæa tenebat
Sydera vicino cum lux altissima Cancro est.
Luc.6. Pharſ. *Cum per summa poli Phœbum trahit altior æstas,*
Ibid. *At medios ignes cœli, rapidiq; Leonis*
Solstitiale caput nemorosus summouet Othys.
Lucr.lib.5. *Inde loci sequitur calor aridus, & comes vna*
Puluerulenta Cere, & Etesia flabra Aquilonum,
Perſ.Sat.3. *— siccas insana canicula messeis*
Iamdudum coquit, & patula pecus omne sub vlmo est.
Sil.Ita.lib.1. *— nec puluere fessum*
Agminis ardenti labefecit Syrius astro,
Flammiferis tellus radijs cum exusta dehiscit,
Candentiq; globo medius coquit æthera feruor.
Sil.Ita. lib.16. *Aut cum let hiferos accendens Syrius igneis,*
Torret anhelantem sauis ardoribus orbem.
Sen. in Hipp. *Non sic vere nouo prata decentia*
Æstatis calida dispoliat vapor,
Sæuit solstitio cum medius dies,
Et noctem breuibus præcipitat rotis,
Languescunt folio lilia pallido,
Et gratæ capiti deficiunt rosæ.
Jbid. *Nunc æstiui colla Leonis*
Cererem magno feruore coquant.
— igneis auget æstiferi Canis
Sen. in Oed. *Titan Leonis terga Nemæi premens,*
Deseruit amneis humor, atq; herbas color.

Vel

Vel comam syluis reuocabit æstas. Se. in He. Oc.
Et Canis (Icarium dicunt) quo sydere moto Quid. 4. Fast.
Tota sitit tellus præcipiturq; seges.
Æstus erat, meditusq; dies solisq; vapore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri. Oui. 10. Met.
Transit in ætatem post ver robustior annus,
Fitq; valens iuuenis, neque enim robustior ætas Oui. 15. Met.
Vlla nec vberior, nec qua magis ardeat vlla est,
Flammifera patiens zona, Cancriq; calentis.
Cumq; die Titana Canis flagrantior armat.
Et rapit humoreis madidos, venasq; calore Clau. de Nil.
Compescit, radiisque potentibus æstuat axis. Ibid.
Syluarumque comas, & abacto flamine nubeis.
Mulcet iners æstas, tunc stagna lacusque sonori Stat. 3. Theb.
Detumuere, tacent exhausti solibus amnes. Stat. 5. Theb.
Iamque exuta gelu tepuerunt sydera longis Solibus. Auson.
Ver pluuium sine flore fugit, Canis æstifer ardet, Stat. 3. 3. Syl.
Tempus erat, cœli cum torrentissimus axis
Incumbit terris, ictusque Hyperione multo
Acer anhelantes incendit Syrius agros.
Sol licet admoto tellurem sydere findat, Oui. 2. Amo.
Et micet Icarij stella proterua Canis.
Quid si non aptas Solem mutantibus vmbras. Oui. de nuce.
Finditur Icario cum Cane terra, dazem.
— arentes cum findit Syrius agros. Tit. lib. 1.
— cum Sol aduersa per astra. Manil. libr. 3
Æstiuum tardis attollit mensibus annum.
— Æstiua nomine noctis Ibid.
Solstitium summo peragat dum Phœbus Olympo.
Solstitium tardi cum fit sub sydere Cancri,
Tuncque diem bruma nox æquat, tempora noctis Ibid.
Longa dies, similique redit, quam creuerat, actu.
Cancer ad æstiue fulget fastigia zonæ,
Extenditque diem summum paruoque recessu
Destruit vt quanto fraudauit tempore noctes.
In tantum luces auget: stat summa per omneis,
Cum Cererem fragili properat distringere culmo
Campus, & in varias distringunt membra palestras.
Et tepidum pelagus iactatis languet in vndis. Virg. 1. Æneid.
æstate noua. Virg. Ecl. 7.
Solstitium pecori defendite, iam venit æstas.
Torrida, iam lato torrent in flamite gemmæ.
Ante focum si frigus erit, si messis, in vmbra.

Virg.1. Geor. —glebasq; iacentes

Virg.10.Æn. Puluerulenta coquat maturis solibus æstas
— aut Syrius ardor.

Aetas aurea.

Oui. 2. Geor. Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat,
Necdum etiam audierant inflari classica: necdum

Idem 8. Æn. Impositos duris crepitare incudibus enses.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis,
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris,
Aureaq; vt perhibent, illo sub rege fuere
Secula, sit placidos Populos in pace regebat.

Oui.15.Met. At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen
Fœtibus arboreis & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore,
Tunc & aues tutæ mouere per aëra pennas
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis,
Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.
Cuncta sine insidiis, nullamq; timentia fraudem
Plenaq; pacis erant.

Ouid.1. Met. Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat,
Pœna metusq; aberant, nec vincla minacia colle
Aere ligabantur, nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.
Nondum cæsa suis, peregrinum vt viseret orbem
Montibus, in liquidas pinus descenderat vndas
Nullaq; mortales, præter sua littora, norant.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ,
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat, sine militis vsu
Mollia securæ peragebant ocia gentes.
Ipsa quoq; immunis rastroq; intacta, nec vllis
Saucia vulneribus, per se dabat omnia tellus,
Contentiq; cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant,
Cornaq; & in duris hærentia mora rubetis.
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat æternum placidisq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarxata ferebat,

Nec

Nec renouatus ager grauidis reuirebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauaq; de viridi stillabant ilice nulla. Vir. in Aetna.
Aurea securi quis nescit secula Regis
Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
Venturisq; malas prohiberet frugibus herbas:
Annua sed saturæ complerant horrea messes:
Ipse suo flueret Bacchus pede: mellaq; lentis
Penderent foliis: & pingui Pallas oliua.
Secretos amneis ageret cum gratia rutis.

Aeternus.

— decurrit gloria vatum, Iuuen.
Quæ manet æternæ similis, dum sæcla volabunt,
Et vertigo poli terras atq; æquora circum.
Aethera sidereum iusto moderamine voluet,
Quod si tam longam meruerunt carmina famam,
Quæ veterum gestis hominum mendacia nectunt,
Nobis certa fides æterna in secula laudis
Immortale decus tribuit, meritumq; rependet.
Pugnabunt iaculis dum Thraces lazyges arcu Ouid. in Ibin.
Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit.
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dum Tyberis liquidas Thuscus habebit aquas.
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras. Virg. 1. Æneï.
His ego nec metas rerum, nec tempera pono.
Imperium sine fine dedi. Ibid.
In freta dum fluuii current, dum montibus vmbra
Lustrabunt, conuexa polus, dum sydera pascet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. Virg. 2. Æneï.
— & tectis sine fine furenti.
— pacem æternam. Virg. 4. Æne.
Néve operis famam posset delere vetustas. Ouid. 1. Met.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores, Ibid.
Sed nocet esse Deum, præclusaq; ianua lethi
Aeternum nostros luctus extendit in æuum, Her. Epod. 5.
Priusq; cœlum sidet inferius mari,
Tellure porrecta super, Vir. Eclog. 5.
Quam non amore sic meo flagres.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ, Hor. 2. c. 20.
Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq; situ pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens

Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Et fore principio pariter, futoq; carentem.
Manil. lib. 1. *Hæc æterna manet, diuisq; similima forma,*
Ibid. *Cui neq; principium est vsquam, nec finis in ipso.*
Lux æterna mihi, cæturaq; fine dabatur.
Ouid. 14 Met. *At chartis nec furta nocent, nec secula prosunt,*
Manil. lib. 10. *Selaq; non norunt hæc monimenta mori.*
Ho. 4. c. o. 14. *Quæ cura patrum, quæve Quiritium*
Plenus honorum muneribus tuas
Auguste virtutes in ævum
Per titulos, memoresq; fastos Æternet?
Virg 6. Ænei. — *Æternumq; tenet per secula nomen.*
Auctor. — *iniuria vetus*
Non abolere tuos inuidiosa potest.
Oui. 15. Met. *Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes.*
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas:
Cum volet illa dies quæ nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi finiat æui,
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenq; erit indelebile nostrum:
Quaq; patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perq; omnia secula fama,
Si quid habent veri vatum præsagia, viuam:
Catullus. *Qualecunq; quidem ora per virorum*
Plus vno maneat perenne sæclo.
Prop. lib. 3. *At non ingenio quæsitum nomen, ab æuo*
Excidet: ingenio stat sine morte decus.
Boet. lib. 2. *Quisquis volet perennem Cautus ponere sedem,*
Sen. in Oedi. *Lucida dum current annosi sydera mundi,*
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem,
Lunaq; demissos dum plena recolliget igneis,
Dum matutinos prædicet Lucifer ortus,
Aliaq; cæruleum dum Nerea nesciet Arctos,
Candida formosi venerabimur ora Lyei.

Vide ABOLERE, & FAMA.

Ætna, & illius descriptio.

Virg. 3. Ænei. *Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna.*
Ibid. — *horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,*
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum & sydera lambit:
Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis

Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exestuat imo.
Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam
Impositam ruptis flammam exspirare caminis,
Et fossum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlum subtexere fumo. Ibid.
— curuisque immugit Ætna cauernis. Hor. in Palin.
— Sicana feruida furens in AEtna flamma Virg. 1. Geor.
— quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus AEtnam.
Flammarumque globos, liquefactaque voluere saxa.
Iamque giganteis iectam faucibus AEtnam. Ouid. 4. Met.
— & ardenti seruilia bella sub Aetna. Luc. 1. Pharſ.
Ora ferox Sicula laxauit Mulciber Aetna. Ibid.
Qui se postquam AEtnæ mersit candente barathro. Sil. Ital. lib. 9.
— ceu Siculus flammis vrgentibus Aetnam Vndat apex. Luc. 5 Pharſ.
Non sic Aetnais habitans in vallibus horret. Luc. 6 Pharſ.
Enceladum spirante Noto, cum tota cauernas
Egerit, & torrens in campos defluit Aetna.
— & hic Aetnæa minantur Lucr. lib. 2.
Murmura flammarum rursum se conligere iras:
Paucibus eruptos iterum vt vis euomat igneis,
Ad calumque ferat flammai fulgura rursum. Lucr. lib. 6.
— per fauceis montis vt Aetnæ
Expirent ignes interdum turbine tanto. Ignis abundare
Aetneus.
Nunc tamen, illa modis quibus irritata repente Ibid.
Flamma foras vastis Aetnæ fornacibus effiet,
Expediam. Primum totius caua montis
Est natura ferè silicum suffulta cauernis:
Omnibus est porro in speluncis ventus, & aer:
Hic vbi percaluit, calefecitque omnia circum
Saxa furens, qua contigit terramque & ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem,
Tollit se, ac rectis ita faucibus eijcit altè,
Funditq; ardorem longè, longeq; fauillam
Differt, & crassa voluit caligine fumum,
Extruditq; simul mirando pondere saxa.
Quam qui caminis ignis Ætnæis furit. Sene. in Her. Fur.
Rupe feruentis residens in Ætna.
— flammásq; quas Siculo vomit Sen. in Thye.
De monte tellus igneos voluens globos.

Non

Sen. in Theb. *Non tam grande sonat motis incudibus AEtna,*
Stat. 3. Syl. *Cum Brontes Steropesq; facit.*
Ouid. 15. Meta. *Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Ætna*
Ignea semper erit, neq; enim fuit ignea semper,
Nam siue est animal tellus, & viuit habetq;
Spiramenta locis flammam exhalantia multis
Spirandi mutare vias, quotusq; mouetur
Has finire potest, illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris.
Saxaq; cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem,
Antra relinquentur sedatis frigida ventis:
Siue bituminea rapiunt incendia vires
Lutéque exiguis ardescunt sulphura fumis.
Nempe vt terra cibos, alimentaq; pinguia flammæ,
Non dabit, absumptis per longum viribus ævum,
Naturaq; suum nutrimen deerit edaci
Non feret illa famem desertaq; deseret ignes.

Agamemnon.

Ouid. 13. Met. — *Troia populator Atrides*
Virg. — *& nigri Agamemnonis arma.*

Ager.

Virg. *Ac prius ignotum ferro quam scindimus æquor,*
tonsas cessare nauales
Et segnem patiêre situ durescere campum.
— *sata læta boumq; labores.*
— *fertilis vbere campus.*
— *si pinguis agros metabere campi.*
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Virg. 2. Geor. *Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris.*
Ibid. — *optima putri Arua solo.*
Ibid. — *Laudato ingentia rura, Exiguum colito.*
Virg. 4. Ænei. — *humectat flauentia culta Galesus.*
Ibid. — *cui pauca relicti Iugera ruris erant.*
Ibid. — *per pinguia culta.*
Virg. 2. Ænei. *Sternit agros sternit sata læta, boumq; labores.*
Ouid. 1. Met. — *iam pascua Lernæ,*
Consitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arua.
Ibid. — *feraxq; Rus habet,*
Virg. 1. Geor. *Et segnem patiêre situ durescere campum.*
Hor. 9. c. o. 24 *Immetata quibus Iugera liberas*
Fruges, & Cererem ferunt.
Mart. lib. 1. *Ardea solstitio, Pestanaq; rura petantur.*

Quiq

Quiq; Cleonæo ſydere feruet ager. Ouid.3.Met.
Monte fere medio eſt cingentibus vltima ſyluis
Purus ab arboribus ſpectabilis vndiq; campus. Tib.lib.1.
Et teneat culti iugera magna ſoli Oui. de nuce.
Imus in extremo margine fundus habet. Ibid.
— ſit lapidoſus ager. Ouid.4.Faſt.
— veſtitos meſſibus agros. Manil.lib.2.
Et feræ diuerſis exercita frugibus arua. Mart.lib.5.
Sunt tibi, confiteor diffuſi iugera campi
Vrbaniq; tenent prædia multa lares.

Agere.

Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper Mart.lib.1.
Eſt non eſt quod agas, Attale ſemper agis.
Si res & cauſa deſint, agis Attale mulas,
Attale ne quod agas deſit, agas animam.

Aggredi.

Nil intentatum Solius nil linquit inauſum Mart.lib.1.
— ſtudium quid inutile tentas? Oui 4. Triſt.
Dum tamen in rebus tentamus carmina paruis Ou.2.de pon.
Materiæ gracili ſufficit ingenium.
Nuper vt huc magni peruenit fama triumphi
Auſus ſum tantæ ſumere molis onus.
Obruit audentem grauitas rerumq; nitorq;
Nec potui cepti pondera ferre mei.

Vide CONARI, INCIPERE & EXPERIRI.

Agricola.

— Quibus ipſa procul diſcordibus armis Vir.2. Georg.
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.
Humida ſolſtitia, atq; hyemes orate ſerenas Agricolæ Virg.1. Geor.
O fortunatos nimium ſua ſi bona norint, Agricolas. Vir.2. Georg.
— hinc laudem fortes ſperate coloni. Virg.3. Geor.
— it triſtis arator, durus arator, curuus arator. Ibid.
Vt quamuis auido parerent arua colono, Virg.Eclog.3
Gratum opus agricolis. Virg.4. Geor.
— votis reſpondet auari Agricolæ. Virg.1. Ænei.
— & quæ ſint duris agreſtibus arma. Ibid.
Robuſtus quoque iam tauris iuga ſoluet arator. Virg.Eclog.4
— pauper Ruris colonus. Hor.2.c.o.35.
Sed ruſticorum maſcula militum Hor.3.c.o.6.
Proles Sabellis docta ligonibus Verſare glebas.
Dura lacertoſi fodiebant arua coloni. Ouid.11.Met.
Ruſtica agricolæ bonis Tacta frugibus exples. Catullus.
Cultor agri Ruſticus acer.

Tib.lib.1. — *rustica pubes.*
Proper.lib.1. *de tauris narrat arator*
Prop.lib.3. *Felix agrestum quondam pacata iuuentus:*
Diuitiæ quorum messis & arbor erant.
Oui. de nuc. — *grando duris inuisa colonis.*
Ho. de ar.po. — *cultorne virentis agelli*
Lucr.lib.5. *Nec robustus erat curui moderator aratri.*
Virg. 1. Geor. *Agricola incuruo terram molitus aratro.*
Ouid.4. Fast. — *cum duro parca colona viro.*
Ho.1.ser.sat.1 *Ille grauem duro terram qui vertit aratro.*

Vide ARARE.

Agnus.

Virg 2 Geor. *Aut fœtus ouium. Ouium teneros depellere fœtus.*
Virg.4. Geor. *Auditique lupos acuunt balatibus agni.*
Virg.1. Æneï. — *pingues centum cum matribus agnos.*
Vir.Eclog.1. *Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.*
Hor.3.c.6.13. *Lasciui soboles gregis.*
Virg.9. Æneï. *Quæsitum aut matri multis balatibus agnum.*
Virg.9 Æneï. — *tuti sub matribus agni Balatum exercent.*
Tib. lib.1. *Nunc agna exigui est hostia parua soli.*
Oui.1.de art. *Vtque fugit visos agna nouella lupos.*
Lucr.lib.1. — *hinc noua proles*
Artubus infirmis teneras lasciua per herbas
Ludit, lacte mero mentes perculsa nouellas.
Ouid.7.Met. — *balatum mirantibus exilit agnis,*
Lasciuitque fuga lactantiáque vbera quærit.
Mart. lib.5. *Matrémque plenam mollis agnus exspectat.*
Ou.4.de pon. *Agnáque tam lactens, quam gramine pastá*
Ele. 8. *Illa trémit, velut agna pauens, quæ saucia cani*
Ouid.6.Met. *Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur.*
Stil. lib.7. — *lupus fœtúmque trementem Ore tenet pressó.*
Vir. Eclog.7. *Si fœtura gregem suppleuerit.*

Aiax.

Oui.12.Met. — *clypei dominus septemplicis Aiax*
Ibid. — *Telamone Satus, Telamone creatus*
Ibid. — *quo si Telamonius esset*
Ibid. — *nec Telamoniades audet.*

Albus.

Virg.3. Æneï. — *pecudem Zephyris felicibus albam:*
Jbid. — *equos candore niuali*
Virg.4. Æneï. *Candentis vaccæ.*
Hor.1.c.o.2. *Nube candenti humeros amictus.*
Ibid,o.13. — *tibi candidos Turparunt humeros.*

Sit

Sit niue candidior. Mart.lib. 2.
Toto candidior puella cigno, Ibid.
Argento, niue, lilio, liguſtro.
Candida cauda tamen, color eſt quoque cruribus albus: Ouid. 1.
Qui candore niues anteirent. Virg. 12. Æne.
— tum lactea colla Auro innectuntur. Vir. 8. Æn.
— quem Thracius albis Virg. 5. Æne.
Portat equus bicolor maculis, veſtigia primi
Alba pedis, frontémq; oſtentans arduus albam.
Candida per ſyluam, cum fœtu concolor albo. Virg. 8. Aenei.
Argento niueam, Muſa, tibi lege Conſerto chlamydem. Auctor.
— niuali Dux equo gaudens. Idem.
— & eburnea colla decusq; Ouid. 3. Met.
Oris, & in niueo miſtum candore ruborem.
Niueis citata cepit manibus. Catullus.
— & eburnea ceruix. Oui. epiſt. 19.
Candor erat, qualem præfert Latonia Luna, Tib. lib. 3.
Et color in niueo corpore purpureus
Pectora vel niuibus puris, vel lacte, tuámq; Oui. epiſt. 15.
Complexo matrem candidiora loue.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis Ouid. 2. Met.
Ales, vt æquaret totus ſine labe columbas,
Nec ſeruaturis vigili Capitolia voce
Cederet anſeribus, nec amanti flumina cygno. Ibid.
Quippe color niuis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcauêre pedis, nec ſoluit aquaticus Auſter. Lucret. lib. 2.
— & candens lacteus humor. Sil. Ita. lib. 13.
Cerua fuit raro terris ſpectata colore,
Quæ candore niuem, candore anteiret oloreis. Mart. lib. 7.
Et ceruſſata candidiora cute. Mart. lib 12.
Lintea ſi ſumas niue candidiora. Oui. 13. Met.
Candidior folio niuei Galatea liguſtri. Vir. Eclog. 7.
Candidior cygnis, hedera formoſior alba. Clau. 3. in Iaſ.
Par nitor intactis niuibus. Stilich.
— ſuperátq; niues, ac lilia candor. Cla. in epiſt. 2.
Forte ſub vmbroſis memoratæ vallibus Idæ Ouid. 1. de art.
Candidus armenti gloria taurus erat:
Signatus tenui media inter cornua nigro,
Vna fuit labes, cætera lactis erant.
Et nen calcata candidiora niue. Ouid.
Alere, & Ali. Virg.
Dúmque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ Virg. 2. Geor.
— quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus. Virg. 2. Geo

Virg.3.Geor. *Dulcem ferre cibum.*
Ibid. *Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.*
Virg.4. Geor. *— acremq; Molossum Pasce sero pingui.*
Ibid. *Ore ferunt dulcem nidis immittibus escam.*
Virg 3. Æneï. *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.*
Victum infelicem baccas, lapidosaq; corna.
Virg 4. Æneï. *Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ*
Ouid 1. Met. *— epulasq; draconi Quæ dabat.*
Ouid in Ibin. *Frondibus arboreis, & amara pascitur herba.*
Ibid. *Hic inconsumpto viscere pascet aues.*
Vir. 11. Æneï. *Impius humano viscere pauit equos.*
Hic natam in dumis, interque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Virg.6 Æneï. *— rimaturq; epulis.*
Auctor. *— à lupane*
Tybris altorum celebrata lambens Mœnia fratrum?
Ouid.3. Met. *Furtim illum primis Iuno matertera cunis*
Educat, inde datum nimphæ Nyseides antris
Occuluere suis, lactisq; alimenta dedere.
Ouid epist 9. *Efferus humana qui dape pauit equos.*
Catullus. *Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.*
Prop. lib. 4. *Æternusq; tuam pascat Aselle famem.*
Ouid. 3. Fast. *Lacte quis infanteis nescit creuisse ferino,*
Et picum exposítis sape tulisse cibos?
Manil. lib. 4. *Aut lupa proiectos nutrisset Martia fratreis.*

Vide COMEDERE, & PASCERE.

Aliquando fore, *vide* POSTHAC.

Alloqui.

Virg 4. Geor. *— atque hæc affatus voce parentem.*
Virg. Æneï. *Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est.*
Ibid. *Atque illum tales iactantem pectore curas Alloquitur Venus:*
Ibid. *— tali fugientem est voce sequutus.*
Ibid. *— Prior Aeneam compellat Achates.*
Ibid. *Tum sic reginam alloquitur, cunctisq; repente*
Ibid. *Improuisus ait.*
Ibid. *Ergo his aligerum dictis affatur amorem.*
Virg.2. Æneï. *Compellare virum, & mœstas expromere voces.*
Ibid. *Tum sic affari, & curas his demere dictis.*
Virg.3. Æneï. *His vatem aggredior dictis, ac talia quæro.*
Ibid. *Hos ego digrediens lachrymis affabor obortis.*
Virg.4. Æneï. *Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.*

Sic contra eſt ingreſſa Venus. Ibid.
Tandem his Aeneam compellat vocibus vltro. Ibid.
— & mœſtam dictis aggreſſa ſororem. Ibid.
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis. Ouid. 2. Met.
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt, Virg. 9. Æneï.
Tum ſic affatur regem atq; ita turbidus infit. Virg. 12. Æn.
Compellabat & has triſtis Latonia voces Ore dabat. Vir. 11 Æneï.
— compellat voce Menœten. Virg. 5. Æneï.
— & fidam ſic fatur ad aurem. Ibid.
— & notis compellat vocibus vltro. Virg. 6 Æneï.
— fruiturq; deorum Vir. 7. Æneï.
Colloquio atq; imis Acheronta affatur Auernis.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur. Ibid.
His vbi ne quicquam dictis experta. Ibid.
Iunonem victrix affatur voce ſuperba. Ibid.
Tum regem Æneas dictis affatur amicis. Virg. 8. Æneï.
— Coramq; parentem Allo quere. Ibid.
Talibus affata eſt dictis Vocibus his affata Iouem. Ibid.
Illa Deam longo prudens ſermone ferebat. Virg. 9. Æneï.
Et mutum ne quicquam alloquerer cinerem. Ouid. 3. Met.
— & ad ſuperos talia dicta dedit. Catullus.
— longis Cæſar producere noctem Cláud.
Inchoat alloquiis, ſummaq; in ſede iacentem Luc. 10. Phar.
Lin. gerum placidis compellat Achorea dictis.

Vide LOQVI.

Alluere vide fluere.

Altare.

Ingens ara fuit Altaria fumida. Virg. 2. Æneï.
— pingues ſpatiatus ad aras. Virg 4 Æneï.
Hanc aram luco ſtatuit quæ maxima ſemper Ouid. 1. Met.
Dicetur nobis, & erit quæ maxima ſemper Virg. 8 Æne.
— incenſa altaria circum Ibid.
— diuum fumantibus aris. Catullus.
Quod ieiuna piam deſideret ara cruorem. Ibid.
Inde coronatas vbi thure plaueris aras. Prop. lib. 3.
— date ſerta per aras. Statius.
Feſtaq; pallantes hilarent altaria lucos.
Ara mihi poſita eſt paruo contuncta ſacello. Ouid. 1. Faſt.
Bina mihi poſitis lucent altaria flammis. Manil. lib. 1.

Altus.

— vbi aëra vincere ſummum
Arboris haud vlla iactu potuêre ſagittæ. Virg. 2. Geor.
— aerij ſpecula de montis

Virg. 4. Geor. — cœlumq; profundum
Virg. 5. Ænei. Tum vicina astris erycino in vertice soles.
Vir. 2. Aenei. — attollere molem
Roboribus textis cœloq; educere tentant,
Virg. 1. Ænei. — geminiq; minantur In cœlum scopuli.
Virg. 2. Æne. Turrim in præcipiti stantem summisq; sub astra,
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri.
— aërias Phæacum abscondimus arces.
Virg 3. Aenei. — ipse arduus altaq; pulsat Sydera.
Ibid. nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Ibid. Cœlo capita alta ferentes.
Ibid. — quales cum vertice celso Aëria quercus.
Ibid. — minaq;
Virg. 4. Æne. Murorum ingentes, æquataq; machina cœlo.
Jbid. — aut summi culmine tecti, Turribus aut altis
Ibid. — apicem & latera ardua cernit Atlantis.
Ibid. — arce ex summa.
Jbid. — vertice ad auras Ætherias tendit.
Mart. lib. 1. Hic vbi sydereus propius videt astra colossus.
Et crescunt media pægmata celsa via.
Hor. 1. c. o 3. Sublimi feriam sydera vertice.
Hor 3. c. o. 29 Molem propinquam nubibus arduis.
Ouid. 1. Met. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,
Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes.
Se. in He. Oc. Qua celsus astris inserit Pindus caput.
Mart. lib. 1. Celsa culmina delicata villæ.
Ouid. 2. Met. Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
Virg 5. Ænei. At procul excelso miratus vertice montis.
Vir. 8. Æn. — altissima vsu.
Virg 6. Ænei. Quantus ad athereum cœli conspectus Olympum.
Virg. 7. Ænei. Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo.
Vir. 8. Aeneid. & aërii cursu petit ardua montis.
Auctor. Menstrua cœlum superans ouanti Vertice Phœbus.
Vir 9. Æneid. Turris erat vasto suspectu
Virg. 1. Ænei. — altas ad sydera pinus.
Virg. 11. Aen. Nam neq; pyramidum sumptus ad sydera ducti.
Prop. lib. 3. Nec Ionis Elei cœlum imitata domus.
— nullo quam vertice tellus
Luca. 2. Phar. Altius intumuit, propiusq; accessit Olympo.
Ibid. — educto qua surgit in aëra dorso.
Sil. Ita. lib. 5. — misto Ceraunia cœlo
Ibid. Nubibus insertans altis caput.

Vrbs erat in ſummo nubibus æqua iugo. Ou. 4. de Pō.
Sublimiq; minans irrumpit in æthera tecto Eleg. 7.
Oſtentans altam, Pharos vt Memphitica, turrim. Auſo in Moſ.
— ſic turribus altis Auſ. de Butd.
Ardua, vt aërias intrent faſtigia nubes.
Audijt & medias cœli Parnaſſus. Stat. 6. Theb.
— at q; ſolo procæras erigit alnos Virg. Eclog. 7
Proceras manibus vertere fraxinos Hor. 3 car.
Proceros odiſſe lupos Jbid. 2. Ser.

Vide MONS.

Alueare.

apes conſortia tecta.
Vrbis habent, magnis q; agitant ſub legibus æuum. Virg. 4. Geor.
Et patriam ſolæ & certos nouêre penates. Ibid.
— ipſæ ad prætoria denſæ Miſcentur. Jbid.
— emiſſum cæcis ſuſpexeris agmen, Jbid.
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent. Idem.
Contemnúnt q; fauos & frigida tecta relinquunt. Ibid.
— aulas q; & cerea regna refigunt.
Ipſa autem ſeu corticibus tibi iuta cauatis, Virg. 4 Æneï.
Seu lento fuerint alueária vimine texta.

Vide APES, & CERA.

Amare, & amicus.

O & præſidium & dulce decus meum. Hor. 0. 1. 1.
Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore. Vir. 2. Georg.
— aut quo tibi noſtri Pulſus amor? Virg. 4. Geor.
— magno miſeræ dilectus amore: Virg. 1. Æneï.
Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis: Ibid.
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore. Ibid.
— puer ire parat mea maxima cura, Ibid.
— longum q; bibebat amorem Ibid.
Nec dulces natos, exoptatúm q; parentem. Vir. 2 Æneid.
— inſano Caſſandræ incenſus amore. Ibid.
— aut quonam noſtri tibi cura receſſit. Ibid.
— & nati ſeruæ communis amorem. Ibid.
— erepta magno inflammatus amore Coniugis, Virg. 3 Æneï.
Accipe & hæc, manuum tibi quæ monimenta mearum Ibid.
Sint, puer & longum Andromaches teſtentur amorem
Coniugis Hectoreæ.
Ille meos, primm qui me ſibi iunxit, amores Abſtulit. Virg. 4. Æneï.
— ô luce magis dilecta ſorori, Ibid.
— genitoris imagine capta Ibid.
Ardet amans Dido, traxit q; per oſſa furorem. Ibid.

Ibid. — & tantos rumpi non speret amores
Ibid. Nec te noster amor, nec te data dextra quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido.
Mart. lib. 2. Quippe rogabatur fidus quoq; vetusq; sodalis.
Hor. Epod 5. Quam non amore sic meo flagres, vti
Bitumen atris ignibus.
Virg. Eclog. 3 Et me Phœbus amat. Multos cantra iuuant.
Ho. 1. ca. o. 1. — superis deorum Gratus & imis.
Ibid. od 10. Felices ter & amplius,
Ibid. od. 13. Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulsus querimonijs
Suprema citius soluet amor die.
Hor. o. 2. l 1. — animæ dimidium meæ.
Hor. o. 19. l. 1. In me tota tuens Venus Cyprum deseruit.
Ho. o. 17. l. 2. — mearum Grande decus columenq; rerum
Ho. 1 c. o. 27. — dijs pietas mea, Et musa cordi est.
Ibid. o. 21. Latonamq; supremo Dilectam penitus Ioui
Ibid. o. 31. Vix charus ipsis.
Ibid. o 32. — & dabimus supremi Grata testudo Iouis.
Ibid. o 33. — Lycoridæ Cyri torret amor.
Ibid o 36. — diuidit oscula Charis multa sodalibus.
Hor. 2 c. o. 7. Pompei meorum prime sodalium.
Ibid. o. 12. — & bene mutuis fidum pectus amoribus.
Ho 3. ca. o. 8. Donec gratus eram tibi.
Ibid. Me torret face mutua.
Ouid. 1. Met. — fratrum quoque gratia rara est.
Ho. 3. c. o. 11. grata Diuitum mensis & amica templis.
Mart. lib. 6. In primis mihi chare Martialis
Mart. lib. 2. O quam blandus es Amiane patri,
Ibid. Quem nostis veterem meum sodalem.
Ouid. in Ibin. Quam mihi sit tecum, positis quæ sumpsimus annis,
Gratia, commissis improbe rupta iuris.
Mart. lib. 1. O mihi post nullos Iuli memorande sodales,
Ibid. Si quid longa fides canaq; iura valent:
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,
Ibid. Quod pro fratre mori vellet vterq; prior.
Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Oui 12. Met. Quales prisca fides famaq; nouit anus.
Oui. de tri. O mihi de fratris longe gratissime natis.
Quosque ego dilexi fraterno more sodales,
Virg. 5. Æneï. O mihi Thesea pectora iuncta fide.
Ibid — puerosq; puer dilectus Iulo.
Nate mihi vita quondam, dum vita manebat,

Cha-

Chare magis. Virg.8.Æneï.
Dum te chare puer, mea sera & sola voluptas.
Complexu teneo, Virg 9.Æneï.
His amor vnus erat. Ibid.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum. Ibid.
— tune ille senecta
Sera mea requies? Virg.10.Æn.
— cui Dindima cordi. Vir.12.Æneï.
— quo non superat mihi charior alter. Oui.15.Met.
— tunc tissimus illi.
Et comes, & veri non dissimulator amoris. Catullus.
Ver anni omnibus è meis amicis
Antistes mihi millibus trecentis. Jdem.
Furi, & Aureli comites Catulli,
Siue in extremos penetrarit Indos. Idem.
— hoc quicun necesse est,
Vt Veraniolum meum & Fabullum. Jdem.
Ni te plus oculis meis amarem,
Iucundissime Calue. Jdem.
Nec pueris iucunda manet nec cara puellis. Jdem.
Chara viro magis, & minus est inuisa parenti. Jdem.
Gnate mihi longa iucundior vnice vita. Jdem.
Nulla domus tales vnquam contexit amores,
Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes,
Qualis adest Tethidi qualis concordia Peleo.
— vita frater amabilior. Jdem.
— an quod amantes. Jdem.
Non longe à charo corpore abesse volunt,
— fido ab amico, Idem.
Cuius sit penitus nota fides animi
Id gratum est mihi me quoniam tibi dulcis amicum. Jdem.
Ereptum est vita dulcius atque anima. Jdem.
— si quid charius est oculis Jdem.
Teq; suis iurat charam magis esse medullis, Tib.lib.3.
Alphene immemor atque vnanimis false sodalibus, Catullus.
Iam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.
At me amore tuo deducet nulla senectus, Prop.lib.2.
Hic sancto populos quoque Boet.lib.2.
Iunctos fœdere continet,
Hic & coniugij sacrum
Castis nectit amoribus:
Hic fides etiam sua
Dictat iura sodalibus:
O felix hominum genus

Si vestros animos amor,
Quo cœlum regitur, regat.
Sed terra primis post patriam mihi Dilecta curis.

Statius. — *& vnanimi comes indefessus amici,*

Idem. *Quo Pylades ex more pius, quo Dardana gessit*
Bella Menœtiades: quippe hæc concordia vobis.
Hic amor est, duretq; precor.

Lucret. lib. 1. *Sed tua me virtus tamen, & sperata voluptas*
Suauis amicitiæ quemuis perferre laborem Suadet,

Sil. Ital. lib. 8. *Me quoq; fors dulci quondam vir notus amore*
Exspectat, curas cupiens æquare priores.

Sil. Ital. lib. 9. *Lucis idem auspicium, ac patris, & commune duobus*
Paupertas, sacro iuuenes Prænestè creati
Miscuerant studia, & iuncta tellure serebant,
Velle, ac nolle ambobus idem, sociataq; toto
Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus,
Occubuêre simul.

Mart. lib. 6. *Hic tibi curarum socius, blandumq; leuamen,*
Hic amor, hic nostri vatis Alexis erat,

Ouid. 1. Trist. Eleg. 4. *O mihi post nullos vnquam memorande sodalcis,*
Et cui præcipue sors mea vsta sua est.

Ibid. Eleg. 5. *Nec tantum Clario Lyde est dilecta poëtæ,*
Nec tantum Cóo Battbis amata suo:
Pectoribus quantum tu nostris vxor inhæres
Digna minus misero non meliore viro.

Ibid. Eleg. 7. *Quid nisi coniunctus causisq; valentibus essem,*
Temporis & longi iunctus amore tibi.

Ibid. Eleg. 8. — *in duris remanentem rebus amicum.*

Ouid. 3. Trist. Eleg. *O mihi care quidem semper, sed tempore duro Cognite.*

Fœdus amicitiæ non vis charissime nostræ,

Ibid. Eleg. 6. *Nec si forte velis, dissimulare potes:*
Donec enim licuit, nec te mihi charior alter,
Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit.

Hor. o. 33. li. 1. *Grata detinuit compede Myrtale Libertina*

Ouid. 3. Trist. Eleg. 6. *Isq; erat vsq; adeo populo testatus, vt esset*
Pene magis quam tu quamq; ego notus amor.

Ibid. *Tu tamen ô nobis vsu iunctissime longo*
Pars desiderij maxima pene mei.

Ibid. Eleg 7. *Tunc quoq;, si forsan nostrum deleuit amorem*
Tempus, eram nimio iunctus amore tibi.

Oui. 4. Trist. Eleg. 4. *Et comes exemplum veri Phoceus amoris,*
Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.

Ibid. Eleg. 5. *O mihi dilectos inter pars prima sodales,*

Vnicæ

Vnica fortunis ara reperta meis.
Diligat & semper socius te sanguinis illo,
Quo pius affectu Castora frater amat. Ibid.
Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.
Nam quod opis teneat patrias quod nomina ciuis. Ibid Eleg. 10.
Denique quod viuat, munus habere Dei: Ouid. 5. Trist.
Te tamen (ô si quid credis mihi) charior ille Eleg. 5.
Omnibus in toto pectore semper habet:
Teque Menœtiadem, te qui comitatus Orestem.
Te vocat Ægiden Eurialumque suum.
Nec patriam magis ille suam desiderat, & qua
Plurima cum patria sentit abesse sibi:
Quam vultus, oculosque tuos ô dulcior illo
Melle quod in ceris Attica ponit apis.
Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum, Jbid. Eleg. 7.
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras,
Tu quoque suscepti curam dimittis amici, Ou 1. de pon.
Officiique pium tam cito ponis onus. Eleg. 6.
Ille tuos quondam non vltimus inter amicos Jbid. Eleg. 8.
Adde quod est frater tanto mihi iunctus amore,
Quantus in Atrida, Tyndaridisque fuit. Ibid. Eleg. 9.
Atibi dilecto missam Nasone salutem
Accipe, pars animæ magna Seuere meæ: Oui. 2. de pō.
Denique tantus amor nobis charissime semper, Ele. 4.
Quantus in Æaciden, Actoridenque fuit. Jbid. Eleg. 5.
Tu comes antiquus, tu primus iunctus ab annis. Oui. 4. de pō.
vetusta Pene puer puero iunctus amicitia. Eleg. 3.
Nam cum præstiteris verum mihi semper amorem, Ibid. Eleg. 6.
Hic tamen aduerso tempore creuit amor. Jbid. Eleg 13.
O mihi non dubios inter memorande sodales, Ho. 1. ser. sat.
Plotius, & Varius Sinuessa, Virgiliusque
Occurrunt, animæ quales neque candidiores
Terra tulit, neque quos me sit deuinctior alter.
Idcirco nihil ex semet Natura creauit Manil. lib. 2.
Pectore amicitia maius, necrarius vnquam:
Vnus erit Pylades, vnus qui mallet Orestes Ipse mori. Virg. 1. Æneï.
Haud inuisus cœlestibus. Cura Deum. Virg. 3. Æneï.
Si quid Fusce vacas adhuc amari, Mart. lib. 1.
Nam sunt hinc tibi sunt & hinc amici
Vnum si superest locum rogamus,
Nec me quod tibi sum nouus recuses,
Omnes hoc veteres tui fuerunt,
Tu tantum inspice, qui nouus paratur

An possit fieri vetus sedalis.

Vide & DELECTARI.

Amazones & illarum nomina.

Virg. 11. Æne. *At medias inter cædes exultat Amazon*

Ibid. *Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.*
At circùm lectæ comites, Larinaq; virgo
Tullaq; & aratam quatiens Tarpeia securim,
Italides: quas ipsa decus sibi dia Camillæ
Delegit: pacisq; bonæ: belliq; ministras,
Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert: magnoq; vlulante tumultu

Ibid. *Fœmineæ exultant lunatis agmina peltis*
Priuerno antiquæ Metabus cum excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli,
Sustulit exilio comitem, matrisq; vocauit,
Nomine Casmillæ mutata parte Camillam.

Ambigere, & Ambiguus, & contra.

Virg. 6 Ænei. *Sybilla*
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,
Obscuris vera inuoluens.

Virg. 5 Ænei. — *ancipites, oculisq; malignis, Ambiguæ.*

Fort. *Et venis huc animæ pars meditata meæ:*
Antea corde mihi notus, quam lumine visus
Quam mente adstringe te sine tango manu
Si prodi verbis affectus posset amantis,
Carmina plura tibi pagina nostra daret:

Virg. 3. Geor. *Sed quod ab ore loqui nequeo, quod pectore gesto*

Ibid. *Sit satis ex multis vel modo pauca loqui.*

Cla. 1. in Ruf. *Cum spes arrecta inuenum.*
Nec sum animi dubius.

Virg. 4. Geor. *Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem.*

Virg. 1. Ænei. *Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis.*
Spemq; metumq; inter dubij

Ibid. *Lætitiaq; metuq; auidi coniungere dextras*

Virg. 2. Ænei. *Ardebant, animos sed res incognita turbat.*
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Ibid. — *hinc spargere voces In vulgum ambiguas.*

Ibid. *Incerti quo fata ferant: Suspensi.*

Virg. 3. Ænei. — *dictis parenti Haud dubitanda refer.*

Ibid. *Agnouit prolem ambiguam.*

Ibid. *Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus.*

— *multo*

— multo ſuſpenſum numine. Ibid.
Sed ſatis incerta feror: Virg. 4 Ænei.
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna: Ibid.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa Ouid. 1. Met.
Tempeſtate fui.
— nec erit dubitabile verum, Ibid.
Hæc quoq; adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ. Ibid.
Certa ſatis,
Vt ſtat, & incertus qua ſit ſibi neſcit eundum, Ouid 5. Faſt.
Cum videt ex omni parte viator iter:
Sic quia poſſe datur diuerſas reddere cauſas,
Quo ferar ignoro, copiaq; ipſa nocet. Ouid. 1. Met.
Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis.
Spes tamen in dubio eſt. Alter in ambiguo eſt. Ibid.
— & fuit anxia furti. Ibid.
Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq; Ibid.
Inter vtrumq; volat dubiis victoria pennis. Ouid. 8. Met.
Neſcia quem maneat tanti victoria regni. Ouid 9. Met.
Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo. Virg 6 Ænei.
Dum curæ ambiguæ, dum ſpes incerta futuri. Virg. 8. Æne.
Incertam, & triſti turbatam vulnere mentis. Vir. 12 Ænei.
Rumor in ambiguo eſt. Ouid. 3. Met.
— alternant ſpeſq; timorq; fidem, Ouid. Epiſt. 6.
Speq; timor dubia, ſpeſq; timore cadit. Ouid. epiſt. 9.
— incertam mortales funeris horam Quæritis. Prop. lib. 2.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas Ouid. Epiſt. 16.
Eſt ſatis, in dubio pectora noſtra labant.
Dum trepidant nullo firmata robore partes. Luc. 1. Pharſ.
At dubium non claro murmure vulgus Ibid.
Secum incerta fremit.
— tu mente labantem Dirige me dubium. Luc. 1. Pharſ.
Inter Cæſareas acies, diuerſaq; ſigna Luc. 3. Pharſ.
Pugnaces dubium Parthi tenuêre fauorem.
Mens dubijs percuſſa pauet. Luc. 2 Pharſ.
Mens ſtetit in dubio. Luc. 7. Pharſ.
At q; animo incerto fruitans errore vagaris. Lucre lib. 3.
Sollicitæ mentes ſpeq; metuq; pauent. Ouid 3. Faſtor.
Cur labat ambiguo ſpes mea miſta metu? Ouid 4. Triſt.
Et modo deſperat, modo vult tentare, pudet q;. Eleg. 3.
Et cupit, & quid agat non inuenit: vtq; ſecuri Ouid 10. Met.
Saucia trabs ingens, vbi plaga nouiſſima reſtat,
Quo cadat in dubio eſt, omniq; à parte timetur,

Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis: atque illuc momentaq; sumit vtroq;

Ambulare.

Virg. *Tutum carpere viator iter.*
Vir. Eclog. 3. *— quo nunc se proripit ille*
Virg. 1. Æne. *— ad vrbem*
Sidoniam puer ire parat.
Virg. 2. Æne. *Huc tandem concede.*
Virg. 3. Æne. *quum sese à mœnibus heros*
Priamides multis Helenam comitantibus affert.
Ibid. *Sensit & ad sonitum vocis vestigia torsit*
Virg 11. Æne. *Sic ambo ad muros rapidi, totoq; feruntur*
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
Virg. 5. Æne. *Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum.*
Ibid. *Quo diuersus abis iterum pete saxa,*
Ibid. *— Italasne capesseret oras.*
Virg. 6 Æne. *Inde datum molitur iter.*
Virg 11. Aen. *Huc iuuenis nota fertur regione viarum.*
Arripuitq; locum.
Ibid. *— fluuntq; ad regia plenis tecta vijs.*
Vir. 12. Æne. *Alternos longa nitentem cuspide gressus*
Virg. 5. Æne. *— Quo deinde ruis, quo proruis, inquit.*
Vir. 2. Georg. *— coge gradum conferre iuuencos.*
Vrg. 3 Geor. *Et gradiens ima venit vestigia cauda.*
Ibid. *Insultare solo & gressus glomerare superbos.*
Ibid. *sub fasce viam cum carpit.*
Ibid. *— adit oppida pastor.*
Ibid. *Frondea tecta petunt.*
Virg. 4. Geor. *— quà iuuenis gressus inferret.*
Ibid. *— quo fessus ab vndis se recipit.*
Ibid. *— consueta petens à fluctibus antra Ibat.*
Ibid. *— quo se rapta bis coniuge ferret.*
Ibid, *— Troia qui primus ab oris*
Virg. 1. Æne. *Italiam fato profugus lauinaq; venit littora.*
— quæ diuûm incedo regina.
Ibid. *Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus*
Ibid. *Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.*
— ipse vno graditur comitatus Achate.
Ibid. *Deuenere locos*
Ibid. *— quibus aut venistis ab oris, Quoue tenetis iter?*
Tyriam qui aduenetis vrbem.
Ibid. *Perge modo, atque hinc te Reginæ ad limina perfer.*
Perge modo, & quà te ducit via dirige gressum.

— gressumq; ad mœnia tendit. Ibid.
Ipsa Paphum sublimis abit sedesq; reuisit Læta suas. Ibid.
Corripuere viam interea, quà semita monstrat. Ibid.
Exercet Diana choros, quam mille secutæ Ibid.
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades, illa pharetram, Ibid.
Fert humero, gradiensq; Deas supereminet omnes.
— talem se læta ferebat Per medios, Ibid.
— concursu accedere magno. Ibid.
Si datur Italiam socijs, & rege recepto
Tendere, vt Italiam læti, Latiumq; petamus. Ibid.
Hæc celerans iter ad naues tendebat Achates. Ibid.
— & gressu gaudens intedit Iuli. Virg. 2. Æneid.
Nos abijsse rati, & vento petijsse Mycenas. Ibid.
— Iliacas Danai venisti ad oras. Ibid.
— quibus Hector ab oris Expectate venis. Ibid.
— cursuq; amens ad littora tendit. Ibid.
Vadimus haud dubiam in mortem, mediæque tenemus
Vrbis iter. Ibid.
O socij, quà prima, inquit, fortuna salutis,
Monstrat iter, quaq; ostendit se dextra sequamur. Ibid.
Pone subit coniux: ferimur per opaca locorum. Ibid.
— namque alia cursu
Dum sequor, & notæ excedo regione viarum. Ibid.
Procedo ad Priami sedes. Ibid.
Atque hic ingentem comitum adfluxisse nouorum.
Inuenio admirans numerum. Virg. 3. Æneid.
— quove ire iubes. Ibid.
— iubeat quò vertere cursus, Juuen.
— terrasq; require Ausonias. Ibid.
Italiam petere & terras tentare repostas Ibid.
Tentamusq; viam. Ibid.
— graditurq; per æquor Iam medium. Ibid.
Exupero præpingue solum stagnantis Elori
Tandem progreditur magna stipante caterua. Virg 4. Æneid.
Necnon & Phrygij comites & lætus Iulus Ibid.
Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Aeneas, atque agmina iungit.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam. Ibid.
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes. Ibid.
Italiam non sponte sequor. Ibid.
— longam incomitata videtur Ire viam. Ibid.
Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas.
— flectunt vestigia sanctæ Ad delubra deæ. Ouid. 1. Met.

Hor.Epod.19 *Irepedes quocumq; ferent.*
Virg.Eclog.9 *Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in vrbem?*
Ho. 1.c.04. — *quò simul mearis*
Ibid o.22 *Siue per Syrtes iter æstuosas*
Siue facturus per inhospitalem Caucasum.
Ibid.o.30. — *te Glycera decoram transfer in ædem,*
Ho.2.ca.o.6. *Septimi Gadas aditure mecum.*
Hor.2.c.o. 2. — *negata tentat iter via.*
Ibid.o.4. *Tentabo & arentes arenas.*
Litoris Assyrij viator;
Visam Britannos hospitibus feros.
— *me Dacus, & vltimi*
Ho.2.c.o.40. *Noscens Geloni, me petitus Discet Hyber.*
Est via sublimis cælo manifesta sereno,
Ouid.1.Met. *Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis.*
— *quò liber otiose tendis*
Mart.lib.11. *Ite sacra, tam non puluerulenta via est.*
Mart. lib. 12. *Si quis ibi ferum carpat amictus iter*
Mart.lib.2. *Flecte vias hac qua madidi sunt tecta Lyæi.*
Mart.lib.1. *Per quod vel piger ambulat viator,*
Ibid. *Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus.*
Ouid.2.Met. — *superat quoniam fortuna sequamur.*
Quòque vocat vertamus iter.
Sceptra Palatini sedemq; petiuit Euandri;
Virg.9.Ænei. *Nec satis, extremas Coryti penetrauit ad vrbes.*
— *recipitq; ad limina gressum.*
Virg 11. Æne. *Ergo iter inceptum peragunt, fluuioque propinquant.*
Virg.6.Ænei. *Per tacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ*
Ibid. — *qui nostra ad flumina tendis.*
Ibid. *Sed tam age carpe viam.*
Ibid. — *& pariter per opaca viarum*
Ibid. *Corripiunt spatium medium, foribusq; propinquant.*
Dixit, & ante tulit gressum.
Ibid. — *hæc limina tendere adegit*
Ibid. *Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,*
Virg.7. Æni. *Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas*
Ergo iter inceptum celerant.
Virg 8 Ænei. — *quæ causa subegit.*
Ibid. *Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.*
— *modo qui peragrant Rura confisi.*
Auctor. *Qua ve sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens*
Idem. *Fallacis siluæ simul & vestigia retrò*
Virg. 9 Ænei. *Obseruata legit, dumiq; silentibus errat.*

— *ad*

— ad altos Virg. 11. Æne.
Tendebat muros, gressumq; ad castra ferebat.
Quaq; super pontum, via visa breuissima, Thebas. Ouid 5. Met.
Virgineumq; Helicona petit.
—abite Catullus.
Illuc vnde malum pedem attulistis.
Ad claras Asia volemus vrbes.
Longè quos simul à domo profectos Idem.
Diuersos variæ viæ reportant. Idem.
Aliena petentes pede velut exules loca celeri.
Viridem citus adit Idam properante pede chorus. Idem.
O quoties ingressus iter. Idem.
Seu pedibus terras seu pontum carpere remis. Tib. lib. 1.
Quà facit assiduo tramite vulgus iter. Prop. lib. 1.
Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Prop. lib. 3.
Iamque aliò moliris iter, ne deside passu ire parat. Ibid.
Nec tibi vt inuenias, longa terenda via est, Statius.
Quò tulit illa suos ad mare sæpè pedes. Ouid. 1. de art.
ad vrbem Ouid. 2. rem.
Haud trepidam conuertit iter. Luca. 3. Phar.
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus.
Huc rapies germana viam, tutosq; receptus. Luca 6 Phar.
Inde Rubos fessi peruenimus, vtpote longum Sil. Ita. lib 8.
Carpentes iter. Ho 1 ser. sat.
— tacitis huc gressibus acti Deuoniunt
— prior hæc ad limina forte Mollitur gressu. Stat. 2. Theb.
— aut tenuis ausus sine limite gressus Stat. 1 Theb.
Certa per extentos ponit vestigia funes, Manil. lib. 3.
Et cæli meditatur iter. Vide peregrinari.

Amicitia falsa.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum: Ouid. 1. Trist.
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat & vultu ridet Fortuna sereno,
Inde libatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit, fugiunt neq; noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat:
Atq; hæc exemplis quondam collecta priorum
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis:
Vix duo treuve mihi de tot superestis amici
Cætera fortunæ non mea turba fuit.
— qui sum deceptus ab illo Ibid.
Laturum misero, quem mihi rebar opem.
Tanta ne te fallax cœpere obliuia nostri

Afflictum q; fuit tantus adire timor?
Vt neq; respiceres, nec solarere iacentem
Dure nec exequias prosequerere meas?
Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen
Re tibi pro vili sub pedibusq; iacet?

Ibid. *Donec eris felix multos numerabis amicos*
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtq; comes radios per Solis euntibus vmbra est,
Cum latet hic pressus, nubibus illa fugit.
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus
Quod simul inducta nube teguntur abit.

Idē 1. de pōt. *Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,*
Vulgus amicitias vtilitate probat,
Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum.
Et cum fortuna stat q; redit q; fides.
Nec facile inuenies multis in millibus vnum,
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti si præmia desint,
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.
Nil nisi quod prodest charum est; en detrahe mentē
Spem fructus auidæ nemo petendus erit.
At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit
Vtile sollicitis computat articulis.
Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.
Quo magis admiror, non vt torrentibus vndis
Communis vitij te quoq; labe trahi.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est,
Quæ simul intonuit proxima quæq; fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis
Dum flauit velis aura secunda meis:
Vt fera nimboso tumuerunt æquora vento
In medijs lacera naue relinquor aquis.
Cumque alij nolint etiam me nosse fateri
Vix duo proiecto tresve tuliſtis opem
Turpe sequi casum & fortunæ cedere amicum,
Et nisi sit felix esse negare suum.

Amicorum paria.

Ou. 2. de pōt. *Denique tantus amor nobis charissime semper*

Quæ-

Quantus in Æaciden Actoridenq; fuit.
Cerne quid Æacides post mortem præstet amicis
Instar & hanc vitam mortis habere puto.
Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad vndas
Stygia quantum mors mea distat aqua?
Adfuit insano iuuenis Phocieus Oresti,
*Et mea non * nimium culpa furoris habet.* * minimum. Idem 1. Trist.
De Comite Argolico postquam cognouit Orestem
Narratur Pyladen ipse probasse Thoas,
Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille
Laudari solita est Hectoris ore fides.
Quod pius ad manes Theseus comes iret amico
Tartareum dicunt indoluisse Deum.
Euriali Nisiq; fide tibi Turne relatam,
Credibile est lacrymis immaduisse genas. Idem 4. Trist.
Quo postquam dubium pius an sceleratus, Orestes
Exactus furiis venerat ipse suis,
Et comes exemplum veri Phocæus amoris
Qui duo corporibus mentibus vnus erant.
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati Idē 2. de pōt.
Non hæc Ægidæ Pirithoiq; fides.
— fratrum par immortale duorum.

Amicus vide AMARE.

Amplecti.

Lætitiaq; metuq; auidi coniungere dextras Ardebant. Virg. 1 Æneï.
Complexa pedes in limine coniux Hærebat.
Et genua amplexans genit usque volutans Hærebat,
Complexi inter se noctemque diemque morantur, Virg. 3 Æneï.
— sic memorans humeros dextrasque tenebat Amborum. Virg 5. Æneï.
& ardentem generum moritura tenebat. Virg. 9 Æneï.
— sic fatus amicum Vir. 12 Æneï.
Ilioneа petit dextra, leuaque Sereſtum. Virg 1. Æneï.
— & fotum gremio dea tollit. Ibid.
— & diuum amplexa simulacra tenebant. Virg. 2. Æneï.
— dextráque prehensum Continuit. Ibid.
Aut gremio Ascanium genitoris imagine capta Detinet. Virg 4. Æneï.
Vt cum te gremio accipiet lætissima Dido, Virg. 1. Æneï.
Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet.
Ille vbi complexu Æneæ colloque pependit, Ibid.
Et magnum falsi implenit genitoris amorem.
Reginam petit hæc oculis, hæc pectore toto Ibid.
Hæret & interdum gremio fouet
Amplexaque tenent postes, atque oscula figunt. Virg 2 Æneï.

Ter

Ibid. *Ter conatus ibi collo dare brachia circum.*
Virg. 4. Aene. *— complexu auulsus Iuli,*
Ibid. *Semianimemque sinu germanam amplexa fouebat.*
Ouid. 3. Met *Inque patris blandis harens ceruice lacertis.*
Ibid. *— inque gementis*
Cornibus & niueæ pendens ceruice iuuencæ.
Coniugis ille suæ complexus colla lacertis.
Ibid. *— implicuit materno brachia collo.*
Ibid. *Cum complexa sui corpus miserabile nati*
Vir. Eclog. 5. *— brachia candidæ Ceruici iuuenis dabat.*
Ouid 6. Met. *— qui nostro brachia tendunt*
Parua sinu, & casu tendebant brachia nati.
— amplexo tremulis altaria palmis
Ouid 5. Met. *— & niueis hinc, atque hinc diua lacertis*
Vir. 8. Æne. *Cunctantem amplexu molli fouet*
Optatos dedit amplexus.
Ibid. *— latum amplexus Aceſten.*
Virg. 5. Aenei. *— aut quis te nostris complexibus arcet.*
Ibid. *— da iungere dextram.*
Virg. 6. Aen. *Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro.*
Et trepidæ matres prẽſſere ad pectora natos,
Virg 7. Ænei. *Accepit & manu, dextramq; amplexus inhæsit.*
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Virg. 8. Æne. *Hæret, inexpletum lacrymans.*
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Ibid. *Gnate tuo.*
Dum te chare puer mea sera & sola voluptas
Ibid. *Complexu teneo.*
Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit.
Ibid. *Qui natam possis complexu auellere matris,*
Catullus. *Complexu matris retinentem auellere natam.*
Idem. *— quam suaues expirans lectus odores*
Lectulus in molli complexu matris alebat.
Prop lib. 3. *Pendebit collo Galla pudica tuo,*
Statius. *Hunc siquidem amplexu semper reuocante tenebas*
Blandus.
Idem. *Quo sue darem amplexus,*
Aul. ab Ep. 2. *Sapè abitura tuo ponentem brachia collo.*
Oui. epiſt. 17. *Iam domina vobis colla tenenda dabo.*
Oui. epiſt. 18. *Brachia nunc humeris humida ferre meis.*
Ibid. *Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.*
Ibid. *In tua si veniant alieni colla lacerti.*
Ibid. *Iniicias humeris brachia laſſa meis.*

Sapè

Sæpè tuos noſtra ceruice onerare lacertos, Oui. epiſt. 21.
Sæpè tuæ videor ſuppoſuiſſe meos.
Quæque precor venient in mea colla manus. Oui. epiſt. 19.
Tene manus vnquam noſtræ dimittere vellent, Oui. epiſt. 15.
Tene meo paterer viuus abire ſinu?
Dumq; tuo poſſem circumdare brachia collo, Jbid.
Te tenet amplexu per fruiturq; tuo. Jbid.
— lacertos Jbid.
Imponit collo ruſticus ille tuo.
Dum petit amplexus Deiane ira tuos. Jbid.
Amplectiq; tuos, ſi patiare pedes. Jbid.
Velle ſub amplexus ire tuos. Oui. epiſt. 16.
Forſitan admotis etiam tangere lacertis. Jbid.
Quoq; modo gnatos hoc eſt amplexa maritum, Luc. 2. Pharſ.
— ſæuus complectitur hoſtem Luca. 3. Phar.
Hoſtis, & implicitis gaudent ſubſidere membris.
Quæ modo complexu foouerunt pectora. Luc. 4. Pharſ.
non mœſti pectora Magni Luc. 5. Pharſ.
Suſtinet amplexu dulci non colla tenere.
— quam pectore Magnus Luca. 8. Phar.
Ambit & aſtrictos refouet complexibus artus.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis. Ouid. 2. Met.
— tenet ille ducem complexibus arctis Luc. 8 Pharſ.
Victorémq; tenet, auidisq; amplexibus hærent. Ouid. 7. Met.
— tuamq; Sil. Ital. lib. 8.
Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente
Ad vultus conuerſa tuos, ab imagine pendet. Sil. Ital. lib 9.
natiq; tepenteis Sil. Ita. lib. 13.
Nequicquam fouet extremis amplexibus artus.
Hic alacer colla amplexa materna petebat.
— complexus mihi Redde expetitos Sen. in Thye.
— meoſq; potius amplexus pete. Jbid.
Pendere collo. Ibid.
Deque viri collo dulce pependit onus. Ouid. 1. Faſt.
— innectens ambobus colla lacertis. Ouid. 11. Met.
Mutuaq; alternis innectite colla lacertis, Clau. 2. de
galeaq; lacertos rap. Pro.
Implicat, & viuis totum complexibus ambit. Clau. de mag.
& toto pectore veros Admouet amplexus. Stat. 1 Achil.
Non ſic appoſitis vincitur vitibus vlmus, Qui. Epiſt.
Vt tua ſunt collo brachia nexa meo.

Vide OSCVLARI.

Amputare, vide scindere.

Anagrammata quædam selectiora.

Henricus Comes à Castel.
Anagramma.
Ecce mea salus in Christo.
Daniel Cramerus.
Anagramma.
Mira luce ardens.
Ioannes Olearius.
Anagramma.
Næ solers in Iouæ.
Ioannes Olearius.
Anagramma.
En ars à sole diuino.
Ægidius Hunnius.
Anagramma.
Ah diuinus genius.
Ambrosius Reidenius.
Anagramma.
Rebus domini seruias.
Justus Lipsius.
Anagramma.
Si sustuli pius
Joannes Weilandus.
Anagramma.
In senio valde nauus.
Non viuas sine laude.
Mauritius Hellingius.
Anagramma.
Nihil melius, argutius.
Sebastianus Notnagelius.
Anagramma.
Satis bona luna genitus es.
Tobias Speccerus.
Anagramma.
Subita spe cresco.
Joannes Assum.
Anagramma.
Animo sanus es.
Jacobus Jordanus.
Anagramma.
Carus audio bonis.
Martinus Hugius.
Anagramma.
Mihi gratus vnus.
Henericus Lucius.
Anagramma.
Vsu hercle vincis.
Nicolaus Reusnerus.
Anagramma.
O ars lucens in versu.
Non is clarus è versu?
Philippus Wiltnerus.
Anagramma.
Tu pure pius, plus nihil.
Iacobus Wilsenius.
Anagramma
En viuis subis cœlos.
Ianus Gruterus.
Anagramma.
Tu gnarus vir es.
Fridericus Tilemanus.
Anagramma.
Fides alitur crumenis.
Joannes Rupelius.
Anagramma.
O plane vir diuinus es.
Valentinus Leusserus.
Anagramma.
Næ tu serenus, si vllus.
Joachimus Camerarius.
Anagramma.
Hic seria otia Musarum.
Andreas Libauius.
Anagramma.
Nauis laudaberis.
I, sub laudis arena.
Andreas Libauius.
Anagramma.
Nædia laus vrbis.
Eia vnda salubris

Valen-

Valentinus Cleſſius.
Anagramma.
En illi ſenſus acutus.
Joannes Thomæ.
Anagramma.
Honos ei maneat.
Bernardus Prætorius.
Anagramma.
Terrena prorſus dubia.
Melchior Junius.
Anagramma.
Num hic ore vilis?
Joannes Neſerus.
Anagramma
Naſonis veneres.
Joannes Jacobus Wilden bergerus.
Anagramma.
Vir bonus clues, variis bene agendo.
Andreas Myllerus Muſicus.
Anagramma.
Dulcis ars ſerenum aſylum.
Joannes Notnagelius.
Anagramma.
En altus ſano ingenio.

Andreas Boemus.
Anagramma.
Sudare monebas.
Melchior Leuſſerus.
Anagramma.
Hem clues vir ſolers.
Georgius Oeſterlein.
Anagramma.
Ergo es Noſter vigil.
Caſparus Heinerus.
Anagramma.
Næ charus ſuperis.
Wenceſlaus Gurchfelderus.
Anagramma.
Heus, luces ceu fulgor ardens.
Martinus Hugius.
Anagramma.
Mihi gratus vnus.
Georgius Corberius.
Anagramma.
Ego ſub curis erigor.
Joãnes Henricus Guuédius.
Anagramma.
Nec hic vnus dignus ſenio.
Colmaria.
Anagramma.
Loca mira.

Chriſtophorus Ludouicus Comes Leonſteinius.
Pondus ei hoc virtus ſucceſſu emollit honoris.
Janus Douſa.
Anagramma.
Sanus audio.
Si quis ob ingenuas audit bene & eminet artes;
Tu bene qui dicas Audio ſanus, *eris.*
Mediolanum.
Anagramma Fr. Beneij.
En odi malum.
O illa felix ciuitas, cui ſic licet
Quod ciuitati principi Inſubrum licet
Matriq; Patris optimi & ſanctiſſimi
Dixiſſe & inſit veritas verbo & fides,
Traiecta id arte nominis dant literæ;

Ad indicandam forte si rem pertinent.
Bona æmulatrix gloriæ; En odi malum.
illa felix & beata ciuitas.

Gregorius Decimus Quartus.

Anagr. Fr. Beneij.
Murus custodiaq; Gregis.
Vi Dominus alto cinxerit muro domum,
Cingentis est vanus labor.
Vi ciuitatis tutor & custos Deus
Frustra excubat noctu Vigil.
Gaudere fas est, missus è cœlo Gregi
Est Murus *& Custodia.*

Octauius de Aqua viua.

Anagr. Fr Beneij.
Iuua, quia auctus à Deo.
Benignitas semper iuuat, sed tum magis,
Cum maiore aucta gratia.
flos benignitatis Octaui, magis
Iuua, quia auctus à Deo.

Anchora.

— hic fessas non vincula naues
Virg. 1. Æneï. *Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu.*
Figitur in viridi, si fors tulit, anchora prato.
Ouid 1. Met. *— nexu fuit anchora curuo.*
Mart. lib. 1. *— tum dente tenaci*
Virg. 6. Aene. *Anchora fundabat naues.*
Auctor. *Anchora tuto iuuat alligari Cimbula morsu*
Ouid. 1. de ar. *Hic teneas nostras anchora iacta rates.*
Oui. de rem. *— tenet cerata anchora puppes.*
Luc. 3. Pharſ. *Et nimium affixos vnci conuellere morsus*
Eductum quoties non senserat anchora funem,
Luc. 5 Pharſ. *— quæ retinent felices vincula proras.*
Ibid. *Rupibus exesis hærentem fune carinam.*
Virg. 5. Æneï. *Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.*

Anguis.

Nec rapit immensos orbes per humum, neq; tanto
Virg. 3. Geor. *Squameus in spiram tractu se colligit anguis.*
— longis inuisa colubris,
Ibid. *aut mala tactu Vipera delituit.*
Virg. 3. Geor. *Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,*
Squamea conuoluens sublato pectore terga.
At q; notis longam maculosus grandibus aluum.
Ibid. *Interit, & curuis frustra defensa latebris*

Vipe-

Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri. Virg.4.Geor.
Absint, & picti squalentia terga lacerti, Ibid.
Squamosusq; draco.
Immanem ante pedes hydrum moritura puella Ibid.
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta Virg.2.Æneid.
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt,
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exuperant undas, pars cætera Pontum
Pone legit, sinuatq; immensa volumine terga:
Fit sonitus spumante salo, iamq; arua tenebant.
Ardentesq; oculos suffecti sanguine, & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Ibid.
— anguem
Attollentem iras, & cærulea colla tumentem. Ibid.
— delubra ad summa dracones Effugiunt. Ibid.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastu,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga,
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
— armatam serpentibus atris. Ibid.
— sed te quoq; maximè Python Ouid.1. Met.
Tum genuit, populusq; nouis incognite serpens
Terror eras
Qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
Strauimus innumeris tumidum Pythona sagittis. Ibid.
Nec intumescit alta viperis humus Ho. Epod.16.
Ille malum virus serpentibus addidit atris. Virg.1 Geor.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis. Ibid.
Frigidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Virg Eclog.3
Nec virides metuunt colubros Ho.1.ca.1.17.
— & asperas Tractare serpentes. Ibid.o.37.
Demittit atras bellua centiceps Hor.2.c.o.13.
Aures, & intorti capillis
Euenemdum recreantur angues.
Et tuto ab atris corpore viperis Dormirem, Ho.3.ca.o.4.
Neue venenato lœuius feriaris ab angue. Ouid.in Ibin.
Serpere cæruleum Danaï videre draconem. Oui.12.Met.
Martius anguis erat cristis præsignis, & auro: Ouid.3. Met.
Igne micant oculi corpus tumet omne veneno,
Tresq; micant linguæ, triplici stant ordine dentes,
— longo caput extulit antro Ibid.
Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit:

Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus,
Ac media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus, tantoq; est corpore, quanto
Si totum spectes geminas qui separat arctos:
Occupat hos morsu, longis complexibus illos,
Hos necat afflatu, funesta hoc tabe veneni.
Virg. 5. Geor. *Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,*
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus
Virg. 11. Aen. *Saucius aut serpens sinuosa volumina versat,*
Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore,
Arduus insurgens.
Virg. 5. Æneï. *— adytis cum lubricus anguis ab imis*
Septem ingens gyros septena volumina traxit,
Cærulea cui terga nota maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso Sole colores.
Ibid. *Qualis sæpe uia deprensus in aggere serpens,*
Ærea quem obliquum rota transyit, aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo, laceramq; uiator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardensq; oculis, & sibila colla
Arduus attollens pars uulnere clauda retentat
Nexantem nodis seq; in sua membra plicantem.
Vir. 7. Æneï. *Huic dea cæruleis unum de crinibus anguem*
Conijcit, inq; sinu præcordia ad intima subdit,
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem:
Ille inter uestes, & leuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo, fallit q; furentem,
Vipeream inspirans animam fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia uittæ,
Innectit q; comas, & membris lubricus errat.
Ibid. *Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris.*
Vir. 8. Æn. *Lernæus turba capitum circumstetit anguis.*
Auctor. *Tot viperarum sibila faucibus Repressit Alcidæ labor igneus.*
Peruigil ecce draco, squamis crepitantibus horrens
Ouid. epist. 7. *Sibilat, & torto pectore verrit humum.*
Prop. lib. 3. *— feros clausit serpentis hiatus*
Prop. lib. 4. *— vipera nostris Sibilet in tumulis.*
Ouid. 1. de re. *Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.*
Luc. 4. Pharsʃ. *— villosaq; colla colubris Cerberus excutiens.*
Jbid. *— mihi plena veneno Occurrat serpens.*
— sed quem serpentum turba tenebat

Vix capiente loco stabant in margine siccæ
Aspides in medius sitiebant dipsades vndis.
illis è faucibus angues Ibid.
Stridula fuderunt vibratis sibila linguis:
Fœmineæ qui more comæ per terga soluti,
Ipsa flagellabant gaudentis colla Medusæ:
Surgunt aduersa subrectæ fronte colubræ,
Vipereumq; fuit depecto crine venenum.
At non stare suum miseris passura cruorem, Ibid.
Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes,
Narus & ambigua coleret qui Syrtidos arua
Chersydros, tractiq; via fumante chelydri,
Et semper recto lapsurus limite cenchris:
Pluribus ille notis varia tam tingitur aluum,
Quam paruis tinctas maculis Thebanus ophites,
Concolor exustis, atque indiscretus arenis
Ammodytes spinaq; vagi torquente cerastæ,
Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
Exuuias positura suas, & torrida dipsas,
Et grauis in geminum vergens caput amphisibæna.
Et natrix violator aquæ iaculiq; volucres,
Et contentus iter cauda sulcare pharias,
Oraq; distendens auidus spumantia prester.
Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus seps,
Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes,
Ante venena nocens latè sibi submouet omne
Vulgus, & in vacua regnat basiliscus arena:
Vos quoq; qui cunctis innoxia numina terris,
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones
Quin etiam tibi si lingua vibrante minantis Lucre lib. 3.
Serpentis caudam procero corpore, vtrinque
Sit libitum in multas parteis discindere ferro.
Asper acerba tuens immani corpore serpens, Lucr. lib. 5.
Arboris amplexu stirpem
Nexaq; vipereis distendens brachia nodis Ouid. 4. Met.
Cæsariem excussit, motæ sonuere colubræ:
Parsq; iacent humeris pars circum pectora lapsæ
Sibila dant, saniemq; vomunt, linguisq; coruscant.
— draconem, Ouid. 7. Met.
Quæ crista linguisq; tribus præsignis, & vncis
Dentibus horrendus.
Sibilat insurgens capiti, & turgentia circum. Sil. Ital. lib. 2.
Multus colla micat squalenti pectore serpens,

Ibid. *Cæruleus maculis auro squalentibus anguis:*
Ignea sanguinea radiabant lumina flamma,
Oraque vibrandi stridebant sibila lingua.

Sene. in Her. Fur. — *gemina cristati caput Angues ferebant ora.*

Cla. 2. de rap. Pro. — *sinuosa draconum*
Membra regens volucri qui peruia nubila tractu
Signant, & placidis humectant frena venenis,
Frontem crista tegit, pingunt maculosa virentes
Terga nota: rutilum squamis intermicat aurum,

Anhelare, anhelitus.

Virg. 2. Geor. *Non tauri spirantes nauibus ignem.*

Virg. 3. Geor. *Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,*

Virg. 4. Geor. *Exceptant q; leues auras*

Jbid. — *tenuem q; magis magis aëra carpunt.*
— *hinc geminæ nares, & spiritus oris*

Hor. Epod. 11. *Multa reluctanti obstruitur*

Hor. in Pall. *& latere petitus imo spiritus.*

Virg. 1. Geor. *Leuare tanta spiritu præcordia.*
— *aut bucula cœlum*

Virg. 5. Ænei. *Suspiciens patulis captauit naribus auras.*

Ibid. — *tum creber anhelitus artus Aridaq; ora quatit.*

Virg. 9 Ænei. — *vastos quatit æger anhelitus artus.*

Jbid. — *nec respirare potestas.*

Virg. 10. Æn. — *vt auras*
Suspiciens hausit cælum, mentemq; recepit.

— *& ingens*

Ouid. 5. Met. *Crinales vittas afflabat anhelitus oris.*
Quorum terribilis spiritus ignis erat.

Oui. Epist. 12. *Nec male odorati sit tristis anhelitus oris.*

Ouid. 1. de ar. *nulloque humore rigatus*

Luc. 4. Pharſ. *Aëris alternos angustat pulmo meatus,*
Rescissoque nocent suspiria dura palato,

Ibid. *Pandunt ora siti nocturnum q; aera captant.*
Pectora rauca gemunt, qua creber anhelitus urget.

Perſ. Sat. 3. *Et defecta grauis longe trahit ilia pulsus.*
— *nescio quid trepidat mihi pectus, & ægris*
Faucibus exuperat grauis halitus.

Ouid. 7. Met. — *tepidisq; arentia ventis*
Ora patent, auraq; graues captantur hiatu.

Sen. in Aga. *Anhela corda murmure incluso fremunt.*

Ouid. 10. Met. *Aridus à lasso veniebat anhelitus ore,*

Stat. 5. Theb. — *& paulum respirat califer Atlas:*

— extremus si quis super halitus erret. Virg.4 Æneï.
Acer, anhelanti similis. Virg.5. Æneï.

Vide SINGVLTIRE.

Animare, & ri, & animus, & animosè.

Ingens tollunt animos. Virg.3. Geor.
— maternis sæuus in armis: Vir.12.Æneï.
Æneas acuit Martem ac se suscitat iræ.
— furor est insignis equarum. Virg.3. Geor.
Et mentem Venus ipsa dedit.
Ingentes animos angusto in corpore versant, Virg.4. Geor.
Vsque adeo obnixi non cædere dum grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga subegit:
— Spes addita suscitat iras Vir.10.Æneï.
Nec non Æneas opera inter talia primus Virg.6 Æneï.
Hortatur socios.
Non aliter socium virtus coit omnis in vnum Virg.10. Æn.
— sic incipiens hortatur ouanteis Virg.11.Æne.
Maxima res effecta viri, timor omnis abesto,
Arma parate animis, & spe præsumite bellum.
Ergo inter cædeis cedentiaq; agmina Tarchon Ibid.
Fertur equo, varijsq; instigat vocibus alas,
Nomine quemq; vocans, reficit q; in prælia pulsos.
Sic animo iuuenum furor additus Virg.2.Æneï.
vimq; addere victis Ibid.
Hortatur Mnestheus: nunc illos promite vires Virg 5.Æneï.
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vsi.
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo. Virg.6.Æneï.
Incenditq; animum Ibid.
— neque terga Virg.9. Æneï.
Ira dare aut virtus patitur. Vir.12 Æneï.
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum.
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector. Vir.10.Æneï.
Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro.
Arcadas accensos monitu & præclara tuenteis
Facta viri mistus dolor & pudor armat in hostes. Vir 12 Æne.
Olli sublimes armis animisq; refecti. Vir.7.Æneï.
Quam Iuno his acuit verbis. Ibid.
Certatim Rutuli sese exhortantur in arma.
Huic decus egregium formæ mouet atque iuuenta,
Huic ataui reges, huic claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet.
belloq; animos accendit agrestes. Jbid.

Virg.6.Ænei. *Talibus accensi firmantur.*
Incipe signa animo virtus.
Virg.2.Ænei. — *has seruant agmine denso Instaurati animi.*
Tu vires atq; vires, cape vires & cape vires.
Virg.3 Geor. *Carpit enim vires paulatim.*
Ibid. *Post vbi collectum robur, viresq; recepta.*
Virg.1. Ænei. *Tum victu reuocant vires.*
Vir.2. Aenei. *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*
Virg.1 Ænei. — *reuocate animos, mœstumq; timorem*
Mittite forsan & hæc olim meminisse iuuabit:
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
Virg.4. Geor. *Ingentes animos angusto in corpore versant.*
Virg.2. Æne. *Ipse pater Danais animos, viresq; secundas*
Sufficit, ipse Deos in Dardana suscitat arma.
Virg.4.Ænei. *His dictis incensum animum inflammauit amore.*
Spemq; dedit dubiæ menti.
Ibid. *Solus hic inflexit sensus, animumq; labantem Impulit.*
Virg 3.Aenei. *Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles,*
Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector.
Virg 4 Ænei. *Incenditq; animum dictis, atque aggerat iras.*
Ibid. *Si nullæ accendit tantarum gloria rerum.*
Ouid.1. Met. *Nec super ipse sua molitur laude laborem,*
Hor. Epod.1. *Viribus assumptis Forti sequemur pectore.*
Catullus. — *adhortans rapidum incitat animum.*
Prop lib.2. — *& audaces ipse monere canes.*
Hor.1.c.o.16. — *animumq; reddas.*
Ouid.1.Met. — *stimulosq; frementi Adijciunt.*
Hor.3. c.o.21. — *viresq; & addis cornua pauperi.*
Ouid.12.Met. *Vina dabant animos.*
Ibid. *Ipse dolor vires animo dabat.*
Ibid. — *nam vires animus dabat.*
Virg.11.Aen. — *maneret Acres esse viros.*
Virg.5. Ænei. *Nunc si cui virtus animusq; in pectore præsens Adsit.*
Ibid. *Tum pudor incendit vires, & conscia virtus.*
Virg.7. Ænei. *Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet.*
Virg.9. Geor. *Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro.*
Ibid. *Turnus in arma viros armis circumdatus ipse, Suscitat.*
Hic Mars armipotens animum viresq; Latinis
Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit.
Ibid. — *Iuno vires animumq; ministrat.*
Vir.10.Ænei. *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.*
Virg 11. Æne. — *Tarchontem in prælia sæua*
Suscitat, & stimulis haut mollibus incitat iras.

At comites rapidum solitis hortatibus agmen Ouid. 3. Met.
Ignari instigant. Ouid. 4. Epist.
Hortari celeres per iuga summa canes. Auson.
Inualidas vires ipse excitat, & iuuat idem.
— manserè, animæ, virtusq; cadenti
A media iam morte redit Statius.
Ecce faces belli, dubiæq; in prælia menti Luc. 1 Pharſ.
Virgentes addunt stimulos, cunctasq; pudoris
Rumpit fata moras.
Accenditq; ducem, quantum clamore iuuatur Ibid.
Eleus sonipes.
— quos ære recuruo Ibid.
Stridentes acuere tubæ.
Dirige me dubium certo tu robore firma. Luca 2 Phar.
Saucia matores animos vt pectora gestant, Luc. 4 Pharſ.
Dum dolor est ictusq; recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor.
— si sanguine prisco Robur inest animis. Luc. 5. Pharſ.
— Fortunaq; tantos Ibid.
Det vobis animos quantos fugientibus hostem
Causa dabat.
— Sic ille pauentes Incendit virtute animos. Luc. 7 Pharſ.
— sed eò magis acrem
Virtutem irritant animi
— & iuuenem facta ad Mauortia flammat Lucret. lib. 1.
Attollitq; animos hortando. Sil. Ital. lib. 1.
His acuit stimulis, subijcitq; haud mollia dicta. Ibid.
His vti turbatas hortatibus impulit aureis. Ibid.
Corda virum fouet hortando reuocatq; vigorem, Sil. Ital. lib. 2.
At iuuenem stimulis immanibus æmula virtus Exacuit. Sil. Ita. lib. 3.
— hortamina ferteis Claud. de bell. Gildo.
Præueniunt, timidisq; etiam breuis addita virtus. Stat. 4 Theb.
— festinaq; virtus
Suasit, & hortatrix animo si gloria læti. Stat. 10 Theb.
— sic ille truces hortatibus implet Labdacidas. Stat. 11 Theb.
— & iustas belli flammatur in iras Stat. 11 Theb.
Celsior ille gradu procera in membra, simulq;
Integer annorum, sed non & viribus infra
Tydea fert animus, totosq; infusa per artus
Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Ibid.
— magni de stirpe creatum
Oeneos, & Marti non degenerare paterno
Accipies, nec nos animi, nec stirpis egemus.

Manil.lib.1. *Das animum, vires q; facis ad tanta canendum.*
Manil. lib. 4. *In bellum ardenteis animos, & Martia castra*
Efficit, & multo gaudentem sanguine ciuem.
Stat.3.Theb. *— tibi fas ipsos incendere bello Cælicolas.*

Annulus.

Mart. *Zoile quid tota gemmam præcingere libra*
Tentasti, & miserum perdere Sardonyche?
Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus
Non eadem digitis pondera conueniunt.
Idem. *Senos Charimis omnibus digitis gerit.*
Nec nocte ponit annulos
Nec cum lauatur: causa quæ sit quæritis?
Dactiliothecam non habet.
— assiduo consumitur annulus vsu. Vide GEMMÆ.

Vide POSSE, & AVDAX.

Annus, & annorum numerus.

Vir.Eclog.8. *Alter ab vndecimo tum me iam caperat annus*
Virg.8.Æne. *Ex quo ter denus vrbem redeuntibus annis Ascanius condet.*
Virg.1.Geor. *— Vos ô clarissima mundi*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.
Virg.2.Geor. *— redit agricolis labor actus in orbem.*
Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.
Mart. *Hic prope ter senas vidit Olympiadas.*
Idem. *Sex mihi de prima deerant trieteride mensis.*
Auctor. *Vix de ter decima deerat trieteride mensis*
Ouid.12.Met. *— vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.*
Oui.4.de Pō. *In Scythia nobis quinquennis Olympias acta,*
Iam tempus lustri transit in alterius.
Ouid.5.Trist. *Vt sumus in Ponto ter frigore constitit imber,*
Facta est Euxini dura ter vnda maris.
Oui.1.dePōt. *Vt careo vobis Scythicas detrusus in oras,*
Quatuor Autumnos Pleias orta facit.
Ouid.3.Met. *Tertius æquoreis inclusum piscibus annum Finierat Titan.*
Vt patria careo, bis frugibus area trita est.
Oui.4.Trist.. *Dissiluit nudo pressa bis vua pede.*
Oui. 13 Met. *— cum Sol duodena peregit Signa.*
Ou.2.dePon. *Hic mihi labentis pars anni magna peracta est.*
Oui 14.Met. *Annua nos illis tenuit mora.*
Oui.3.de pō. *Dum venit huc rumor, properataq; carmina fiunt,*
Factaq; eunt ad vos annus abisse solet.
Stat.1.Achil. *— donec Sol annuus omneis*
Auson. *Conficeret metas.*
Quarta redit duris hæc iam messoribus ætas,
& toties cano bruma gelu riguit.

Nam-

Namq; vbi mille vias longinqua retorserit ætas, Cla.de phoc.
Tot fuerint hyemes, toties ver cursibus actum
Quas tulit autumnus dederit cultoribus vmbras, Ho 2.se.sat.6.
Septimus octauo propior iam fugerit annus. Virg.2.Geor.
— post quatuor incipit annos. Virg 3. Geor.
At tribus exactis vbi quarta accesserit ætas. Vir. 4. Geor.
— neq; enim plus septima ducitur æstas. Virg.1. Æneid.
— olim voluentibus annis. Ibid.
Tertia iam Latio regnantem viderit æstas,
Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis. Ibid.
Triginta magnos voluendis mensibus orbes Imperio explebit.
Hic iam ter centum totos regnabitur annos. Ibid.
— veniet lustris labentibus ætas. Ibid.
— nam te iam septima portat Ibid.
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas. Virg.2. Æneid.
— tot iam labentibus annis Ibid.
Interea magnum Sol circumuoluitur annum. Ouid.1. Met.
— longiq; perit labor irritus anni. Hor.Epod.11
Hic tertius December, ex quo destiti
Inachia furere siluis honorem decutit
Temporibusq; parem diuersis quatuor annum. Virg.1.Geor.
Post certas hiemes. Hor.1 c.0.13.
Iam tria lustra puer furto conceptus agebat. Ouid.2.Fast.
Post dena Phœbi lustra. Sen.in Aga.
Perq; hyemes, æstusq;, & inæquales Autumnos, Ouid.1.Met.
Et breue ver spatijs exegit quatuor annum.
Tempus adhoc lustris mihi iam bis quinq; peractis. Oui.in Ibin.
Quarta tribus lustris addita messis erat Mart.lib.1:
Tecum ter denas numeraui Posthume brumas. Ibid.
Iamq; fere tracto duo per quinquennia bello. Oui.12.Met.
Annuus exactis completur mensibus orbis. Virg.5. Æneid.
Cuius octauum trepidauit ætas Claudere lustrum. Ho.2.ca.0.
Cunctantem spatio longius annuo Ho.4.c.0.4.
Est mihi nonum superantis annum Plenus Albani cadus. Ibid.0.11.
Septima post Troiæ excidium iam voluitur æstas. Virg 5.Aenei.
— iam tempora Titan Ouid.6.Met.
Quinq; per Autumnos repetitis duxerat annis.
Signa Deus bis sex acto lustrauerat anno Ibid.
— bis adhuc octonis integer annis. Ouid.5.Met.
Namq; ter ad quinos vnum Cephisius annos Addiderat. Ouid.3.Met.
Hic tibi bisq; æstas, bisq; cucurrit hyems. Oui.Epist.6.
Tertia messis erat.

Per

Oui. Epist 7. *Per mare per terras septima iactat hyems.*
Catullus. *Tu cursu dea menstruo Metiens iter annum.*
Ouid. 3. Fast. *Martia ter senos proles adoleuerat annos*
Manil. lib. 1. *Sæcula dinumerare piget quotiesq; recurrens*
Lustrârit mundum vario Sol igneus orbe.
Cl. de bel. Ge. *— tricesima currit bruma fere,*
Tib. lib. 1. *Annus in apricis maturat collibus vuas,*
Annus agit certa lucida signa vice.
Tib. lib. 4. *Vixerit ille senex quamuis, dum terna per orbem*
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis,
Ibid. *Centum fœcundos Titan renouauerit annos.*
Prop. lib. 2. *— bis denos salua per annos*
Prop. lib. 3. *— Plenus & in partes quattuor annus eat,*
Ibid. *— & misero stet erat vigesimus annus,*
Boet. lib. 1. *Vt quas Boreæ spiritus aufert,*
Renehat mitis Zephyrus frondes,
Quasq; Arcturus semina vidit,
Syrius altas vrat segetes.
Oui. 4. de pō *Hic mihi in Euxino bis tertia ducitur æstas.*
Eleg 9. *Signa recensebat bis Sol sua tertius ibat Annus.*
Ouid 3. Fast. *Bella bis quinis operatus annis.*
Boet. lib. 4. *Nonaginta annos baculo sine corpore toto Exegi.*
Auson. *Dextra bis octonis fluxerunt sæcula lustris.*
Statius. *— & octonos bis iam sibi circuit orbes Vita.*
Idem. *Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris.*
Luc. 1. Pharf. *— decimo iam vincitis anno.*
Ibid. *Septimus hæc sequitur repetitis fascibus annus.*
Luc. 2. Pharf. *— & nondum vicesima venerit æstas.*
Lu. ad Ca. Pi. *Et prius ætheria moles circumuaga flammâ.*
Ibid. *Annua bis senis reuocabit mensibus astra:*
Ouid. 2. Met. *Arcas adest ter quinque ferens natalibus annos.*
Lucr. lib. 5. *At vigiles mundi magnum & versatile templum*
Juuen. Sat. 2. *Sol & Luna suo lustrantes lumine circum*
Perdocuère homines annorum tempora verti.
Sil. Ita. lib. 10. *Sic multas hiemes, atque octogesima vidit Solstitia*
— bis Cloelia senos
Sil. Ita. lib 13. *Nondum complerat primæui corporis annos.*
Si. Jta. lib. 14. *— decimum modo cœperat annum Excessisse puer,*
Mart. lib. 6. *Namq; bis octonis nondum rex præditus annis.*
Bis senis modo messibus peractis
Sen. in Theb. *Vix vnum puer applicabat annum.*
— bruma ter posuit niueis,
Ouid 3. Fast. *Et tertia iam falce decubuit Ceres.*
Ille moras Solis, quibus in sua signa rediret,

Tra-

Traditur exactis dispositisse notis:
Is decies senos ter centum & quinq; diebus
Iunxit, & è pleno tempora quarta die.
Hic anni modus est, in lustrum accedere debet.
Qua consummatur partibus vna dies. Oui 4. Trist.
Bis me sol adijt gelidæ post frigora brumæ, Eleg. 6.
Bisq; suum tacto pisce peregit iter.

Anteponere.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Virg. 1. Æneï.
Post habita coluisse Samo.
— ne me sibi præferat illa. Virg. Eclog. 3.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis Mart. lib. 1.
Fama potest. Auctor.
Num tibi cæsariem merito præsentia Phœbi,
Terrarum pater optime victam Sæcula post habeam. Prop. lib. 2.
Tunc ego Romanis præferar ingenijs. Auson.
Atq; bonos mores legibus ante tuli. Oui 12. Met.
Et sibi præferri se gaudet. Virg. 5. Æneï.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori.

ANTIPODES, vide POLI.

Antiquus, Antiquitas.

Vt prisca gens mortalium Hor Epod. 2.
Nisi sit pro teste vetustas Ouid. 1. nat.
Pheneum dixere priores. Oui. 15. Met.
— memor ille vetustæ sortis erat. 4 Met.
— antiquasq; domos Virg. 2. Æneï.
— priscis cultoribus. Oui. 7 Met.
— annoso robore quercus. Vide SENECTVS. Ouid. 8. Met.

Antrum.

— ac lustra ferarum Vir. 2. Georg.
— inter spelæa ferarum. Vir. Eclog. 10
— pendentia pumice tecta Virg. 4. Geor.
cauum montem. Virg. 1. Æneï.
Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris, Virg 4. Geor.
Sub terra fodere larem, penitusq; reperta
Pumicibusq; cauis excæsæq; arboris antro:
Tu tamen & leni rimosa cubilia limo Vnge. Ibid.
— est specus ingens Exesi latere in montis. Ibid.
Hic iuuenem in latebris auersum à limine Nympha.
Collocat. Ibid.
— consueta petens à fluctibus antra. Ibid.
— & gelidis hæc euoluisse sub antris. Virg. 1. Æneï.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. Ibid.
— scopulis pendentibus antrum Nympharum domus, Ibid.
— in conuexo nemorum sub rupe cauata — peni-

Virg.2.Ænei. — penitusq3 cauernas Ingentes
Jbid. Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.
Jbid. Insonuere cauæ, gemitumq3 dedere cauernæ.
Virg.3.Æne. — cæcisque latebris.
Jbid. Ac Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.
Ibid. — vasto vidisse sub antro.
Ibid. — quantusq3 cauo Polyphemus in antro.
Jbid. Cum vitam in siluis inter deserta ferarum
Lustra domosq3 traho.
Jbid. — curuisque immugijt Aetna cauernis.
Ouid.1.Met. Mœnala transieram latebris horrenda ferarum.
Vir.Eclog.1. — viridi proiectus in antro.
Vir. Eclog.5. — aspice vt antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis,
Ho.3. c.o.15. — quos agor in specus
Mart.lib.1. Et quæ puniceis fontibus antra calent.
Oui.12. Met. Arboribus tecto discumbere iusserat antro.
Juuen. Sat.6. — cum frigida paruas
Præberet spelunca domos ignemq3, laremq3,
Et pecus & dominos communi clauderet vmbra.
Ouid.3. Met. Et specus in medio virgis ac vimine densus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.
Vberibus fœcundus aquis, vbi conditus antro
Martius anguis erat.
Oui.13.Met. — syluestribus abditus antris.
Virg.6.Æne. — horrendæque procul secreta Sybillæ
Antrum immane petit
Jbid. Spelunca alta fuit, vastoq3 immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq3 tenebris:
Virg.5.Ænei. — adytis cum lubricus anguis ab imis
Virg 7. Æne. Hic specus horrendum
Virg.5. Æne. — latebroso in pumice.
Jbid. — concaua furtim saxa petunt.
Virg.3.Ænei. — in secessu longo sub rupe cauata.
Virg.6.Ænei. Excisum Euboica latus ingens rupis in antrum.
Virg.1.Geor. — sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos atque horrea fecit.
Aut oculis capta fodere cubilia Talpæ,
Inuentusque cauis bufo:
Vir.3. Georg. Ipsi in defossis specubus secura sub alta otia agunt terra.
Virg.11.Æne. Hic natam in dumis interque horrentia lustra,
Virg.3. Geor. Speluncaque tegant, & saxea procubet vmbra.

Hic

Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu Virg. 8. Æne.
Semihominis Caci, facies quam dira tegebat,
Solis inacceſſam radiis,
Stabat acuta ſilex, præciſis vndiq; ſaxis, Ibid.
Spelunca dorſo inſurgens, altiſſima viſu.
At ſpecus, & Caci detecta apparuit ingens Ibid.
Regia, & vmbroſæ penitus patuere cauernæ.
Incluſumq; cauo ſaxo. Ibid.
— inuiis iugorum Auctor.
Quam nox abdidit hactenus latebris.
— aut alti fornice ſaxi. Vir 10. Æne.
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu Ouid. 3. Met.
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
— rorantia fontibus antra. Ibid.
Vt apud niuem & ferarum gelida ſtabula forem. Catullus.
Vt earum omnia adirem furibunda latibula.
Apparent intra latebra, quas gurges opacus Claud.
Implet, & obſtruſos ducit in antra ſinus.
Antra vident oculi ſcabro pendentia topho, Oui. Epiſt 21.
— tecta ferarum. Luc. 4. Phar.
Antra nec exiguo ſtillant ſudantia rore. Ibid.
Dignatur cæcas incluſum habitare cauernas. Luc. 5. Phar.
— atq; antra virentia muſco. Sil. Ita lib. 15.
Nam latuit infans rupis exeſa ſpecu. Se. in He. Fur.
— latebo rupis exeſa cauo. Sen. in Theb.
Procq; domo longis ſpelunca receſſibus ingens Ouid. 2. Faſt.
Abdita, vix ipſis inuenienda feris.
Antra ſubit tophis laqueata, & pumice viuo, Ouid. 12. Faſt.
Garrulus in primo limine riuus erat.
— receſſus Ouid. 10. Met.
Spelunca ſimilis, natiuo pumice tectus.
— pars montis viuo pendentia ſaxo Oui. 13. Met.
Antra, quibus nec Sol medio ſentitur in æſtu
— ſubterq; cauis graue rupibus antrum Stat. 10. The.
It vacuum in montem.
— indulgentem tenebris, imaq; receſſu Stat. 1. Theb.
Sedis inaſpectos cœlo, radiisq; penateis Seruantem.
Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu Ouid. 1. Met.
Mons cauus ignaui domus & penetralia ſomni
Quò nunquam radiis oriens, mediúſve cadenſve
Phœbus adire poteſt, nebulæ caligine miſtæ

Exhalantur humo, dubiaq; crepuſcula lucis.

Aper.

Iuuenal. — *quanta eſt gula, quæ ſibi totos*

Ponit apros animal propter conuiuia natum

Ouid. 8. Met. *Miſit aprum, quanto maiores herbida tauros*
Non habet Epirus, ſed habent Sicula arua minores.
Sanguine & igne micant oculi, riget horrida ceruix,
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent,
Stantq; [illegible]ellum, velut alta hoſtilia ſetæ,
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis,
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.

Virg. 1. Geor. *Spumantemq; dari optet aprum.*

Ouid. 8. Met. — *niſi ſetiger inter opacas*
Nec iaculis eſſet, nec equo loca peruia ſyluas

Vide BESTIA & VENARI.

Idem 10. Met. *Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.*

Anus, *vide* SENECTVS.

Aperire & ri.

Virg. 1 Æneï. *Hæc vbi dicta, cauum conuerſa cuſpide montem*
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto
Qua data porta ruunt,

Virg. 2. Æneï. — *portiſq; patentibus omnes Accipiunt ſocios.*

Virg. 6. Æneï. — *& limina pandit*

Virg. 7. Æneï. — *morantis*
Impulit ipſa manu portas, & cardine verſo
Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.

Virg. 4. Geor. — *cœlúmq; æſtiua luce reclusit.*

Ibid. — *rimoſa cubilia.*

Virg. 1. Æneï. *Vt terra atq; noua pateant Carthaginis arces.*

Ibid. — *rimiſq; fatiſcunt.*

Vir. 2. Aenei. *Panduntur portæ.*

Ibid. — *Troiámq; aperiret Achiuis.*

Ibid. *Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.*

Ibid. *Læxat clauſtra Simon, illos pat efactus ad auras*
Reddit equus.

Ibid. — *portiſq; alij bipatentibus adſunt:*
Ipſe inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, poſtéſq; à cardine vellit
Æratos iámq; exciſa trabe firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram:
Apparet domus intus & atria longa pateſcunt.

Virg. 4. Æneï. *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat*

— *pe-*

— pecudúmq; reclusis Pectoribus inhians. Ibid.
Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi Virg. 2. Æneï.
Custodes sufferre valent labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi rumpunt aditus.
— terraque dehiscunt Virg 1. Geor.
Virtus recludens immeritis mori Cœlum. Ho. 3. ca o.
— valuis celebrantur apertis. Ouid 1. Met.
— ac mole remota aperite domos. Ibid.
Nulla magis toto ianua posse patet. Mart. lib. 1.
— nullus incluſit limina portis. Ouid. 2. Met.
Noctéq; diéq; patet.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ Virg. 6 Æneï.
Panduntur portæ.
Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Ibid.
— reserat stridentia limina consul. Virg. 7. Aen.
— tristésq; recludere portas. Jbid.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens Virg 8 Æne.
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ:
Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat Pallida.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis. Ibid.
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas. Virg. 12. Æn.
Ne pateat lato q; solum retegatur hiatu, Ouid. 5. Met.
Immissusq; dies trepidantes terreat vmbras.
— tecta viam tellus in Tartara fecit. Ibid.
Sponte sua patuisse fores. Ouid. 3. Met.
Claustra pandite ianuæ. Catullus.
— aut aperire domum. Jdem.
Is clausum lato patefecit limite campum. Jdem.
Vix aperit clausos vna puella lares. Prop. lib. 4.
— clausas liberat vmbras, Ibid.
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Pandite defessis hospita tecta viris. Jbid.
Et iaceat tacita lapsa catena sera. Ibid.
Et sedes reserabis inferorum. Statius.
dignare tuos aperire penates. Lu. ad Cal. Pis
Protinus abducto patuerunt templa Metello, Luc. 3. Pharſ.
Tunc rupes Tarpeia sonat, magnóq; reclusas
Testatur stridore fores.
— & facili patuerunt cardine valua. Juuen. Sat. 4.
— & laxat fores. Poste recluso, Sene. in Her.
— fores Fur.

Sen. in Thye. *Templi relaxa. festa, patefiat domus.*
Se. in Hippo. *Reserate clausos regij postis lareis.*
Ouid. 1. Fast. *Tota patet dempta ianua nostra sera.*
Oui. 14. Met. *— vnam tamen ipsa reclusit,*
Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.

Apes.

Virg. 2. Geor. *— apes examina condunt*
Corticibusq; cauis vitiosaq; ilicis aluo
Virg. 4 Geor. *— ludetq; fauis emissa iuuentus.*
Virg. 1. Geor. *— atq; apibus quanta experientia parcis.*
Virg. 4. Geor. *Cecropias innatus apes amor vrget habendi.*
Ibid. *Aspiciunt liquefacta boum per viscera toto*
Stridere apes vtero, & ruptis effluere costis.
Virg. Eclog. 9 *— Cyrneas fugiunt examina taxos.*
Ho. 3. c. o. 16. *Quamquam nec Calabra mella ferunt apes.*
Virg. 6. Æneï. *At veluti in pratis, vbi apes aestate serena*
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
Ouid. 1. de ar. *Aut vt apes saltusq; suos & olentia nacta*
Pascua, per flores, & thyma summa volant.
Sil. Ita. lib. 1. *Aut vbi Cecropius formidine nubis aquosæ*
Sparsa super flores examina tollit Hymettos,
Ad dulceis ceras, & odori corticis antra
Mellis apes grauidæ properant,
Et quæ Cecropio monte vagantur apes,
Ecce nouæ coëunt volucres tinnitibus actæ:
Quosq; mouent sonitus æra sequuntur apes.
Mart. lib. 6. *Colligit errantes & in arbore claudit inani.*
Ouid. 3. Fast. *Liber & inuenti pramia mellis habet.*
Vt Satyri, lenisq; senex tetigere saporem,
Quærebat flauos per nemus omne fauos.
Audit in exesa stridorem examinis vlmo,
Aspicit, & celat, dissimulatq; senex.
Vtq; piger pandi tergo residebat aselli,
Applicat hunc vlmo, corticibusq; cauis.
Constitit ipse super ramoso stipite nixus,
Atq; auide trunco condita mella petit.
Millia crabronum coëunt, & vertice nudo.
Spicula defigunt, oraq; prima notant.
Oui. 15. Met. *Florilegæ nascuntur apes.*
Ibid. *Nonne vides, quos cera tegit sexangula fœtus*
Melliferarum apium sine membris corpora nasci.
Cla. 2. de rap. Proserp. *— examina fundi*

Ap-

Hybleum raptura thymum, cum cerea reges
Castra mouent.
Melliser electis exercitus obstrepit herbis. Sat. 1. Achill.
— quales iam nocte propinqua
E pastu referentur apes vel in antra reuerti
Mella nouo rapidas mitis videt Hybla cateruas. Vide MEL.

Aphtica, Aphricanus.

Pœnorum etiam ingemuisse Leones Vir. Eclog. 5.
— & Libya vertuntur ad oras Virg 1. Æneid.
— quos Aphrica terra triumphis Diues alit. Virg. 4. Æneid.

Apollo.

— pater est Thymbraus Apollo Virg. 4. Geor.
Da propriam Thymbræ domum. Ibid.
Delius aut Creta iussit considere Apollo. Virg. 3. Aeneid.
— mihi Phœbus Apollo Prædixit. Ibid.
— numina Phœbi. Ibid.
— Clarij lauros. Ibid.
— ac Delum maternam inuisit Apollo. Virg. 4. Æneid.
— Gryneus Apollo. Ibid.
— augur Apollo. Ibid.
— Deus Arcitenens. Ouid. 1. Met.
— mihi Delphica tellus, Ibid.
Et Claros, & Tenedos, Patarea q; regia seruit:
Iupiter est genitor, per me quod erit q; fuit q;
Est q; patet, per me concordant carmina neruis:
Inuentum medicina meum est, opifex q; per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.
Nube candenti humeros amictus Augur Apollo Hor. 1. c. o. 2.
— nec te metuende certa Phœbe sagitta. Ibid. o. 12.
Incola Pythius. Ibid. od. 16.
Intonsum pueri dicite Cynthium. Ibid. o. 21.
Natalem q; mares Delon Apollinis. Jbid.
Et nunquam humeris positurus arcum, Ho. 3. ca. o. 4.
Qui rore puro Castaliæ lauit
Crine solutos qui Lyciæ tenet
Dumeta natalem q; siluam
Delius & Patarea q; Apollo.
Augur, & fulgente decorus arcu.
Phœbus, acceptus q; nouem Camœnis altus Apollo. Ho. in ca. Sæ.
Delius inspirat vates, aperit q; futura. Virg. 6. Æneid.
— sancti custos Soractis Apollo. Ibid.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ, Virg. 11. Æne.
Phœbe qui Xanto lauis amne crines. Ho. 4. c. o. 6.

Ibid.	*Rite Latonæ puerum canentes,*
Auctor.	*— cum Pieridum principe Cynthio,*
Virg. 9 Ænei.	*— Crinitus Apollo.*
Oui. epist 5.	*Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit.*
Tit. lib. 1.	*Solis æterna est Phœbo, Bacchoq; iuuentus,*
	Nam decet intonsus crinis vtrumq; Deum.
Tib. lib. 2.	*— nec carminis Auctor Apollo.*
Tib. lib. 3.	*Quodq; Deus vero Cynthius ore ferat.*
Jbid.	*Ille ego Latonæ filius atq; Iouis.*
Tib. lib. 4.	*Huc ades intonsa Phœbe superbe coma.*
Prop. lib. 2.	*Pythius in longa carmina veste sonat.*
Prop lib. 3.	*Dum petit intonsi Pythia regna Dei.*
Oui. 2. de art.	*— & Clario Delos amata Deo*
Oui. 1. de rem	*Carminis, & medicæ Phœbe repertor opis.*
Claud. in lau.	*Pieridum columen, cuius Parnassia magno*
Herc.	*Numine templa sonant, læto precor huc age Phœbe*
	Tecum cuncta choro penetralia sancta sororum.
Stat. 1. Syl.	*Latous vatum pater.*
Stat. 1. Theb.	*— seruatoremq; parentem Latoiden.* Vide Sol.

Appellere.

Virg. 7. Ænei.	*Iamq; iter emensi turres ac tecta Lauini*
	Ardua cernebant iuuenes, muroq; subibant.
Virg. 1 Ænei.	*— Tyriam qui aduenerit vrbem.*
Vir. 4. Geor.	*— externo ni iam sub fine laborum*
	Vela traham, & terris festinem aduertere proram.
Virg. 1 Ænei.	*— & Libyæ citus astitit oris.*
Ibid.	*Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernis Mœnia*
Ibid.	*— Quæ vis immanibus applicat oris.*
Virg. 3. Ænei.	*Si quando Tybrim vicinaq; Tybridis ora Intrare*
Virg. 5. Ænei.	*— hoc sperem Italiam contingere cœlo.*
Ibid.	*— huc dirige cursum, Littus ama.*
Virg. 6 Ænei.	*Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.*
Virg. 5. Ænei.	*— clauumq; ad littora torquet.*
Ibid.	*— illa notho citius volucriq; sagitta.*
	Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
Virg. 6 Ænei.	*Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam Littora*
Jbid.	*Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce,*
Ibid.	*Redditus his primum terris.*
Virg. 4. Geor.	*Postquã est in thalami pendentia pumice tecta Peruentum.*
Virg. 1. Ænei.	*— quas vento accesserit oras.*
Ibid.	*Hinc portum petit.*
Ibid.	*— nos Libycis tempestas appulit oris.*
Ibid.	*— & Libyæ vertuntur ad oras.*

— hus

— huc pauci vestris adnauimus oris. Ibid.
Huc se proiecti deserto in littore condunt. Virg. 2. Æneid.
Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis. Ibid.
— portúq; patentibus omnes Accipiunt socios. Ibid.
Huc feror, hæc fessos tuto placidissima portus Virg 3. Aeneid.
Accipit egressi veneramur Apollinis vrbem.
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris, Ibid.
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Quarto terra die primum se tollere tandem Ibid.
Visa aperire procul montes ac volvere fumum,
Struatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt.
Huc vbi delati portus intrauimus. Ibid.
— portusq; intrare licebit. Ibid.
Hunc petimus fessi & parvæ succedimus vrbi: Ibid.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes:
Ergo insperata tandem tellure potiti
Littoraq; Epeiri legimus portúq; subimus Ibid.
Chaonio & celsam Butroti ascendimus vrbem,
Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris? Ibid.
Ausonio possis considere portu. Ibid.
Vitanoq; ignare paras inuadere portus. Ibid.
Quin vbi transmissa steterint trans æquora classes, Ibid.
Et positis aris iam vota in littore solues.
Ast vbi digressum Siculæ te admouerit ora Ventus. Ibid.
Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem. Ibid.
Vela tegunt socij & proras ad littora torquent. Ibid.
Ignariq; vie Cyclopum allabimur oris. Ibid.
— hanc primum ad littora classem Ibid.
Conspexi venientem
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit. Ibid.
Vt primum alatis tetigit magalia plantis. Virg. 4. Æneid.
— hic fessas non vincula naues Virg 1. Æneid.
Vlla tenent, vncto non alligat anchora morsu.
Huc septem Æneas collectis nauibus omni
Ex numero subit, ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troes arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.
— si tangere portus Virg 4. Æneid.
Infandum caput, ac terris adnare necesse est.
— si littora tantum Ibid.
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Vt templi tetigere gradus.

Ouid.1. Met. *Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,*
Virg.1. Geor. *Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.*
— Succeſſimus antro.
Vir.Eclog.5. *Obſtrictis alijs, præter Iapiga,*
Hor.3. c.o.3. *Nauis, quæ tibi creditum.*
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.
Ibid.od 14. *— fortiter occupa portum.*
Virg.5. Æneï. *Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela ſecundi*
Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite claſſis.
Et tandem lati notæ aduertuntur arenæ.
Adſumus, & portus delati intramus amicos.
Ibid. *Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris:*
Virg.6 Æne. *Obuertunt pelago proras, tum dente tenaci*
Anchora fundabat naues, & littora curuæ
Prætexunt puppes, iuuenum manus emicat ardens
Ibid. *Littus in Heſperium.*
Tum ſe ad Caietæ recto fert littore portum:
Vir.7.Æneï. *Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.*
Flectere iter ſocijs, terræq; aduertere portas.
Ibid. *Imperat, & lætus fluuio ſuccedit opaco.*
Virg.7. Æneï. *Cum primum Auſonijs exercitus appulit oris.*
Virg 7. Æne. *Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis.*
Virg.8. Æne. *Fluminis intraſtis ripas, portuq; ſedetis.*
Auctor. *Ocyus aduertunt proras, vrbiq; propinquant.*
— & are morantes
Vir.10.Æneï. *Feſtinat contingere terras.*
Ibid. *Arrepta tellure ſemel.*
Donec roſtra tenent ſiccum, & ſedere carinæ.
Ouid.6.Met. *— veloq; & remige portus*
Cecropios intrat, Pyrææq; littora tangit.
Ouid.3. Met. *Forte petens Delon, Chiæ telluris ad oras*
Applicor, & dextris adducor littora remis,
vdæq; immittor arenæ.
Jbid. *Et quos contingere portus*
Oui. Epiſt.5. *Ede, velis, dixit, terra ſiſtere petita.*
Oui. epiſt. 6. *Et propior, terrasq; cita ratis attigit aura.*
Oui. epiſt.12. *Littora Theſſaliæ reduci tetigiſſe carinæ.*
— in noſtras quoniam noua puppis arenas
Venerat, audaces attulerat q; viros.
Jbid. *Iuſſus inexpertam Colchos aduertere puppim*
Intraſti patriæ regna beata meæ.
Oui..epiſt.13. *Cùm venies, remoq; moue, veloq; carinam,*

Inque tuo celerem littore siste gradum.
Phrygium vt nemus citato cupidè pede tetigit, Catullus.
Adijtq; opaca syluis redimita loca Deæ.
Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes, Idem.
Perfidus in Cretam religasset nauita funem,
Misorum scopulis applicuisse ratem. Proper. lib. 1.
Nec sic errore exacto tatatus Vlysses, Prop. lib. 2.
Cum tetigit charæ littora Dulichiæ.
Inde vbi Pirai captent me littora portus, Prop. lib. 3.
Scandam ego Theseæ brachia longa viæ.
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ, Ibid.
Traiectæ Syrtes anchora iacta mihi est,
Et vagas pelago rates Boet. lib. 4.
Eurus appulit insulæ.
Vt tangat portus fessa carina suos.
Institeram terræ.
Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum Ouid. 3. art.
Excepit portu Tanaris ora suo. Oui. epist. 20.
Quicunque Iliacos intrauerit aduena portus. Oui. epist. 16.
— tunc obtulit hospita tellus
Puppibus accessus faciles legere rudentes, Ibid.
Et posito remis petierunt littora malo. Luc. 3. Pharf.
— vento, fluctuq; secundo
Lapsa Palæstinas vncis confixit arenas. Luc 5 Pharf.
— liceat vexata littora puppe
Prendere, ne longè nimium sit proxima tellus. Ibid.
Vt primum terras Pompeij colla secutus
Attigit, & duras calcauit Cæsar arenas. Luc. 10. Phar.
Ventum erat ad ripas, inerant vestigia ripis.
Illi aderant primis iamq; offendere carina Ouid. 3. Fast.
Littoribus, certant saltu contingere terram Stat. 5. Theb.
Præcipites.

Vide APPROPINQVARE, & SEQVI, & PORTVS.

Appropinquare.

Dumq; propinquabam portis. Virg. 2. Æneï.
— fuge nate, propinquant. Ibid.
— quam tu tam rere propinquam. Virg. 3. Æneï.
portusq; patescit iam propior. Ibid.
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem. Virg. 5. Æne.
Quarto terra die primum se tollere tandem Virg 3. Æneï.
Visa aperire procul montes.
— foribusque propinquant, Virg. 6. Æneï.
propiusue accedere virtus. Vir. 10. Æneï.

Oui. Epist. 5. *Fit propior, terrasque cita ratis attigit aura,*
Stat. 2. Theb. *Ille propinquabat syluis.*

Aqua, & aquam dare manibus.

Vir. 1. Georg. *Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis.*
Virg. 6. Geor. *Pars calidos latices & ahena vndantia flammis Expediunt.*
Virg. 3. Geor. *—flucioſque ministrant.*
Ibid. *—fluuios præbere recentes.*
Vir. 7. Æneï. *Calataq; amnem fundens pater Inachus vrna.*
Virg. 2. Æne. *Et bibit humorem.*
Virg. 3. Geor. *Currentem ilignis potare canalibus vndam.*
Ibid. *Tum tenues dare rursus aquas.*
Virg 4 Geor. *— manibus liquidos dant ordine fontes*
Ibid. *— aut in aquas tenues dilapsus abibit.*
Virg. 1. Æneï. *Dant famuli manibus lymphas.*
Vir. 4. Æn. *— latices nigrescere sacros.*
Ouid. 1. Met. *— mistam fluuialibus vndis.*
Oui. 3. Met. *Et petere è viuis libandas fontibus vndas.*
Virg. 6. Æneï. *— Lethæi ad fluminis vndam Securos latices.*
Catullus. *At vos, quò lubet, hinc abite lymphæ Vini pernicies.*
Tib. lib. 2. *Et manibus puris, sumite fontis aquam.*
Tib. lib. 3. *Temperet annosum Martia lympha merum.*
Tib. lib. 4. *Fontibus vt dulces erumpat terra liquores.*
Prop. lib. 4. *Et cauæ suscepto flumine palma sat est.*
Oui. epist. 19. *Cum dijs potando nectare miscet aquas.*
Ibid. *— in medijs quæritur humor aquis.*
Luc. 4 Pharſ. *Iamq; inopes vndæ primum tellure resossa*
Luc. 10. Phar. *Occultos latices, abstrusaque flumina quærunt.*
— manibusq; ministrat
Nilíacas crystallus aquas.

Aquila.

Virg. 1. Æneï. *— Iouis ales.*
Virg 5. Æneï. *— quem præpes ab Ida.*
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Vir. 9 Æneid. *Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnum*
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis.
Vir. 11. Æneï. *Vtq; volans alè raptum cum fulua draconem*
Fert aquila, implicuitq; pedes. Vide Avis.

Aranea.

Virg. 4. Geor. *In foribus laxos suspendit aranea casses.*
Ouid. 1. Met. *Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit*
Stamen & antiquas exercet aranea telas.
Auctor. *Ah Rutilisne suum laquearibus aptet Arachne Retè?*
Catullus. *Ne tenuem texeas sublimis aranea telam*

De-

Deserto in molli nomine opus faciat.
Sed non immeritò velauit aranea fanum, Prop. lib. 2.
— nec aranei tenuia fila. Lucre lib. 3.
— non illud opus tenuissima vincant Ouid 4. Met.
Stamina non summo quæ pendet aranea tigno
Arida cum tota descendat aranea tela.
Vel pede quod gracili deducit aranea filum, Juuen. Sat. 14
Cum leue deserta sub trabe figit opus. Ouid. 1. de re.

Vide Archnes fabulam apud Ouid. 6. Meta.

Arare, & Aratrum.

Ac prius ignotum ferro quam scindimus æquor, Virg. 1. Geor.
At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum Ibid.
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco
— & sulcis frumenti quæreret herbam, Ibid.
— illam experiere colendo Virg. 2. Geor.
Et facilem pecori & patientem vomeris vncꝰ.
Talem dives alit Capua.
Tellurem Borea rigidam spirante monere. Ibid.
Exercete viri tauros serite hordea campis. Virg. 1. Geor.
— fructusq; feros mollite colendo. Virg. 2. Georg.
— & omnes Ibid.
Cogenda in sulcum, & multa mercede domanda.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem Inuertere. Ibid.
At rudis enituit impulso vomere campus. Ibid.
— glebas cunctantes crassaq; terga Ibid.
Expecta, & validis terras proscinde iuuencis.
— ea nec mansuescit arando Ibid.
— tenui vitem committere sulco. Ibid.
— neu ferro læde retuso Semina. Ibid.
Aut ipso exercere solum sub vomere, & ipsa Ibid.
Flectere luctantes inter vineta iuuencos,
— namque omne quotannis Ibid.
Terque quaterque solum scindendum, glebaq; versis
Æternum frangenda bidentibus Ibid.
Sollicitanda tamen tellus, pulusque mouendus.
Ipsa satis tellus cum dente recluditur vnco Ibid.
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Agricola incuruo terram dimouit aratro. Ibid.
— aut scindere terram. Virg. 3. Geor.
Et campum horrentem fractis inuertere glebis. Ibid.
Atque opere in medio defixa relinquit aratra. Ibid.
— dehinc vbi libera colla Ibid.
Seruitio assuerint, ipsis & torquibus aptos.

Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.
Jbid. *— vomere terras Inuertisse graues.*
Virg.1. Geor. *Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram Vertere.*
Jbid. *— cum finibus illis*
Agricola incuruo terram molitus aratro.
Virg.4. Geor. *— pingues hortos quæ cura colendi Ornaret.*
Virg.1. Geor. *— pater ipse colendi*
Haud facilem esse viam voluit, primusq; per artem
Ibid. *Mouit agros*
Jbid. *Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.*
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Jbid. *Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.*
Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
Exercetq; frequens tellurem.
Ibid. *— ergo age terræ*
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri, glebasq; iacentes
Ouid.1. Met. *Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.*
Hor. Epod.1. *— cultores veesis animalia glebis inueniunt.*
Non vt iuuencis illigata pluribus
Hor.Epod.2. *Aratra nitantur meis.*
Ibid. *Paterna rura bobus exercet suis*
Videre fessos vomerem boues
Hor.Epod.4. *Collo trahentes languido.*
Modest. *Arat Falerni mille fundi iugera.*
Virg.1.Geor. *— vt facilem terram proscindat aratris.*
— hæc cum sint hominúmq;, boúmq; labores
Ibid. *Versando terram experti.*
Ibid. *Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit.*
Ibid. *Exercete viri tauros.*
— & cereale papauer
Jbid. *Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris.*
Vir.Eclog. 4. *Dum sicca tellure licet. Exercebit humum.*
Hor.1. ca.o.1. *— quæ iubeant telluri infindere sulcos.*
Ho.3. ca.o.6. *Gaudentem patrios findere sarculo Agros.*
Ouid.1. Met. *— Sabellis doctæ ligonibus Versare glebas.*
— Rastróq; intactæ, nec vllis
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.
Mart.lib 1. *In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.*
Ouid.11.Met. *Forte boues presso subigebant vomere terram.*
Virg.11. Æne. *— & vomere duros exercent colles.*
Virg.7. Æne. *— terram centum vertebat aratris.*

Qui ſaltus Tiberine tuos, ſacrumq; Numici Jbid.
Litus arans, Rutulosq; exercent vomere colles.
Haud ita frumentis nocuam ſudante reuellit Auctor.
Colonus herbam ſarculo.
Aut raſtris terram domat. Virg. 9. Æneï.
Aurunci, Rutuliq; ſerunt, & vomere duros Virg. 11. Æne.
Exercent colles.
Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro. Virg. 5. Met.
Vertentia glebas Fregit aratra. Jbid.
— vt dura ferarum Oui. epiſt. 11.
Inſolito premeres vomere colla boum.
Et ſolidam iuſſo vomere findis humum.
— ac nullo ſulcantur vomere campi. Jbid.
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro. Sil. Ital. lib. 9.
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluêre iuuenci. Oui. 1. Faſt.
Rura colit nemo, molleſcunt colla iuuencis. Catullus.
Non humilis curuis purgatur vinea raſtris. Jdem.
Non glebam prono conuellit vomere taurus.
Squalida deſertis rubigo infertur aratris.
Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris, Tib. lib. 1.
Et teneram ferro ſollicit auit humum. Jbid.
Duxit araturos ſub iuga curua boues. Tib. lib. 2.
Illi etiam tauros primi docuiſſe feruntur Seruitium. Jbid.
Fortis arat valido ruſticus arua boue. Jbid.
Agricolæq; modo curuum ſectarer aratrum, Tib. lib. 3.
Dum ſubigunt ſteriles arua ſerenda boues. Jbid.
Aut vi multa mei renouarent iugeri tauri. Tib. lib. 4.
Aruaq; ſi findant pinguia mille boues. Jbid.
Non ergo preſſo tellus conſurgit aratro.
Hinc & colla iugo didicit ſummittere taurus, Prop lib. 2.
Et ferro tellus, pontus confinditur ære Prop. lib. 3.
Grandauique negant ducere aratra boues. Ibid.
Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur Prop. lib. 4.
Quod ſi contentus patrio boue verteret agros. Sil. Ita. lib. 16.
Nam tua cum multi verſarent rura iuuenci.
— duxere iuuencos Clau. 1. in Eu.
Impreſſis docileis terram proſcindere aratris. Boet. lib. 3.
Flaua minus preſſo finduntur vomere rura. Oui. 1. de art.
Ruraque centeno ſcindat opima boue.
Turpis & agricolæ, qui vomere ſemper aduncæ, Oui. 2. de art.
Et grauibus raſtris ſub Ioue verſat humum. Ou. 1. de rem.
— aut vomere ſcindite terram.
Colla iubet domitos oneri ſupponere tauros.

Sauciet vt duram vomer aduncus humum.

Oui. epist. 5.
Obrue versata Cerealia semina terra,

Luc. 1. Pharſ.
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.

Luc. 2. Pharſ.
Quid bibulum curuo proscindere litus aratro.

Luca. 3. Phar.
Horrida quod dumis, multoſque inarata per annos
Hesperia est, desunt q; manus poscentibus aruis.

Luc. 6. Pharſ.
— domituſq; Sabedo Vomere

Lucr. lib. 1.
Ergo agre raſtris, terram rimantur, & ipſis
Vnguibus infodiunt fruges.
Mox legum dextra preſſum deſcendit aratrum.
Æolida, Dolopeſque ſolum frugere coloni.

Lucr. lib. 9.
Eſſe videlicet in terris primordia rerum,
Quæ nos fœcundas vertentes vomere glebas,

Ibid.
Terraiq; ſolum ſubigentes cimus ad ortus,

Ibid.
— Valido conſueta bidenti
Ingemere, & terram preſſis proſcindere aratris.

Iuuen. Sat. 7.
Nec robuſtus erat curui moderator aratri
Quiſquam, nec ſcibat ferro molirier aruã.

Ouid. 7. Met.
Et ferro cœpere ſolum proſcindere terra.
— tenuiq; in puluere ſulcos

Ouid. 4 Faſt.
Ducimus, & liuo tenui verſamus aratro.

Ho. 1. ſer. ſat. 1
Sappoſitoſq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.

Virg. 3. Geor.
Illa iugo tauros collum prebere coëgit,
Tunc primum ſoleis eruta vidit humus.
Ille grauem duro terram qui vertit aratro.

Vir. Eclog. 2.
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.

Vir. Eclog 4.
Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci

Virg. 1. Geor.
Robuſtus quoque iam taurus iuga ſoluit arator.

Idem.
— vncique puer monſtrator aratri

Virg. 4. Geor.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Ibid.
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri.
Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur
In burim & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo,
Bina aures, duplici aptantur dentalia dorſo.

Ouid 5. Met.
— vertentia glebas Fregit aratra.

Tib. lib. 1.
Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris.

Ouid. 1. de ar.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro.

Ibid.
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci,

Oui. 2. de art.
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.

Ouid. 7. Met.
— & vnco
Impatiens oneris collum preſſiſtis aratro.

Tem-

Tempore ruricolæ patiens sit taurus aratri, Oui. 4. Trist.
Præbet & incuruo colla premenda iugo. Eleg.
Sic vbi delectos per tornia armenta iuuencos Stat. 1. Theb.
Agricola imposito sociare affectat aratro:
Illi indignantes, quicis nondum vomere multò
Ardua nodosos ceruix descendit in armos,
In diuersa trahunt.
— summittit aratris Manil. lib. 4.
Colla, iugumq; suis poscit ceruicibus ipse.
Fluminibus salices crassisque paludibus alnè Virg. 2. Geor.
Nascuntur, stipulis saxosis montibus orni
Littora myrthetis lætissima denique apertos
Bacchus amat colles Aquilonem & frigora taxi.
Ipsa ingens arbor faciemq; simillima lauro Ibid.
Et si non alium latè iactares odorem,
Laurus erat, folia haud illi labentia ventis,
Flos apprima tenax.

Arborum & plantarum nomina varia.

— nec non syluestria tecum Virg. 2. Geor.
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
— campos, & flumina latè Ibid.
Curua tenent, vt molle siler, lentæq; genistæ,
Populus, & glauca canentia fronde salicta.
Castaneæ nemorumque Ioui quæ maxima frondet Ibid.
Æsculus, atque habitæ Graijs oracula quercus,
Pullulat ab radice aliis densissima syluis,
Vt cerasis, ulmisq; etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.
— mutatamq; insita mala Ibid.
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna,
Respondent solido Paphiæ de robore Myrtus, Ibid.
Plantis & duræ Corili nascuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeæq; arbos vmbrosa coronæ,
Chaonijq; patris glandes etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.
Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et sterilis platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos, ornus incanuit albo
Flore pyri glandemq; suis fregere sub vlmis. Ibid.
Nec salici, lotoq;, nec Idæis cypariſſis,
Orchites, & radij, & amara Pausia baccæ,
Pomaq;, & Alcinoi syluæ nec surculus idem
Cruſtumijs, Syrijsq; pyris grauibusq; volemis.

— Se-

Virg.4 Geor. — salices, humilesq; genistæ.
Jbid. Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret.
Ibid. Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos.
Jbid. Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis.
Ibid. — biferiq; rosaria Pæsti.
— nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen Æanthi,
Ibid. Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos.
— illi tiliæ atq; vberrima pinus.
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos Induerat.
Ibid. — ramea costis Subijciunt fragmenta.
Ibid. & Ecl 1. — patulæ recubans sub tegmine fagi.
Ibid. — iuxtaq; antiqua cupressus.
Virg.3. Ænei. — quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Ibid. Aëria quercus, aut conifera cyparissi.
Hor Epod. 2. Alias maritat populos.
Virg.1 Geor. Caditur & tilia ante iugo leuis, altaq; fagus.
Virg. Eclog.1 — & salicis carpetis amaras,
Virg Eclog.2 Tantum inter densas, vmbrosa cacumina fagos,
Virg Eclog.5. Hic corylis mixtas inter consedimus vlmos.
Jbid. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Vir.Eclog.6. Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.
Virg. Eclo.7. — atq; solo proceras erigit alnos.
Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Ibid. Formosa myrtus Veneri sua laurea Phœbo
Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Hor.1 c.o.2. Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Virg.6.Ænei. Piscium & summa genus hæsit vlmo.
In medio ramos annosaq; brachia pandit
Catullus. Vlmus opaca ingens,
Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis.
Idem. Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum.
Idem. — namque ille tulit radicitus altas
Fagos, ac recto proceras stipite laurus,
Non sine mutanti platano, lentaque sorore
Flammati Phaëtontis, & aëria cupressu.
Cum pyrus inuito stipite mala tulit.
Prop.lib.4. Sylua nemus non alta facit, tegit arbutus herbam.
Ouid.3. de art. Rosmaris, & laurus, nigraque mirtus olent:
Nec densum foliis buxum fragilesq; myricæ,
Nec tenues cytisi, cultáque pinus abest.

Si sciat hoc vitis, nascentes supprimet vuas: Ou.1. de nuce
Orbáq3, si sciat hoc, Palladis arbor erit.
Hoc in notitiam veniat malóq3, pyróq3,
Destituent syluas vtráq3 poma suas.
Quæq3 sibi vario distinguit poma colore,
Audiat hoc cerasus, stipes inanis erit. Luc.3. Pharſ.
Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex,
Siluáq3 Dodones, & fluctibus aptior alnus.
Et non plebeios luctus testata cupressus. Sen. in Oedi.
Est procul ab vrbe lucus ilicibus niger,
Dircæa circa vallis irriguæ loca:
Cupressus altis exercens syluæ caput
Virente semper alligat trunco nemus.
Curuóſq3 tendit quercus, & putreis situ
Annosa ramos huius abrupit latus
Edax vetustas, syluá iam fessa cadens
Radice fulta pendet aliena trabe:
Amará baccis laurus, & tiliæ leues,
Et Paphia myrtus, & per immensum mare
Moturá ramos alnus, & Phœbo obuia
Enode Zephyris pinus opponens latus:
Medio stat ingens arbor, atq3 vmbra graui
Syluas minoreis vrget, & magno ambitu
Diffusa ramis vmbra defendit nemus:
Tristis sub illè lucus & phœbi insciis: Ouid.10.Met.
Vmbra loco venit non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Heliadum, non frondibus Æsculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis hastis,
Enodisq3 abies, curuatáq3 glandibus ilex,
Et platanus genialis, acérq3 coloribus impar,
Amnicolæq3 simul salices, & aquatica lotos,
Perpetuoq3 virens buxus, tenuésq3 myricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus,
Vos quoq3 flexipedes ederæ venistis, & vnà.
Pampineæ vites, & amictæ vitibus vlmi,
Orniq3, & piceæ, pomoq3 onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ,
Et succincta comas, hirsutáque vertice pinus.
Grata deum matri, siquidem Cybelius Atys
Exuit hac hominem, truncoq3 induruit illo,
Affuit huic turbæ metas imitata cupressus.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis, Virg.7. Æne.

Vir.9.Æneid. *Sacra comam multósque metu seruata per annos,*
Quam pater inuenta, primas cum conderet arceis,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus.
Consurgunt geminæ quercus intonsáque cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Vide SCINDERE, & VMBRA.

Arcus.

Virg 5. Æneid. *Post acer Mnesteus adducto constitit arcu Alta petens,*
Virg.1. Æneid. *Namque humeris de more habilem suspenderat arcum*
Venatrix.
Ibid. *Constitit hic, arcúmque manu, celerésque sagittas Corripuit.*
Viderat adducto flectentem cornua neruo.
Ouid.1. Met. *Corneus huic arcus.*
Ibid. — *libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.*
Vir Eclog.10. — *neq; semper arcum tendit Apollo.*
Ho.2.c.o.10. *Doctus sagittas tendere sericas Arcu paterno.*
Ho.1.c. o.29 *Imposito calamo patulos sinuauerat arcus.*
Ouid.8. Met. *Spicula torquebat Lycia Cortynia cornu.*
Virg.11. Æne. *Aureus ex humeris sonat arcus.*
Intendunt acres arcus armenta; torquere.
Virg.9.Æneid. *Tum primum bello celerem intendisse sagittam.*
Ibid. — *& spicula tendere cornu.*
Ibid. — *neruoq; obuersus equino Contendit telum.*
Ibid. — *manibus quibus & contenditur arcus,*
Lu ad Cæ. Pis. *Armenioq; arcus Geticis intendite neruis.*
Luc. 8. Pharſ.

Vide JACVLARI.

Arcus cælestis, *vide* IRIS.

Ardelio.

Mart.lib.12. *Declamas bellè causas agis Attale bellè*
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis bellè mimos, epigrammata bellè:
Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus:
Et bellè cantas, & saltas Attale bellè:
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè,
Vis dicam quid sis? Magnus es ardelio.
Ibid. *Dum modo causidicum, dum te modo Rhetorem fingis,*
Et non decernis Taure quid esse velis.
Peleos & Priami transit vel Nestoris ætas,
Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe, tres vno perierunt Rhetores anno,
Si quid habes animi si quid in arte vales.
Si schola damnatur, foralitibus omnia feruent

Ipse

Ipse potest fieri Marsia Causidicus.
Eia age rumpe moras quò te spectabimus vsq;
Dum quid sis dubitas, iam potes esse nihil.

Ardere.

— Troia arserit igni
Tum verò omne mihi visum considere in ignes. Virg. 2. Geor.
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia, Ibid.
Incendi muros, ignesq; ad tecta volare. Virg. 12. Æn.
Nam sæpe incautus pastoribus excidit ignis, Virg. 2. Geor.
Qui furtim pingui primi sub cortice tectus
Robora comprehendit. frondésq; elapsus in altas
Ingentem cælo sonitum dedit, inde secutus
Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cælum picea crassus caligine nubem.
— glomeratq; ferens incendia ventus. Ibid.
Tondentur cythisi taedas syluæ alta ministrat, Ibid.
Pascunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt.
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis
Incassum furit.
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis. Virg. 4. Geor.
— Panchaïs adolescunt ignibus ara. Ibid.
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit. Ibid.
— arsere coruscæ Virg. 2. Æne.
Luminibus flamma arectis.
In segetem veluti cum flamma furentibus Austris Incidit. Ibid.
— crinemq; flagrantem Excutere.
— dedit amplaruinam Ibid.
Vulcano superante domus: iam proximus ardet Ibid.
Vcalegon, Sigea igni freta lata relucent.
— iam per mœnia clarior ignis Ibid.
Auditur, propiusq; æstus incendia voluunt. Ibid.
Iambere flamma comas & circum tempora pasci. Ibid.
Illicet ignis edax summa ad vastigia vento Ibid.
Voluitur, exuperant flammæ, furit æstus ad auras.
— flammæq; furentes Virg. 4. Æneï.
Culmina perq; hominum voluantur, perq; deorum.
Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther Oui. 3. Met.
Conciperet flammas, totusq; arderet axis.
affore tempus, Ibid.
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.
— ardeo, Quantum neq; aratro delibutus Hercules

Hor.in Pali. *Neſſi cruore, nec Sicana feruida Furens in Ætnea flamma*
Teſta cum ardente viderent Scintillare oleum.
Virg.3. Geor. *Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis*
Vir.Eclog.7. *Semper, & aſſiduæ poſtes fuligine nigri.*
Natus vt Althææ flammis abſentibus arſit.
Oui.in Ibin. *Sit tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.*
— ardentes auidò bibit ore fauillas.
Matt.lib.1. *Vt vetus accenſis incanduit ignibus ara.*
Oui.12. Met. *Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris.*
Ibid. *Primitum torrem.*
Ibid. *Correpti rapida, veluti ſeges arida, flamma*
Arſerunt crines, & vulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſontum dedit, vt dare ferum
Igne rubens plerumq; ſolet, quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit at illud
Virg.5. Æneï. *Stridet & in tepidâ ſubmerſum ſibilat vndâ.*
Mœnia reſpiciens, quæ iam infelicis Eliſæ
Ibid. *Collucent flammis, quæ tantum accenderit ignem*
Cauſa latet.
Ibid. *Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo,*
Signauitque viam flammis.
Hæc memorans prima infenſum vi corripit ignem,
Sublataque procul dextra connixa coruſcat:
Tum vero attonitæ monſtris tectæque furore
Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem.
Pars ſpoliant aras, frondem, ac virgulta facesque,
Coniiciunt, furit immeſſis Vulcanus habenis
Tranſtra per & remos, & pictas abiete puppes:
Sed non iccirco flammæ, atque incendia vires
Indomitas poſuere, vdo ſub robore viuit
Stupa vomens tardum fumum, lentusque carinas
Eſt vapor & toto deſcendit corpore peſtis,
Vir.10. Æneï. *Nec vires heroum, infuſaque flumina proſunt.*
Ac velut optato, ventis æſtate coortis,
Diſperſa immittit ſiluis incendia paſtor:
Correptis ſubito medijs, extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos,
Vir.12. Æneï. *Ille ſedens victor flammas deſpectat ouantes.*
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex, turrimque tenebat.
Ouid.3. Met. *— flamma propiore caleſcit:*
Non aliter, quam cum ſummis circumlita tædis
Tib.lib.2. *Admotas rapiunt viuacia ſulphura flammas:*

Ie-

Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris. Prop.lib.2.
Feruere & Hectorea Dorica castra face. Oui. epist.21.
Vror, vt indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant Ouid.7.Met.
Æripedes tauri, tactaq; vaporibus herba
Ardent: vtque solent pleni resonare camini,
Aut vbi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum.
Pectora sic intus clausas voluentia flammas,
Gutturaque vsta sonant.
Vtque solet ventis alimenta assumere, quaque
Parua sub inducta latuit scintilla fauilla,
Crescere, & in veteres agitata resurgere vireis. Sil.Ita.lib.1.
— in accensis flagrant altaribus ignes. Sil.Ital.lib.2.
— erigit atro
Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem
Ardet in excelso proceri vertice montis
Arx intacta prius bellis, hinc punica castra.
Littoraq; & totam soliti spectare Saguntum
Ardent tecta deûm respondet imagine flamma
Aequor, & in tremulo vibrant incendia ponto. Sil.Ital.lib.4.
Dum tacitas vires, & flammam colligit ignis,
Nigranti piceus sensim caligine vertex
Voluitur & pingui contorquet nubila fumo, Sil.Ital. lib.5.
Mox subita in toto lucent incendia monte.
— stipula crepitabat inani
Ignis iners, cassamq; dabat sine robore flammam. Sil.Ita.lib.10.
Tum face coniecta populatur feruidus ignis
Flagrantem molem & rupta caligine in auras
Actus apex, claro perfundit lumine campos. Sil.Ita.lib.17.
— tectis vrbis Vulcania pestis
Quum sese infudit, rapidumque incendia flatus Ibid.
Ventilat, & volucreis spargit per nubila flammas.
Excelsa tum saua rates spectacula Pœnis
Flammiferam accepere facem, subitaque procella
Arserunt maria, atque expauit lumina Neteus.
Cernis odoratis vt luceat ignibus æther,
Et sonet accensis spica Celissa focis? Ouid.1.Fast.
Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde iubar.
— per Latium stellarum more videbam Cla.3.in Col. Honor.
Barbaricos ardere focos.

Hor.Se.sat.9. *Nam vaga per veterem dilapsa flamma culinam*
Vulcano summum properabat lambere tectum.

Vide ÆTNA, & CREMARE.

Area rustica.

Virg.1. Geor. *Area tum primum ingenti est aquanda cylindro*
Et vertenda manu. Vide TERERE FRVGES.

Arena *vide* SABVLVM.

Arere, & Aridus.

Vir.1. Georg. *Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt.*
Virg.1. Geor. *— aries etiam nunc vellera siccat,*
— glebasq; iacentes
Ibid. *Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.*
Ibid. *Et quum exustus ager morientibus æstuat herbis.*
— rapidive potentia solis
Virg 3. Geor. *Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*
Postquam exhausta polus, terraq; ardore dehiscunt
Exilit in siccum.
Virg 3. Aenei. *— tum steriles exurere Syrius agros,*
Arebant herbæ & victum seges ægra negabat.
Virg.9. Æneï. *Purpureus veluti cum flos succisus aratro*
Languescit moriens, lapsóve papauera collo Demisere caput.
Ibid. *Arentesq; sonant ripæ.*
Virg 4. Geor. *sicco terram spuit ore viator Aridus.*
Ibid. *— arebant herbæ & cauæ flumina siccis*
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant.
Virg.1 Geor. *Collectum humorem bibula deducit arena.*
Virg.3. Geor. *— alias Pandere ad æstiuum solem.*
Virg. Eclo. 7. *— videas & fi mina sicca.*
Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba,
Ouid.2. Met. *Liber pampineas inuidit collibus vmbras.*
Catullus. *Pars in mole sedens virides siccare capillos,*
Atqui corpora sicciora cornu,
Aut si quid magis aridum est, habetis,
Sole, & frigore, & esuritione:
A te sudor abest, abest saliua.
Mucúsq;, & mala pituita nasi.
Idem: *Siccari emulsa pingue palude solum.*
Tib.lib.1. *Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.*
Tib.lib.3. *Post hac carbaseis humorem tollere velis.*
Atque in marmorea ponere sicca doma.
Proper.lib.2. *Ac veluti folia arentes liquere corollas.*
Statius. *Hi siccant bibulas manu lacunas,*
Et longè fluuios agunt minores.

Dicitur

Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus aruis Oui.1.de art.
Imbribus, atq; annos sicca fuisse nouem.
Terráq; cælestes arida sorbet aquas. Oui.2.de art.
Corripitur flammis, vt quaq; altissima tellus, Ouid.2.Met.
Fissáq; agit rimas, & succis aret ademptis:
Pabula canescunt, cum frondibus vritur arbor,
Materiámq; suo præbet seges arida damno.
— dispansa in sole senescunt. Lucret. lib.1.
Quippe videmus enim vestis humore madentes Lucr.lib.6.
Exsiccare suis radijs ardentibus solem.
Littore siccabat roranteis nuda capillos, Ouid.4.Fast.
Sicca diu fuerat tellus, sitis vsserat herbas. Ibid.
— dum vetus littore siccat. Oui.13.Met.
— & noua marcent Sta.10.Theb.
Gramina, terramq; inclinat spiritus herbas. Virg.3.Geor.
aret pelis.

Argentum, & Argenteus.

Cymbiáq; argento perfecta atq; aspera signis. Virg.5.Æneï.
— & argenti magnum dat ferre talentum. Ibid.
Argento niueam Musa tibi lege Conserto chlamydem. Auctor.
— veteres tellure recluſit Virg.1. Æneï.
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
— iacent penitus defossa talenta Calati argenti: Virg.10.Aen.
Pauca licet portes argenti vascula puri. Juuen.Sat.10.
Argenti bifores radiabant limine valuæ Ouid.2.Met.
Ipsius ad sedes quacunque opulenta recessit Catullus.
Regia, fulgenti splendent auro, atque argento,
Nec domus argento fulget. Lucr lib.2.
Et leuis argenti lamina. Oui.1.Fast.

Arguere.

Degeneres animos timor arguit. Virg.4 Æneï.
— quid dentem dente iuuabit Rodere? Mart.lib.13.
— carpis mea carmina Læli Mart.lib.1.
Quis post vina grauem militiam increpet. Ho.1.c.o.18.
Et tam dente minus mordeor inuido. Hor.4 c.o.3.
Increpor à cunctis totumq; immurmurat agmen. Ouid 3 Met.
Quænam te mala mens, miselle Rauide, Catullus.
Agit præcipitem in meos iambos?
Quis Deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam? Ouid.1.de ic.
Ingenium magni liuor detractat Homeri,
Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.
Et tua sacrilega laniarunt carmina lingua.

Iuuen. Sat. 14. *Corripies nimirum, & castigabis acerbo Clamore*
Mart. lib. 5. *Rubiginosis cuncta dentibus rodit.*
Eleg. 1. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*
Ibid. — *culpabere forsan.*
Oui. 4. Trist. *Nec quid detractat praesentia liuor iniquo*
Eleg. 10. *Vilum de nostris dente momordit opus.*
Oui. 4. de pō. *Inuide quid laceras Nasonis carmina rapti?*
Eleg. 16. — *aut aliena reprendes.*
Hor. 1. Eist. *Dente Theonino cum circumroditur.*
Ibid. — *neque te furibunda crimine mentis Arguerim.*
Stat. 2. Theb. *Quod nimium liuos nostris & vbique libellis*
Mart. lib. 11. *Detrahis.*
Ou. 4. de pōt. *Inuide, quid laceras Nasonis carmina rapti?*

Vide DERIDERE.

Argus.

Ouid. 1. Met. — *stellatus summouet Argus.*
Ibid. *Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.*
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.
Ibid. — *custos Iunonius.*
Virg. 7. Æne. — *& custos virginis Argus.*

Aries *vide* OVIS.

Armare & ri, & armatus.

Virg. 2. Æneï. *Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis*
Aptemus, dolus, an virtus quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum
Induitur, lateriq; Argiuum accommodat ensem:
Hoc Ripheus, hoc ipse Dimas, omnisq; iuuentus
Ibid. *Læta facit, spolijs se quisque recentibus ornat.*
Exultat telis, & luce coruscus aherna.
Arma diu senior desueta trementibus ævo
Ibid. *Circumdat nequidquam humeris, & inutile ferrum*
Idem. *Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes,*
Ibid. — *sumptis iuuenilibus armis.*
Ibid. *Impulit his cingi telis.*
— *ferro accincta furens.*
Ibid. *Hic ferro accingor rursus, clypeoq; sinistram*
Ibid. *Insertabam aptans.*
Virg. 3. Æneï. — *Cingor fulgentibus armis.*
— *sumptis spem ponis in armis.*
— *socios simul instruit armis,*
Virg. 4. Æne. *Bello armantur equi, bello hæc armenta parantur.*
— *armari classem, cursumq; parari.*

— *arma*

— aut cur dexteris — Hor. Epod. 7.
Aptantur enses conditi.
Purpurei cristis iuuenes auroq; coruſci — Virg. 9. Æneï.
Seu caput abdiderat cristata cassidepennis, — Ouid. 8. Met.
In galea formosus erat: seu sumpserat æreo
Fulgentem clypeum, clypeum sumpsisse decebat. — Virg. 7. Æne.
Hic galeam tectis trepidus rapit ille frementes
Ad iuga cogit equos, clypeumq; auroq; trilicem — Virg. 11. Æne.
Loricam induitur, fidoque accingitur enseo.
— fulgentiáque induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens, aptat rorantes sanguine cristas,
Teláque trunca viri & bis sex thoraca petitum,
Perfossumque locis, clypeúmque ex ære sinistra
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum,
Ipse dehinc auro squalentem, alboque orichalco — Virg. 12. Æne.
Circumdat loricam humeris simul aptat habendo
Ensemque, clypeúmque, & rubræ cornua cristæ,
Exin quæ in mediis ingenti adnixa columna
Ædibus astabat, validam vi corripit hastam:
— thoraca indutus ahenis — Virg. 12. Æne.
Horrebat squamis surasque incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem,
— chlamyde, & pictis conspectus in armis: — Virg. 8. Æne.
— Mauors Celatus ferro — Ibid.
Te perempturo latus ense frustra — Auctor.
Cingis insulsum tibi nec coruscis
Ora contorques equitum Sicamber Spumea franis.
— Troiana nec induit arma. — Virg. 9. Æneï.
— quibus ibat in armis Aureus. — Ibid.
Hæc rapit, atque humeris ne quidquam fortibus aptat: — Ibid.
Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram Induit.
— armis circumdatus ipse. — Ibid.
Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba. — Ibid.
Stabat in egregiis Arcentis filius armis, — Ibid.
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.
Ipsi intus dextra ac leua pro turribus astant — Ibid.
Armati ferro, & cristis capita alta coruſci. — Ibid.
— & arma
Horrendum sonuere, tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeoque micantia fulgura mittit.
Totus collucens veste, atque insignibus armis. — Vir. 10. Æneï.
— manúsque ambas iaculis onerauit acutis,

Vir. 11. Æneï. *Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina.*
Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis.
Spumantemq; agitabat equum quem pellus aheneis
In plumam squamis auroq; inserta tegebat:
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro
Spicula torquebat Lycia Cortynia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
Cassida, tum croceam chlamydemq; sinusq; crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.
Virg. 12. Æne. *Pectus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.*
Ille auidus pugnæ suras incluserat auro
Hinc atque hinc, oditq; moras, hastamq; coruscat:
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,
Ouid 6. Met. *Ascanium fusis circum complectitur armis.*
At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Ouid. 3. Met. *Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus,*
— acies apparuit hastæ,
Tegmina mox capitum picto notantia cono,
Mox humeri, pectusq;, onerataq; brachia telis
Existunt, crescitq; seges clypeata virorum.
Oui. Epist. 3. *Quam manibus clypeos & acutæ cuspidis hastam,*
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Oui. epist. 13. *Ipsa comas pectam, galea caput ille premetur,*
Ipsa nouas vestes, dura vir arma ferat,
Prop. lib. 3. *— niueum latus ense reuincit,*
Virgineumq; cauo protegit ære caput.
Auson. *— clypeo obarmans filium.*
Statius. *— sunt membra accommoda bellis,*
Quiq; grauem tardi subeant thoraca lacerti.
Sil. Ital. lib. 2. *— noua tegmina latis*
Aptat concutiens humeris celsumq; profatur:
Heu quantum Ausonio sudabitis arma cruore.
Oui. 4. Trist. *Nunc senior gladioq; latus scutoq; sinistram.*
Eie. 1. *Canitiem galeæ subijcioq; meam.*
Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus,
Induimus trepida protinus arma manu.
Ouid. 11. Met. *Induere arma viros, violentaque sumere tela, Rex iubet.*
Cla. 2. de Cos. Hono. *Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro*
Squameus, & rutilus cristis, & cassside maior?
Sic quum Threicia primum sudaret in hasta,
Flumina lauerunt puerum Rhodopeia Martem.
Cla. 3. in Cos. *Vt Chalybe indutos equites, & in ære latentes*

Cor-

Cornipedeis. Hono.
Ferrati venere viri.
Arma, & armorum varia genera.
— summáq; in cassíde largus. Sil. lib 9.
Vndanteis voluit flammas ad sydera vertex.
At Mauors moto perturbant aëra telo,
Et clypeo campum inuoluens, Ætnea Cyclopum
Munere fundentem loricam incendia gestat,
Ac pulsat fulua consurgens æthera crista. Sil. lib. 2.
Ecce autem clypeum suo fulgore micantem
Oceani gentes ductori dona ferebant,
Callaïca telluris opus, galeámq; coruscis
Subnixam cristis, vibrant cui vertice coni
Albentes niuea tremulo nutamine pennæ,
Ensem vnum, ac multis fatalem millibus hastam
Præterea textam nodis, auroq; trilicem
Loricam & nulli tegmen penetrabile telo:
Hæc æra, & duri Chalybis perfecta metallo,
Atq; opibus perfusa Tagi per singula latis
Lustrat ouans oculis.
Loricam consertam hamis, auroq; trilicem, Virg. 3. Ænei.
Et conum insignis galeæ, cristasq; comantes,
Arma Neoptolemi:
— horrentia Martis arma, Virg. 1. Ænei.
Iam fulgor armorum fugaces Terret equos. Hor. 2. c. o. 1.
Sanguineáque manu crepitantia concutit arma, Ouid 1. Met.
Inuia Sarmaticis domini lorica sagittis, Mart. lib. 7.
Et Martis Getico tergore fida magis:
Quam vel ad Ætolæ securam cuspidis ictus
Texuit innumeri lubricus vnguis apri.
Tum clypeo, genibúsque premens præcordia duris, Oui. 12. Met.
Vincla trahit galeæ. Jbid.
Ense petens parmam, gladio galeámque cauari
Cernit, & in duro lædi quoque corpore ferrum.
ferit ora sariſſa. Jbid.
Tegmina tuta cauant capitum, flectúntque salignas Virg. 7. Æneï.
Vmbonum crates, alij thoracas ahenos,
Aut leues ocreas lento ducunt argento.
— cristáque tegit galea aurea rubra. Virg 9. Æneï.
— ipsum illum clypeum cristásque rubentes. Ibid.
— & sæua sonoribus arma. Ibid.
Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma Virg 10. Æn.
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes.

Arma

Virg.8.Æne. *Arma sub aduersa posuit radiantia quercu,*
Terribilem cristis galeam flammasq; vomentem
Fatiferumq; ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam ingentem, qualis cum cærula nubes
Solis inardescit radiis longeq; refulget:
Tum leues ocreas electro, auroq; recocto,
Virg.5.Æneï. *Hastamq;, & clypei non enarrabile textum.*
Ibid. *Leuibus huic hamis consertam auroq; trilicem Loricam:*
Gnossia bina dabo leuato lucida ferro
Virg.6.Æneï. *Spicula celatámque argento ferre bipennem.*
Virg.7.Æne. *— viden' vt geminæ stant vertice cristæ.*
Pars leues clypeos, & spicula lucida tergent
Ibid. *Aruina pingui, subiguntq; in cote secures.*
Pila manu, sæuosque gerunt in bella dolones,
Jbid. *Et teriti pugnant mucrone, veruq; Sabello.*
Cui triplici crinita iuba galea alta chimæram
Virg.8.Æne. *Sustinet Ætneos efflantem faucibus ignes.*
Ille mihi insignem pharetram, Lycias q; sagittas
Auctor. *Discedens chlamydemq; auro dedit intertextam.*
Virg 9.Æne. *Gallus intactis tua iam coruscat Arma lacertis*
Ibid. *Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram.*
Ibid. *— tum scuta, cauaque Dant sonitum flictu galeæ.*
Nec duplici squama lorica fidelis, & auro.

Vide ARMARE.

Armis præstans.

Virg.2.Geor. *Scipiadas duros bello.*
Virg.1.Geor. *— studiisque asperrima belli*
Jbid. *Hinc populum late regem, belloque superbum.*
Ibid. *— genus intractabile bello.*
Jbid. *— fore bello Egregiam gentem.*
Jbid. *Terra antiqua potens armis.*
Ibid. *— fuit nec bello maior, & armis.*
Virg.2.Æn. *— & inclyta bello Mœnia Dardanidum.*
Jbid. *— & maximus armis Iphitus.*
Vir.4.Æneï. *— quam forti pectore, & armis.*
Ibid. *Ductoréque alij, quos Aphrica terra triumphis Dives alit.*
Ibid. *— genus insuperabile bello*
Hor.1.c.o.2. *Quem iuuat clamor, galeæque leues,*
Acer & Mauri peditis cruentum Vultus in hostem.
Ibid.o.6. *— fortis, & hostium victor.*
Jbid. *— ferox nauibus, aut equis*
Miles te duce gesserit.
Jbid.od.2. *Cur neque militaris*

Inter æquales equitet, Gallica nec lupatis
Temperet ora frænis. Ibid. o. 15.
— Stelenus sciens pugnæ. Jbid o. 22.
— neque militaris Daunia. Ibid. o. 37.
Deliberata morte ferocior
Sæuis liburnis. Hor. 2. c. o. 16
— bello furiosa Thrace. Ibid. o. 19.
— sat idoneus pugnæ ferebaris. Hor. 3. c. o. 2.
Robustus acri militia puer
Condiscat, & Parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta. Ouid. 1. Met.
— & ad horrida promptior arma. Hor. 1. c. o. 1.
Sunt quos castra iuuant, & lituo tuba
Permistus sonitus, bellaque matribus Detestata. Mart. lib. 1.
Equis & armis nobilem. Ibid.
Clarum militiæ Fronto, togæque decus. Oui. 12. Met.
Armiger ille tui fuerat genitoris, Jbid.
Cum tamen ille ferox, bellóque cruentior ipso. Virg 9. Æneï.
— optimus armis Æneas. Virg. 12. Æn.
Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis
Pugna vocet nec non mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant, ostroque decori. Virg. 9. Æneï.
— & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur. Virg. 12. Æn.
— sæuus in armis Æneas acuit Martem. Virg. 5. Æneï.
Exigui numero, sed bello viuida virtus. Virg. 6. Æn.
— pietate insignis, & armis. Ibid.
— bello clari. Jbid.
— hic inclytus armis. Ibid.
Deiphobe armipotens. Ibid.
— vel armis Egregius. Jbid.
— geminos, dilo fulmina belli.
Scipiadas, cladem Libyæ. Jbid.
— inuictáque bello
Dextera, non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Virg. 7. Aen.
— seu quis bello est expertus, & armit. Ibid.
— quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis. Jbid.
— insignem fama & felicibus armis. Jbid.
— proles pulcherrima bello Viribus, Virg. 8. Aeneï.
— sunt nobis fortia bello

Pectio.

Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Gens bello præclara.
Ibid. *— qui sese in bella sequantur,*
Ibid. *Præstantes virtute legit.*
Ibid. *— & bello lecta iuuentus*
Auctor *— regit alter Aiax*
Guisius turmas, sequitur niuali
Dux equo gaudens Meduanus inter Tympana fulmen.
Virg. 9. Ænei. *— acerrimus armis.*
Ibid. *— & pulcher Equicolus armis.*
Virg. 10. Aen. *Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon.*
Jbid. *Expertos belli iuuenes.*
Ibid. *Astur equo fidens, & versicoloribus armis.*
Ibid. *— ductor fortissime bello.*
Virg. 11. Æne. *— bellis acer Haletus.*
Virg. 12. Æn. *Ingentemq; armis, ingentem corpore, & armis*
Oui. epist. 3. *— & ipse acerrimus armis.*
Oui. epist. 13. *Bello erat ille ferox.*
Catullus. *— ne tu strenuus esse velis.*
Idem. *Cum lecti iuuenes, Argiuæ robora pubis.*
Nascetur vobis expers terroris Achilles.
Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,
Qui per sæpe vago victor certamine cursus
Flammea præuertet celeris vestigia ceruæ:
Non illi quisquam bello se conferet heros.
Tib. lib. 1. *Hic ego dux, milesq; bonus.*
Jbid. *— alius sit fortis in armis:*
Sternat & aduersos Marte fauente duces.
Tib. lib. 4. *Nam te non alius belli tenet aptius artes,*
Qua deceat tutam castris producere fossam,
Qualiter aduersos hosti defigere neruos,
Quemue loco ducto melius sit claudere vallo,
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores,
Vt facilisque tuis aditus sit & arduus hosti,
Laudis & assiduo vigeat certamine miles.
Iam simul audacis veniunt certamina Martis,
Aduersisque parant acies concurrere signis,
Tunc tibi non desit faciem componere pugnæ,
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,
Rectus inæquatis decurrat frontibus ordo,
Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem,
Dextraq; vt læuum teneat, dextrumq; sinistra
Miles, sitq; duplex gemini victoria casus.

— nu-

— *natus idoneus armis.* Prop lib. 2.
— *sunt membra accommoda bellis,* Statius.
Quique grauem tardi subeant thoraca lacerti. Sil. Ita. lib. 1.
Primus inire manu, postremus ponere Martem, Ibid.
Altrix bellorum bellatorumq; virorum Tellus. Luc. 1. Pharſ.
— *sed non in Cæsare tantum*
Nomen erat, nec fama ducis, sed nescia virtus
Stare loco, solusq; pudor non vincere bello,
Acer, & indomitus, quo spes quoque & ira vocasset,
Ferre manum, & nunquam temerando parcere ferro.
— *Marte feroces*
— *non illa iuuenta* Luc. 2. Pharſ.
Tempore Phocaitis vlli cessurus in armis. Luc 4. Pharſ.
Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. Luc. lib. 3.
Iuxta bellator iuuenilibus Appius ausis Sil. lib. 5.
Pandebat campum cæde.
— *sacrataque nomina Marti Scipiadæ.* Sil. Ita. lib. 8.
— *geminus tacet hoste superbo* Sil. Ita. lib. 15.
Scipio belligeri Mauortia pectora fratres.
Idem cum subitum campo perstrinxerat aureis
Murmur triste tubæ, tanto feruore ruebat
In pugnam, atque acies, vt natum ad sola liqueret
Bella, nihil vitæ peragi sine laude placebat. Sil Ita. lib. 15.
— *situsque accendere Martem*
Floruerat primo clarus pugnator in æuo. Sil. Ita. lib. 16.
Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat,
Si non Scipiadæ concurreret. Ibid.
Cantaber ingenio membrorum & mole timori
Vel nudus telis poterat Larius, hic fera gentis
More, securigera miscebat prælia dextra:
Et quanquam fundi se circumpulsa videret
Agmina, deletæ gentilis pubis & caterua
Cæsorum implebat solus loca seu foret hostis
Cominus, expleri gaudebat vulnere frontis
Aduersæ, seu læua acies in bella vocaret
Obliquo telum reflexum Marte rotabat:
At cum pone ferox auersi in terga veniret,
Victor nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat, nulla belli non parte timendus.
— *Marte, togaque Præcipuum.* Ouid 15. Met.
Hermes Martia sæculi voluptas, Mart. lib. 5.
Hermes omnibus eruditus armis,
Hermes & gladiator, & magister,

Hermes turba sui, tremorq; ludi,
Hermes quem timet AElius, sed vnum,
Hermes, cui cadit aduolans, sed vni,
Hermes vincere non ferire doctus,
Hermes supposititius sibi ipsi;
Hermes diuitiæ locariorum;
Hermes cura, laborq; ludorum.
Hermes belligera superbus hasta,
Hermes æquorea minax tridente,
Hermes cassida languida timendus,
Hermes gloria Martis vniuersi
Hermes omnia solus, & ter vnus.

Ouid. 1. Fast. *Egreditur castris miles generosus ab ijsdem.*
Equeis dux fieri quilibet aptus erat.

Oui. 2. de pō. Eleg. 9. *— Marte ferox, & vinci nescius armis,*

Jbid. *Vtque tibi est animus, cum res ita postulat, arma*
Sumere & hostili tingere cæde manum:
Atque vt es excusso iaculum torquere lacerto,
Collaque velocis flectere doctus equi.

Oui. 12. Met. *— timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgæ*
Nominis Aeacides, caput insuperabile bello.

Ou. 4. de pon. Eleg. 6. *— quam sis violentus in armis.*

Ouid. 11. Met. *Vir fuit & tanta est animi constantia, quantum*

Jbid. *Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus.*
— vt miles numero præstantior omni

Oui. 13. Met. *Cum sæpe assilijt defensæ mœnibus vrbis.*
Quippe manu fortes, nec sunt tibi Marce secundi,

Clau. de bell. Geti. *Consilijs cessere meis, tibi dextera bello Vtilis.*
Celsior ô cunctis, vniq; æquande Camillo,
Vestris namque armis Alarici fracta quieuit,
Ac Brenni rabies

Cla. in Coss. Hono. Aug. *Bellipotens Stilico, cuius mihi robur in armis,*

Cla. 2. in Cos. Honor. *Pace probata fides.*
Vt forteis in Marte viros, animisq; paratos,

Clau. in frat. *Sic iustos in pace legis.*
His ego non Decios pulchros forteisve Metellos
Prætulerim, non qui Pœnum domuere forocem
Scipiadas, Gallisq; genus fatale Camillos

Stat. 4. The. Oui. ad Liu. Oui. 2. de Pō. Ouid. 3. Met. Oui. 4. de Pō. *Oeniden hilarem bello, notisque decorum Vulneribus?*
Maximus ille armis, maximus ille toga.
— iuuenum belloque togaque Maxime
— erat telum splendenti lancea ferro,
Et iaculum, teloque animus præstantior omni.

Nec

Nec mora conſpicuus longe fugentibus armis
Fortia ne poſſint facta latere caues,
Ingentique gradu contra ferrumq; locumq;
Saxaq; brumali grandine plura ſubis.
Nec te miſſa ſuper iaculorum turba moratur,
Nec quæ vipereo tela cruore madent:
Spicula cum pictis hærent in caſſide pennis.
Parsq; fere ſcuti vulnere nulla vacat.
Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus,
Sed minor eſt acri laudis amore dolor.
Talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax
Ducitur Hectoreas ſuſtinuiſſe faces.
Vt propiùs ventum eſt admotaque dextera dextræ,
Reſque fere potuit cominus enſe geri:
Dicere difficile eſt, quid Mars tuus egerit illic,
Quotque neci dederis, quoſque quibuſue modis.
Enſe tuo factos calcabas victor aceruos,
Impoſitoq; Getes ſub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili,
Multaque fert miles vulnera, multa facit.
Sed tantum virtus alios tua præterit omneis,
Ante citos quantum Pegaſus ibat equos.
— quantumque ego Marte feroci, Oui. 13. Met.
Inque acie valeo. Stat. 1. Theb.
Haud tulit armorum præſtans, animique Coræbus,
Seque vltro lectis iuuenum, qui robore primi
Famam poſthabita faciles extendere vita, Obtulit.
— Mauortia virgo. Vide Invitvs & Avdax. Manil. lib. 1.

Artes & opificia diuerſa.

Et ſua ſors cuique eſt, & quem ſuus ordine cumq;
Diſtribuente Deo nutrit in orbe ſtatus.
Quilibet & viuit manuum ſudore ſuarum,
Iuſſit vt omnipotens viuere quemque Deus.
Sic illum grauitas alitatque potentia ſceptri,
Hunc vox doctrinæ plena ſalubris alit.
Sic quod diuitiis cultores pluribus auget,
Diuitiæ Ius illum nutrit vtrumque ſitu.
Quodque Tonans omnis dedit ægrotantis ad vſum,
Hunc ſtudium medicæ ſuauiter artis alit.
Diues adhæc etiam Medicorum portus & aura
Mixtura viuit Pharmacopola ſua.
Hunc ars prima ſcholis alit in triuialibus, inſtat
Qua reliquas artes ſtauis adire facit.

Illum, quæ sequitur Dialectica nutrit & illum
Tertia de celebri Rhetore nomen habens.
Illum dulcis alit quæ fertur in ordine quarta
Musica mortales cælicolasque mouens.
Conueniens illum, tribuit cui nomen Arithmus
Ars, & in hac serie quinta vocatur, alit.
Sexta planetarum cursus & signa globosque
Monstrans hunc nutrit diuitis instar agri.
Illum metiri quæ cuncta scientia nouit,
Quicquid habet tellus, quicquid olympus habet.
Hinc Pelignus eos vates ait esse beatos,
Illa, quibus primum discere cura fuit.
Hinc sua culta chelys, licet illa carere feratur
Fruge, vel inuidia pressa furenter alit.
Quosque fouent Reges, Comitesq; ducesq; potentes,
Hos clamus patula nutrit in aure strepens
Clauibus his alitur, notasq; trahendo canorat
Rector & horarum quod vigil esse solet.
Atque magistratus collector in vrbe tributi
Corporis hinc loculos fert alimenta sui.
Libraque iustitiæ soboles hunc publica nutrit
Luce carens illam carcer opertus alit
Illum cura fori, cibat hunc inspectio fontis
Qui ductus vitreas eiaculatur aquas.
Conuocat hic madidos ad dulcia vina sodales,
Clamorisque sui præmia digna capit,
Hunc nemorum tacito custodia tramite nutrit.
Hunc vini hunc frugum cura fidelis alit.
Hic cumulat plures lethali puluere nummos
Tristia qui multis funera ferre solent.
Bombardas victum parat hic fabricando crepantes
Fama cuculigerum quas reperisse refert,
Ille sibi sumptus quærit faciendo papyrum,
Ars licet hæc fuerit non ita nota diu.
Et qui literulas ex plumbo fundit ad vsum
Calcographi, nummos colligit inde sibi.
His excudendis fit diues in vrbe libellis
In varijs linguis quos Philomusus habet.
Hæc sub vtroque polo non arte venustior ars est,
Gratior & doctus commodiorque viris.
Cuncta teneremur digitis si scribere nostris
Quæ typicus celeri suggerit arte labor,
Tota libris hodie substantia nostra parandis

Quos

Quos vsus poscit vix satis esse queat.
Quæ ve colore nigro tingit studiosa papyrum
Obruta perpetua dextra labore foret.
Hunc decus Ausoniæ prænobile gentis aratrum
Vnde pereenne gerit nomen Osiris, alit.
Hunc fluxu grauidæ sustentant diuite vites
Qui modice sumptus pectora læta facit,
Hunc lapulus fixis innitens fustibus altus
Ad Cereris spectans pocula grata beat.
Mansuetæ volucres dant huic alimenta, pecusq;
Melleque, cultorem quæ vaga mulcet apis
Hic varijs flores & oscula plantat in hortis,
Vendere quæ passim non sine fruge potest.
Fax alium curuata, bidens hunc nutrit acutus
Cum pratis illum promifer hortus alit.
Hunc alit in Regum generosa moneta culinis
Fulgida cum docta, fabricat ara, manu,
Hic varijs herbis alitur, quas plantat in agrio
Ordine quas cernit crescere rite suo.
Hic compingendis nutritur in vrbe libellis
Qui muta iuuenes voce docere solent,
Grataque vel cuiuis hunc ars pictoria nutrit
Insculpens cupro comparat inde cibum
Ille sed historias, vultus, insignia pugnas
Quæ decus & multum pulchra nitoris, habet.
Arcubus hic alitur, volitantibus ille sagittis,
Hunc alit in vigili succida lana domo
Quam plures illi pariunt caua dolia nummos,
Præcpue vitis cum solet esse ferax.
Huic chordæ præbent, huic dulcia fercula fera
Atque labore suo fert lapicida cibum.
Hunc vacuo nutrit nimbosus in aëre ventus
Hunc velocis alit cursus opusq; mola,
Hunc crepitans forfex, illum vaga planula nutrit,
Hunc funes, illum stricta securis alit.
Hic sibi nigra parat plures per ephippia nummos,
Quæ sedes equitum nobilis esse solet,
Ille tapeta sibi faciendo colligit aurum
Qua celebris quondam Paulus & ante fuit:
Huic bulla sumptus, huic ars sculptoria præbet.
Hos incus, illos peruia nutrit acus.
Quique gerit sculpta solers ab imagine nomen,
Vt faciat sumptus hic quoque latus habet:

Illum incus alit & culter tonsorius illum,
Pileus hunc crines quo cumulantur, alit.
Hic luteas alitur saxis sternendo plateas,
Ne iuuenis maculet comptaque virgo pedes.
Quæritur huic fortes condendo pecunia muros
Cum lapides tanquam glutine calce ligat.
Hic alitur cribris faciendis ille fenestris,
Hos pelles, illum funis adauctus alit.
Hunc placidum patria sustentat in vrbe macella,
Hunc alit excutiens lintea fila ratis,
Hic alitur discis, cochlearibus ille cauatus,
Hic ollis, alius cortibus, ille vitris
Hunc varij calices, hunc cantharus æreus, illum
Ligneus, ex ligno structaque vasa cibant.
Hic alitur tractu saxis præbentibus ignes,
Hunc sæuum, hunc nexo fomite sulphur alit.
Hic alitur plumis, ars hunc fullonia nutrit,
Comparat ex duris ossibus ille cibum.
Hunc alit aspirans attractum corpore ventum
Follis & accendes vrere ligna facit
Cuius & à digitis lusoria charta paratur,
Res est vendibilis; prospicit ille sibi,
Illi suppedit at fornax calcaria nummos,
Et suus hunc patria nutrit in vrbe color.
Suauiter hunc tectis caua tegula nutrit in altis,
Hunc glaucus simili conditione lapis,
Hic pecudes alitur mactando coquendoq; sponsis,
Hunc thalami cantans gaudia nutrit ebur.
Hic fodit in tenebris ex montibus æra profundis,
Hic sed vt illa fluant igne crepante facit.
Hunc μύρμιξ fodiens altis ex collibus aurum
Indica, & hunc pingui corpora taxo fouet
Colligit hic sicco nitidas in litore gemmas,
Hunc bombyx nummos accumulare facit.
Longinquis illum Dromedarius altus ab oris
Aut histrix ductus vel leo fortis alit.
Qua solet huc vnguenta suas extrudere merces,
Stentoreus media nutritur vrbe sonus.
Hic res venales exclamat in vrbe per vrbem
Corpus & inde suum, quo foueatur, habet,
Pauperiem fugiens hic lata per æquora duram
Nauigio merces inde vel inde vehit.
Hic altis alitur, mercator aromata vendens

Per-

Fercula quæ multum condecorare solent.
Compositis alitur variabilis histrio scenis,
Plurima qui magna præmia laude capit.
Quique solet reliquis diuendere caupo falernum
Et Cereris succos hinc vt alatur, habet.
Hic etiam madidi concurrunt vndiq; fratres
Vt Bromij lato pectora festa colant.
Hunc clamosi iugis venatio nutrit in altis
Hunc fera belligeri prælia Martis alunt.
Atque sua dulces fert arte palæstricus escas
Quam iuuenum valde catus amare solet,
Huic celeri cursu dat ferculagrata veredus,
Hunc data portantem grammata nutrit iter.
Hic lapides alitur fodiendo ex collibus altis
E quibus heroes culmina celsa parant
Adde quod ex illis quoque mœnia summa struuntur
Quæ munire solent totius orbis opes.
Ad pontes etiam decernitur vsus eorum,
In quibus & colles dulcia vina iacent.
Insuper ad muros opus his vice sepis habemus,
Vtque prius dixi purificando vias.
Hunc biroti nutrit moles, hunc currus onustus,
Hunc scapha, quæ tutum trans vada præbet iter.
Hunc alit æquoreis iniectus in amnibus hamus
Ferculaconuiuis qui dare lauta solet
Ille coquit Cereris dulces ex munere succos
Potio quo melius non placet vlla mihi.
Hic alitur lignis, alius carbonibus atris,
Hic alitur luteos ædificando lares,
Vt solet esse frequens regionibus illud in istis
Quæ pariter saxis arboribusque carent.
Hunc pix ex abie quæ defluit arbore, nutrit.
Hunc coryli duro cortice fructus alit,
Hic volucres alitur viridi capiendo sub vmbra,
Qua delectatus Cæsar & arte fuit.
Idque modis varijs, obducto hic gramine ferro
Vtitur, hac passer fallitur arte nocens.
Vtitur hic pedicis hic retibus vtitur, illi
Fistula conducit, qua capiantur aues.
Vtitur obducens hic glutina ligna tenaci,
Implicat has pariter blandus & arte capit.
Allicit his volucres affixus in aëre palo
Bubo admirari quem solet omnis auis,

Huic quæ multiplices hominum plantantur ad vsus
Res est nota. salix præbet amara cibum.
Eruit ex terris radices ille salubres,
Quæ decus in medicis artibus esse solent.
Hic herbis alitur, quas terra dat alma quotannis
Ex betulis illum virga putata cibat.
Hic alitur sertis varij nitidique coloris
Grande puellarum quæ decus esse solent.
Hic fungis alitur. sint frigida fercula quamuis
Hic fragis, viridis quæ dare sylua solet.
Ille minutatim conscindere stramina ferro
Callet, & hac victum sedulus arte parat.
Huic decerpta ferunt solitos bacciæ sumptus.
Et bona quæ rubeo mixta colore placent.
Hic epulas fruges parat excutiendo flagello
Gratus aratorum qui solet esse labor.
Hic alitur fecibus vinum cum vendit adustum,
Cos illum pedibus quassa rotunda cibat.
Hic vario nummos vendendo quotannis inescat
Semine quod nuptæ tempore veris emunt.
Ille gregem victum pascendo quærit, & ille.
Excubias noctu fervula quærit, agens,
Quemque suo ditant obeuntes funere mortem,
Vespillo pretium dulce laboris habet.
Sit cecinisse satis de victibus illud honestis
Nunc etiam turpes enumerare iuuat.
Hic fit adulando regum perdiues in aulis,
Hic alios victum quod male tradit habet.
Hic larium nares victum sibi comparat arctas
Purgando, fœdus sit licet iste labor
Colligit hic pauper per rura, per oppida stipem
Corpus & incocto gramine fundit iners.
Hic steriles reddit pecudes pinguedine corpus
Maiori possint vt decorare suum.
Præterea sursum modo qui modo vero deorsum
Voluitur, hâc quærit conditione dapes.
Cuius & in digitos baculus volitare videtur
Bruchus vt in spinis, hinc capit ille cibum,
Hic alitur furto, res est notissima donec
Litera carnificis longa sit illa manu.
Vnde sibi victum quoque comparat ille, sibique
Hoc prodest, alijs quod fera damna tulit.
Ille solet putridas etiam purgare cloacas

Non

Non alij potius conuenit iſte labor.
Et pretium tali iuſto ſudore meretur,
Nam fœdo nares implet odore ſuas.
Etſi præterea quis in hoc manuarius orbe eſt
Quem ſua ſuſtentat qualibet arte manus.
Quos breuis in magnum ne creſcat Muſa volumen,
Hic mihi nequaquam commemorare datur.
Hoſce Dei bonitas totum patris alma per æuum
Suſtentat, paſcit, ſeruat, adauget, alit.
Ergo ſit æternos huic gloria ſumma per annos
Quod nos & quouis ſic alit ipſe loco.

Aix *vide* Turris, & Vallare.

Aſcendere.

— & ſummi faſtigia tecti Aſcenſu ſupero. Virg.2. Æne.
Quum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit Pergama, Ibid.
— curſu petit ardua montis. Virg.8. Æneï.
— & ſcalis aſcendere muros. Virg.9. Æneï.
— aut corpora ſaltu ſubijciunt in equos. Virg.2. Æne.
Primóſque inſolitum Chriſtus iter ſecans. Muret.
Arceis in patrias redit.
— ſuperant montes. Virg.3. Geor.
Iámque aſcendebant collem. Virg.1. Æneï.
— ſcandit fatalis machina muros. Virg.2. Æneï.
Scandunt rurſus equum. Ibid.
Hærent parietibus ſcalæ, poſtíſque ſub ipſos Ibid.
Nituntur gradibus, prenſant faſtigia dextris.
Euado ad ſummi faſtigia culminis. Ibid.
Ceſſi & ſublato montem genitore petiui. Ibid.
Tollimur in cælum. Virg.3. Æneï.
Exupero prapingue ſolum ſtagnantis Eloui. Ibid.
Hinc altas cautes proiectáque ſaxa Pachyni Radimus. Virg.4. Æneï.
Poſtquam altos ventum in montes. Ibid.
— mox ſeſe attollit in auras. Virg.1. Æneï.
Æneas ſcopulum interea conſcendit. Virg.4. Æne.
Conſcendit furibunda rogos. Hor.1.ca.o.3.
Cælum ipſum petimus ſtultitiâ Virg.11. Æne.
Opis ad atherium pennis aufertur Olympum. Virg 6 Æneï.
Hoc ſuperare tugum. Virg 9 Æneï.
Prenſantémque uncis manibus capita aſpera montis.
— muros tenet, altáque certat Ouid.5. Met.
Prendere tecta manu, ſociúmque attingere dextras. Oui.3.Met.
— quo monte potita Conſtitit. Sta.10. Theb.
— ergo mœſtiſſimus altum Æthera conſcendit. Oui. Epiſt. 5.

— cernens hos montis in ardua niti
— & se Protinus aetherea tollit in astra via.
Tib.lib.4. At tum praruptos tristem conscendere montes.
Prop.lib.1. — Deus ascensurus Olympum.
Prop.lib.3. Cum quo Riphæos possim conscendere montes.
Prop.lib.4. — & qua Cæsar ab humana cessit in astra via.
Sunt etenim pennæ volucres mihi,
Quæ celsa conscendant poli.
Quas sibi cum velox mens induit,
Terras perosa despicit.
Aëris immensi superat globum,
Nubesq; post tergum videt,
Quiq; agili motu calet aetheris,
Transcendit ignis verticem.
Donec in astriferas surgat domos,
Phœboq; coniungat vias.
Luc.4 Pharſ. — audet transcendere vallum.
Se.in He.Fur. Subitusq; ad astra emerget.
Ibid. — tristibus inferis
Prospectus pateat lucis, & inuitus
Limes det facileis ad superos vias.
Ibid. Euade ad superos.
Ouid.1.Fast. Inq; domos superas scandere cura fuit.
Cla. in Coss. — ascensuq; vincere montes. Vide COELVM.
Honor.

As vide LIBRARE.

Asinus.

Virg. 1. Geor. Sæpe oleo tardi costas agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis.
Virg.3.Geor. — cursu timidos agitabis onagros.
Ouid.1.de art. — aurito cecidit delapsus asello.
Ouid.3.de art. Vt rudit à scabra turpis asella mola.
Ouid.11.Met. Induiturq; aureis lentè gradientis asselli.

Aspicere.

Virg. 2. Geor. Ante locum capies oculis.
Virg. 4. Geor. Contemplator aquæ
Vir.10. Æneï. Atq; oculis spatium emensus.
Virg. 6. Æneï. Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem.
Vir 7 Æneï. Arte noua speculata locum.
Virg. 8. Æne. — oculisq; sequuntur Pulueream nubem.
Virg 11. Æne. Conuersiq; oculos inter se atq; ora tenebat.
Virg. 12. Æne. — figit in virgine vultus.
Ibid. Ille oculis hausit monumenta
Ibid. Sortitus fortunam oculis.

Corp-

Corycium videre senem. Virg. 4. Geor.
— os terris ostendit honestum. Ibid.
— Arethusa sorores Ibid.
Prospiciens, summa flauum caput extulit unda. Ibid.
Spectabat diuersa locis. Virg. 1. Æne.
— athere summo Despiciens mare. Ibid.
— & Libyæ defixit lumina regnis. Ibid.
— cernes vrbem. Ibid.
Nulla tuarum audita mihi, neq; visa sororum. Ibid.
— aduersas q; aspectat desuper arces Ibid.
— & fastigia suspicit vrbis. Ibid.
— atq; animum pictura pascit inani. Ibid.
— lustrat dum singula. Ibid.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Ibid.
— obtutuq; hæret defixus in vno. Ibid.
Si qua pios respectant numina. Ibid.
Expleri mentem nequit, ardescit q; tuendo. Ibid.
— hæc oculis, hæc pectore toto Hæret. Ibid.
— & omnem
Prospectum late pelago petit. Antea si quem Ibid.
Iactatum vento videat. Virg. 2. Æneï.
Nullam in conspectu nauem, tres littore ceruos Prospicit. Ibid.
Inspectura domos. Ibid.
— atq; oculis Phrygia agmina circunspexit. Ibid.
Ad cælum tendens ardentia lumina frustra. Ibid.
Apparent Priami penetralia. Ibid.
Respicio, & quæ sit circum me copia lustro. Ibid.
Erranti, passimq; oculos per tecta ferenti. Ibid.
— nec post oculis est reddita nostris. Virg. 3. Æneï.
— & lumine lustro.
Quarto terra die primum se tollere tandem Ibid.
Visa aperire procul montes.
Vt me conspexit venientem, & Troia circum Ibid.
Arma amens vidit.
Huic sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti Ibid.
Cernitur, attollit se diua Latinia contra. Ibid.
Omnia collustrans hanc primum ad littora classem
Conspexi venientem. Virg. 4. Æneï.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia. Ibid.
— hærent infixi pectore vultus. Ibid.
— oculosq; ad mœnia torsit Regia. Ibid.
— Libycæq; aspectus detinet Vrbis. Ibid.
— tadet cæli conuexa tueri. Ibid.

Ibid. — videt duplices se ostendere Thebas.
Ibid. Illæ graues oculos conata attollere.
Virg 4. Geor. — oculosq; errantibus alto Quæsiuit cælo lucem.
— ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco.
Virg. 4. Æne. Hùc illùc voluens oculos, totumq; pererrat Luminib. tacitis
Ibid. — hæc oculis pater aspicis æquis?
Ouid. 1. Met. Constiterat quocumq; loco spectabat ad Io:
Ante oculos Io, quamuis auersus, habebat.
Ibid. — nouaq; vt conspexit in vnda Cornua.
Ibid. — montis sublime cacumen.
Occupat vnde sedens partes speculator in omnes.
Ibid. — resupinoq; ardua collo,
Quos potuit solos tollens ad sydera vultus.
Ibid. — spectansq; ad lumina solis.
Hor. Epod. 2. Prospectat errantes greges.
Hor. Epod. 5. Quid vt nouerca me intueris.
Virg. 1. Geor. Contemplator item.
Ibid. — signorum obitus speculamur & ortus.
Catullus. Cupit ipsa puppis ad te sibi dirigere aciem.
Virg 1. Geor. — aut bucula cælum Suspiciens.
Virg. Eclog. 3. — transuersa tuentibus hirquis.
Virg. Eclog. 6. Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia.
Hor. 2. c. 2. o. Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.
Mart. lib. 4. Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis.
Asspexit, patriæq; animo est, oculisq; sequutus.
Ouid. 12. Met. — patriæ quoq; vellet ad oras
Ouid 11. Met. Respicere inq; domum supremos vertere vultus.
Virg. 8. Æne. Miratur facilesq; oculos fert omnia circum.
Virg. 11. Æne. Turnus ad hæc oculos horrenda in virgine fixus:
Virg. 10. Aen. — stupet in Turno, corpusq; per ingens
Lumina voluit, obitq; truci procul omnia vista.
Curuo nec faciem littore dimouet.
Hic oculis subito obijcitur, magnoq; futurum
Hor. 4. c. o. 4. Augurio monstrum.
Virg. 5. Ænei. Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat,
Desertosq; videt portus.
Ibid. Ergo altè vestigia oculis.
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat.
Virg. 6. Ænei. Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Ibid. Tunc Messala meus pia det spectacula turbæ.

Illæ

Illa solo fixos oculos auersa tenebat. Ibid.
Lustrabat studio recolens. Tib. lib. 2?
— ille os, oculosq; loquentis Virg. 6 Æneï.
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus. Ibid.
— omnemq; Virg. 8. Æneï.
Accessum lustrans hùc ora ferebat, & illùc. Ibid.
— nequeunt expleri corda tuendo Terribiles oculos. Ibid.
— oculisq; sequuntur Pulveream nubem. Ibid.
Expleri nequit, atq; oculos per singula voluit. Ibid.
— micantem Auctor.
Conniuentibus ardua tuentur
Hirquis atbera palpebra. Idem.
— varios retorti
Quo premant hirquos oculi. Idem.
— aëra garruli
Certatim faculæ cui reseranerit
Altæ se citior flammæ, vagantibus
Innubem pueri luminibus petunt.
Stellatisq; polos ilicet undique
Spectant interea cingier ignibus. Vir. 12. Aene.
— in te ora Latini. In te oculos referunt. Ibid.
Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit
Turbidus, eqúe rotis magnam respexit ad vrbem. Ouid 6. Met.
Aspicit hanc toruis. Ibid.
— oculos circùmtulit alta superbos. Ibid.
In quamcunq; domus aduerti lumina partem,
Immensa spectantur opes Ibid.
— & nusquam lumen detorquet ab illa. Ouid 6. Met.
Visa tua est oculis illic Proserpina nostris. Ouid. 3. Met.
— vtque aciem partes dimisit in omnes. Oui. epist. 3.
Alter in alterius iactantes lumina vultum. Oui. epist 5.
Prosequor infelix oculis obeuntia vela. Oui. Epist. 6.
Hæsit in oppositæ lumina fictus humo, Ouid. epist. 7.
Æneasque oculis semper vigilantibus hæret. Oui. epist. 10.
— atq; ita late
Æquora prospectu metior alta meo. Oui. epist. 12.
— oculis obeuntem prosequor vltis. Oui. epist. 13.
Dum potui spectare virum, spectare iuuabat.
Sumq; tuos oculos vsque secuta meis.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre,
Vela diu vultus detinuere meos
At postquam nec te, nec vela fugacia vidi,
Et quod spectarem nil nisi pontus erat.

Nec

Oui. epist. 15. *Nec timui vultu quámq; notare meo.*
Jbid. *Te vigilans oculis, animo te nocte videbam.*
Catullus. *Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo.*
Idem. *Ac tum praruptos tristem conscendere montes,*
Catullus. *Vnde aciem in pelagi vastos protenderet æstus.*
— *cui languida nondum*
Jdem. *Lumina sunt gnati chara saturata figura.*
At pater vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos absumens lumina fletus.
Prop. lib. 4. *Cum primum inflati conspexit lintea veli.*
Ibid. *Aut certè tabula capient mea lumina picta.*
Boet. lib. 3. *Sed quali aspexit Pelopium Agamemnona vultu,*
— *da luce reperta*
Boet. lib. 5. *In te conspicuos animi defigere visus.*
Haud sic magni conditor orbis,
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terra mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat,
Quæ sint, quæ fuerint, veniant q;
Vno mentis cernit in ictu,
Quem, quia respicit omnia solus,
Statius. *Verum possis dicere solem.*
Jdem. *Dum vagor aspectu, visumq; per omnia duco.*
Vela sequar, spectemq; ratem iam fessus ab alta
Idem. *Ruptibus, atq; oculis longo quærar ære vinci.*
— *aut quem de turribus altis*
Aul. Sab. Epi. *Spectabant Tyria non toruo lumine matres,*
Oui. epist. 20. *Et quoties circundat sidera.*
Ibid. *Inq; meis oculis candida Delos erat.*
Jbid. *Luminaq; in gremio veluti defixa tenebam.*
Oui. Epist. 15. *Lumina fixa tenes plena pudoris humo.*
Prodita sunt, memini, tunica tua pectora laxa,
Oui. Epist. 16. *Atque oculis aditum nuda dedere meis.*
Tu modo me spectas oculis lasciue proteruis,
Ibid. *Quos vix instantes lumina nostra ferunt.*
— *& omnes*
Luc. 3. Pharf. *In nostris oculos vultibus esse reor.*
Omnis in Ionios spectabat nauita fluctus,
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum littora nunquam
Ad visus reditura suos, tectúmque cacumen
Nubibus, & dubios cernit vanescere montes.
At fratres, gnatósque suos videre, patrésque.

— *siccis*

— *ficcis vultus in nubibus hærent.* Ibid.
— *illa feroces* Luc.5. Pharſ.
Torquet adhuc oculos, totóque vagantia cælo Lumina. Luc.6.Pharſ.
Metitur terras oculis. Ibid.
— *ipſúmque trementem*
Conſpicit examini defixum lumina vultu. Ouid.2.Met.
Immotóſque oculos in ſe ſine fine tenentem. Jbid.
Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes. Lucr lib.1.
Nec tamen ad nareis venienteis cernimus vnquam,
Nec calidos æſtus tuimur, nec frigora quimus Ouid.7. Met.
Vſurpare oculis, nec voces cernere ſuemus.
Spectat, & in vultu veluti tum denique viſo
Lumina fixa tenet, nec ſe mortalia demens
Ora videre putat, nec ſe declinat ab illo. Jbid.
Quo ſe cunque acies oculorum flexerat Sil.Ital.lib.2.
— *per ſingula lætis Luſtrat ouans oculis.* Sil.Ita.lib.12.
Quæ dum perluſtrat, crebróque obit omnia viſu.
— *intrat Vrbem oculis.*
Ac legeret viſu cuncta, & peneiraret in omneis
Spectando parteis. Se.in He.fur.
Aciem reflectat, oráque in cælum erigat. Ouid.15.Met.
— *& aduerſa figit modo lumina terra,*
Interdum toruos ſuſtollit ad æthera vultus,
Nunc poſiti ſpectat vultum, nec vulnera nati.
— *quoties oculos ad tecta retorſit.* Cla.2.de rap. Prop.
Nec vaga dilecto ſatiantur lumina vultu. Cla.3. de lau. Stli.
Vſurpat facileis per culta, per aſpera viſus, Auſ.in Moſ.
Atque ſuis fruitur diues ſpeculatio terris. Stat.2.Theb.
— *fixóſque oculos per mutua paulum Ora tenent,* Sat.2.Achill.
— *oculiſque in carbaſa fixi:*
Ibat, & ipſa fretum, & puppem iam ſola videbat:
Ille quoque obliquos dilecta ad mœnia vultus Declinat.
Circumfer facileis oculos, vultúmque per orbem. Manil. lib. 1.

Aſſare.

Pars in fruſta ſecant, verubúſque trementia figunt Viſcera. Virg.1.Ænei.
Pinguiáque in verubus torrebimus exta columnis. Vir.2. Georg.
Ordine ahena locant alii, fuſique per herbam Virg.5.Ænei.
Subiiciunt verubus prunas, & viſcera torrent,
Dúmque ſacerdotes verubus transfixa ſalignis Ouid.2.Faſt.
Exta parant. Stat.1.Theb.
— *inſerto torrere exanguia ferro*
Viſcera cæſarum pecudum. Hor.ſer.ſat.
— *dum turdos verſat in igne.* Vide Coqvere. Aſſi.

Assimilare.

Virg. 3. Æneï. *O mihi sola mei super Astyanactis imago.*
Sic oculos, sic illa manus, sic ora ferebat,
Ibid. *Et nunc æquali tecum pubescèret æuo.*
Ibid. *— effigiem Xanti, Troiámq; videtis.*
Ibid. *— & paruam Troiam simulatáq; magnis Pergamæ.*
— quibus idem Dardanus auctor,
Atque idem casus, vnam faciemus vtramq;
Virg. 4. Æneï. *Troiam animis.*
Omnia Mercurio similis, vocémq; colorémq;
Virg. 1. Æneï. *Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.*
Ouid. 1. Met. *Tros, Tyrittéque mihi nullo discrimine agetur.*
— ritu quoq; cincta Diana
Jbid. *Falleret, & credi posset Latonia.*
Ibid. *— fuit huic animis æqualis, & annis,*
Mart. lib. 8. *— rudibúsque simillima signis.*
Mart. lib. 1. *Cum sint crura tibi simulent quæ cornua Lunæ,*
Catullus. *Aut imitata breues Punica mala rosas.*
Sit suo similis patri
Claud. *Manlio, & facile inscïis*
Ouid. 4. Met. *Noscitetur ab omnibus.*
Nam consanguineos eadem cum forma figuret.
Manil. lib. 1. *Cuius erat facies, in qua matérque, patérque*
Ouid. 2. Met. *Cognosci possent.*
Manil. lib. 5. *— Diuíque simillima forma,*
— flammas imitante pyropo.
— squamam stellis imitantibus.
Mart. lib. 1. *Hanc ne lux rapiat suprema*
Pictam Publius exprimit tabellam
In qua tam similem videbis Issam,
Vt sit tam similis sibi nec ipsa.
Issam denique pone cum tabella:
Aut vtramque putabis esse veram
Aut vtramque putabis esse pictam.

Assuescere.

Virg. 2. Geor. *Assuetúmque malo Ligurem.*
Ibid. *— adeo à teneris assuescere multum est.*
Virg. 3. Æneï. *— Nate Iliacis exercite fatis.*
Virg. 2. Geor. *Et patiens operum, parúoque assueta iuuentus.*
Virg. 3. Geor. *Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat,*
Virg. 9. Æneï. *Durum à stirpe genus, natas ad flumina primum*
Deferimus, sauóque gelu duramus, & vndis.
Ibid. *Omne æuum ferro teritur.*

— *duratáque multo Sole gelúque cutis.* Sat. 2. Achill.

Vide CONSVEVISSE, LABOR.

Astra, & Astrorum nomina varia.

Lucifer vt nitidos producit in æthere vultus, Vir. 10. Æneï.
Clarior & læto nunciat ore diem.
Ornat eundo polum, terris quoque lampada mittit Virg. 7. Æne.
Atque inter stellas lumine regna tenet. Fortunat.
Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Virg. Eclog. 9
— *sidera cœli.* Virg. 2. Geor.
— *polus dum sidera pascet.* Virg. 1 Æneï.
— *suadéntque cadentia sidera somnos.* Virg. 2. Geor.
— *& de cœlo lapsa per vmbras* Jbid.
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti
Cernimus Idæa claram se condere sylua,
Signantémque vias, tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circum loca sulphure fumant. Virg. 5 Æneï.
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo
Arcturum pluuiásque Hyadas, geminósque Triones, Jbid.
Armatúmque auro circumspicit Oriona. Ibid.
— *rorantia vidimus astra.*
Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus æthra Vir. 4. Æneid
Siderea polus. Ibid.
— *quoties astra ignea surgunt.* Ouid. 1. Met.
— *axem stellis ardentibus aptum.* Hor. Epod. 15
— *sub ignibus Indos Sidereis.* Hor. in Palin.
Inter minora sidera. Rosixa cœlo sydera. Virg. 1. Geor.
Nauita tum stellis numeros & nomina fecit, Lucret. lib. 5.
Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton, Virg. 1. Geor.
Noctiuagæque faces cœli, flammæque volantes.
Ante tibi Eoæ Atlantidos abscondantur, Ibid:
Gnossiáque ardentis decedat stella corona. Ibid.
Multi ante occasum Maiæ. Ibid.
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes. Ibid.
Per duodena regit mundi Sol Aureus Astra. Ibid.
Obliquus qua se signorum verteret ordo. Ibid.
Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus,
Frigida Saturni sese quo stella receptet, Ibid.
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes,
Sæpè etiam stellas, vento impedente, videbis
Præcipites cœlo labi, noctisque per vmbras

Flam-

Flammarum longos à tergo albescere tractus.
Hor. 1. c. o. 12. *— alba nauis stella refulsit.*
Jbid. *— micat inter omnes.*
Ibid. od 16. *Iulium sidus, velut inter ignes Luna minores.*
Ibid. o. 17. *— neque certa fulgent Sidera nautis.*
Seu Libra seu me Scorpion aspicit
Formidolosus, seu tyrannus
Hesperia Capricornus vnda.
Hor. 3. c. o. 31. *Nec sauus Arcturi cadentis*
Impetus, aut orientis Hœdi.
Ouid. 1. Met. *Sydera cœperunt toto effervescere cœlo.*
Jbid. *Astra tenent cæleste solium.*
Lucr. lib. 1. *— cœli subter labentia signa.*
Oui. 10. Met. *Tempus erat, quo cuncta silent, interque trionas*
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
Virg. 5. Æneï. *— cœlo cum sæpe refixa*
Transcurrunt, crinémque volantia sidera ducunt.
Virg 6. Æn. *Titaniáque astra.*
Virg. 8. Aeneï. *Qualis vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,*
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resoluit.
Ardentis ignes oculus ætheris.
Auctor. *Pallam cœruleis nubibus horridam*
Idem. *Nox oblita caput millibus ignium*
Accensis hodie lucida fulgeas.
Idem. *Lucis Phœbe parens, quo sine cætera*
Caligante latent astra sub æthere.
Clarum prime fauens instrue, Lucifer,
Idem. *Stellarum seriem, tota micantibus*
Ardescátque poli regia flammulis.
Jdem. *— Pleiades diffugientibus.*
Exortæ Boreis. Faculæ
Stellatísque polos ilicet vndique
Spectant interea cingier ignibus.
Virg. 9. Æneï. *Palantésque polo stellas.*
Virg. 3. Æneï. *— & Oleniæ sydus pluuiale capellæ,*
Catullus. *Taygeténque, Hyadásque oculis, Arctónque notam.*
Jdem. *Hesperе, qui cœlo fertur crudelior ignis?*
Jdem. *Hesperе, qui cœlo lucet iucundior ignis?*
Jdem. *— concussitque micantia sidera mundus.*
Jdem. *Omnia qui magni despexit lumina mundi,*
Qui stellarum ortus comperit atque obitus:
Vt cedant certis sydera temporibus.

Virgi-

Virginis, & ſaui contingens namq; leonis
Lumina Calliſto iuncto Lycaonia:
Vertor in occaſum tardum dux ante Bootem, Tib.lib.1.
Qui vix ſero alto mergitur Oceano. Proper.lib.2.
Annus agit certa lucida ſigna vice.
Calliſto Arcadios errauerat Vrſa per agros, Prop.lib.3.
Hæc nocturna ſuo ſidere vela regit.
Cur ſerus verſare boues & plauſtra Bootes,
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus? Prop.lib.4.
Felicesq; Iouis ſtellas, Martisq; rapacis,
Et graue Saturni ſidus in omne caput.
Quid moueant piſces, animoſaq; ſigna Leonis,
Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua.
Et quacunq; vagos ſtella recurſus Boet lib.1.
Exercet, varios flexa per orbes. Ouid.7.Met.
— quæq; diurnis
Aurea cum Luna ſuccedit ignibus aſtra. Boet.lib.2.
Aut quot ſtelliferis edita noctibus Cœlo ſidera fulgent, Boet.lib.4.
Si quis Arcturi ſydera neſcit,
Propinqua ſummo cardine labi,
Cur legat tardus plauſtra Bootes,
Mergat q; ſeras æquore flammas.
Nec quæ ſummo vertice mundi Ibid.
Flectit rapidos Vrſa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo,
Cætera cernens ſydera mergi
Cupit Oceano tingere flammas.
Candeſcat Geticis Meroe conuerſa pruinis, Claud.
Claraq; ſe vetito proluat Vrſa mari.
Vincens Gnoſiacæ facem coronæ Statius.
Collucet polus ignibus, nihilq;
Obſcuræ patitur licere nocti.
Andromeden alius ſpectet, claramq; coronam, Oui.Epiſt.17.
Quæq; micat gelido Parrhaſis vrſa polo.
— ignea pontum Aſtra petent. Luc.1.Pharſ.
Ignota obſcuræ viderunt ſydera noctes, Ibid.
Ardentemq; polum flammis, cœloq; volantes
Obliquas per inane faces, crinemq; timendi
Syderis, & terris mutantem regna cometen
— nunc ſparſo lumine lampas Emicuit cœlo Ibid.
— ſtellæq; minores Ibid.
Per vacuum ſolita noctis decurrere tempus,
In medium venere diem, Luc.2.Pharſ.

— sicut cælestia semper
Ibid. Inconcussa suo voluuntur sydera lapsu.
Et iam Pleias habet flexi tam plaustra Bootæ
In faciem puri redeunt languentia cœli
Lu. ad Cal. Pi. Et prius ætheria molcs circumuagæ flammæ.
Annua bis senis reuocabit mensibus astra.
Luc. 5. Pharſ. — non solum lapsa per altum
Aëra dispersos traxere cadentia sulcos
Sydera, sed summis etiam quæ fixa tenentur
Astra polis, sunt visa quati.
Luc. 8. Pharſ. Signifero quacunq; fluunt ros labentia cœlo
Nunquam stanti polo miseros fallentia nautas
Sydera non sequimur, sed qui non mergitur vndis
Axis inoccíduus gemina clarissimus Arcto.
Ouid. 2. Met. Per tamen aduersi gradieris cornua tauri.
Hæmoniosq; arcus, violentiq; ora leonis.
Sæuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atq; aliter curuantem brachia Cancrum.
Ibid. — diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit.
Lucifer, & cœli statione nouissimus exit.
Luca. 8. Phar. — stellasq; vagas miratur, & astra Fixa polis.
Luc. 10. Phar. Sideribus, quæ sola fugam moderantur Olympi,
Occurrunt q; polo deuersa potentia prima
Lucr. lib. 1. Mundi lege data est.
Sil. Ital. lib. 1. — & viuant labentes ætheris ignes.
Qualis sanguineo præstinguit lumina crine
Sil. Ita. lib. 15. Ad terram cœlo decurrens ignea lampas.
Sc. in Hc. fur. Vt cum sparsa micant stellarum lumina cœlo.
Hinc Arctos alta parte glacialis poli
Sublime classes sidus Agricolas agit
Hinc qua tepenti vere laxatur dies,
Tyriæ per vndas vector Europæ nitet:
Illinc, timendum ratibus, ac ponto gregem
Passim vagantes exerunt Atlantides:
Fera coma hinc exterret Orion deos:
Suasq; Perseus aureas stellas habet:
Hinc clara gemini signa Tyndaridæ micant,
Quibusq; natis mobilis tellus stetit:
Mundus puellæ serta Gnosiacæ gerit.
Ibid. Meumq; victrix teneat Alcmenæ locum.
Pariterq; natus astra promissa occupet,
In cuius ortu mundus impendit diem:
Tardusq; Eoo Phœbus effulsit mari.

Reti-

Retinere mersum iussus Oceano iubar. Ibid.
Iam rara micant sidera prono
Languida mundo, nox victa vagos
Contrahit igneis. luce renata,
Cogit nitidum Phosphoros agmen:
Signum celsi glaciale poli,
Septem stellis Arcades vrsæ,
Lucem verso temone vocant.
Non illic geminum Tyndaridæ genus Ibid.
Succurrunt timidis sidera nauibus:
— cum micant stellæ polo, Sen. in Thye.
Flammaque seruant debitum mundo decus,
Non æternæ facis exortu Ibid.
Dux astrorum sæcula ducens
Dabit æstatis, brumæq; notas,
Hic qui sacris peruius astris
Secat obliquo tramite zonas.
Flectens longos signifer annos,
Lapsa videbit sidera labens:
Hic qui nondum vere benigno
Reddis Zephyro vila tepenti,
Aries præceps ibit in vndas.
Per quas pauidam vexerat Hellen
Hic qui nitido Taurus cornu
Perfert Hyadas, secum Geminos
Trahet, & curui brachia Cancri:
Leo flammiferis æstibus ardens
Iterum è cœlo cadet Herculeus,
Cadet in terras virgo relictas,
Iustaq; cadent pondere libræ,
Secumq; trahent Scorpion atrem,
Et qui neruo tenet Æmonio
Pennata senex spicula Chiron,
Rupto perdet spicula neruo:
Pigram referens hyemem gelidus
Cadet Ægoceros frangetque tuam,
Quisquis es, vrnam tecum excidens
Vltima cœli sidera Pisces:
Monstraq; nunquam perfusa mari
Merget condens omnia gurges:
Et qui medias diuidit Vrsas
Flumnis instar, lubricus anguis,
Magnoq; minor iuncta Draconi

Frigida duro Cynosura gelu,
Custosq; sui tardus plaustri
Iam non stabilis ruet Arctophylax:
Sen. in Theb. *— aut qualis cadit*
Delapsa cœlo stella, cum stringens polum
Se. in Hippo. *Rectam citatis ignibus rumpit viam.*
Nec tenent stellæ faciem minores,
Qualis est primas referens tenebras
Sen in Troa *Nuntius noctis, modo lotus undis*
Sen. in Med. *Hesperus pulsis iterum tenebris Lucifer idem.*
Clarumque septem verterant stellæ iugum,
Nondum quisquam sidera norat,
Stellisq; quibus pingitur æther,
Non erat usus: nondum Pleiadas,
Hyadas poterant vitare rates,
Non Olenia sidera capra,
Non quæ sequitur flectitque senex
Arctica tardus plaustra Bootes.
Ouid. 3. Fast. *Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas.*
Senserat, aut geminos esse sub axe polos?
Esse duas Arctos quarum Cynosura petatur
Sidonis, Elicen Graia carina notet.
Signaque quæ longo frater percenseat anno.
Ire per hæc uno mense sororis equos.
Ouid. 4. Fast. *Libera currebant, & in obseruata per annum Sydera.*
Parrhasides stellæ, namq; omnia nosse potestis,
Oui. 1. Trist. *AEquoreas nunquam cum subeatis aquas.*
Eleg. 3. *Tingitur Oceano custos Erymanthidos ursæ,*
Ibid. Eleg. 4. *AEquoreas suo sidere turbat aquas.*
Stat. 2. syl. *— quot in æthere sidera lucent.*
— quantum præcedit clara minoreis
Manil. lib. 1. *Luna faces, quantumq; alios premit Hesperus igneis.*
Ibid. *Et per inane suis parentia finibus astra.*
— & conscia fati
Ibid. *Sydera diuersos hominum variantia casus.*
Ibid. *— signorum lucentes undique flammas.*
Aurata princeps Aries in vellere fulgens,
Respicis admirans aduersum surgere Taurum
Summisso vultu Geminos, & fronte vocantem:
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem,
Æquato tum Libra cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro:
In cuius caudam contentum dirigit arcum

Mistus

Mistus equo volucrem missurus iamq; sagittam:
Tum venit angusto Capricornus sydere flexus:
Post hanc inflexam diffundit Aquarius vnam
Piscibus assuetas auide subeuntibus vndas:
Quos aries tangit claudentes vltima signa. Ibid.
Hoc dixere axem, quia motum non habet vllum:
Ipse videt circa volitantia cuncta moueri:
Summa tenent eius miseris notissima nautis
Signa per immensum cupidos docentia pontum,
Maioremque Helice, maior decircinat Arcton:
Septem illam stellæ certantes lumine signant,
Qua duce per fluctus Graiæ dent vela carinæ:
Augusto Cynosura breuis torquetur in orbe,
Tam spatio quam luce minor sed iudice vincit
Maiorem Tyrio. Pœnis hæc certior auctor
Non apparentem pelago quærentibus orbem:
Nec paribus posita sunt frontibus: vtraque caudam
Vergit in alterius rostro, sequiturque sequentem:
Has inter fusus, circumque amplexus vtrumque
Diuidit, & cingit stellis ardentibus anguis,
Nec coeant, abeantue suis à sedibus vnquam:
Hunc inter, mediumque orbem, quo sydera septem
Per bissena volant contra nitentia signa,
Mista ex diuersis consurgunt viribus astra
Hinc vicina polo, cœlique hinc proxima flammis.
Quæ quia dissimilis, quia pugnant temperat aër,
Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem,
Proxima frigenteis Arctos, Boreamque rigentem
Nixa venit spheies genibus sibi conscia causa:
A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,
Qui similis iunctis instat de more iuuencis,
Arcturumque rapit medio sub pectore secum:
At parte ex alia claro volat orbe Corona
Luce micans varia: nam stella vincitur vna
Circulus in medio radians qua proxima fronte,
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma
Gnosia deserta fulgent monumenta puellæ:
Et Lyra deductis per cœlum cornibus inter
Sidera conspicitur, qua quondam cœperat Orpheus,
Omne quod attigerat cantu Maneisq; per ipsos
Fecit iter, domuitq; infenas carmine legeis.
Huic cœlestis honos similisq; potentia causæ
Tunc syluas, & saxa trahens, nunc sidera ducit,

Et rapit immensum mundi reuolubilis orbem:
Serpentem magnis Ophiulcus nomine signis
Diuidit, & toto mergentem corpore corpus
Explicat, vt nodos sinuataque terga per orbeis
Expedit effusis per laxa volumina palmis:
Respicit ille tamen molli ceruice reflexus:
Semper erit paribus bellum, qua viribus aquant.
Proxima sors Cygni, quem cœlo Iuppiter ipse
Impesuit formæ pretium, qua cœpit amantem,
Cum Deus in niueum descendit versus olorem,
Tergaq; fidenti subiecit plumea Ledæ:
Nunc quoque dedncius volitat stellatus in alas.
Hinc imitata nitent cursumq; habitumq; sagittæ
Sidera, tum magni Iouis ales fertur in altum
Assueto volitans gestet ceu fulmina mundi
Digna Ioue & cœlo, quod sacris instruit armis,
Tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra,
Oceani, cœliq; decus per vtrumq; sacratus:
Quem rapido conatus equs comprendere cursu
Festinat, pectus fulgenti sidere clarus,
Et finitur in Andromeda, quam Perseus armis
Evipit, & sociat sibi, cui succedit iniquo
Diuisus spatio, quod terna lampade dispar
Conspicitur parilis, Deltoton nomine sidus
Ex simili dictum Cepheusq; & Cassiopea
Nec vacuum solis fulgentem deserit orbem,
Sic vtrumque mouet mundum & contraria reddit:
Hanc qui surgentem primo cum redditur ortu,
Montis ab excelso speculantur, & vertice Tauri,
Euentus frugum varios, & tempora dicunt,
Quaque valetudo veniat: concordia quanta:
Bella facit, pacemque refert, variaq; reuertens
Sic mouet, vt vidit, mundum, vultuq; gubernat.
Magna fides hoc posse color, cursusq; micantis
In radios vix Sole minor nisi quod procul harens
Frigida cæruleo contorquet lumina vultu:
Cætera vincuntur specie, nec clarius astrum
Tingitur Oceano cœlum mue reuisit ab vndis.
Tum Procyon: veloxque lepus, tum nobilis Argo
In cœlum subducta, mari quod prima cucurrit,
Emeritum magnis mundum tenet acta procellis,
Seruando Deas facta deos: cui proximus Anguis
Squamea dispositis imitatur lumina flammis:

Et

Et Phœbo sacer ales, magno gratus Iaccho
Crater, & duplici Centaurus imagine fulget,
Pars hominis tergo pectus commissus equino.
Ipsius huic mundo templum est, victrixque solutis
Aram iet sacris, vastos cum terra giganteis
In cœlum furibunda tulit: tumidi quoque magnos
Quæsiuere deos, dubitauit Iuppiter ipse,
Quod poterat non posse timens, cum surgere terram
Cerneret, & verti Naturam crederet omnem,
Montibus atque alios aggestos crescere monteis,
Et iam vicinos fugientia sidera colleis
Arma imporranteis, & rupta matre creatos,
Discordes vultu permistaque corpora partus:
Hostiferum nec dum sibi quemquam numina norant,
Si qua forent maiora, suis: tunc Iuppiter Ara
Sydera constituit, quæ nunc quoque maxima fulgent.
Quapropter Cetus conuoluens squamea terga
Orbibus insurgit tortis, & fluctuat alto.
Intentans morsu similis iam iamq; tenenti,
Qualis ad expositæ fatum Cepheidos vndis
Expulit aduenies vltra sua littora pontum.
Tum notius piscis venti de nomine dictus
Exurgit de parte Noti cui iuncta feruntur
Flexa per ingenteis stellarum flumina gyros:
Alterius capiti coniungit Aquarius vndas
Amnis, & in medium coeunt, & sydera miscent
In pœnas signata suas, iuxtaque relictam
Andromedam vastos metuentem Piscis hiatus
Expositam ponto deflet, scopulisq; reuinctam,
Ne veterem Perseus cœlo quoq; seruet amorem,
Auxilioq; iuuet fugiendaque Gorgonis ora
Sustineat, spoliumq; sibi, testemq; videnti:
Tum vicina gerens flexo vestigia Tauro
Eniochus studio mundumq; & nomen ademptus,
Quem primum curru volitantem Iuppiter alto
Quadrijugis conspexit equis, cœloque sacrauit:
Tum subeunt Hœdi claudentes sydere pontum,
Nubibus & mundi nutritur rege Capella,
Cuius ab vberibus magnum ille ascendit Olympum.
Lacte fero crescens ad fulmina, vimq; tonandi.
Hanc ergo æternis merito sacrauit in astris
Iuppiter, & cœli cœlum mercede rependit:
Pleiadas, Hyadesq; feri pars vtraque Tauri,

In Boream scandunt, hæc sunt Aquilonia signa.
Aspice nunc infra Solis surgentia cursus.
Quæ super exustas labuntur sydera terras,
Quæq; intra gelidum Capricorni sydus, & axem
Imo subnixum vertuntur lumina mundo,
Altera pars orbis sub aquis iacet inuia nobis,
Ignotæq; hominum gentes, nec transita regna
Commune ex vno lumen ducentia Sole,
Diuersasq; vmbras, læuaq; cadentia signa.
Et dextros ortus cœlo spectantia verso:
Nec minor est illis mundus, nec lumine peior:
Nec numerosa minus nascuntur sydera in orbe.
Cætera non cedunt, vno vincuntur in astro
Augusto, sydus nostro quod contigit orbi
Cæsar nunc terris, post cœlo maximus auctor,
Cernere vicinum Geminis licet Oriona
In magnam cœli tendentem brachia partem,
Nec minus extento surgentem ad sydera pastus:
Singula fulgenteis humeros cui lumina signant,
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.
Ad caput Orion excelso immensus Olympo,
Per tria subducto signatur lumina vultu:
Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant:
Hoc duce per totum decurrunt sydera mundum.
Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
Qua nullum terris violentius aduenit astrum,
Nec grauius cedit, non horrens frigore surgit.
Has inter Solisq; vias, Arctosq; latenteis,
Axem quem mundi stridentem pondere torques
Manil. lib. 5. *Orbe peregrino cœlum depingitur astris,*
Quæ Nostra antiqui dixerunt sydera vates.
Hinc vocat Orion magni pars maxima cœli,
Et ratis heroum, quæ nunc quoq; nauigat astris,
Fluminaq; errantis late sinuantia flexus,
Et biferum Cetum squamis, atq; ore tremendo,
Hesperidumq; vigil custos, & diuitis astri,
Et canis in totum portans incendia mundum,
Araq; diuorum, cui vota resoluit Olympus:
Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos,
Enichusq; memor currus, plaustriq; Bootes,
Atque Ariadneæ cœlestia dona Coronæ,
Victor & inuisæ Perseus cum falce Medusæ,
Andromedamq; necat genitor cum coniuge Cepheus

Quæ-

Quaq; volat ſtellatus equus, celeriq; ſagitta
Delphinus certans, & Iupiter alite tectus,
Cateráq; in toto paſſim labentia cœlo.
— ſignorum flammeus ordo. Manil lib. 2.

Aſtrologus, *vide* PHILOSOPHVS.

Athenæ, Athenienſes.

Theſida poſuère. Virg. 2. Geor.
Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces.
— doctas proficiſci cogor Athenas.
— portus
Cecropios intrat Pyræáq; litora tangit, Ouid. 7. Met.
Barbara Mopſopios terrebant agmina muros. Ibid.
Palladiáſque meo non cognoſcendus Athenas. Ouid. 7. Met.

Atlas.

Iámque volans apicem, & latera ardua cernit Virg. 4. Æneï.
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulſatur, & imbri.
— Vbi maximus Atlas Ibid.
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
— cælifer Atlas Virg. 6. Æn.
— maximus Atlas Virg. 8. Aeneï.
Edidit ætherios humero qui ſuſtinet orbes.
Idem Atlas generat, cœli qui ſidera torquet. Ibid.
— maximus Atlas Ouid. 6. Met.
Eſt auus, ætherium qui fert ceruicibus axem. Prop. lib. 3.
Tu licet aſpicias cœlum omne Atlanta gerentem. Ouid. 4. Met.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetoniades Atlas fuit, vltima tellus
Rege ſub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
Æquora ſubdit equis, & feſſos excipit axes. Sil. Ita. lib. 1.
Atlas ſubducto tracturus vertice cœlum.
Sidera nubiferum fulcit caput, ætheráſque
Erigit æternum compages ardua ceruix.
— ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo, Ouid. 5. Faſt.
— reſpirat cælifer Atlas. Stat. 5. Theb.

Attentus, *vide* AVDIRE, & SILERE.

Attonitus, *vide* ADMIRARI, & DVBITARE.

Auaritia, Auarus.

Condit opes alius defoſſoque incubat auro. Vir. 2. Georg.
— Auri cæcus amore. Virg. 2. Æneï.
— quid non mortalia pectora cogis Virg. 3. Æneï.
Auri ſacra fames?

Hor. 2. c. o. 2. *Nullus argento color est auaris Abdito terris.*
Ibid. *Quisquis ingentes oculo irretorto spectat aceruos,*
Ibid. o. 18. *Quidquid vsq; proximos*
Reuellis agri terminos & vltra
Limites clientum salis auarus.
Hor 3. c. o. 16 *Crescentem sequitur cura pecuniam,*
Maiorúmq; fames.
Ouid 1. Met. — *Et amor sceleratus habendi.*
Matt. lib. 2. — *malè audit*
Immodicæ fœdo crimine auaritiæ.
Cla. lib. 3. *Et vigil ipsas quærit auarus opes.*
Boet. lib. 2. *Sed seuior ignibus Ætnæ*
met. 5. *Feruens amor vrget habendi.*
Lucret. lib. 3. — *mortemq; timere Auri nescit amor.*
Virg. 6. Æneï. *Aut qui diuitijs soli incubuêre repertis,*
Ouid. de nu *Nec partem posuere suis.*
Sen. in Hipp. — *parca colona.*
Prop. lib. 3. *Non illum auaræ mentis inflammat furor.*
Ergo solicita tu causa pecunia vitæ es,
Per te immaturum mortis adimus iter:
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.
Boet. lib. 3. *Quamuis fluente dites auri gurgite*
Non expleturas cogat auarus opes,
Oneretq; baccis colla rubri littoris,
Raraq; centeno scindat opima lauer.
Hæc cura mordax deserit superstitem,
Defectumq; leues non comitantur opes.
Luc. 1 Pharſ. *Hinc vsura vorax, auidumq; in tempore fœnus:*
Luc. lib. 3. *Deniq; auaritiæ, & honorum cæca cupido,*
Quæ miseros homines cogunt transcendere fineis
Iuris, & interdum socios scelerum, atque ministros
Noctèis atque dies niti præstante labore
Ad summas emergere opeis.
Juuen. Sat. 9. *Quod tamen vlterius monstrum, quam mollis auarus?*
Juuen. Sat. 14. *Nec dubiè tanquam frugi laudatur auarus?*
Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum
Certa magis quam si fortunas seruet easdem
Hesperidum serpens, aut Ponticus.
Ibid. — *auaros, Qui mirantur opes.*
Ouid. 7. Met. — *parcum genus est, patiensq; laborum,*
Quæsitiq; tenax, & quod quæsita reseruet.
Sen. in He. fu. *Ille superbos aditus regum,*

Du-

Durasq; fores expers somni
Colit, ac nullo fine beatus
Componit opes, gazis inhians,
Et congesto pauper in auro est.
— lucriq; cupidine seruens, Cla 1. in Ru.
Non Tartassiacus illum satiaret arenis
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli, totumq; exhauserit Hermum,
Ardebit maiore siti.
Ac primum scelerum matrem quæ semper habendo Cla. 3. in lau.
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum, Stil.
Trudis auaritiam.
Magnarum nec parcus opum. Cla. 3. in lau.
Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus. Stilich.
Semper auarus eget. Hor. 1. Epist.
At si diuitiæ prudentem reddere possent, Ibid.
Si cupidum, timidumq; minus te, nempe ruberes, Hor. 2. Epist.
Viueret in terris te si quis auarior vno.
— quid auarus? Ho. 2. Sc. sat. 8
Stultus & insanus: quid si quis non sit auarus:
Continuo sanus.
— vitijs sunt alimenta vices: Ouid. 1. Fast.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda.
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ

Aucupari.

Callidus illaqueat volucreis. Prudent.
Insidias auibus moliri. Virg. 1. Geor.
Tuac gruibus pedicas, & retia ponere ceruis, Ibid.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco. Ibid.
Aut amite leui rara tendit retia, Hor. Epod. 2.
Turdis edacibus dolos,
Pauidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem,
Iucunda captat præmia.
Subdola tenduntur crasis modo retia turdis. Mart. lib. 2.
Vtq; suum laqueis quos callidus abdidit auceps, Oui. 11. Met.
Crus vbi commisit volucris sensitq; teneri,
Plangitur, ac trepidans astringit vincula motu:
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces. Tib. lib. 2.
— & stricto figere auem calamo. Prop. lib. 2.
Siue petas calamo præmia, siue cane. Prop. lib. 3.
Aucupibus noti frutices. Oui. 1. de art.
Non auis vtiliter viscatis effugit alis. Ibid.

— ali-

Ouid.1.de re. *alite capta*
Aut lino aut calamis pr[illegible]mia pa[illegible]ua sequi.
Oui. epist.18. *Nunc volucrem laqueo, nunc [illegible]iscem [illegible]citis hamo.*
Marr. lib 5. *Sed tendit auidis rete subdolu[illegible] tu[illegible]d[illegible]s,*
Sen.in octa. *Decipere volucreis crate, vol calamo, aut leui*
Tenere laqueo,
Mart.lib.11. *Quam quæ rata vagos exspectant retia turdos.*
Oui. 13. Met. *Retia cum pedicis, laqueosq; arteisq; dolosas*
Tollite nec volucreis viscata fallite virga.

Audax, Audere.

Vir.10.Aenei. *Audentes fortuna iuuat.*
Vir. 11. Ænei. *— puraque intertia parma,*
Ibid. *Si patrij quid Martis habes,*
Virg.3.Geor. *Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces*
Audet, & ignoto sese committere ponto,
Virg.4. Geor. *Nam quis te iuuenem confidentissime nostras*
Iussit adire domos?
Virg.1. Ænei. *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*
Ibid. *— & tantas audetis tollere moles.*
Ho.1.car.o.3. *— audax omnia perpeti*
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Oui.1.Meta. *Hic locus est quem si verbis audacia detur,*
Haud timeam magni dixisse palatia cœli
Mart.lib.6. *Audebit minus anxius tremensq;*
Mart.lib.1 *Non sum tam temerarius, nec audax.*
Ouid.3. Met. *An satis Acrisio est amni contemnere vanum Numen?*
Jbid. *— furit audacissimus omni [illegible]e numero Lacabas.*
Catullus. *Nascetur vobis expers terroris Achille,*
Hostibus haut tergo sed forti pectore notus.
Prop.lib.2. *Quod si desiciant vires, audacia certè*
Latus erit in magnis, & voluisse sat est.
Luc.1. Phar. *— quos ille timorum*
Maximus haud vrget tethi metus inde ruendi
In ferrum mens prona viris animæque capaces
Mortis, & ignauum est redituræ parcere vitæ.
Luca.4.Phar. *Non tulit afflictis animum producere rebus,*
Aut sperare fugam, ceciditq; in strage suorum
Impiger ad lethum, & fortis virtute coacta
Luc.5.Pharſ. *— quippe ipsa metus exsoluerat audax Turba suos*
Iune.Sat.10. *Fortem posce animum, & mortis terrore carentem.*
Sil.Jta lib.1. *Ore excellentem & spectatum fortibus ausis.*
Sil.Ita.lib.8. *— viros spernaces mortis agebat,*
Sen.in Oed. *Abest pauoris crimen, ac probrum procul,*

Vir-

Virtusque noſtra neſcit ignauos metui:
Si tela contra ſtricta, ſi vis horrida
Mauortis in me rueret, aduerſus feros
Audax Giganteis obuias ferrem manus. Cla. 1. de rap.
Aſt vbi paulatim præceps audacia creuit, Pro.
Cordeq; languentem deducere metum.

Vide ANIMARE.

Audire.

— maternas impulit aures luctus Virg. 4. Geor.
Ibid.
Auditiq; lupos acuunt balatibus agni. Virg. 11. Æne.
— paucis animos adhibete, docebo. Virg. 12. Æn.
— ſimul hæc animo hauri. Virg. 4. Æne.
pendet narrantis ab ore Virg 6. Æne.
Sed cape dicta memor. Vir. 4. Geor.
At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti Sentit. Virg 1. Æne.
— nec iam exaudire vocatos Ibid.
Et vacet annales noſtrorum audire laborum. Ibid.
— ſi veſtras forte per aures Troiæ nomen iit, Ibid.
— ac veras audire, & reddere voces. Ibid.
His animum arrecti dictis Ibid.
— noſtram nunc accipe mentem, Virg. Æne.
— caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem. Ibid.
Accipe nunc Danaum inſidias & crimine ab vno
Diſce omnes. Ibid.
— ſi forte tuas peruenit ad aures. Ibid.
Conticuere omnes intentiq; ora tenebant. Hor. o. 12. l. 2.
— magis pugnas & exactos Tyrannos
Denſum humeris bibit aure vulgus. Ibid.
— vulgi quæ vox vt venit ad aures. Ibid.
— atque arrectis auribus aſto. Ibid.
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. Ibid.
— quæ dicam animis aduertite veſtris. Ibid.
— ſubito cum creber ad aures
Viſus adeſſe pedum ſonitus. Virg 3. Æneï.
— gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures. Ibid.
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta. Ibid.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures, Ibid.
— atque auribus æra captat. Ibid.
— pulſataque ſaxa
— Audimus fractasq; ad litora voces.
Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit. Ibid.

Ibid. — intentis omnibus vnus Fata renarrabat.
Virg. 4. Æneï. — paucis (aduerte) docebo.
Ibid. Ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.
Ibid. — vocemq; his auribus hausi.
Ibid. Audiam, & hæc manes veniat mihi fama sub imos.
Ibid. Cur mea dicta negas duras dimittere in aures?
Ibid. — aut voces vllas tractabilis audit,
Fata obstant, placidasq; viri Deus obstruit aures.
Ibid. — hinc atque hinc vocibus heros. Tunditur
Ouid. 1. Met. Contigerat nostras infamia temporis aures.
Ibid. Omnibus audita est telluris & æquoris vndis.
Hor. 3. c. o. 11. Dic medos Lide quibus obstinatas Applicet aures.
Hor. 2. c. o. 1. — auditumq; Medis
Hesperiæ sonitum ruinæ.
Mart. lib. 6. Quem si terseris aure diligenti.
Oui. 12. Met. — penetrátque cauas vox omnis ad aures.
Ouid. 6. Met. Præbuerat dictis Tritonia talibus aures.
Vir. 12. Æneï. Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commissum clamorem, arrectasq; impulit aures
Confusæ sonus vrbis, & illatabile murmur.
Ho. 2. c. o. 19. — Nimphasque discentes, & aures
Capripedum satyrorum acutas.
Virg. 9. Æneï. Constitit Æneas, strepitumq; exterritus hausit.
Ibid. — paucis animos adhibete, docebo,
Virg. 7. Æneï. Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutus tenet ora, soloque immobilis hæret,
Intentos voluens oculos.
Ouid. 5. Met. Roma noui fontis nostras peruenit ad aures.
Ibid. Nec nostris præbere vacat tibi cantibus aures.
Oui. 13. Met. Verba refers aures non peruenientia nostras.
Oui. epist. 5. Quod scelus vt pauidæ miseræ mihi contigit aures.
Catullus. — & audias Nostra verba.
Ibid. Nos alio mentes, alio diuisimus aures.
Prop. lib. 1. Quod si quis monitis tardas aduerterit aures.
Prop. lib. 3. Incipe, suspensis auribus ista bibam.
Sc. in Hel. fur. Quod facinus aureis pepulit?
Boet. lib. 5. Vel vox auribus instrepit.
Oui. epist. 17. Nullaq; vox vnquam nostras veniebat ad aures.
Præter dimota corpore murmur aquæ.
Oui. Epist. 18. Auribus interdum voces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Luc. 6. Phars. Securasq; fragor concussit Cæsaris aures.

— nullas tuba verberet aures — Luc. 7. Pharſ.
— tu te dictis præbere memento, — Luc. lib. 2.
— chordáſque loquentes Auribus accipere, — Luc. lib. 4.
Miſſumque captat aure ſubiecta ſonum. — Se in He. fur.
Quis fremitus aureis flebilis pepulit meas. — Sen. in Hipp.
— ecquid ad aureis Peruenium mea dicta tuas? — Ouid 8. Met.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures — Oui 10. Met.
Peruenisse ferunt. — Oui 14. Met.
— multa auribus hauſi. — Manil. lib. 3.
Huc ades ô quicunque meis aduertere cœptis
Aurem, oculóſque potes, veras & percipe voces. — Sat. 2. Achill.
— ſed corda parumper
Huc aduerte libens, atque has bonus accipe voceis.

Auis, & Auium genera.

— pictæque volucres, — Virg. 3. Geor.
Quam multa in ſyluis auium ſe millia condunt. — Virg. 4 Geor.
Vt aſſidens implumibus pullis auis. — Hor. Epod. 1.
Iam varias pelagi volucres. — Virg. 1. Geor.
— importunæque volucres. — Ibid.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes, — Virg. Eclog. 1
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.
Aëriæ fugere grues. — Virg. 1. Geor.
— celeres reuolant ex æquore mergi — Ibid.
— & è paſtu decedens agmine magno — Ibid.
Coruorum increpuit denſis exercitus alis.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. — Ibid.
Dilectæ Thetydi Halcyones. — Ibid.
Nequicquam ſeros exercet noctua cantus, — Ibid.
Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus, — Ibid.
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. — Ibid.
— & ouantes gutture corui. — Virg Eclog. 3.
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. — Ho. 2. c. o. 20.
— aëria palumbes.
— & album mutor in alitem.
Supernè naſcuntur & leues.
Per digitos humeroſq; pluma. — Ouid. 1. Met.
— cepit volucres agitabilis aër. — Ibid.
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis. — Statius.
— ſenio nec feſſus incerti
Scandet odoratos Phœnix felicior ignes. — Virg. 11. Æne
Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam,
Compreſſamque tenet, pedibusque euiſcerat vncis:

Tum

Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

Ho. 3. c. 0. 17. *— aquæ nisi fallit augur Annosa cornix.*

Virg. 6. Æneï. *Quam multæ glomerantur aues.*

Virg. 7. Æne. *— aëriam sed gurgite ab alto*
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.

Virg 9. Æne. *— aut candenti corpore cygnum*
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis.

Ouid. 6. Met. *— sumptis quin candida pennis*
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

Jbid. *Non aliter, quam cum pedibus prædator aduncis*
Deposuit nido leporem Iouis ales ab alto,

Ibid. *Vtque columba suo madefactis sanguine plumis*
Horret adhuc, auidósque timet quibus hæserat vngues.
Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ,
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum.
Nomen Epops volucri facies armata videtur.

Ouid. 5. Met. *Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ,*

Catullus. *Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas.*

Prop. lib. 3. *— atro gutture coruus.*

Statius. *Aut variam plumæ versicoloris auem,*
Huc doctæ stipentur aues, queis nobile fandi
Ius natura dedit plangat Phœbeius ales,
Auditásque memor penitus dimittere voces
Sturnus, & Ænio versæ certamine picæ,
Quique refert iungens iterata vocabula perdix.
Et quæ Bistonio queritur soror orba cubili:
Occidit aëriæ celeberrima gloria gentis
Psittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ,
Quem nõn gemmata volucris Iunonia cauda
Vinceret aspectu, gelidi non Phasidis ales.

Luct. lib. 1. *Aëriæ primum volucres.*

Lucret. lib. 2. *— & corpora cuncta volantum.*

Lucret. lib. 5. *— & corpora pennipotentum,*

Jbid. *Principio genus alituum, variæque volucres*
Oua relinquebant exclusa tempore verno.

Ouid. 7. Met. *Nigra pedes, nigris velata monedula pennis:*

Mart. lib. 5. *Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,*
Vna decem quoties sæcula vixit auis.

Sen. in Hipp. *— genus aligerum.*

Sen. in Oct. *Atque æquoreas vince Halcyonas,*
Vince & volucreis Pandionias.

Ouid. 1. Fast. *Intactæ fueratis aues solatia ruris,*
Assuetum syluis, innocuumque genus.

Quo

Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis,
Et facili dulceis editis ore sonos. Ouid. 2. Fast.
Et sine lite loquax, cum palladis alite cornix,
Sedit & accipitri iuncta columba fuit. Ouid. 15. Met.
Iunonis volucrem, quæ cauda sydera portat,
Armigerumq; Iouis, Cytherei dasq; columbas,
Et genus omne auium mediis è partibus oui
Ni sciret fieri, quis nasci posse putaret? Cla. de Phœ.
Innumeræ comitantur aues, stipatq; volantem
Alituum sueßpensa cohors, exercitus ingens
Obnubit vario latè conuexa meatu:
Nec quisquam tantis è millibus obuius audet
Ire duci, sed regis iter flagrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis
Bella mouent commune facit reuerentia fœdus. Manil. lib. 1.
Aëriaq; colunt volucres Alitumq; genus. Vide VOLARE. Manil. lib. 5.

Aues canere.

Nunc sturnos inopeis frigillarumq; querelas Mart. lib. 9.
Audit, & arguto passere vernat ager.
Indocilique loquax gutture vernas auis, Oui. 3. Trist. Eleg. 12.
— & tacta rore querentur aues. Ouid 4. Fast.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent. Ouid 2. Fast.
— fugit vultus Sen. in Her. Oct.
Philomela suos, natumq; sonat
Flebilis Itym, cur mea nondum
Capiunt volucreis brachia plumas?
Felix, felix, cum sylua domus
Nostra feretur, patrioq; sedens
Alesin agro referam querulo
Murmure questus, volucremq; Iolen Turba loquetur. Ibid.
— qualis natum Sen. in Oct.
Daulias ales solet Ismaria Flere sub vmbra.
— quæ lachrymis nostris questus
Reddet Ædon? cuius pennas
Vtinam miseræ mihi fata darent,
Sola in vacuo nemore, & tenui
Ramo pendens querulo possem
Gutture mœstum fundere murmur.
Carmina iam moriens canit exequialia cygnus. Oui. 14. Met.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris. Virg. 2. Geor.
Littoraq; Halcyonem resonant & Achantida dumi. Virg. 3. Geor.
Et cœtu cinxere polum, cantuq; dedere. Virg 1. Æne.
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ, Virg. 3. Æneid.

— hinc ille auium concentus in agris,
Virg. 1. Geor. Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Virg. 7. Æne. — variæ circumq; supraq;
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo,
Æthera mulcebant cantu, lucoq; volabant.
Ibid. — & longa canoros Dant per colla modos.
Auctor. Omnis grandiloquo dumus, Achantides,
Concentu resonet, paucula sæpius
Educatq; canor verba, monedulæ,
Auctor nascitur omnium,
Cuncta floridulis montibus æmulos
Pertentate modos, & foliis, aues
Inter vos hilari ludite pennula.
Catullus. Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias,
Prop. lib. 1. Et volucres nulla dulcius arte canunt.
Lucr. lib. 1. Frondiferasq; nouis auibus canere undiq; siluas.
Prop. lib. 4. Multaq; cantantes umbra tegebat aues.
Boet. lib. 3. Quæ canit altis garrula ramis Ales.
Statius. — nunc volucrum noui
Questus, inexpertumq; carmen.
Oui. Epist. 21. Frondibus & nulla dulce queruntur aues.
Lu. ad Ca. Pis. Sed nec olorinos audet Pandionis ales
Parua referre sonos, nec si velit improba possit,
Luc. lib. 2. Et variæ volucres nemora auia peruolitantes
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.
Se. in He. fur Pendent summo stridula ramo,
Pennasq; nouo tradere soli
Gestit querulos inter nidos
Thracia pellex turbaq; circum
Confusa sonat, murmure misto Testata diem.
Sen. in Aga. Non quæ verno nobile carmen
Ramo cantat tristis Ædon
Ityn in varios modulata sonos,
Non quæ tecti Bistonis ales
Residens summis impia diri
Furta mariti garrula deflet,
Lugere tuam poterit digne
Conquesta domum, licet ipse velit
Clarus niueos inter olores
Istrum Cygnus, Tanaimq; colens
Extrema loqui licet Halcyones
Ceyca suum fluctu leniter
Plangente sonent, cum tranquillo

Male

Male confisa credunt se iterum
Pelago audaces, fœtusq; suos
Nido pauida titubante fouent.
— totumq; canora
Voce nemus loquitur. Manil. lib. 3.
— monedula Auctor.
Addiscentq; auida loqui.
Implebit varijs mane canoribus
Dumos tale sonans guttur achantidum:
Vitas atq; diu diuite Gregori Gestes auspicio pedum:

AVREA ÆTAS, vide ÆTAS & SATVRNVS.

Autigare.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. Virg. 3. Geor.
Primus Erichthonius currus & quatuor ausus Ibid.
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.
— grauibus iuga ducere plaustris. Ibid.
— dehinc vbi libera colla Ibid.
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & cogo gradum conferre iuuencos.
Atq; illis iam sæpe rotæ ducantur inanes
Per terram & summo vestigia puluere signent.
Post validо nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Aut Alphæa rotis prælabi flumina Pisæ, Ibid.
Et Iouis in luco currus agitare volantes.
— lituósq; pati, tractúq; gementem Ibid.
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes.
Belgica vel molli melius feret esseda collo. Ibid.
Vndáq; iam tergo ferratos sustinet orbes. Ibid.
— & vris Ibid.
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
— montésq; per altos Ibid.
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis. Virg. 4. Geor.
— magnum qui piscibus æquor, Ibid.
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Et iuncti currum dominum subiere leones. Virg. 3. Æneï.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti Ibid.
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
— cœlóq; inuectus aperto Virg. 1. Æneï.
Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo.
Nonne vides cum præcipiti certamine campum Virg. 3. Geor.
Corripuêre, ruuntq; effusi carcere currus.
— volat vi feruidus axis. Idem.

Virg.2. Geor. *Vt cum carceribus sese effundere quadriga,*
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.
Hor.1. c.o.1. *— metaque feruidis Euitata rotis*
Ibid.o.34. *— per purum tonantes Egit equos, volucremq; currum.*
Hor.3.c.o.5. *Hac te merentem Bacche pater tua*
Vexere tigres indocili iugum Collo trahentes.
Jbid.o.24 *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.*
Virg 6. Æne. *Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis*
Se.in Hippo. *— citos*
Currus gubernat, ora nunc pressis trahit
Constricta frenis, terga nunc toto frequens
Mart.lib.1. *Verbere coercet.*
Picto quod iuga delicata collo
Pardus sustinet, improbaq; tigres
Indulgent patientiam flagello,
Mordent aurea quod bipatá cerui,
Quod frano Libyci domantur vrsi,
Paret purpureis aper canistris,
Turpes esseda quod trahunt bisontes.
Oui.12.Met. *Cedice qui misso, quem vix iuga bina mouerent Iuncta,*
Virg.12. Æn. *— in faciem soror vt conuersa Metisci*
Auriga, currumq; & equos, & lora regebat.
Virg.5.Ænei. *Non tam præcipites bijugo certamine campum*
Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus,
Nec sic immissis auriga vndantia lora
Concussere iugis pronique in verbera pendent.
Jbid. *Iungit equos, curru genitor, spumantiaq; addit*
Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas.
Ceruleo per summa leuis volat æquora curru.
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Virg.6.Æn. *Curru iungit Halesus equos*
Virg.7.Æne. *Interea bijugis infert se Lucagus albis*
Vir.10.Ænei. *In medios, fraterq; Liger, sed frater habenis*
Flectit equos.
Prop.lib.3. *Mollia sunt paruis prata terenda rotis.*
Virg.12.Æn. *Interea reges, ingenti mole Latinus*
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui Specimen: bigis it Turnus in albis.
Ibid. *— saltuq; superbus*
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Jbid. *— manibusq; vndantes flectit habenas.*
Ouid.5.Met. *Raptor agri currus, & nomine quemque vocando*

Ex-

Exhortatur equos, quorum per colla, iubasq;
Excutit obscura tinctas ferrugine habenas.
Sæpe iuuat versare leues in puluere currus, Ouid. epist. 4.
Torquentem frænis ora fugacis equi.
Iuppiter ipse leui vectus per inania curru. Tib. lib. 4.
Curribus Automedon, lentisq; erat aptus habenis, Ouid. 1. de art.
Aspice vt in curru modo det fluitantia rector Oui. 2. de art.
Lora, modo admissos arte retentet equos.
Sed neque rector equum qui nuper sensit habenas, Oui. 3. de art.
Comparibus frænis, artificem q; regit. Lu. ad Ca. Pis.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frænis in aperto flectere campo.
Qui modo non solum rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat modo torquet in auras
Flexibiles victus & nunc seruice rotata
Incipit effusos in gyrum corpore cursus.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum, Ouid. 2. Met.
Stat q; super, manibus q; datas contingere habenas Gaudet.
— Vbi currus fortis equum vis Lucret. lib. 6.
Ferratos vtrinque rotatum succutit orbes.
— veluti cum carcere rupto Sil. Ital. lib. 8.
Auriga indocilis totas effundit habenas.
Et præceps trepida pendens in verbera planta
Impar fertur equis, fumat male concitus axis,
Ac frænacerto fluitant discordia curru
Hic ligat axe rotas, hic sub iuga ferrea nectit Claud. in fra.
Cornipedes, rigidis q; docet seruire lupatis.
— qua te bijugo temone frementem Stat. 2. Theb.
Intemeratarum volucer rapit axis aquarum:
Vt q; parum validus non proficientia rector Oui. 1. Trist.
Cerucis rigidæ frena remittit equo,
— libet conjungere currus, Manil. lib. 4.
Ardentes & equos ad mollia ducere frena.
Stare leui curru moderantem quatuor ora
Spumigeros frænata lupis & flectere equorum Manil. lib. 5.
Præualidas vires, ac torto stringere gyro.
— & adhuc temone calenti Stat. 3. Theb.
Feruidus in Leuum torquet Gradiuus habenas.
Planus erat lateq; patens prope mœnia campus Ouid 6. Met.
Assiduis pulsatus equis, vbi turba rotarum
Durauq; mollierat subiectas vngula glebas.

AVRORA, vide DIESCERE.

Aurum, & Aureus.

Lucentesq; auro tunicas.
Stat. 9. Theb. *Auratos Rhodiis imbreis nascente Minerua*
Cla. 3. in Iau. Stil. *Indulsisse Iouem perhibent, Bacchoque paternum*
Iam pulsante femur mutatus palluit Hermus
In pretium votique famem passurus auari
Ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro
Clau. in frat. *Aurea dona vomens, si quis tellure reuulsa*
Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum.
Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis
Effluxere decus, quanto pretiosa metalli
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta
Ho. i. sc. Sat. 1. *Despumat rutilas dives Pactolus arenas.*
Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Virg. 4. Geor. *Furtim defossa, timidum deponere terra?*
Ibid. *Alter enim maculis auro squalentibus ardens.*
Ibid. *Et rutilis clarus squamis.*
Ibid. *Ardentes armo & paribus lita corpora guttis.*
Virg. 1. Æneï. *Et gemina auratus Taurino cornua vultu.*
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Ibid. *Argentum, Pariusue lapis circundatur auro.*
Virg. 2. Æneï. — *celataq; in auro Fortia facta patrum.*
Ibid. *Auratasq; trabes veterum decora alta parentum,*
Virg. 3. Æneï. *Barbarico postes auro, spoliisq; superbi.*
Ibid. *Dona dehinc auro grauia.*
Ibid. *Fert picturatas auri sub tegmine vestes.*
Virg. 4. Æneï. *Armatumq; auro circumspicit Orionа.*
Ibid. — *ostroq; insignis, & auro.*
Ibid. — *crines nodantur in aurum.*
Ibid. *Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*
Vir. 2. Georg. — *crinem implicat auro.*
Virg. 4. Æneï. — *atq; auro turbidus Hermus.*
Virg. 2. Geor. — *& tenui telas discreuerat auro.*
— *argenti riuos, aris q; metalla*
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Ouid. 1. Met. — *ferro q; nocentius aurum.*
Vir. 10 Aeneï. — *sunt auri pondera facti, Infectiq; mihi.*
Prop. lib. 1. — *auratis circumdata colla catenis.*
Ouid. 5. Met. — *quam limbus obibat*
Aureus, ornabant aurata monilia collum.
Virg. 5. Æneï. — *lato quam circum amplectitur auro Balteus.*
Ibid. — *it pectore summo*
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Au-

Aureus, & foliis, & lento vimine ramus Virg. 6. Æneï.
Auricomos quam quis decerpserit arbore fœtus. Ibid.
— primo avulso non deficit alter Ibid.
Aureus & simili frondescit virga metallo.
Discolor unde auri per ramos aura refulsit, Ibid.
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos.
Talis erat species auri frondentis opaca Ibid.
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento. Ibid.
— lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Vir. 7. Æneï.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum, Auctor.
— flauos
Bracteas inter, rutilo gerentem Stipite fœtus. Idem.
Arca flauentes mea non aceruos Obserat. Oui. epist. 3.
Addita sunt illis auri bis quinque talenta. Catullus.
Ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit
Regia fulgenti splendent auro atque argento. Boet. lib. 3.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilat ripa. Ouid. 4. Met.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.

ARVSPEX, vide PROPHETA.
AVSCVLTARE, vide AVDIRE.

Autumnus.

— sub ipsum Arcturum Virg. 1. Geor.
Et varios posuit fœtus Autumnus, & alte Virg. 2. Geor.
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Virg. 1. Geor.
Ante tibi Eoæ Athlantides abscondantur, Ibid.
Gnosiaq; ardentis decedat stella corona Ibid.
Multi ante occasum Maiæ capere.
Quid tempestates autumni & sydera dicam, Virg. 2. Geor.
Atq; vbi iam breuior q; dies, & mollior æstas.
Et iam olim seras posuit quum vinea frondes, Virg 4. Æneï.
Frigidus & syluis aquilo decussit honorem.
Aut Pleias sydus fugiens, vbi piscis aquosus.
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas. Vir. 2. Georg.
— pampineo grauidus autumno. Virg. 2 Geor.
Prima vel Autumni sub frigore, cum rapidus Sol
Nondum hyemem contingit equis, iam præterit æstas Virg. 4. Geor.
— Autumno carpere poma Hor. Epod. 2.
— quum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit. Hor. 2. c. o. 5.
— tolle cupidinem
Immitis vuæ, iam tibi lucidos

Distinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Oui. 2. Meta. *Stabat & Autumnus calcatis sordidus uuis.*
Hor. 4. c. 6. 7. *Pomifer autumnus fruges effuderit.*
Quam multa in syluis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia.
Virg. 6. Æneï. — *calidi cum sideris æstu*
Tib. lib. 2. *Deponit flauas annua terra comas.*
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Boet. lib. 1. *Autumnus grauidis influat uuis*
Autumno potius sua
Jbid. *Bacchus munera contulit.*
Remeat pomis grauis Autumnus.
Boet. lib. 4. *Et multo grauidus mero December.*
Statius. *Sæpè sub Autumnum, cum formosissimus annus.*
Oui. 2. de art. *Plenaq; purpureo subrubet uua mero,*
Poma dat Autumnus,
Ou. 1. de rem. *Donec in Autumnum declinet Phœbus, & umbras*
Luc. 10. Phar. *Extendat Meroe.*
Vites Autumno fundi sudante videmus.
Lucr. lib. 1. *Inde Autumnus adit, graditur simul Euius Euan:*
Lucret. lib. 5. — *Septembris, & Austri Aduentum.*
Juuen. Sat. 6. *Quatuor Autumnos Pleias orta facit.*
Oui. 1. de Pō. *Excipit Autumnus posito feruore iuuenta*
Oui. 15. Met. *Temperie medius, sparsus quoq; tempore canis.*
— *Autumni maturet gramina Virgo,*
Cla. 2. in lau. *Lenior & grauidis allatret Syrius uuis,*
Stil. *Æquato tum libra die cum tempore noctis*
Manil. lib. 1. *Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,*
Libra die, somniq; pares vbi fecerit horas.
Virg. 2. Geor. *Et medium luci, atq; umbris iam diuidet orbem.*
Incipit Autumnus media sub virgine vtrinq;
Manil. lib. 2. *Mitior Autumnus molles sibi vindicat artus.*
Autumnus virgine surgit.
Ibid. — *in Libra, cum lucem vincere noctes Incipiunt.*
Manil. lib. 3. *Libra diem, noctemq; pari cum fœdere ducit*
Jbid. *Tantum, quod victas vsq; ad se vincere nocteis*
Ex ipsa iubet ac bruma cum tempora vincunt:
Tum liber grauida descendit plenus ab vlmo,
Pinguiaq; impressis despumant musta racemis,
Mandant & sulcis Cererem, dum terra tepore
Autumni resoluta patet, dum semina ducit.

AVXILIARI, vide ADIVVARE.
BAPTIZARE, vide LAVARE.

Bac-

Bacchus.

Candide Liber ades, sic sit tibi mystica vitis. Tib. lib. 3.
Nunc ie Bacche canam. Virg. 2. Geor.
Huc pater ô Lenæe veni. Ibid.
— cape Mæonij carchæsia Bacchi. Virg. 4. Geor.
Adsit lætitiæ Bacchus dator. Virg. 1. Æneï.
— patriq; Lyæo. Inuerecundus Deus. Virg. 4 Æneï.
Præliis audax neq; te silebo Liber. Vir. Epod. 12.
— nec Semeleius Hor. l. c. o. 12.
Cum matre confundet Thyoneus Præliq. Ibid. o. 17.
— candide Bassareis. Ibid. od 18.
Thebanaq; iubet me Semeles puer, Ibid. od. 19.
— dissipat Euius Curas edaces. Hor. 2. c. o. 11.
— Euæ parce Liber, Ibid. o. 19.
— Deum Cingentem viridi tempora pampino. Ho. 3. ca. o. 15.
Thuraq; dant, Bacchumq; vocant, Bromiumq;, Ouid. 4. Met.
Lyæumq;.
Inigenamq;, satumq; iterum, solumq; bimatrem:
Additur his Niseusq;, indetonsusq; Thoneus,
Et cum Lenæo genialis consitor vuæ,
Mycteliusq;, Eleleusq; parens, & Iacchus, & Euan,
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes.
Odit Lenæus tristia verba pater. Tib. lib. 3.
Nec qui pampineis victor iuga flexit habenis. Virg. 6. Æneï.
Liber agens celso Nisæ de vertice tigres. Virg. 7. Geor.
Euohe Bacche fremens. Ouid. 3. Met.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioq; tener (si credere dignum est)
Insuitur femori maternaq; tempora complet:
Furti illum primis Ino matertera cunis
Educat, inde datum Nymphæ Nyseides antris
Occuluêre suis, lactisq; alimenta dedêre.
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur,
Tantaq; bis geniti sunt incunabula Bacchi.
Qua nouus huc veniet proles Semeleia Liber. Ibid.
— pampinea tetigisse bicorniger hasta. Oui. epist. 15.
— florens volitabat Iacchus, Catullus.
Solis æterna est Phœbo, Bacchoque iuuentus, Ibid.
Nam decet intonsus crinis vtrumque Deum. Tib. lib. 3.
Sed proles Semeles Bacchus. Prop. lib. 3.
Cymbala Thebano concrepuêre Deo.

Statius. *Et tu Bassaridum rotator Euan.*
Cla.1. de rap. Pro. — *latusq; simul procedit Iacchus*
Crinali florens edera, quem Phartica velat
Tigris, & auratas in nodum colligit vngueis,
Stat.1.syl. — *& Semeleius Euan.*

Baculus.

Virg.3.Æuei. *Trunca manum pinus regit & vestigia firmat.*
Oui.12. Met. — *mittentem stipite querno*
Ibid. *Occupat. Robore nodoso prædurag; tempora fregit.*
Iuuen. Sat. 2. — *nullo dextram subeunte bacillo.*
Se.in He. fur. — *cedant humeros*
Robora forteis, stipesq; potens
Duris oneret pectora nodis.
Oui.12. Met. — *fude figit obusta*
Ibid. *Membra leuant baculis, tardiq; senilibus annis*
Nituntur longo vestigia ponere cliuo. Vide PALVS.

Balneum.

Fortunat. *Reddidit interea prisco noua balnea cultu,*
Quo recreant fessos blanda lauacra viros.

Vide LAVARE.

Balsamum.

Virg.2.Geor. *Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama?*

Barba.

Candidior postquàm tondenti barba cadebat.
Virg.3 Geor. *Nec minus interea barbas, incanáq; menta.*
Virg 3. Æuei. *Immissáq; barba*
Mart. lib. 2. *Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ.*
Mart. lib. 1. *Dum nulla teneri sordent lanugine vultus.*
Ibid. — *& in pectus sordida barba cadit,*
Oui. 12. Met. — *prima tectus lanugine malas*
Ibid. *Barba erat incipiens, barbæ color aureus.*
Virg. 8. Æuei. *Aurea cæsaries ollis, atq; aurea vestis.*
Luc.2. Pharſ. — *mœstamq; genis increscere barbam.*
Lucret. lib.5. — *impubem molli pubescere veste,*
Et pariter mollem malis demittere barbam
Ouid.1.Fast. *Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.*
Ouid.15 Met. *Cæsariem longa dextra deducere barbam.*
Stat.3. Syl. *Vmbratusq; genas.*
Stat.4. Theb. *Dum roseis venit vmbra genis*
Virg.2. Æne. *Squalentem barbam & concretos sanguine crines.*
— *nosco crines incanaq; menta Regis Romani.*

Barbarus.

Virg. 5. Æne. — *gens dura atq; aspera cultu.*

Gensque

Gensque virûm truncis, & duro robore nata, Virg. 8. Æne.
Queis neque mos, neque cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami atque asper victu venatus alebat. Ibid.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis Composuit.

vide CRVDELIS,

Bellaria.

Nec te liba iuuant, nec secta quadra placentæ, Mart. lib. 3.
Circumlata diu mensis scriblita secundis. Ibid.
& adora liba per herbas. Virg 7. Æne.
Subiiciunt epulis sic Iuppiter ipse monebat,
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Poma cadunt mensis non inter dicta secundis, Oui. de nuce.
Et condit lectas parca colona nuces.
— nec adhuc mensa secunda venit. Mart. lib. 5. Ibid.
Mensæ numera si voles secundæ,
Marcentes tibi porrigentur uuæ,
Et nomen pira, quæ ferunt Syrorum
Et quas docta Neapolis creauit,
Lento castaneæ vapore tostæ.
— totumq; tulit prædiuite cornu Ouid 9. Met.
Autumnum, & mensas felicia poma secundas.

Vide EPVLÆ, & POMVM, & CONVIVIVM.

Bellum, & Belligerare.

Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes Virg. 2. Geor.
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, nec dum horrida miscent
Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis. Idem 3. Geor.
Atque hic undantem bello magnumq; fluentem
Nilum, ac nauali surgentes are columnas,
— ardentes accingar dicere pugnas. Ibid.
Illi alternantes multa vi prælia miscent Ibid.
Vulneribus crebris, lauit ater corpore sanguis.
Versaq; in obnixos urgentur cornua vasto Cum gemitu Ibid.
Præceps oblitum fertur in hostem, Vir. 4. Georg.
Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longe præscisce re, namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat & vox
Auditur fractos sopitus imitata tubarum:
Tum trepidæ inter se coëunt, pennisq; coruscant,

Spi-

Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem:
Ipsi per medias acies insignibus alis
Ibid. *Ingentes animos angusto in pectore versant.*
Ibid. *— & corpora bello Obiectant.*
Ibid. *Aut asper crebro imparibus se immiscuit armis,*
— aut vt nervo pulsante sagitta
Ibid. *Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.*
Cæsar, dum magnes in altum
Fulminat Euphratem bello, victorq; volentes
Per populos dat iura viamq; affectat Olympo.
Virg. 1. Æneï. *— vna cum gente tot annos Bella gero.*
Ibid. *Bellum ingens geret Italia.*
Ibid. *— videt Iliacas ex ordine pugnas Bellaq;*
Ibid. *— vti bellantes Pergama circum*
Ibid. *Hac fugerent Graij Bella cient*
Ibid. *Nunc quibus Aurora venisset filius armis.*
Virg. 2. Æneï. *— hic acies certarr solebant*
Ibid. *Arma amens capio, nec sat rationis in armis,*
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi, furor iraque mentem
Præcipitant, pulchrumq; mori succurrit in armis.
Ibid. *— Vix primi prælia tentant*
Ibid. *Portarum vigiles, & cæco Marte resistunt.*
— moriamur, & in media arma ruamus.
Multaque per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus multos Danaum demittimus Orco.
Ibid. *Et sese medium iniecit moriturus in agmen,*
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cædes
Armorum facie & Graiarum errore iubarum.
Ibid. *Hic vero ingentem pugnam, ceu cætera nusquam*
Bella forent, nulli tota morerentur in vrbe:
Sic Martem indomitum Danaosq; in tecta ruentes
Ibid. *Cernimus, obsessumq; acta testudine limen.*
Virg. 3. Æneï. *Rursus in arma feror.*
— sociis tunc arma capessant.
Edico, & dira bellum cum gente gerendum:
Haud secus ac iussi, faciunt, tectosq; per herbam
Disponunt enses & scuta latentia condunt.
Ibid. *Ære cauo inuadunt socij, & noua prælia tentant*

Ob-

Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres. Ibid.
— bellum me inferre paratis Jbid.
Et bello Iliacos fateor petiisse penates. Vir. 4. Æneid.
— quid bella Tiro surgentia dicam, Germanique minas? Ibid.
— non arma iuuentus Exercet, Ibid.
— aut tecum malit contendere bello. Ibid.
Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est Virg. 1. Æneid.
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus:
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat.
At bello audacis populi vexatus, & armis. Virg. 4. Æne.
Ergo inter sese paribus concurrere telis Virg. 1. Geor.
Romanas acies iterum videre Philippi.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum. Ibid.
Vicina ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe.
Pugnare Thracum est, tollite barbarum Hor. 1. ca o. 17.
Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis. Mart. lib 1.
Nec te decipiat ratibus naualis Enyo. Hor. 2 c. o. 14.
Frustra cruento Marte carebimus Ouid. 1. Met.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.
Non tuba directi, non ære cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat, sine militis vsu
Mollia securæ peragebant otia gentes.
— prodit bellum, quod pugnat vtroque, Ibid.
Sanguineáque manu crepitantia concutit arma. Mart. lib. 4.
Impia Parrhasia mouisti bella sub vrsa, Virg. 6 Æneid.
Qualia qui Pharia coniugis arma tulit. Jbid.
— noua bella mouentes. Ibid.
— resideſque mouebit Tullus in arma viros.
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies stragemque ciebunt? Ibid.
Ne pueri ne tanta animis assuescite bella, Virg. 7. Æneid.
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.
Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda.
Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,
Dissice compositam pacem, sere crimina belli,
Arma velit poscatque simul, rapiatque iuuentus. Ibid.
Arma amens fremit, arma toro, tectisque requirit,
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.
Ergo iter ad regem polluta pace Latinum Ibid.
Indicit primis iuuenum & iubet arma parari,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma. Ibid.

Ibid. *At q; ea per campos æquo dum Marte geruntur,*
Promissi dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ.
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes,
Ibid. *Accendam q; animos insani Martis amore.*
— *Cum prima mouent in prælia Martem;*
Ouid. epist. 5. *Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,*
Hircanisue, Arabisue parant, seu tendere ad Indos.
Virg. 8. Aenei. *Hic bellum assiduè ducunt cum gente Latina.*
Ibid. — *sub te tolerare magistro*
Militiam, & graue Martis onus.
Ibid. *Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant*
Virg. 9. Æneï. *Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse*
Suscitat, æratas q; acies in prælia cogit
Quisq; suos, varius q; acuunt rumoribus iras.
Ibid. — *nec curant cæco contendere Marte*
Amplius audaces Rutuli.
Ibid. — *ipsi in certamine rursus*
Succedunt, animas q; in aperta pericula mittunt.
Virg. 10. Aen. — *certatur limine in ipso*
Ausoniæ: magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis, & viribus æquis,
Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra
Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latina
Concurrunt, hæret pede pes, densus q; viro vir.
Ouï. 5. Met. *Sed sonus armorum superat, gemitus q; cadentum.*
Pollutóque simul multo Bellona penates
Ibid. *Sanguine perfundit, renouata q; prælia miscet.*
— *non nos odium, regni q; cupido*
Ouid. Epist. 3. *Compulit ad bellum, pro coniuge mouimus arma*
Arma cape Æacide, sed me tamen ante recepta,
Ouid. epist. 3. *Et preme turbatos, Marte fauente viros.*
Tit. lib. 1. *Ferrea sanguinea bella mouere manu.*
Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
Arma, nec audissem corde trementè tubam:
Nunc ad bella trahor, & iam quis forsitan hostis
Hæsura in nostro tela gerit latere.
Tib. lib. 2. *Præda feras acies cinxit discordibus armis,*
Hinc cruor, hinc cædes, mors propior q; venit.
Tib. lib. 4. *Iam simul audacis veniunt certamina Martis,*
Aduersis q; parant acies concurrere signis.
Boet. lib. 2. *Tunc classica sæua tacebant,*
Odijs neque fusus acerbis

Cruor

Cruor horrida tinxerat arma. Boet. lib. 4.
Iniustas acies, & fera bella mouent. Auson.
Gradiuus iubeat si capere arma ducem? Luc. 1. Pharſ.
— quid in arma furentem
Impulerit populum, quid pacem excuſſerit orbi.
Bellantem geminis tenuit te Gallia luſtris, Ibid.
Bellorum ô ſocij, qui mille pericula Martis
Mecum, ait, experti, decimo iam vincitis anno. Ibid.
Non ſecus ingenti bellorum Roma tumultu
Concutitur quam ſi Pœnus tranſcenderet Alpes Annibal Luc. 3. Pharſ.
At ſi funeſtas acies, ſi dira paratis Prælia diſcordes. Luc 4. Pharſ.
Martem ſæuus agit non multa cæde nocentem Ibid.
Inde vbi nulla data eſt miſcendi copia Martis, Sil. Ita. lib 3.
Nec vitam ſine Marte pati. quippe omnis in armis
Lucis cauſa ſita, & damnatum viuere paci.
— & ſæuus dolor Sen. in He. fu.
Æterna bella pace ſublata geret.
Tunc & bella fero tractantur Marte cruenta. Mart. lib. 3.

Vide CONFLIGERE.

Bellum Ciuile, *vide* CONTENTIO CIVILIS.

Bellum nauale, *vide* CERTAMEN.

Beneficium, Benemereri.

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum. Virg. 4. Æneï.
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.
Satis ſuperque me benignitas tua Ditauit. Ibid.
Quique ſui memores alios fecere merendo. Hor. Epod. 1.
— nec veſtra feretur Virg. 6. Æneï.
Fama leuis, tantique aboleſcet gratia facti. Virg. 7. Aen.
— meriti tanti non immemor vnquam.
— qua Mallius in re Virg. 9. Æne.
Iuuerit, aut quantis iuuerit officiis. Catullus.
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus,
Pro multis aliis redditur officiis. Idem.
Deſine de quoquam quicquam bene velle mereri.
Aut aliquem fieri poſſe putare tuum. Idem.
Si qua recordanti benefacta priora voluptas
Eſt homini. Idem.
O cui debere ſalutem Ouid. 7. Met.
Confiteor coniux quanquam mihi cuncta dediſti
Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum.

Vide DONVM.

Benignus & Benignitas.

Tib.lib.2. *Nam te nec vasti genuerunt æquora ponti,*
Nec flammam voluens ore Chimæra fero.
Scyllaque virgineam canibus submissa figuram,
Nec te conceptam sæua leæna tulit:
Barbara nec Scythia tellus, horrendáve Syrtis,
Sed culta, & diris non habitanda domus:
Et longe ante alias omnes mitissima mater,
Iſque pater, quo non alter amabilior.
Lu. ad Ca. Piſ. *— tu mitis, & acri*
Aſperitate carens, poſitoque per omnia faſtu,
Inter vt æquales vnus numeraris amicos.
Luc. 4 Pharſ. *— Cæſar facilis, vultuque ſerenus.*
Sil. Ital. lib. 3. *— mitis Battus, lachrymáſque dediſſe*
Caſibus humanis facilis,
Mart. lib. 5. *Pietate frater Curtios licet vincas,*
Quiete Neruas comitate Druſones.
Mart. lib. 6. *— quis blandior illo?*
Ouid. 1. Faſt. *Da mihi te placidum.*
Oui. 2. Triſt. *Maieſtas adeo comis vbique tua eſt.*
Oui 4. Triſt. *Tantáque in Auguſto eſt clementia, ſi quis ab ille*
Eleg. *Hæc peteret pro me, forſitan ille daret.*
Oui. 5. Triſt. *— accede, rogáque,*
Eleg. 2. *Cæſare nil ingens mitius orbis habet,*
Ibid. Eleg. 9. *Vel quia nil ingens ad finem Solis ab ortu*
Illo, cui paret, mitius orbis habet.
Oui. 1. de Pō. *Non tibi Theromodo, cruduſque rogabitur Atreus.*
Eleg. 3. *Quique ſuis homineis pabula fecit equis:*
Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.
Qui vincit ſemper victis vt parcere poſſit.
Oui. 3. de Pō. *Adde quod eſt animus ſemper tibi mitis, & alte*
Eleg. 2. *Indicium mores nobilitatis habent.*
Ou. 4. de pon. *Lenem te miſeris genuit natura, nec vlli*
Ele. 6. *Mitius ingenium, quam tibi Brute dedit.*
Ibid. *Mollior eſt animo fœmina nulla tuo.*
Ho. 1. ſer. ſat. 4 *Hic tibi comis, & vrbanus, liberque videtur.*
Stat. 1. Theb. *— tamen ille precanti Mitis*
Auctor. *Aſt Lenes tibi qui ſecunda placant*
Vultus ſydera, nantiumque mulcent Antennas Zephyri.

BERECYNTHIA, vide CYBELE.

Beſtia, & Beſtiarum diuerſa nomina.

Iuuen. Sat. 15. *— ſeparat hoc nos A grege mutorum.*

Cui

Cuius egent prona, & terram spectantia. Ibid.
Pronaq; cum spectent animalia cætera terram. Ouid. 1. Met.
Terra feras cepit. Ibid.
Pardus sustinet, improbæq; tigres, Mart. lib. 1.
Mordent aurea quod luputa cerui
Quod freno Libyci domantur vrsi,
Paret purpureis aper canistris,
Turpes esseda quod trahunt bisontes,
Cerui luporum præda rapacium. Hor. 4 c. 0. 4.
Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens. Virg. 7. Aene.
Quem circa tigres, simulacraq; inania Lyncum, Ouid. 3. Met.
Pictarumq; tacent fera corpora pantherarum.
— nec obliquo dente timendus aper. Oui. Epist. 4.
Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus. Catullus.
— magnas expellere phocas. Oui. epist. 10.
Carne fera sedant ieiunia, nec tamen omnes, Oui. 15. Met.
Quippe equus, & pecudes armentaq; gramine viuunt:
A quibus ingenium est immansuetumq; ferumq;.
Armenia tigres iracundiq; leones,
Cumq; lupis vrsi dapibus cum sanguine gaudent. Cla. 3. de rap.
Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum, Pro.
Erexisse caput, pecudum si more pererrant
Auia, si frangunt communia pabula glandis?
Haccine vita iuuat syluestribus abdita lustris, Cla. 3. in lau.
Indiscreta feris? Stilich.
— cerui currum subiere iugales,
Quod decus esse Dei primi sub lumine cœli
Roscida fœcundis concepit Luna cauernis:
Par nitor intactis niuibus, frons discolor auro
Germinat & spatio summas æquantia fagos Manil. lib. 4.
Cornua ramoso surgunt procera metallo.
Quadrupedum omne genus. Vide VENARI.

Bibere.

Et bibit humores. Virg. 2. Geor.
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis. Ibid.
— iubeo frondentia capris Vir. 3. Georg.
Arbuta sufficere, & fluuios prabere recentes. Ibid.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Ad puteos, aut altra greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis portare canalibus vndam. Ibid.
Tum tenues dare rursus aquas Ibid.
Et lac concretum cum sanguine potat equino. Ibid.
Pocula sunt fontes liquidi.

Ibid. *Hi noctem ludo ducunt, & pocula læti*
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.
— irriguumq; bibant violaria fontem.
Virg. 4. Geor. *— & flumina bibant Summa leues.*
Ibid. *— prius hausius sparsus aquarum Ore foue.*
Jbid. *Implentur veteris Bacchi.*
Virg. 1. Æneï. *Xantumque bibissent.*
Ibid. *Crateras magnos statuunt & vina coronant.*
Ibid. *— laticum libauit honorem.*
Ibid. *Primaque libato summo tenus attigit ore.*
Jbid. *Cum siccare sacrum largo Parmesida posset*
Ore, verecundam maluit esse sitim.
Virg. 1. Æneï. *— ille impiger hausit*
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro
Jbid. *Aulai in medio libabant pocula Bacchi*
Impositis auro dapibus, paterasque tenebant.
Ouid. 1. Met. *— limosaque flumina potat,*
Hor. Epod. 9. *Quando repostum cæcubum ad festas dapes,*
Victore lætus Cæsare.
Tecum sub alta (sic tibi gratum) domo,
Hor. Epod. 14 *Beate Mœcenas, bibam*
Pocula letha, vt si ducentia somnos.
Vir. Eclog. 5. *Arente fauce traxerim*
Ibid. *— nulla neq; amnem libauit quadrupes.*
— per æstum
Vir. Eclog. 7. *Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.*
Virg. Eclog. 8 *Huc ipsi potum venient per prata iuuenti.*
Ho. 1. ca. o. 17. *cum canibus timidi venient ad pocula damæ:*
Jbid. o. 20. *— pocula Lebsij Ducis sub vmbra.*
Jbid. *Vile potabis modicis Sabinum Cantaris.*
Ibid. o. 27. *Cæcubum prælo domitam vuam, colono Tu bibes*
Jbid. o. 13. *Vultus seueri me quoque sumere Partem Falerni?*
— diues, & aureis.
Ibid. o. 37. *Mercator exiccet cululis Vina Syra reparata merce.*
Prop. lib. 3. *Nunc est bibendum*
Prop. lib. 1. *— quámue bibistis aquam,*
Hor. 2. c. 3. o. *Lesbia Mensoreo vina bibas opere.*
— reclinatum bearis
Ibid. od. 5. *Interiore notæ Falerni.*
Jbid. od. 7. *— nunc fluuij grauem Solantis æstum.*
Jbid. *Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi.*
— nec Parce cadu tibi destinatis
Ibid. o. 11. *Obliuioso Leuia Massico Ciboria exple.*

— Assy-

Fulgens contremuit domus Saturni veteris. Ho. 2. c. o. 12.
— & quod tegit omnia cœlum. Ouid. 1. Met.
Et liquidum spisso secreuit ab aëre cœlum Ibid.
Hac super imposuit liquidum, & grauitate carentem Ibid.
Aethera, nec quicquam terrenæ fecis habentem.
Astra tenent cœleste solum. Ibid.
— cœlumq; tueri Ibid.
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.
Neue foret terris securior arduus æther. Ibid.
Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sydera montes.
Quæ pater vt summa vidit Saturnius arce Ibid.
cœlo manifesta sereno Ibid.
Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis, Ibid.
Regalemq; domum dextra, lœuaque deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Haud timeam magni dixisse palatia cœli, Ibid.
Cœlestesq; plagas Ouid. 12. Met
— cœlumq; quod imminet orbi. Quid. 2. Met.
Hac super impositu est cœli fulgentis imago, Ibid.
Signaq; sex foribus dextris totitemq; sinistris,
— superasq; euadere ad auras. Virg. 6. Æneï.
Panditur interea domus omnipotentis Olympi, Virg. 10. Æn.
Sideream in sedem. Ibid.
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum. Virg. 11. Æne.
— clamorem ad cœli sidera tollunt. Ibid.
— cœla deiecit ab alto. Virg. 5. Æneï.
— supera ad conuexa ferebat, Virg 6. Æneï.
Quantus ad æthereum cœli conspectus Olympum, Ibid.
— superumq; ad lumen ituras Ibid.
— omnes supera alta tenentes. Ibid.
— magnum cœli ventura sub axem. Ibid.
Aurea nunc solio stellantis regia cœli Accipis. Virg. 7. Æneï.
— ad sidera rursus Ibid.
Ætheria, & superas cœli veniisse sub auras.
— atherios humero qui sustinet orbes. Virg. 8. Æne.
Primus ab atherio venit Saturnus Olympo. Ibid.
— pondus alti sideris. Auctor.
Ad suprema veheni chasma palatia. Idem.
— athereis dunec adorea. Idem.
Victrix spiritui iungat in arcibus.
Tota celsarum domus apparata Idem.
Sedium plaudet.

Virg 9. Æne. — vnde hæc tam clara repente
Tempestas? video medium discindere cœlum,
Palantesq; polo stellas.
Virg.12. Æne. — demittit ab æthere summo,
Ouid.5. Met. Aetherias ausum sperare Tiphoea sedes.
Tib.lib.4. Pendentiq; super claudantur vt omnia cœlo.
Boet.lib.1. O stelliferi conditor orbis.
Boet. lib.2. Late patentes ætheris cernat plagas.
Boet.lib.4. — sic astrigeris
Bellum discors emulat oris
Cla.lib.1. Namque poli media stellantis in arce videbar:
Statius. — flammiferos teneret axes.
Oui.1. de art. Munus habe cœlum, cœlo spectare sidus.
Oui.2. de art. Non ego sidereas affecto tangere sedes.
Luc.1. Pharſ. Astra petes serus, prælati regia cœli
Excipiet gaudente polo.
Jbid. Aetheris immensi partem si presseris vnam,
Sentiet axis onus, librati pondera cœli;
Orbe tene medio pars ætheris illa sereni Tota vacet.
Luc.3. Pharſ. Tunc superum conuexa tremunt, atque arduus axis
Insonuit, motaque poli compage laborant.
Luc. 7. Pharſ. Extremiq; fragor conuexa irrupit Olympi.
Ouid.2. Met. — cœlestia tecta. Regia cœli
Ibid. — ingentia mœnia cœli Per cœli cærula.
Ibid. — superum petit æthera.
Luc.8. Pharſ. — sequitur conuexa Tonantis,
Quæ niger astriferis connectitur axibus aër.
Lucr. lib. 1. — sublimaque.
Ibid. — sub cœli tegmine. cœlique serena.
Jbid. — cœli lucida templa.
Ibid. Neue ruant cœli tonitralia templa.
Lucr. lib. 5. Nam cum suspicimus magni cœlestia mundi
Templa super: stelliſque micantibus æthera fixum.
Ouid 4. Met. — teque refer cœli melioris ad auras.
Ibid. — superasq; deorum Impleuêre domos.
Sil.Ita.lib.13. — ituro Aetheream in lucem.
Se in He.fur. — cælitum sedes pete, cælitum penetrat domos.
Ibid. Per alta vado spatia sublimis ætheris,
Sen.in Med. Hæc summa virtus, petitur hac cœlum viâ:
Sen.in Oct. Sic ille patriæ primus Augustus parens Complexus astra est
Sen. in Her. Oct. Quid me tenentem regna siderei proli,
Cœloque tandem redditum plaudu iubes
Sentire fatum? parce, nam virtus mihi

In astra, & ipsos fecit ad superos iter. Ouid. 6. Fast.
Defensor solij Iuppiter alte tui.
— sydereos cœli rediturus ad axeis. Cla. 2. de rap. Pro.
— nec plura loquutus
Sicut erat liquido signauit tramite nubeis, Cla. 1 in Cos.
Ingrediturq; globum Lunæ, lumenque reliquit Hono. Aug.
Arcadus, & Veneris clementeis peruolat auras:
Hinc Phœbi permensus iter, flammamq; nocentem
Gradiui, placidumq; Iouem stetit aree suprema
Argenti qua zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur cœli, rutilæq; patescunt
Sponte fores, Arctoa parat connexa Bootes,
Australeis reserat portas succinctus Orion,
Inuitantque nouum sidus, pendentque vicissim
Quas parteis velit ille sequi, quibus esse sodalis
Dignetur stellis, aut qua regione moueri.
— vt altus Olympi Cla. in Coss.
Vertex, qui spatio ventos, hyemesq; relinquit, Manili.
Perpetuum nulla temeratus nube serenum,
Celsior exurgit pluuijs, auditq; ruenteis
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitura calcat.
— licet arctior omnes
Limes agat stellas, & te plaga lucida cæli, Stat. 1. Theb.
Pleiadum, Boreæq;, & hiulci fulminis expers
Sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
Ipse tuis altè radiantem crinibus arcum
Imprimat aut magni cadat tibi Iuppiter æqua, Parte poli.
— rapidi super atria cæli Ibid.
Summaque complexus stellantis culmina cæli, Manil. lib. 2.
— cælique oras, & sidera tangant. Ibid.
— cæli fulgentia templa Vide ASCENDERE. Manil. lib. 5.

CALAMITAS, vide ADVERSITAS.

CALCARE, vide CONCVLCARE.

Calceus.

Coccina non læsum cingit aluta pedem. Mart. lib. 1.
Pes malus in niuea semper celetur aluta. Oui. 3. de art.
Nec soleas fecit sutor. Ho. 1. se. Sat. 3.
— & rupta calceus alter Pelle patet, Juuen. Sat. 14.
Per glaciem perone tegi. Se. in Hippo.
Luteo plantas cohibente socco. Mart. lib. 11.
Quam redis à crassa calceus vdus aqua.
Calceus est sarta terq;, quaterq; cute, Mart. lib. 1.
Hædina tibi pelle contegenti Idem lib. 12.

Nudæ tempora, Verticémq; caluæ,
Festiuè tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit, caput esse calceatum.

CALEFACERE, vide IGNIS.

CALERE, & CALOR, vide ÆSTAS, & DEFATIGARI.

CALIGINOSVS, vide TENEBROSVS.

Calix.

Virg. 1. Geor. — *cape Mœnij carchesia Bacchi.*
Virg. 2. Æne. *Hic regina grauem gemmis, auroq; poposcit,*
Ibid. *Impleuitq; mero pateram. Crateresq; auro solidi.*
Virg. 3. Æneï. — *spumantia cymba lacte, magnum cratera corona*
Ibid. *Induit, impleuitq; mero.*
Hor. Epod. 9. *Capaciores affer huc puer scyphos.*
Virg. Eclo. 3. — *pocula ponam*
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.
Natis in vsum lætitiæ scyphis.
Hor. 1. c. o. 27 *Bimi cum patera meri Vile potabis modicis Sabinum*
Ibid. o. 19. *Cantaris, Græca quod ego ipse tecta Conditum leui.*
Ibid. o. 20. — *aureis Mercator exciccet cullullis Vina,*
Ibid. o. 31. *Sume Mœcenas cyathos amici*
Hor. 3. c. o. 8. *Nec Lestrigonia Bacchus in amphora.*
Ibid. o. 16. *Miscentur cyathis pocula commodis.*
Ibid. od. 19. *Condantur parco fusca Falerna vitro.*
Mart. lib. 2. *Languentiq; manu carchesia mista tenebat.*
Ouid. 12. Met. *Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens.*
Virg. 5. Æne. *Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis.*
Ibid. — *collucent pocula mensis.*
Catullus. *Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis*
Tib. lib. 1. *Pocula, de facili composuit q; luto.*
Prop. lib. 1. *Lesbia Mentoreo vina bibas opere.*
Prop. lib. 4. *Murrheaq; in Parthis pocula cocta focis.*
Sil. Ita. lib. 13. *Poculaq; Eoa luxum irritantia gemma.*
Sil. Ita. lib. 14. *Iam simul argento fulgentia pocula, mixta*
Queis gemma quæsitus honos.
Mart. lib. 9. *Pocula Mentorea nobilitata manu.*

Caminus.

Hortor amare focos, arcemq; attollere tectis.
Virg. 3. Æneï. — *ruptis flammam expirare caminis.*
Ibid. *Et iam summa procul villarum culmina fumant:*
Virg. Eclo. 1. *educta caminis Mœnia.*
Virg. 6. Æneï. *Culmenq; multo lumine sordidum.*
Statius. — *semperq; ardente camino. Non sine fumo.*
Iuuen. Sat. 14. — *extructa caminis Culmina.*

Vdos cum folijs ramos vrente camino. Cla. 1. de rap.
— vtq; solent pleni resonare camini, Ouid. 7. Met.
Aut vbi terrena silices fornace soluti.
Concipiunt ignem liquidarum aspergere aquarum.

CAMPE, vide PAPILIO.

CANDELA, vide LVCERNA, & ILLVMINARE.

CANERE, vide CANTARE.

Canis, & Canum nomina.

Nec tibi cura canum fuerit postrema. Virg. 3. Geor.
Velocis Spartæ catulos, acremq; Molossum. Ibid.
Hinc canibus blandis rabies. Jbid.
Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis. Hor. Epod. 5.
Latrent Suburanæ canes. Jbid.
Nam qualis aut Molossus, aut fuluus Lacon.
(Amica vis pastoribus.)
— multum latrante Lycisca. Virg. Eclo. 3.
Seu visa est catulis cerua fidelibus. Hor. [illegible]
— latratoresq; Molossi Obscæniq; canes. Mart. lib. 12.
— sæuitq; canum latratus in auras. Virg. 5. Ænei.
— gressumq; canes comitantur herilem. Virg. 8. Æne.
— odora canum vis Virg. 4. Æne.
Mænalius lepori det sua terga canis. Oui. 1. de art.
— videre canes, primusq; Melampus. Ouid. 3. Met.
Ichnobatésq; sagax latratu signa dederunt,
Gnósius Ichnobates, Spartana gente Melampus,
Inde ruunt alij rapida velocius aura
Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus Arcades omnes,
Nebrophonósq; valens, & trux cum Lelape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hyleusq; ferox nuper percussus ab apro,
Déq; lupo concepta Nape, pecudésq; secuta
Pœmenis, & natis comitata Harpya duobus,
Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.
Et Dromas, & Canache, Stictæq;, & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris,
Præualidusq; Lacon, & cursu fortis Aëllo,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpalos, & Menalaus, hirsutáq; corpore Lachne,
Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati
Labros, & Agriodos, & acutæ vocis Hylactor,
Quósq; referre mora est.
Et demam celeri ferrea vincla cani. Tib. lib. 4.

Prop.lib.2. — audaces ipse monere canes.
Ou.1.de rem. Nec desunt comites sedula turba canes.
Ouid.7.Met. Nec naribus acreis Ire caneis.
Sat.2.Achill. — Ne nuntiet hostes
Cura canum, & trepidas moneat vigilare magistras,
Manil. lib.7. — catulos nutrire sagaceis.
Quin etiam blandas mouere per aëra caudas
Nostrásq; adulantes comitant vestigia.

Vide VENARI.

Canistrum.

Vir.1.Georg. Virgea præterea Celei, vilisq; suppellex
Vir.10.Eclo. & gracili fiscella texit hibisco
Mart.lib 1. Parca cistula non capax oliuæ.
Virg.1.Geor. Nunc facilis rubia texatur fiscina virga.
Virg. Eclo.2. — tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis.
Mart.lib.3. — sportularum fabula
Tib.lib.1. — myrteq; canistra
Vincta geram.
Prop.lib.3. Et dare purpureis plena canistra rubis.
Oui.2.de art. Afferat ille calatho rustica dona puer,
Oui.2. Meta. — texta de vimine cista.
Ouid.4. Fast. Hæc implet lento calathos è vimine nexos.
Virg.8 Æneï. Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, grissumq; canes comitantur herilem.

Cantare, & Cantus.

Virg.4. Geor. Te dulcis coniux, te solo in littore secum
Te veniente die, te decedente canebat.
Catullus. Cantare hæc suis adorta est tremebunda comitibus.
Ibid. Mulcentem tigres & agentem carmine tigres.
Virg.2.Æneï. — circum pueri, innuptæq; puellæ. Sacra canunt,
Virg.1.Geor. Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas.
Ibid. — & carmina dicat.
Virg.Eclog.1. Siluestrem tenui musam meditaris auena.
Ibid. tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amarillida syluas,
Ibid. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
Ibid. Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Ibid. Carmina nulla canam.
Virg Eclo.2. Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.
Ho.3.ca o.11. — dum grato Danai puellas Carmine mulces.
Oui.10.Met. — pulsisq; ad carmina neruis,
Ouid.11.Met. Orphea percussis sociantem carmina neruis.

Omni-

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos Hor.1.Se.sat.3.
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquam desistant.
— concentu, victus vocisq; lyræq; est.
Assiduo resonat cantu. Oui. 11. Met.
Nec non Threïcius longa cum veste sacerdos Virg. 7. Æne.
Obloquitur numeris septem discrimina vocum. Virg. 6. Ænei.
— Hic fretus doctas anteire canendo Aonias,
Dicunt in tenero gramine pinguium Stat. 4. Theb.
Custodes ouium carmina fistulæ. Hor. 4. c. 0. 12
Et mulcere breui sidera cantico.
Vestris aura choris gestiat, Angeli, Auctor.
Diuersosq; sacro pollice nerulos. Idem.
Tangentes melicis edite vocibus:
Auctor nascitur omnium
Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu.
— & sidera voce sequentem
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora. Cla. 1. de rap.
Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures, Pro.
Tantaq; dos oris Vir. 10. Aenei.
Nuptialia concinens Voce carmina tinnula, Ouid. 5. Met.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu. Catullus.
Mouit & ad certos nescia membra modos. Tib. lib. 1.
Festis cantibus ipsa pertonabo. Statius.
— nos otia vitæ solamur cantu. Idem.
— nectit quicunq; canoris Eloquium vocale modis. Iuuen. Sat. 7.
— sed rarior arte canendi Oui. 14. Met.
Vnde canens dicta est syluas, & saxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, volucresq; vagas retinere solebat:
Quæ dum fœmineæ modulatur carmina voce.

Vide AVES CANERE, & TESTVDINEM TANGERE.

Caper, Capra.

Caprigenumq; pecus. Virg. 3. Ænei.
— distentas lacte capellas. Vir. Eclog. 7.
Syluestres vti assiduè capreæq; sequaces illudunt. Vir. Eclog. 2.
— non me pascente capellæ, Virg. Eclog. 1.
Florentem cythisum aut salices carpetis amaras.
Ite meæ (quondam felix pecus) ite Capellæ Ibid.
Non ego vos posthac, viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo. Virg. 2. Geor.
— aut vrentes culta capellas. Ibid.
— capraq; sequaces. Dux pecoris hircus Ibid.

Ibid. — *stabit sacer hircus ad aram.*
Virg 3. Geor. — *luctantur cornibus hædi*
Virg.4. Geor. — *hirtasq; capellas Hædiq; petulci.*
Hor.Epod.10 *Libidinosus immolabitur caper.*
Virg.Eclog 2 *Præterea duo capreoli*
Ibid. — *Florentem cytisum sequitur lasciua capella.*
Virg Eclog.7 *Vir gregis ipse caper deerrauerat.*
Vir Eclog.9. *Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.*
Vir. Eclo. 10. *Duus tenera attondent simæ virgulta capellæ.*
Hor.3.c.o.13. — *hædo cui frons turgida cornibus Primis.*
Oui. Epist.15. — *nec amantis saxa capellæ.*
Tib. lib.1. *Præterea teneri tremulis cum vocibus hædi*
Lucr lib 2. *Cornigeras norunt matres,*
Lucr.lib.5. *Barbigeras pecudes.*
Lucan. lib.6. *Barbigeras oleaster eo iuuat vsque capellas.*

Capilli.

Virg 1. Æneï. *Ambrosiaq; comæ diuini vertice odorem Spirauere.*
Virg.4 Æneï. — *crines effusa sacerdos*
Virg.4. Æneï. *Flauenteisq; abscissa comas*
Virg.6.Æneï *Viperium crinem vitis innexa cruentis.*
Virg.7.Æneï. *Ventis dant colla comasq;*
Vir.4.Georg *Cæsariem effusa nitidam per candida colla,*
Virg.1. Æneï. — *dederatq; comas diffundere ventis.*
Ibid. — *ceruixq;, comæq; trahuntur.*
Ibid. *Crinibus Iliades passis. Et crines flauos,*
Ibid. — *namque ipsa decoram*
Cæsariem nato genitrix adflarat.
Virg.2. Æneï. — *& concretos sanguine crines. Crinemq; flagrantem:*
Ibid. — *cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum.*
Virg 4. Æne. — *molliq; fluentem*
Ibid. *Fronde premit crinem fingens atque implicat auro,*
Ibid. *Vitta coercebat positos sine lege capillos.*
Ouid.1. Met. *Spectat inornatos collo pendere capillos.*
Ibid. *Et quid si comantur, ait.*
& crinem sparsum ceruicibus afflat
Ibid. *Vtq; meum intonsis caput est iuuenile capillis.*
Hor. Epod.5. *Crines & incomptum caput.*
Hor.1.ca.o.5. *Cui flauam religas comam.*
Jbid. o.12. *Incomptis Curium capillis Nigroq; Crine decorum.*
Ibid. o 31. — *& rosa Canos odorati capillos.*
Hor. 2. c.o.11. — *incomptum Lacena*
Ibid. *More comam religata nodum.*
Ho.3.c.o.20. — *& leni recreare vento*

Spa-

Sparsum odoratis humerum capillis.
Dumq; decent fusæ lacteæ colla iubæ, Mart.lib.1.
— molleſque flagellent Ibid.
Colla comæ, tortas non amo Flacce comas,
Tempora perfringit fulua protecta capillo. Oui.12.Met.
— aurea Ex humeris medios coma dependebat in armos. Ibid.
— vt ſit coma pectine leuis, Ibid.
Vt modo rore maris, modo ſe violauit, roſaue
Implicet interdum canentia lilia geſtet,
Parsin mole ſedens virides ſiccare capillos. Oui.12. Met.
— crines Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes. Vir.12. Aene.
Sanguine turpantem comptos de more capillos. Virg.10. Æn.
Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis. Virg.8. Æneid.
— ver & in aureo Pubeſcat varijs crine coloribus. Auctor.
— fuſos ceruix cui lactea crines Virg.10.Aen.
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.
— mouenſque decoro Ouid.6.Met.
Cum capite immiſſos humerum per vtrumque capillos.
— ornabant aurata monilia collum, Ouid.5. Met.
Et madidos myrrha currum crinale capillos.
Splendidas quatiunt comas. Catullus.
Aureas quatiunt comas Idem.
Quiſquis inornatumq; caput, crineſque ſolutos Tib.lib.2.
Aſpiceret, Phœbi quæreret ille comam.
Intonſi crines longa ceruice fluebant, Tib.lib.3.
Spirabat Tyrio myrrhea rore coma.
Lucta purpureas nouate vitas. Crinem comite. Statius.
— croceas irreligata comas. Oui.1. de art.
Ecce iacent collo ſparſi ſine lege capilli. Oui. epiſt.21.
Non Arabo noſter rore capillus olet. Ibid.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix. Oui.Epiſt.19.
— cui vitta ligabat Sil.Ital.
Purpurea effuſos per colla nitentia crineis,
Quæ crine vicit Betici gregis vellus, Mart.
Rheniq; nodos aureamq; nitellam.
Spargere effuſos ſine lege crineis, Senec.
Dic & argute properet Neera Hor.od.14.
Myrrheum nodo cohibere crinem
Lenit alteſcens animos capillus Ibid.
Rurſus adducto reuocare nodo. Oui.1.Faſt.
Nayades effuſis aliæ ſine pectinis vſu, Mart.lib.10.
Pars aderat comptis arte manuq; comis.
Raros colligit hinc, & hinc capillos,

Et latum nitidæ Marine caluæ
Campum temporibus tegis comatis,
Sed moti redeunt iubente vento,
Redduntur que sibi, caputque nudum
Cirris grandibus hinc, & inde cingunt
Inter Splendophorum, Telesphorumque.
Cide stare putabis Halmyroten.
Vis tu simplicius senem fateri?
Vt tandem videaris vnus esse,
Oui. 15. Met. *Tonsor iam reliquis metat capillos,*
Cla. 3. de ra. Pro. *Caluo turpius est nihil comato.*
Stat. 1. Achil. *Electro simileis faciunt, auroque capillos,*
— pulchrior auro Cæsaries.
Ouid. 2. Met. *— fuluoq; nitet coma gratior auro.*
Oui. 13. Met. *Ecce venit rutilis humeros protecta capillis.*
— coma plurima toruos
Prominet in vultus, humerosque, & lucus obumbrat.

Vide CAPVT.

Capitolium.

Virg. 8. Æne. *Hinc ad Tarpeiam sedem & Capitolia ducit.*
Ibid. *Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.*
Auctor. *Sons vbi scutis iacet interempta virgo Sabinis.*
Virg. *— capitoli immobile saxum.*

Caput.

— & fulua ceruice leæna.
Virg. 3. Geor. *— superant capite, & ceruicibus altis.*
Virg. 2. Æne. *— visus Iuli*
Ibid. *Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli*
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
Ouid. 1. Met. *Terrificam capitis concussit terque, quaterque Cæsariem.*
Hor. Epod. 5. *Crines, & incomptum caput.*
Oui. 12. Met. *Tempora perfringit fuluo protecta capillo.*
Virg. 9. Æn. *Et mediam ferro gemina inter tempora frontem*
Diuidit, impubesque immani vulnere malas.
Auson. *Tecta hominis nudum iam cute caluitium.*
Luc. 1. Pharſ. *Turrigero canos effundens vertice crines.*
Mart. lib. 10. *Et latum nitidæ Marine caluæ*
Campum temporibus tegis comatis.

Carcer, Carcerare.

Virg. 4. Geor. *Hic iuuenem in latebris auersum à lumine Nymphæ*
Collocat
Sen. in Oct. *— captosque regeis Carcere clausit.*
Virg. 1. Ænei. *— vinclis, & carcere frænat.*

Sed

Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris, Ibid.
Hoc metuens, molemq; & montes deſuper altos Impoſuit, Luca. 2. Phar.
Viderat immenſam tenebroſo in carcere lucem. Virg. 6. Æneï.
— nec auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.
Vidi cruentos carcere includi duceis.
Atra, quas (vbi parietes hiatu Se. in He. fur.
Nullo tergeminæ premit recluſos Auctor.
Moles imbricis) obſerauit vmbra.
Formidabile iamdiu barathrum. Ouid. 3. Met.
Protinus abſtractius ſolidis Tirrhenus Acœtes
Clauditur in tectis. Oui. epiſt. 14.
Clauſa domo teneor, grauibusq; coërcita vinclis,
Eſt mihi ſupplicij cauſa fuiſſe piam. Jbid.
Abſtrahor à patriis manibus, raptamq; capillis
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet. Sil. Ital. lib. 2.
Vidi ego cum geminas arctis poſt terga catenis
Succinctus palmas vulgo traheretur ouante Manil. lib. 5.
Carceris in tenebras.
Carceribus claudunt raris & compede nexant.

Vide CLAVDERE, & LIGARE.

Cardinalis.

Pulchra non equidem cardineæ caput
Obduxiſſe tibi pœnitet infulæ Palma conſpicuum. Auctor.
— purpureum trahet Senatum.
— & rubei togas Statius.
Aſpernata ſenatus, Auctor.
Lunis proh, tua coccinis
Fulgentem ſuperi numinis intimum
Munitum fidei Chriſtidicæ aggerem,
Vnctorémq; trucidat
Inclementia regium.

Carduus.

Lappæq; tribuliq; abſint Virg. 2.
— ſegniſq; horreret in aruis Carduus. Virg. 2 Geor.
Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis. Vir. Eclog. 5.
— tribuliq; fatigant Triticeas meſſes. Ouid. 5. Met.
Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis. Tib. lib. 2.

Carere.

Lac mihi non æſtate nouum non frigore deſit Vir. Eclog. 2.
Aruáq; Riphæis nunquam viduata pruinis, Vir. 4. Georg.
Immunem tanti belli. Virg. 12. Æn.
Hoſte vacare domos. Virg. 3. Æneï.

Ouid.1. Met. — terræ mortalibus orbæ.
Ibid. Neu regio foret vlla suis animalibus orba.
Luc.4 Pharſ. Iámq; inopes vndæ.
Luc.5. Phar. Iuris inops, careat tantum ne nomine tempus.
Auctor. — pastoris egens vrbs.

CARMEN, vide COMPONERE.
CARMEN DEDICARE, vide DEDICARE.
CARMEN RVDE, SEV NIHILI, vide CVCVLVS.
Errare, Excusationes & Nugæ.
CARPERE, vide COLLIGERE.
Casa.

Ouid.6.Fast. — stipula tunc tecta virebant.
Et paries lento vimine textus erat.
Luc.3.Pharſ. — vacuamq; relinquit
Quá caret hoste ratem,
Luc.9. Pharſ. Iamq; procul nemorum raræ se attollere frondes.
Surgere congesto non culta mapalia culmo.
Vir. 3. Georg. — & raris habitata magnalia tectis.
Virg. 1. Æneï. Miratur molem Æneas mapalia quondam.
Virg Eclo.1. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.
Vir Eclog.2. Atq; humiles habitare casas.
Ouid.3.Fast. Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.
Ouid.5. Met. — contectam stramine vidit
Forte casam, paruasq; fores pulsauit.
Catullus. Rustica agricolæ bonis Tecta frugibus expleſ.
Ouid.4.Fast. — nec exiguæ despice tecta casæ.
Tib.lib.1. Occupat in parua pigra senecta casa.
Proper.lib.2. Straminea posset dux habitare casa.
Luc. 5. Pharſ. Haud procul inde domus non vllo robore fulta,
Sed sterilis iunco, canaq; intexta palustri,
Ibid. Et latus inuersa nudum munit a faselo.
— prædam ciuilibus armis
Scit non esse casam: ô vitæ tuta facultas
Pauperis angustiq; lares.
Iuuen. Sat. 6. — cum frigida paruas
Præberet spelunca domos ignémque, larémque.
Et pecus & dominos communi clauderet vmbra.
— vastatis dissecta mapalia tectis.
Sil.Ita. lib 12. Lustrauitque casam, culmique è stramine fultum
Sil. Ita. lib.15. Pressit læta torum.
Castra leui calamo, cannaque intorta palustri.
Sil.Ita.lib.17. Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor.
Humiles tecti plebeia domus.
Sen. in Hipp. Quæ fuerit nostri, si quæris, regia nati,

Aspice de cannis straminibusque domum: Ouid.3.Fast.
Instipula placidi capiebat munera somni,
Et tamen ex illo venit in astra toro.

Carthago, Carthaginensis.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni Carthago. Virg.1. Æneid.
— Tyrias olim qua verteret arces. Ibid.
— atque noua pateant Carthaginis arces. Ibid.
— ponuntque ferocia Pœni corda. Ibid.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem: Ibid.
— ad vrbem Sidoniam puer ire parat.

Caseus, & Lac.

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis Virg.3. Geor.
Nocte premunt, quod iam tenebris, & Sole cadente
Sub lucem exportant calatis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.
Et lac concretum cum sanguine potat equino. Ibid.
Pinguis & ingrata premeretur caseus vrbi, Virg. Eclo. 1.
— & pressi copia lactis, Ibid.
— niuei quam lactis abundans. Virg Eclo.2.
Lac mihi non astate nouum, non frigore defit, Ibid.
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis. Virg.Eclog.5.
— veluti concretum vimine querno Ouid. 12. Met.
Lac solet, vt vel liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.
Et miscere nouo docuisse coagula lacte, Tib.lib.2.
Lacteus & missis obriguisse liquor:
Tunc fiscella leui detexta est vimine iunci, Ouid. 4. Fast.
Raraque per nexus est via facta sero.
Vbera plena premam, referat mihi caseus ara. Mart. lib. 8.
Dentque viam liquido vimina rara sero. Ouid. 13. Met.
Aut massam modo lactis alligati. Ouid. 8. Met.
— lactis massa coacti.
Lac mihi semper adest niueum, pars inde bibenda,
Seruatur, partem liquefacta coagula durant
— cum lacte coagulo passo. Ouid. 14. Met.
Spumea mulctra gerunt niueos. Prudent.
Vbere de gemino latices
Perque coagula densa liquor
Insolidum ait, & fragili
Lac tandem premitur calatho.

Casses.

— suspendit aranea casses. Virg. 4 Geor.
Seu rupit tretes Marsus aper plagas. Ho. l. 2. o. 1.

Non

Ouid.1. de ar. *Non bene de laxis cassibus exit aper.*
Ibid. *Hos caua contento retia fune trahunt.*
Oui.2.de art. *Decidit in casses præda petita meos.*
Ouid.2.de re. *In laqueos auceps deciderat ipse suos.*
Jbid. *Qua nimis apparent retia vitat auis.*
Ouid.7.Met. *Illa leui velox superabat retia saltu.*
Summaque transibat positarum lina plagarum.

Vide AVCVPARI. & VENARI.

CASTANEA, *vide* POMA.

Castitas, Castus, & Casta.

Virg.2.Geor. *Casta pudicitiam seruat domus*
Virg.4.Geor. *Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes*
In Venerem soluunt.
Virg.4.Æne. *Solane perpetua mærens carpere iuuenta,*
Nec dulces natos Veneris nec præmia noris?
Virg.3. Geor. *Frigidus in Venerem senior.*
Vir.4.Æneid. *--placidone etiam pugnabis amori.*
Ibid. *— thalami expertem sine crimine vitam Degere.*
Mart.lib.4. *— virgine castior pudica.*
Mart.lib.8. *Disce verecundo sanctius ore loqui.*
Nuda recede Venus, non est tuus iste libellus.
Juuen.Sat.3. *Credo pudicitiam Saturno rege moratam In terris,*
Ho.3. c.o.24. *Virtus & metuens alterius viri.*
Certo fœdere castitas,
Hor.5.cā.o.5. *Et peccare nefas, aut pretium est mori.*
Auctor. *Nullis polluitur casta domus stupris.*
Catullus. *Venerem iocosq; Calcai.*
lib.2. *Et pudicitiam suæ Matris indicet ore.*
Tib.lib.2. *Casta placent superis, pura cum veste venite.*
Prop.lib.1. *Occidit Argiuæ fama pudicitiæ.*
Prop.lib.4. *Incorrupta mei conserua fœdera lecti.*
Auson. *Seruaui fateor, morte pudicitiam.*
Jdem. *— vixi sine vulnere famæ.*
Oui.epist.16. *Sum rudis ad Veneris furtum, nullaq; fidelem*
Oui. epist.15. *(Dij mihi sunt testes) lusimus arte virum,*
Oui.Epist.16. *An pudet, & metuis Venerem temerare maritam.*
Castaq; legitimi fallere iura tori.
Rustica sim sanè, dum non oblita pudoris.
Dúmq; tenor vitæ sit sine labe meæ,
Ibd. *Fama tamen clara est, & adhuc sine crimine vixi,*
Jbil. *Et laudem de me nullus adulter habet.*
Lucā.Pharſ. *Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo.*
— castiq; modestia vultus.

Prater

Pratereà castum ingenium, vultúmq; modestum, Iuuen. Sat. 10.
— pactamq; per aras Sil. Ita. lib. 14.
Haud facilis temerare fidem, socialia iura
Ausoniis multos seruarat casta per annos. Mart. lib. 6.
Castus moribus, integer pudore Mart. lib. 12.
Cum tibi nota tui sit vita fidésq; mariti,
Nec premat vlla suos, sollicitétve toros.
Penelope decus atq; suum, tui tanta paratur Claud. in Iau.
Scena pudicitiæ, terræ, pelagiq; labores, Sere.
Et sæui totidem bellis, quot fluctibus anni
Coniugij docuere fidem, sic Claudia felix
Teste Dea, castosq; probet sub numine mores,
Absoluens puppisq; moras, crimenq; pudoris:
Penelope trahat arte procos fallatq; furenteis
Stamma nocturnæ relegens solertia telæ:
Non tamen audebunt titulis certare Serenæ. Mart. lib. 5.
Matronæ, pueríque, virgineíque,
Vobis pagina nostra dedicatur.
Tu, quem nequitiæ procaciores
Delectant nimium, salésque nudi,
Lasciuos lege quattuor libellos:
Quintus cum domino liber iocetur,
Quem Germanicus ore non rubenti
Coram Cecropia legat puella

Vide VIRGO.

Castor & Pollux.

Sic fratres Helenæ lucida sydera Hor. 1. carm.
Clarum Tyndaridia sidus. Hor. 4. carm.
Infamis Helenæ Castor offensus vice
Fratérque magni Castorio.

Catullus poeta.

Verona docti syllabas amat Vatis. Mart. lib. 1.
Sic sua lasciuo cantataque sæpè Catullo Ouid.
Fœmina.
Mantua Virgilio, gaudet Verona Catullo.

Caucasus.

— sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Virg. 4. Æne.

Cauare, Cauatus.

— seu corticibus tibi tuta cauatis. Virg. 4. Geor.
Aut tenebrare cauas ueri, & tentare latebras. Virg. 1. Æneid.
— firma cauauit Robora. Virg. 2. Æneid.
— & telo lumen terebramus acuto. Virg. 3. Æneid.
— Alphæum fama est huc Elidis amnem Ibid.

Occultas egisse vias subter mare.
Virg.1 Geor. — cauat arbore lintres.
Hor.2.c.o.19. — atque truncis Lapsa cauis iterare mella.
Virg.11. Æne. — & bis sex thoraca petitum, Perfossumq; locis.
Oui.12.Met. Perque armos vno tuò pectora perforat ictu.
Tib.lib.1. Longa dies molli saxa peredit aqua.
Oui.1. de art. Dura tamen molli saxa cauantur aqua.
Luc.lib.5 Et terebrare etiam, ac pertundere, perq; forare.

CAVERNA, vide ANTRVM.

Causa, Causare.

Virg.Eclo.3. His certè neq; amor causa est,
Virg.2.Æneï. Hinc mihi prima mali labes.
Oui.2. de Pō. In quibus & belli summa caputque fuit.
Virg.4. Æne. — & conscia facti sydera
Virg.6 Aenei. Illius ergo venimus
Virg.12.Æn. Auctor ego audendi
Ibid. Hoc caput ó ciues, hac belli summa nefandi.
Virg.3.Ænei. — nec qua sonitum det causa videmus.
Virg.4.Æne. Ille dies primus leti, primusque malorum causa vioendi
Virg.Eclog.1 Causa mali tanti coniux.
Virg.6.Ænei. — qua causa sub egit Ignotas tentare vias?
Virg.8.Ænei. Neu matri misera tanti sim causa doloris.
Virg.9.Ænei. Se causam clamat, crimenque caputque malorum.
Virg.12.Æne. Prima nepos inter res tot tibi Cadme secundas
Ouid.3. Met. Causa fuit luctus.
Oui. epist. 3. Simq; ego tristitiæ causa, moduscq; tuæ.
Pro.lib.2. Quippe vbi nec causas, nec apertos cernimus ictus,
Vnde tamen veniant tot mala cæca via est,
Luc.1. Pharſ. Tu quæcunque moues tam crebras causa meatus.

Causidicus, & Causas agere.

Mart.lib.8. Et causam quoties agis clientis,
Mart.lib.2. — causas agis Attale bellè.
Ibid. Et iudex petit, & petit patronus,
Ibid. — siue patronus agas.
Mart.lib.4. Exercet raucos tertia causidicos.
Mart.lib.3. Aspera siue foro per litem iurgia tentet:
Mart.lib.1. Et te patronum, causidicumque putas:
Mart.lib.10. — clamosi gloria circi.
Catullus. Quanto tu optimus omnium patronus.
Hor.1.epist. Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura
Mart.lib.12. Respondere paras.
Mart.lib.10. Non sum ego causidicus, nec amaris litibus aptus:
Clau. Cœnatoria mittat aduocato.

Non

Non rauci lites pertulit ille fori. Lu. ad Ca. Pis.
Armorumque decus præcede forensibus actis, Hor. od. 16. l. 1.
Ira Thiesten exitio graui
Strauere, & altis vrbibus vltima
Stetere causa, cur perirent funditus Hor. od. 15.
Hoc fonte deriuata clades Ibid.
In patriam populumque fluxit.
Quæque patrum claros quondam visura triumphos
Olim turba vias impleuerat agmine denso,
Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua mœstos
Defensura reos vocem facundia mittit,
Seu trepidos ad iura decem cit at hasta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice causas,
Seu capitale nefas operosa diluis arte,
Laudibus ipsa tuis resonant fora, tu quoque Piso
Iudicis effectum, possessaque pectora ducis
Victor. sponte sua sequitur quocunque vocasti,
Flet si flere iubes, gaudet gaudere coactus,
Et te dante capit iudex, quam non habet iram:
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera mentem?
Nec te Piso tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus
Excipit, & meritas reddit tibi Curia voces. Luc. lib. 4.
Causidici causas agere, & componere leges. Iuuen. Sat. 7.
— purpura vendit Causidicum. Ibid.
— qui litigat. Mart. lib. 5.
Causas, inquis, agam Cicerone disertus ipso,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro. Sen. in He. fu.
Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus, iras, Et verba locat: Mart. lib. 10.
Iuris, & æquarum cultor sanctissime legum,
Veridico Latium qui regis ore forum.
Cogit me Titius actitare causas. Idem.

Vide ELOQVENS:

Celare.

— factumque diu celauit. Virg. 1. Æneid.
— hoc prætexit nomine culpam. Virg. 4. Æne.
Error qui facti crimen obumbret, erit. Oui. epist. 19.
Haud pandit vlli, mœsta secretum occulit, Sen. in Hipp.
Statuit secum ferre, quo moritur, malum.
Commissumque teget. Hor. 1. epist.

Celerare.

Virg.3.Geor.. — *pernix Saturnius*
Virg.6.Æne. — *aripedem ceruam.*
Virg.5.Æneï. *Quiq; pedum cursu valet*
Jbid. *sic illam fert impetus ipse volantem*
— *fugit ille per vndas*
Virg.10.Æn. *Ocyor & iaculo & ventos æquante sagitta*
Exuperatq; moras
Vir. 5. Ænei. — *longeq; ante omnia corpora Nisus*
Virg.3. Geor. *Emicat, & ventis & fluminis ocyor altis.*
Virg.4 Geor. — *en age segnes Rumpe moras.*
Virg.1. Ænei. — *nusquam mora.*
Virg.2.Ænei. *Maturate fugam Tum celerare fugam.*
Virg.3.Ænei. *Festinate viri. Iamiam nulla mora est.*
Virg.4. Æne. — *haud multa moratus. Haud mora continuo.*
Ibid. *& pedibus celerem, & pernicibus alis.*
Ibid. *Vade age nate, voca Zephyros, & labere pennis.*
Ibid. — *& celeres defer mea dicta per auras.*
Ouid 1. Met. *Eia age rumpe moras, Festinate fugam.*
Virg. Eclog. 3 — *illa gradum studio celerabat anili.*
Ho.1.ca.o.28. *Nulla mora est. Parua mora est.*
Hor.2.c.o.16. — *in me mora non erit vlla.*
Ouid. 1. Met. *Quamquam festinas, non est mora longa.*
Virg.5. Aene. *Ocyor ceruis, & agente nimbos Ocyor Euro.*
Ibid. — *tenuit mora nulla vocatos.*
Jbid. *illa Noto citius volucriq; sagitta Ad terram fugit.*
Virg.6.Ænei. *Nec mora, nec requies.*
Virg.7.Æne. *Illa viam celerans per mille coloribus arcum*
Jbid. *Nulli visa cito decurrit tramite virgo,*
Virg.12.Æn. *Haud mora, festinant iussi, rapidisq; feruntur Passibus.*
Catullus. *Præcipiti delata Noto. Præcipitatq; moras omnes.*
Clau. *Viridem citus adit Idam properante pede.*
Ou.1. de rem. — *accelerentque gradus.*
Luc.1. Pharſ. *Sed propera, nec te venturas differ in horas.*
Sen. in Theb. *Tolle moras, semper nocuit differre paratis.*
Stat.2.Theb. — *& concita celerem gradum.*
Ilicet igne Iouis, lapsisq; citatior astris
Tristibus exilijt rapis. Vide CVRRERE.

CENSOR *vide* REFORMARE.

Cera.

Virg.4. Geor. *Nequicquam in tectis certatim tenuia cera*
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq;, hæc ipsa ad munera glutem,

— *hinc*

— hinc arte recentes Jbid.
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
— deinde tenaces Suspendunt ceras. Ibid.
— & cerea regna refigunt. Ibid.
At suffire thymo, cerasq; recidere inanes Jbid.
— intabescere flauæ Igne leui ceræ. Ouid. 3. Met.
— vt Hymettia Sole Oui. 10. Met.
Cera remollescit, tracta quæ pollice multas
Flectitur in facies ipsoq; fit vtilis vsu.
Qualiter artificis victura pollice cera Sat. 1. Achill.
Accipiunt formas, ignemq; manumq; sequuntur.

Cerberus.

— & forma tricorporis vmbra Virg. 6. Æne:
Ianitor Orci. Virg. 8. Æne.
Cerberus, quamuis furiale centum Ho. 3. ca. o. 11.
Muniant angues caput eius, atq;
Spiritus teter, saniesq; manet Ore trilingui.
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. Virg. 6. Æneï.
— licet ingens ianitor antro. Jbid.
Æternum latrans exsangues terreat vmbras.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Ibid.
Personat, aduerso recubans immanis in antro
Nec canis anguinea redimitus terga caterua,
Cui tres sunt linguæ, tergeminumq; caput. Tib. lib. 3.
Num tribus infernum custodit faucibus antrum Cerberus. Prop. lib. 3.
Exoranda canis tria sunt latrantia colla. Ibid.
Tergeminusq; canis. Tergeminus custos. Prop. lib. 4.
— villosaq; colla colubris Cerberus excutiens. Statius.
Hic sæuus vmbras territat Stygius canis, Luc. 6. Pharſ.
Qui terra vasto capita concutiens sono, Se. in He. fur.
Regnum tuetur, sordidum tabo caput
Lambunt colubri, viperis horrent tubæ,
Longæq; tota sibilat cauda Draco.
— custodem Stygis Sen. in Med.
Trigemina nigris Colla iactantem iubis.

Ceres.

Tardáq; Eleusinæ matris volentia plaustra. Virg. 1. Geor.
Legiferæ Cereri, Alma Ceres. Flaua Ceres. Vir. 4. Æneid.
— annua magnæ Sacra refer Cereri. Jbid.
Et per tædiferæ mystica sacra Deæ, Ouid. epist. 2.
— flaua comas frugum mitissima mater. Ouid. 6. Met.
Et frugum genitrix Ouid. 5. Met.
Flaua Ceres, tibi sit nostro de iure corona Spicea. Tib. lib. 1.

Tib. lib. 2. — & spicis tempora cinge Ceres.
Ouid. 1. Fast: Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

Certaminis naualis descriptio.

Luc. 3. Pharſ. Spes victis telluris abit, placuitq; profundo
Fortunam tentare mari, non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas
Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,
Conteritur stabilis naualibus area bellis:
Et iam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis,
Stachatos arua tenens, nec non & Graia iuuentus
Omne suum fatis voluit committere robur,
Grandæuosq; senes mistis armauit ephebis:
Accepit non sola viros quæ stabat in vndis
Classis, & emeritas repetunt naualibus alnos.
Vt matutinos spargens super æquora Phœbus,
Fregit aquis radios, & liber nubibus æther,
Et posito Borea, pacemq; tenentibus Austris
Seruatum bello iacuit mare: mouit ab omni
Quisq; suam statione ratem, paribus lacertis
Cæsaris hinc puppes, hinc Graio remige classis
Tollitur, impulsæ tonsis tremuere carinæ,
Crebraq; sublimes conuellunt verbera puppes:
Cornua Romanæ classis, validæq; triremes,
Quasq; quater surgens extracti remigis ordo
Commouet, & plures quæ mergunt æquora pinus,
Multiplices cinxere rates hoc robur aperto
Oppositum pelago lunata classe recedunt:
Ordine contentæ gemino creuisse Liburnæ:
Celsior at cunctis Bruti Prætoria puppis
Verberibus senis agitur, molemq; profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis.
Vt tantum medij fuerat maris, vtraq; classis
Quod semel excussis posset transcurrere tonsis,
Innumeræ vasto miscentur in æthere voces,
Remorumq; sonus premitur clamore, nec vllo.
Audiri potuêre tubæ, tunc cærula verrunt,
Atq; in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.
Vt primum rostris crepuerunt obuia rostra
In puppim rediere rates, emissæq; tela
Aëra texerunt, vacuumq; cadentia pontum,
Et iam diductis extendunt cornua proris,
Diuersæq; rates laxata classe receptæ.

Vt

Vt quoties æstus Zephyris, Eurisq; repugnat.
Huc abeunt fluctus; illuc mare: sic vbi puppes
Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor.
Sed Graijs habiles, pugnamq; capessere pinus,
Et tentare fugam nec longo frangere gyro,
Cursum, nec tarde flectenti cedere clauo.
At Romana ratis stabilem præbere carinam
Certior, & terræ similem bellantibus vsum:
Tunc in signifera residenti puppe magistro
Brutus ait: Pateris ne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi iam confere bellum:
Phocaicis medias rostris oppone carinas:
Paruit, obliquas & præbuit hostibus alnos:
Tunc quæcunq; ratis tentauit robora Bruti,
Ictu victa suo, percussa, & capta cohæsit:
Aut alias manicæq; ligant, teretesq; catenæ,
Séq; tenent remis, tecto stetit æquore bellum.
Iam non excussis torquentur tela lacertis,
Non longinqua cadunt iaculato vulnera ferro,
Miscenturq; manus, nauali plurima bello
Ensis agit: stat quisq; suæ de robore puppis
Pronus in aduersos ictus, multiq; perempti
In ratibus cecidere suis, cruor altus in vndis
Spumat, & obducti concreto sanguine fluctus.
Et quas immissi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent iungi conserta cadauera puppes.
Semianimes alij vastum subiere profundum,
Hauseruntq; suo permistum sanguine pontum.
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes,
Fractarum subita ratium periêre ruina.
Irrita tela suas peragunt in gurgite cædes,
Et quodcunq; cadit frustrato pondere ferrum,
Exceptum mediis inuenit vulnus in vndis.
Phocaicis Romana ratis vallata carinis,
Robore deducto dextrum, læuumq; tuetur
Æquo Marte latus, cuius dum pugnat ab alta
Puppe Tagus, Graiúmq; audax apluſtre retentat:
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transigitur, medio concurrit pectore ferrum,
Et stetit incertus flueret quo vulnere sanguis,
Donec vtrasque simul largus cruor expulit hastas,
Diuisitq; animam, sparsitq; in vulnera lethum.

Dirigit huc puppim. Missi quoque dextra Telonis,
Qua nullam melius pelago turbante, carinæ
Audiuere manum: nec lux est notior vlli
Crastina, seu Phœbum videat, seu cornua Lunæ,
Semper venturis componere carbasa ventis.
Hic Latiæ rostro compagem ruperat alni:
Pila sed in medium venere trementia pectus,
Auertitq; ratem morientis dextra magistri.
Dum cupit in sociam Gyareus erumpere puppim,
Excipit immissum suspensa per ilia ferrum,
Affixusq; rati, telo retinente, pependit.
Stant gemini fratres, fœcundæ gloria matris,
Quos eadem variis genuerunt viscera fatis.
Discreuit mors sæua viros, vnumq; relictum
Agnorunt miseri sublato errore parentes;
Æternis causam lacrymis, tenet ille dolorem
Semper & amissum fratrem lugentibus offert:
Quorum alter, mistus obliquo pectore remis,
Ausus Romanæ Graia de puppe carinæ
Iectu ne manum: sed eam grauis insuper ictus
Amputat: illa tamen, nixu, quo prenderat hæsit,
Dirigitque tenens strictis immortua neruis.
Creuit in aduersis virtus, plus nobilis iræ
Truncus habet, fortiq; instaurat prælia læua,
Rapturusq; suam procumbit in æquora dextram.
Hæc quoque cum toto manus est abscissa lacerto.
Iam clypeo, telisq; carens, non conditur ima
Puppe: sed expositus, fraternaq; pectore nudo
Arma tegens, crebra confixus cuspide perstat.
Telaque multorum letho cassura suorum
Emerita iam morte tenet, tum vulnera multo
Effugientem animam lassos collegit in artus,
Membraq; contendit toto, quacunq; manebant.
Sanguine & hostilem defectus robore membris.
Insiluit, solo nocituros pondere, puppim.
Strage virum cumulata ratis, multoq; cruore
Plena per obliquum crebros latus accipit ictus.
At postquam ruptis pelagus compagibus hausit,
Ad summos repleta foros, descendit in vndas,
Vicinum inuoluens contorto vertice pontum.
Æquora discedunt mersa diducta carina:
Inq; locum puppis cecidit mare, multaq; ponto
Præbuit illa dies varij miracula fati.

Fer-

Ferrea dum puppi rapidos manus inserit vncos,
Affixit Lycidam: mersus foret ille profundo
Sed prohibent socij suspensaque crura retentant,
Scinditur auulsus, nec sicut vulnere sanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit vndique venis,
Discursusq; animæ diuersa in membra meantis
Interceptus aquis: nullius vita perempti
Est tanta dimissa via, pars vltima trunci
Tradidit in lethum vacuos vitalibus artus.
At tumidus qua pulmo iacet, qua viscera feruent:
Hæserunt ibi fata diu luctataq; multum
Hac cum parte viri vix omnia membra tulerunt.
Dum nimium pugnax vnius turba carinæ
Incumbit prono lateri vacuamque relinquit
Qua caret hoste, ratem: congesto pondere puppis
Versa caua texit pelagus, nautasque carinæ,
Brachia nec licuit vasto iactare profundo:
Sed clauso periere mari, tunc vnica diri
Conspecta est lethi facies, cum forte natantem
Diuersæ rostris iuuenem fixêre carinæ.
Discessit medium iam vastes pectus ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis ossibus artus,
Quo minus æra sonent eliso ventre per ora
Eiectat saniem permistus viscere sanguis.
Postquam inhibent remi puppes, ac rostra recedunt:
Deiectum in pelagus perfosso pectore corpus
Vulneribus transmisit aquas: pars maxima turbæ
Naufraga, iactatis morti oblectata lacertis,
Puppis ad auxilium socia concurrit: at illi
Robora cum vetitis prensarent altius vlnis,
Nutaretque ratis populo peritura recepto:
Impia turba super medios ferit ense lacertos:
Brachia linquentes Graia pendentia puppe,
Amaribus cecidere suis: non amplius vndæ.
Sustinuere graues in summo gurgite truncos:
Iamque omne effusis nudato milite telis,
Inuenit arma furor: remum contorsit in hostem
Alter, at hi totum validis aplustere lacertis,
Auulsaq; rotant excusso remige sedes
In pugnam fregere rates: sidentia pessum
Corpora cæsa tenent, spoliantque cadauera ferro.
Multi inopes teli, iaculum lethale reuulsum
Vulneribus traxere suis, & viscera laua

Oppreſſere manu validos dum præbeat ictus
Sanguis, & hoſtilem cum torſerit, exeat, haſtam.
Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades.
Quam pelago diuerſa lues: nam pinguibus ignis
Affixus tædis, & tecto ſulphure viuax
Spargitur ac faciles præbere alimenta carinæ:
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera:
Nec flammas ſuperant vndæ, ſparſiſq; per æquor
Iam ratibus, fragmenta ferus ſibi vindicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat vt æquore flammas:
Hic ne mergantur, tabulis ardentibus hærent,
Mille modos inter lethi, mors vna timori eſt,
Quæ cœpere mori, nec ceſſat naufraga virtus,
Tela legunt deicta mari, ratibusq; miniſtrant,
Incertasq; manus ictu languente per vndas
Exercent: nunc, rara datur ſi copia ferri,
Vtuntur pelago ſæuus complectitur hoſtem
Hoſtis, & implicitis gaudent ſubſidere membris.
Mergentesq; mori, pugna fuit vnus in illa
Eximius Phoceus animam ſeruare ſub vndis,
Scrutariq; fretum, ſi quid merſiſſet arenis,
Et nimis affixos vinci conuellere morſus,
Adductum quoties non ſenſerat anchora funem:
Hic vbi compreſſum penitus deduxerat hoſtem
Victor, & incolumis ſummas remeabat ad vndas:
Sed, ſi per vacuos credit dum ſurgere fluctus,
Puppibus occurrit, tandemq; ſub æquore manſit.
Hi ſuper hoſtiles iecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam, non perdere lethum
Maxima cura fuit, multos ſua vulnera puppi
Affixit moriens, & roſtris abſtulit ictus.
Stantem ſublimi Tyrrhenum culmine prora
Lygdamus, excuſſa Balearis tortor habena
Glande petens, ſolido fregit caua tempora plumbo.
Sedibus expulſi poſtquam cruor omnia rupit
Vincula, procurrunt oculi, ſtat lumine rapto
Attonitus, mortisq; illas putat eſſe tenebras.
At poſtquam membris ſenſit conſtare vigorem,
Vos, ait, ô ſocij, ſicut tormenta ſoletis,
Me quoque mittendis rectum componite telis
Ægræ quod ſupereſt animæ, Tyrrhene, per omne.
Bellorum caſus: ingentem militis vſum
Hoc habet ex magna defunctum parte cadauer:

Vi-

Viuentis ferière loco, sic fatus, in hostem
Cæca tela manu, sed non tamen irrita mittit.
Excipit hæc iuuenis generosi sanguinis Argus,
Qua iam non medius descendit in ilia venter,
Adiuuitque suo procumbens pondere ferrum.
Stabant diuersa victa iam parte carinæ
Infelix Argi genitor, non illa iuuentæ
Tempore Phocaicis vlli cessurus in armis:
Victum æuo robur cecidit, fessusque senecta
Exemplum, non miles, erat: qui funere viso,
Sæpe cadens longæ senior per transtra carinæ
Peruenit ad puppim, spirantésque inuenit artus,
Non lachrymæ cecidere genis, non pectora tundit,
Distentis tato riguit sed corpore palmis
Nox subit, atque oculos vastæ obduxere tenebræ,
Et miserum cernens agnoscere desinit Argum.
Ille caput labens, & iam languentia colla
Viso patre leuat, vox fauces nulla solutas
Prosequitur, tacito tantum petit oscula vultu,
Inuitatque patris laudenda ad lumina dextram.
Vt torpore senex caruit, viréque cruentus
Cœpit habere dolor, Non perdam tempora, dixit,
A sæuis permissa Deis, iugulumque senilem
Confodiam, veniam misero concede parenti,
Arge: quod amplexus, extrema quod oscula fugi.
Nondum destituit calidus tua vulnera sanguis,
Semianimisque iaces, & adhuc potes esse superstes.
Sic fatus, quamuis tapulum per viscera missi
Polluerat gladii, tamen alta sub æquora tendit
Præcipiti saltu, lethum præcedere gnati
Festinantem animam morti non credidit vni
Inclinant iam fata ducum, nec iam amplius anceps
Belli casus erat: Graiæ pars maxima classis
Mergitur: ast aliæ mutato remige puppes
Victores vexere suos, naualia pauca
Præcipiti tenuere fuga: quis in vrbe parentum
Fletus erat? quantus matrum per littora planctus?
Coniux sæpe sui, confusis vultibus vnda,
Credidit ora viri Romanum amplexa cadauer,
Accensisque rogis miseri de corpore trunco
Certauere patres: at Brutus in æquore victor,
Primus Cæsareis pelagi decus addidit armis.
Adnabat centum late Sidonia velis

Sil. Ita. lib. 14.

Classis subsidio, & scindebat cærula rostris:
Erigitur subitas in spes Arethusia proles,
Adiungitq; suas portu progressa carinas:
Nec contra Ausonius tonsis aptare lacertos
Addubitat, mersisq; celer fodit æquora remis:
Verberibus torsere fretum, salis icta frequenti
Albescit pulsu facies perq; æquora latè
Spumat canenti sulcatus gurgite limes:
Insultant pariter pelago, ac Neptunia regna
Tempestate noua trepidant, tum vocibus æquor
Personat & clamat scopulis clamoris imago.
Ac tam diffusus vacua bellator in vndâ
Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus,
Nauali claudens humentem indagine campum.
At simili curuata sinu diuersa ruebat
Classis, & arctabat lunato cærula gyro:
Nec mora, terrificis sæua strideribus æris
Per vacuum latè cantu resonante profundum
Incubuere tubæ, queis excitus æquore Triton
Expauit, tortæ ad certantia murmura conchæ.
Vix meminere maris: tam vasto ad prælia nisu
Incumbunt proni, positisq; in margine puppis
Extremæ plantis nutantis spicula torquent.
Sternitur effusis pelagi media arca telis,
Celsaq; anhelatis exurgens ictibus alnus.
Cærula nigranti findit spumantia sulco:
Aſt aliæ laceræ, atque incussi roboris ictu
Detergent remos, aliæ per viscera pinus
Transmissis ipso retinentur vulnere rostris
Quo retinent: medias inter sublimior ibat
Terribilis visu puppis, quâ nulla per omne
Egressa est Libycis maior naualibus æuum:
Sed quater hac centum numeroso remige pontum
Pulsabat tonsis, veloque superba capaci,
Cum rapidum hauriret Boream, & cornibus omnes
Colligeret flatus, lento se corpore agebat,
Intraret fluctus Solis si pulsa lacertis:
Procurrunt leuitate agili, docilesq; regentis
Audiuisse manum Latio tum milite puppes.
Has vt per læuum venientes æquor Himilco
In latus obliquas, iussamq; incurrere proram
Conspexit, propere diuis in vota vocatis
Æquoris, intento volucrem de more sagittam

Assignat neruo: vtq; oculis librauit in hostem,
Et calamo monstrauit inter diuersa rolaxans
Brachia, deduxit vultu comitante per auras
In vulnus telum. & residentis puppe magistri
Affixit plectro dextram, nec deinde regenda
Puppe manus volauit flectenti immortua clauo.
Dumq; ad opem accurrit ceu capta nauita puppe.
Ecce iterum fatoq; pari, neruoq; sagitta
In medium perlapsa globum, transuerberat ictu
Alta gubernaculi subeuntem munera Taurum.
Irrumpit cumana ratis, quam Corbulo ductor
Lataq; complebat Stabiarum littore pubes:
Numen erat celsa puppis, vicina Dione:
Sed super ingestis propior qua subdita telis
Bella capescebat, media subsedit in vnda,
Diuisitq; fretum, clamantem spumeus ora
Nereus implet aquis, palmaq; trahente profundo
Luctantem frustra, summis in fluctibus extant:
Hic audax ira, magno per cærula saltu
Corbula transgressus (nam textam robore turrim
Appulerant nexa ferri compage triremes)
Euadit tabulata super flammaq; comantem
Multifida pinum celso de culmine quassat:
Inde atros alacer pastoq; bitumine torquet
Aduentante Noto Pœnorum aplustribus ignes,
Intrat diffusos pestis Vulcania passim,
Atq; implet dispersa foros, trepidatur omisso
Summis remigio: sed enim tam rebus in arctis
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos,
Et rapidus feruor per pingues vnguine tædas
Illapsus flammis victricibus insonat alueo.
Quæ nondum tamen intulerat vim Dardana lampas,
Parcebatq; vapor, saxorum grandine durus
Arcebat, fatumq; ratis retinebat Himilco
Hic miser igniferam dum ventilat aere pinum,
Murali saxo per lubrica sanguine transtra
Voluitur in fluctus. Lychæ vulnere, Cidnus.
Fax nidore graui fœdauit comminus auras,
Ambusto instridens pelago ferus inde citatum
Missile adorata contorquet subruta puppe.
Hammon numen erat Lybicæ gentile carinæ,
Cornigeraque sedens spectabat cærula fronte.
Fer pater afflictis, fer, ait, Garamantice vates,

Rebus opem, inque Italos da certa effundere tela.
Has inter voces tremulo venit agmine cornus,
Et Neptunicolæ traa ſuerberat ora Zelonis:
Vrgebat nihilo leuius iam in limine mortis
Quos fuga præcipites partem glomerabat in v:
Puppis adhuc vacuam tædæ, ſed proxima curſu
Fulmineo populatus ineuitabilis ardor,
Correptam flammis inuoluit ouantibus alnum.
Primus ope æquorei funis delapſus in vndas,
Qua nondum Stygios glomerabat Mulciber æſtus,
Ambuſtus ſocium remis aufertur Himilco.
Proxima nudarunt miſerandi fata Bathonis
Deſertam ductore ratem, bonus ille per artem
Crudo luctari pelago, atque exire procellas.
Idem quid Boreas, quid vellet craſtinus Auſter
Ante ibat, nec peruigilem tu fallere vultum
Obſcuro quamuis curſu Cynoſura valeres.
Is poſtquam aduerſis nullus modus, Accipe noſtrum
Hammon ſanguinem, ait, ſpectator cladis iniquæ:
Atque acto in pectus gladio, dextra inde cruorem
Excipit, & largè ſacra inter cornua fundit.
Hos inter Daphnis deductum ab origine nomen
Antiqua fuit infelix, cui linquere ſaltus,
Et mutare caſas infido marmore viſum.
At princeps generis quanto maiora parauit
Intra paſtorem ſibi nomina, Daphnin amarunt:
Sicelides Muſæ, dexter donauit auena
Phœbus Caſtalia, & iuſſit proiectus in herba
Si quando caneret, lætos per prata, per arua,
Ad Daphnin properare gregis, riuoſque ſilere.
Ille vbi ſeptena modulatus arundine carmen
Mulcebat ſyluas, non vnquam tempore eodem
Siren aſſuetos effudit in æquore cantus,
Scyllæi tacuere canes, ſtetit atra charybdis,
Et lætus ſcopulis audiuit iubila Cyclops.
Progeniem hauſerunt, & nomen amabile flammæ,
Innatat ecce ſuper tranſtris fumantibus aſper
Ornytos, ac longam ſibimet facit æquore mortem:
Qualis Oilides fulmen iaculante Minerua
Surgenteis domuit fluctus ardentibus vlnis:
Tranſigitur valida medius, dum ſe alleuat alui
Cuſpide Marmarides Scyron, pars ſubnatat vndis,
Membrorum pars extat aquis, totumq; per æquor

Por-

Portatur rigido miserandum immortua rostro.
Accelerant puppes vtrinque, atque ora ruentum
Sanguinei feriunt remorum aspergine rores:
Ipse adeo fauis ductor Retheius ibat
Pulsibus & valido superabat remige ventos,
Quam rapidis puppem manibus frænare Lilæus
Dum tentat, sæua truncatur membra bipenni,
Et fert hærenteis trabibus ratis incita palmas.
Sicania Aeoliden portabant transtra Podetum:
Hic quo quamquam nondum excessisset ephebis
Seu læui traxere Dei, seu feruida corda,
Nec sat maturus laudum, belliq; cupido,
Arma puer niueis aptarat picta lacertis,
Et freta gaudebat celsa turbare Chimæra.
Iamq; super Rutula, super & Garamantide pinus
Ibat ouans melior remo, meliorq; sagittæ,
It iam turrigerum demerserat æquore Nessum,
Heu puero male suada rudi noua gloria pugnæ.
Dum cristam galeæ trucis, exuuiasq; precatur
De duce Marcello superos, temerarius hasta
Excepit ruptim vulnus let hale remissa.
Proh qualis, seu splendentem sub sidera nisu
Exigeret discum, iaculo seu nubila supra
Surgeret, aligeras ferret seu puluere plantas.
Vix tacto, vel dimensi spatia improba campi
Transiret velox saltu docuêre labores.
Sat prorsus, sat erat decoris discrimine tuto.
Sat laudis: cur facta puer maiora petebas?
Illum vbi labentem pepulerunt tela sub vndas.
Ossa Syracusio fraudatum naufraga busto
Fleuerunt freta, fleuerunt cyclopea saxa,
Et Cyanes, & Anapus, & Ortygie Arethusa.
Parte alia præses puppem Tyberinus agebat,
Quaque ferebatur ductor Sidonius, Io
Conclamant, iniecta ligant hinc vincula ferri
Atque illinc, steterunt q; rates ad prælia nexæ:
Nec iaculo, aut longè certatur arundine fusa:
Cominus, & gladio terrestria prælia miscent.
Perrumpunt Itali, qua cædes prima recluſit,
Monstrauitque viam: vastas & Mala catenas
Hortatur socios, & vincla abrumpere ferri,
Ac parat hostili resoluta puppe receptos
Auehere, & paribus pelago diducere ab armis:

Por-

Ætneo

Ætneo Polyphemus erat nutritus in antro,
Atq; inde antiquæ nomen feritatis amabat,
Vbera præbuerat paruo lupa, corporis alti
Terribilis moles, mens aspera, vultus in ira
Semper & ad cædes Cyclopea corda libido.
Isq; relaxatis membrorum pondere vinclis
Impulerat puppim, & mergebat gurgite tonsas,
Duxisséq; ratem pressa Laronius hastâ
Ni properè duro nitentem exurgere, velox
Affixit transtro, vix morte incepta remittit:
Namq; manus seruat dum suetos languida ductus,
Ignauum summa arte trahit super æquora remum.
Percussi cuneo Pœni densantur in vnum,
Quod caret hostè latus, subito cum pondere victus
Insilientem mari submergitur alueus vndis:
Scuta virum, crisæq; & inerti spicula ferro,
Tutelaq; Deum fluitant, hic robore fracto
Pugnat inops Chalybis, sesq; in prælia rursus
Armat naufragio, remis male feruidus, ille
Festinat spoliare ratem, discrimine nullo,
Nautarum interdum conuulsa sedilia torquens:
Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ
Parcitur & pelago repetuntur nantia tela:
Vulneribus patulis intrat mare, mox sua ponto
Singultante anima propulsa refunditur vnda,
Nec desunt, qui correptos amplexibus arctis
Immergant pelago & iaculis cessantibus hostem
Morte sua perimant: remeantem gurgite mentes
Crudescunt, ac pro ferro stat fluctibus vti.
Haurit sanguineus contorta cadauera vortex:
Hinc clamor, gemitus illinc, mortésq; fugaq;:
Perfusum bello feruet mare, fessus acerbis
Terga fuga celeri Lybiæ conuertit ad oras,
Exigua sese furatus Himilco carina:
Concessere mari tandem, Graiusq; Libysq;,
Et iam captiua vinclis ad littora longo
Ordine ducuntur puppes, flagrantibus alto
Stant aliæ tædis, splendent lucente profundo
Mulciber, & tremula vibratur imagine pontus.

Certatim aliquid agere.

Vir. Eclog. 7. *Nec si muneribus certes, concedat Iolas,*
Virg. Eclo. 5. *Vis ergo inter nos, quid possit vterq; vicissim*
Experiamur, ego hanc vitulam (ne forte recuses

Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus,)
Depono tu dic, mecum quo pignore certes. Vir. Eclog. 5.
— solus tibi certet Amyntas.
Quid si idem certet Phœbum superare canendo? Vir. Eclog. 7.
Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum
Alternis igitur contendere versibus ambo Capere.

Certo scire.

— & certis poteris cognoscere signis Virg. 1. Geor.
— ne dubita, nam vera vides. Virg. 3. Æneid.
— auspicijs manifesta fides. Ibid.
— responsa dabantur fida satis. Virg. 2. Æneid.

Cervvs, vide Bestia, & Actæon.

Cessare.

Hæc sat erit Diuæ vestrum cecinisse poëtam Vir. Eclog. 10.
Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt. Virg. Eclo. 3.
Sed tu desine plura puer. Vir. Eclog. 5.
— suos requierunt flumina cursus. Vir. Eclog. 8.
A te principium, tibi desinet. Ibid.
— si brachia forte remisit. Vir. 1. Georg.
— pendent opera interrupta. Virg 4 Æneid.
— cœptosq; auferte labores. Virg 8. Æneid.
Et iam tempus equum fumantia soluere colla. Virg. 2. Geor.
— & mollia crura reponit. Virg 3. Geor.
Hi motus animorum atq; hæc certamina tanta. Virg. 4 Geor.
Pulueris exigui iactu compressa quiescent. Ibid.
Omnibus vna quies operum. Virg. 1. Æne.
— me ne incepto desistere victam? Ibid.
Nec prius absistit. Et iam finis erat. Ibid.
— nunc placida compostus pace quiescit. Virg. 2. Æneid.
Nec requieuit enim. Ibid.
Nec tamen abstinuit, nec voci, iraq; pepercit. Ibid.
— finemq; impone labori Perfecto lætus honore. Virg. 3. Aene.
Viuite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua. Ibid.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum. Ibi.
— perfectis ordine votis. Ibid.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum, Ibid.
Conticuit tandem, factoq; hic fine quieuit. Virg. 4. Æne.
Perficere est animus, finemq; imponere curis. Ouid. 1. Met.
— finemq; orare malorum. Ibid.
Finiat vt pœnas tandem rogat. Tib. lib 4.
Nulla mihi statuent finem te fata canendi. Ho. 2. c. o. 6a.
Tybur Argeo positum colono
Sit mihi sedes vtinam senectæ,

Sit modus lasso maris, & viarum, Militiæq;.
Virg. 9. Æneï. *Absistamus ait.*
Ouid. 3. Met. *Sistite opus præsens, nodosaq; tollite lina:*
Iussa viri faciunt, intermittuntq; laborem.
Tib. lib. 1. *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,*
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Oui. epist. 16. *Littora iam lasso pollice sistat opus.* Vide FINIRE.

Chamaleon.

Oui. 15. Met. *Id quoq; quod ventis animal nutritur & aura*
Protinus assimulat, tetigit quocunq; colores

Chaos, & illius descriptio.

Ouid. 1. Met. *Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,*
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaq; moles.
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec noua crescendo reparabat cornua phœbe:
Nec circumfuso pendebat in aere tellus:
Ponderibus librata suis: nec brachia longo,
Margine terrarum porrexerat amphitrito
Quaque erat & tellus, illic & pontus & aer
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda
Lucis egens aer: nulli sua forma manebat,
Obstabatq; aliis aliud: quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

CHARITES, vide GRATIÆ.

CHARTA, vide PAPYRVS.

Charybdis.

Virg. 3. Æneï. *Dextrum Scylla latus, lævum implicata Charybdis*
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem,
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore Pistrix.
Ouid. in Ibin. *— Scylla vorax, Scyllæque aduersa Charybdis.*
Oui. epist. 12. *Quæque vomit totidem fluctus, totidemque resorbet,*
Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.
Catullus. *Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax quæ vasta charybdis.*
Tib. lib. 4. *Nec violenta suo consumpsit more Charybdis,*

Vel

Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.
Alternante vorans vasta Charybdis aqua. Prop.lib.2.
Scyllaque & alternas scissa Charybdis aquas. Prop. lib.3.
Hæc tibi sint Syrtes, hæc Acroceraunia vita, Ouid.2.de re.
Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.
— non tumidis torta Charybdis aquis. Au.Sab Ep.1.
— cumque cauernæ Luc.4. Pharf.
Emouere fretum, contorti verticis vndæ
Tauromini: nam vincunt feruore Charybdim. Ouid.7. Met.
— ratibusque inimica Charybdis
Nunc sorbere fretum, nunc reddere. Sil.Ital. lib.2.
Classibus & refluo, spectauimus æquore raptis
Contorta è fundo reuomentem transtra Charybdim. Sen. in Thye.
Quod rapax hausit, reuomit Charybdis. Oui.2.de am.
Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis.
Fundit & effusas ore receptat aquas. Oui.2. de Pō.
Nec potes infestis æquare Charybdin Achois.
Ter licet epotum, ter vomat illa fretum. Oui.12.Met.
Scylla latus dextrum, læuum irrequieta Charybdis
Infestat, vorat hæc raptas, reuomitque carinas:
Illa feris atram canibus succingitur aluum
Virginis ora gerens.

Charon.

— portitor orci Virg.4.Geor.
Portitor ille Charon. Virg.6.Aeneï.

Choreæ, & ducere Choreas.

Nympharumque leues cum Satyris chori. Hor.1. c.o.2.
Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna, Jbid.o.4.
Iunctæque nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede.
— nunc pede libero Pulsanda tellus. Ibid.o.37.
Neu morem in Salium sit requies pedum. Ibid. o.36.
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Virg.6.Æneï.
— pede candido Hor.1.ca.o.1.
In morem salium ter quatient humum. Ibid. o.7.
Gratia cum Nymphis, gemmisque sororibus audes
Ducere nuda choros, Virg.7. Æne.
— attonit æ Baccho nemora auia matres Virg.9.Æn.
Insultant Thyasis. Catullus.
— iuuat indulgere choreis, Jdem.
Pellite humum pedibus.
Quo nos decet citatis celerare tripudiis.

Nerei-

Idem. *Nereidum linquens claris celebranda choreis.*
Tib.lib.1. *— & centum ludos, geniumque choreis Concelebra.*
Tib.lib.2. *Primus inexperta duxit ab arte choros.*
Ouid. 3. Fast. *Illic & cantant quicquid didicere theatris,*
Et iactant facileis ad sua verba manus:
Et ducunt posito duras cratere choreas
Cultaque diffusis saltat amica comis.
Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas,
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Ouid.8. Met. *Circumiere modum, mensuraque roboris vlnas*
Quinque ter implebat.
Oui.14. Met. *Ad numerum motis pedibus duxêre choreas.*
Cla.1.de rap. *— sæua choreis indulges.*
Pro. *— & Saliaribus.*
Auctor. *Herbosam choreis excutiens humum.*
Pastorum manus affluet,

Cicada.

Virg.3. Geor. *Et cantu tremula rumpent arbusta cicadæ.*
Virg.Eclo.2. *— raucis*
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis,
Lu.ad Ca.Pis. *Sic & Æthonia superantur voce cicadæ,*
Stridula cum rapido faciunt conuitia soli.
Mart. lib. 10. *Et quod inhumana Cancro feruente cicadæ*
Non nouere nemus flumineosque lacus.

Cicatrix.

Virg.4. Æne. *— agnosco veteris vestigia flammæ,*
Oui.12. Met. *— iaculo mihi vulnera fecit*
Signa vides, apparet adhuc vetus inde cicatrix.
Ou.1. de rem. *Vulnus in antiquum redijt male sana cicatrix.*
Hor.1.se.sat.3. *— at illi fœda cicatrix*
Setosam lani frontem turpauerat oris.

Circe.

Oui. 14. Met. *Sole sata Circe.*
Ibid. *En ego cum Dea sim, nitidi cum filia solis*
Carmine cum tantum, tantum quoque gramine possim.
Jbid. *— Cyrcæa ad mœnia misit.*
Ouid.14.Met. *— Titanida despice Circen*
Virg.7. Æne. *Proxima Circææ raduntur littora terræ,*
Diuos inaccessos vbi solis filia lucos
Assiduo resonat cantu.
Ibid. *Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis*
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Jdem Eclo.8. *Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.*

Circi-

Circinus, & Circinare.

Primus: & ex vno duo ferrea brachia nodo Ouid. 8. Met.
Iunxit, vt æquali spacio distantibus illis
Altera pars staret, pars altera duceret orbem. Ouid. 2. Met.
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, & eadem circinet auras.

Cicero.

Disertissime Romuli nepotum, Catullus.
Quot sunt, quotq; fuere, Marce Tulli,
— Romani maximus auctor Luc. 7. Pharf.
Tullius eloquij cuius sub iure, t gaq;
Pacificas sanus tremuit Catilina secures.
Hic nouus Arpinas.
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Iuuen. Sat. 8.
Iugera facundi qui Ciceronis habet. Ibid.
— censu Tullius oris Emeritus calum. Mart. lib. 11.
Manil. lib. 1.

Circundare.

Taurino quantum possent circundare tergo. Virg. 1. Æneï.
At venus obscuro gradientes aëre sepsit, Ibid.
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu.
Infert se septus nebulâ. Ibid.
— & concludere sulco. Ibid.
— & nube cauâ speculantur amicti. Ibid.
— & cingor fulgentibus armis. Ibid.
Arboribus clausi circum. Virg. 2. Æne.
— datam cingetis mœnibus vrbem. Virg. 3. Æneï.
— vna vndiq; circum Fundimur. Ibid.
— saltusq; indagine cingunt. Ibid.
— qua totum Nereus circumsonat orbem. Virg. 4. Æne.
— quos omnes vndiq; Graiæ. Circum errant acies. Ouid. 1. Met.
— quam limbus obibat Aureus. Virg. 2. Æneï.
— ambitæ circumdare littora terræ. Ouid. 5. Met.
— vndiq; colles. Ouid. 1. Met.
Includere caui & nigra nemus abiete cingunt. Virg. 8. Æneï.
Clausi frigoribus fonticuli.
Quem circum glomerati hostes. Auctor.
Vndiq; enim densa Teucri includere coronâ, Virg. 9. Æneï.
Atq; hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt. Virg. 12. Æne.
Sylua coronat aquas cingens latus omne.
Nec patet egressus pelagi cingentibus vndis. Ouid. 5. Met.
Oceanusq; patet, totum qui amplectitur orbem, Catullus.
Pars sese totis serpentibus incingebant. Idem.
— sic leues circuit oras Ambitus. Idem.

Manil.lib.2. — *quia terram amplectitur orbis,*
Et mundum plano præcingit limite gyrus.
Manil. lib. 4. *Ipsa natat tellus pelagi lustrata corona*
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.
Jbid. — *circuit omnem Italiam.*

Citò & citius.

Oui. 14. Met. — *haud mora, continuo.*
Ouid. 1. Met. *Moxq; omnes alij.*
Ibid. *Supprimit extemplo vocem,*
Jbid. *Protinus exarsit nec tempora distulit iræ.*
Ouid. 3 Met. *Vox subitò audita est.*
Ouid. 7. Met. *Quæ subitus celebrauit olor.*
Oui. 3. Met. *Non citius frondes autumni frigore tactas,*
Iamque malè hærentes alta rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.
Idem 4. Met. *Desierat medium q; fuit breue tempus, & orsa est.*
Jbid. — *Surgis Eoo temporius cælo.*
Ibid. *Tecta repente quati*
— *Nec longius ille moratus*
Idem 5. Met. *Inq; repentinas conuulsa versa tumultus*
Idem 8. Met. *Parua mora est. Nec mora.*

Vide CELERARE, & TEMPVS.

Clamare, & Stridere, & Clamor, & Stridor.

Virg 4. Geor. — *& omnes Circumstant fremitu denso.*
Jbid. *Tinnitumq; cie, & matris quate cymbala circum:*
Jbid. *Fit sonitus.*
Ibid. *Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant.*
Frigidus vt quondam siluis immurmurat Auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis
Ibid. *Aut acrem flammæ sonitum dabit.*
bid. *Cum clamore ruit magno*
Ibid. *At chorus æqualis Dryadum clamore supremo*
Implerunt montes flerunt Rhodopeiæ arces.
Virg. 1. Æneï. *Illi indignantes magno cum murmure montis*
Jbid. *Circum claustra fremunt.*
Jbid. *Insequitur clamorq; virum, stridorque rudentum,*
Fit strepitus tectis, vocemq; per ampla volutant Atria.
Virg. 2. Æneï. — *ad regem magno clamore trahebant.*
Ibid. *Clamores simul horrendos ad sidera tollit.*
Jbid. — *atq; vtero sonitum quater arma dedêre.*
Ibid. *Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror*
Jbid. *Exoritur clamorq; virum, clangorq; tubarum.*
Ibid. *Quo fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.*

— *strè-*

—*ſtridunt ſylua* Ibid.
—*nec voci, traq; pepercit.* Ibid.
—*ſubito cum creber ad aures* Ibid.
Viſus ad eſſe pedum ſonitus. Ibid.
—*nate, exclamat, fuge,* Ibid.
Auſus quin etiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias, mœſtuq; Creuſam
Nequicquam ingeminans iterumque iterumque vocaui.
—*miſtoque ingens exorta tumultu Lætitia.* Virg. 3. Ænei.
Nauticus exoritur vario certamine clamor. Ibid.
—*ſonitum per curua dedere Littora* Ibid.
—*& omnem impleuit clamore locum.* Ibid.
—*& Auerna ſonantia ſyluis,* Ibid.
Italiam, Italiam primus conclamat Achates, Ibid.
Italiam lætho ſocij clamore ſalutant. Ibid.
Et gemitum ingentem pelagi, pulſataq; ſaxa
Audimus longè fractasq; ad littora voces,
Exultantq; vada, atq; æſtu miſcentur arenæ. Ibid.
—*nec quæ ſonitum det cauſa videmus.* Ibid.
—*ſonitumque pedum, vocemq; tremiſco.* Ibid.
Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes
Intremuere vndæ.
—*ſummoq; vlulârunt vertice Nymphæ.* Virg. 4. Æne.
totumq; videres Ibid.
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor.
Tum verò immenſus ſurgens ferit aurea clamor Sydera. Vir. 11. Ænei.
Clamoremque ferunt ad littora. Virg. 1. Geor.
—*& aridus altis Montibus audiri fragor.* Ibid.
—*& nemorum increbreſcere murmur.* Ibid.
Inter ſe folijs ſtrepitant. Ibid.
Armorum ſonitum toto Germania cœlo Audijt. Ibid.
Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes Ingens. Ibid.
Quem nec rumpere nauticum celeuſma, Mart. lib. 1.
Nec clamor valet helciariorum.
Nulla quies intus, nullaque ſilentia parte, Oui. 12. Met.
Nec tamen eſt clamor, ſed paruæ murmura vocis.
Fœmineo clamore ſonat domus. Ibid.
Terribilem ſtridore ſonum dedit, vt dare ferrum Ibid.
Igne rubens plerumq; ſolet, quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit at illud Ibid.
Stridet & in tepida ſubmerſum ſibilat vnda.
—*ingenti circum clamore ſonantem.* Ouid 4. Met.
—*clamor iuuenilis, & vna,*

Fœmineæ voces impulsaq; tympana palmis,
Concauaq; æra sonant.

Ouid.5. Met. *— fremitu regalia turbæ Atria complentur:*

Jbid: *Inque repentinos conuiuia versa tumultus.*

Statius. *Tollunt innumeras ad astra voces*
Saturnalia Principis sonantes,
Et dulci dominum fauore clamant.

Virg.12.Æn. *— ingens fragor æthera complet.*

Ibid. *— resonant latè plangoribus ædes.*

Ibid. *Attulit hunc illi cæcis terroribus aura*
Commissum clamorem, arrectaſq; impulit aures,
Confusæ sonus vrbis, & illætabile murmur:
Hei mihi quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisve ruit tantus diuersa clamor ab vrbe;

Virg.11. Æne. *— hic vndique clamor*
Dissensu magnus vario se tollit in auras.

Virg.5.Ænei. *— ferit æthera clamor Nauticus,*

Jbid *Tum vero ingeminat clamor, cunctiq; sequentem*
Instigant studijs, resonant clamoribus æther.

Virg 6.Ænei. *Ergo omnes magno circum clamore fremebant.*

Jbid. *Continuo audita voces, vagitus & ingens,*
Infantumq; animæ flentes in limine primo.

Jbid. *Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonoro*
Verbera, tum stridor, ferri, tractæq; catenæ.

Jbid. *Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ*
Panduntur portæ.

Virg.7.Ænei. *Aſt alia tremulis vlulatibus æthera complent.*

Virg.9. Æne. *— tum vox horrenda per auras*
Excidit; & Troum, Rutulorumq; agmina complet:
& è specubus percussa pectora matres
Fœmineum clamorem ad cæli sidera tollunt.

Vir.12. Aene. *Tum verò exoritur clamor, ripæq; lacusque*
Responsant circa, & cælum tonat omne tumultu

Catullus. *Vbi cymbalum sonat vox, vbi tympana reboant,*
Vbi sacra sancta acutis vlulatibus agitant.

Jdem. *Thiasus repente linguis trepidantibus vlulat.*

Jdem. *Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant.*
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem

Jdem. *Clarisonas imo fudisse è pectore voces.*

Luc.1. Phars. *Aut teretri tenuis tinnitus ære ciebant.*
— it tantus ad æthera clamor.
Quantus pinifera Boreas cum Thracius Ossa
Rupibus incubuit, curuato robore pressa.

Fit

Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera sylvæ, Luc.2.Pharſ.
Assuetas crebris feriunt vlulatibus aures. Luc.3.Pharſ.
Innumeræ vasto miscentur in æthere voces,
Remorumque sonus premitur clamore.
& gemitus: & anhela clara meatu Luca.5.Phar.
Murmura, tunc mœstus vastis vlulatus in antris,
— latus fragor æthera pulsat Victorum, Luc.6.Pharſ.
— miserandis æthera complet Vocibus. Luc.8.Pharſ.
— magnis clamoribus omnia complent. Lucret.lib.4.
— at in ædibus ingens Ouid.7.Met.
Murmur erat, voceisque hominum exaudire videbar
Iam mihi desuetas,
— repensque Sil.Ital.lib.9.
Castra quatit clamor permixtis dissona linguis. Ibid.
Tollitur immensus deserta ad sidera clamor,
Phlegræis quantas effundit ad æthera voceis
Terrigena in campis exercitus. Sil.Ita.lib.16.
Tollitur in cælum furiali turbine clamor, Stat.2.Theb.
— sonat aula tumultu Fœmineo.
Quod clamas semper, quod agentibus obstrepis Heli, Mart. lib.1.
Cum clamant omnes loquens tu Menale semper. Ibid.

Vide ECHO.

Clangere.

Primus equi labor est, animos atque arma videre Virg.3 Geor.
Bellantûm lituosq; pati. Virg.2.Geor.
— necdum etiam audierant inflari classica. Vir.4.Georg.
— dat signum specula Misenus ab alta Ære cauo, Virg.3.Æneï.
Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti Ouid.1.Met.
Inspirare iubet, fluctusque, & flumina signo
Iam reuocare dato; cana buccina sumitur illi,
Tortilis in latum qua turbine crescit ab imo
Buccina, qua medio concepit vbi æra ponto,
Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo.
Tum quoque vt ora Dei madida rorantia barba
Contigit, & cecinit iussos inflata recessus.
Omnibus audita est telluris, & aquoris vndis.
— & lituo tuba Permistus sonitus. Hor.1. c. 0.1.
Iam nunc minaci murmure cornuum Hor.2.c.0.2.
Perstringis aures, iam litui strepunt.
Non tuba directi non æris cornua flexi. Ouid.1. Met.
Classica iamque sonant, it bello tessera signum, Virg 7.Æneï.
Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Virg.8.Æneï.
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.

Virg. 11 Aene. — *bello dat signum rauca cruentum Buccina*
Virg. 4. Geor. *Namque morantes Martius ille aris rauci canor increpat, & (vox*
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Virg. 4. Æne. *Intenti expectant signum, exultantiaque haurit*
Virg. 11 Æne. *Corda pauor.*
Virg. 7. Æne. — *cur ante tubam tremor occupat artus?*
Tum verò ad vocem celeri quà buccina signum
Dira dedit raptis concurrunt vndique telis.
Oui. 3 Fast. *Iam lituus pugnæ signa daturus erat.*
Virg. 8. Æne. *Tyrrhenusque tuba mugire per æthera clangor.*
Virg. 5 Æneï. *Et tuba commissos medio canit aggere ludos,*
Ibid. *Inde vbi clara dedit sonitum tuba.*
Virg 6. Æneï. *Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu.*
Ibid. *Sed tum fortè caua dum personat æquora concha,*
Demens, & cantu vocat in certamina diuos.
Virg. 7. Æneï. *Æreaq; assensu conspirant cornua rauco.*
Ibid. *Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum,*
Virg 9. Æn. *At tuba terribilem sonitum procul ære canoro*
Increpuit: sequitur clamor, cælumq; remugit.
Ouid. 3. Met. *Vt fremit acer equus cum bellicus ære canoro*
Signa dedit tubicen, pugnæq; assumit amorem:
Catullus. *Multaq; rauisonos efflabant cornua bombos.*
Tib. lib. 1. *Martia cui somnos classica pulsa fugent.*
Luc. 1. Pharſ. — *stridor lituum, clangorque tubarum.*
Non pia continuit cum rauco classica cornu.
Ibid. — *quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ.*
Luc. 4 Pharſ. — *sonipes motus clangore tubarum.*
Luc. 7. Pharſ. — *nullas tuba verberet aures.*
Ibid. — *tunc stridulus aër*
Elisus, lituis conceptáq; classica cornu,
Tunc ausa dare signa tuba, tunc æthera tendit,
Extremiq; fragor conuexa irrupit Olympi,
Sil. Ital. lib. 4. *Increpuêre simul feralia classica signum:*
At tuba terrificis fregit stridoribus auras.
Sil. Ita. lib. 16. — *& raucus stridenti murmure clangor Increpuit.*
Stat. 4. Theb. — *iam horrida clangunt Signa tuba.*

Claudere.

Virg. 3. Geor. *Illic claasa tenent stabulis armenta*
Virg. 4. Geor. *Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.*
Virg. 1. Æen. — *diræ ferro & compagibus arctis*
Claudentur belli portæ.
Ibid. *Arboribus clausam circum, atq; horrentibus vmbris*
Occulit.

— &

— & concludere sulco. Ibid.
— corpora furtim Includunt cæco lateri. Virg. 2. Æne.
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui. Ibid.
— ſæpe illos aſpera ponti Intercluſit hiems. Ibid.
Incluſos vtero Danaos.
Phineia poſtquam Clauſa domus. Ibid.
Arboribus clauſi circum. Virg. 3. Æneï.
— in antro Lanigeras claudit pecudes. Ibid.
Incluſam Danaen turris ahenea, Ibid.
Robuſtæque fores, & vigilum canum Hor. 3 c. 16.
Triſtes excubiæ munierant ſatis Nocturnis ab adulteris. Auctor.
Nullo vos olitor ſepiat, hortuli, Dumo. Catullus.
Claudite oſtia virgines Ouid. 1. Faſt.
Ille aditum fracti præſtruxerat obice montis. Ibid.
Vix iuga mouiſſent quinque bis illud onus.
— foreis obdo. Ouid. 14. Met.
— portaſque petunt, quas obice firmo Clauſerat Iliades.

Vide CARCER.

Claudicare. Claudus.

Et claudus infracto genu vel crure truncoſe mipes Prudent.
Breuiorue planta ex altera Greſſum trahebat imparem.

Clypeus.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Virg. 1. Æneï.
— clypeique ſub orbe teguntur. Virg. 2. Æneï.
— deinde comantem Ibid.
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur.
— rauco quod protinus ære repulſum, Ibid.
Et ſummo clypei nequicquam vmbone pependit. Ibid.
Ardentes clypeos atque ara micantia cerno. Virg. 7. Æneï.
Tegmina tuta cauant capitum flectuntque ſalignæ
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos Virg. 7. Æneï.
Tegmina queis capitum raptus deſubere cortex. Virg. 9. Æne.
— clypeoque inimicum haſtile trahebat.
Dum genitor nati parma protectus abiret. Virg. 11. Æne.
— Læuo dependet parma lacerto, Virg. 3. Æne.
— & ſcuta latentia condunt. Ibid.
— clypeum magni geſtamen Abantis.
— onus cæua parma ſiniſtra Ouid. 13. Met.
— clypei dominus ſeptemplicis Aiax.
Et totum clypei ferro deiecerat orbem. Virg. 10. Æn.
— perque æra ſcuta Ibid.
— voſtros vmbo vomit aureus ignes. Ibid.
Et clypeum efferri iuſſit Didymaonis artes.

Virg. 5. Æne. — & lapsa ancylia cœlo Extuderat.
Virg. 8. Æne. — scutis protecti corpora longis.
Ibid. At simul arati radiauit luminis vmbo.
Sil. Ita. lib. 2. Æratæq; micant peltæ.
Virg. 7. Æne. — fulgentia longè Scuta virum.
Virg. 8. Æne. — clypeum Vulcani dona parentis.
Ibid. — clypei transuerberat æra.
Vir. 10. Aene. — atq; viam clypei molita per oras.
Ibid. — clypeiq; ingens onus impedit hasta.
Ibid. Tum pius Æneas hasta iacit, illa per orbem
Ibid. Aere cauum triplici, per lignea terga tribusq;
Transit intextum tauris opus.
Immanem ærato circumfert tegmine syluam.
Et vetus in templo bellica parma vacat.
Ibid. — nuda iam erate fluentes Intuadunt clypeos.
Ptop lib. 2. — galeamq; extensus protegit vmbo.
Luc. 1. Pharſ. Sudauit clypeis ancylibus.
Luca. 3 Phar. — clypeum suo fulgore micantem.
Juuen. Sat. 2. — nec crudæ tardarunt tegmina parmæ.
Sil. Ital. lib. 2. Et formidato clypeus Titana lacessit
Sil. Ital. lib. 5. Lumine, quem tota variarat Mulciber arte.
Claud. in fra. — clypeumq; iis iungere donis,
Qui pulcher signis, auroq; asperrimus ardet.
Stat. 2. Achil. Exitium dirum hasta ferens orasq; recludit
Loricæ, & clypei extremo septemplicis orbes
Per medium transit femur. Vide ARMA.

COÆVVS, vide PAR & ASSIMILARE.
CÆLEBS, vide VIDVVS.
COAGVLARE, vide CASEVS.

Cælare.

Virg. 3. Geor.. In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto
Gangaridum faciam,
Virg. 5. Æneï. — cælatamque argento ferre bipennem,
Virg. 8. Æne. Mauors Cælatus ferro.
Auctor. — & hunc perenne circa
Cælabunt tibi bracteæ trophæum
Virg. 10. Æne. Quæ bonus Eurycion multo cælauerat auro.
Ouid. 5. Met. — clypeo quoq; flumina septem
Argento partim, partim cælauerat auro.

Cogere.

Virg. 3. Geor. — subigit decernere
Virg. 10. Æn. Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoste
Ibid. Subegit Bella sequi.

Imperiis egere suis. Virg. 6. Æneï.
— Ithyreos taxi torquentur in arcus.
— longiq; vrgent Ad littora fluctus. Virg. 2. Geor.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus, vt omnem Vir. 3. Georg.
Expediat morbi causam, euentusq; secundet: Virg. 4. Geor.
Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neque illum
Orando flectes vim duram, & vincula capto
Tende, doli circum hæc demum frangentur inanes.
— tot adire labores impulerit. Virg. 1. Æneï.
Errabant acti fatis. Ibid.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. Ibid.
— magnus Ithaci clamoribus actus. Virg. 2. Æneï.

Cogitare, Cogitationes.

— Iuno pestem meditata iuuentæ. Virg. 3. Geor.
Talia flammato secum Dea corde volutans. Virg. 1. Æneï.
— tales iactantem pectore curas. Ibid.
At pius Æneas per noctem plurima voluens. Ibid.
At Cytherea nouas artes, noua pectore versat Consilia. Ibid.
Id quidem ago & tacitus Lycidæ mecum ipse voluto Vir. Eclog. 9.
Si valeam meminisse. Virg. 4. Æne.
Illa dolos dirumq; nefas in pectore versat. Vir. 6. Æneï.
Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum. Virg. 11. Æne.
— omnia secum
Versanti subito vix hæc sententia cedit. Ibid.
— & cingere flamma Reginam meditor. Virg. 3. Æneï.
Multa mouens animo. Virg. 4. Æneï.
— vnam faciemus vtramq; Troiam animis.
Multa viri virtus animo, multusq; recursat Ibid.
Gentis honos, hærent infixi pectore vultus. Ibid.
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.
At q; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc, Ibid.
In partes q; rapit varias, perq; omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est. Ibid.
Sic adeo insistit, secumq; ita corde volutat, Ouid. 1. Met.
Hæc ait, & partes animum versabat in omnes.
Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet. Oui. epist. 1.
Interea repetunt cæcis obscura latebris Claud. lib 3.
Verba data sortis secum, interseq; volutant.
Hæc ego dum stultè meditor.
Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies:
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas, & sua lustra redit.

Iuuen. Sat. 1. — *tecum prius ergo voluta Hæc animo.*
Iuuen. Sat. 13. *Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum.*
Ouid. 4. Met. *Cogitat, & dubia est.*
Virg. 6. Æneï. *Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.*
— *casosq; volutat Euentus animo secum.*
Ibid. *Aërias tentassi domos, animósq; rotundum*
Ho. 1. ca. 0. 28. *Percurrisse polum.*
Virg 5. Æneï. *At pater Æneas casu concussus acerbo,*
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Virg. 6 Æneï. *Mutabat, versans, Siculisne resideret aruis.*
Virg. 8. Æne. *Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat.*
Virg. 12. Æne. *Multáque dura suo tristi cum corde putabant.*
Oui. Epist 10. — *aliud genitor secum ipse volutat.*
Oui. Epist. 15. *Occurrunt animo pereundi mille figuræ.*
— *animo te nocte videbam,*
Catullus. *Lumina cum placido victa sopore iacent.*
Aspicite innuptæ secum vt meditata requirunt
Non frustra meditantur habent memorabile quod sit,
Nec mirum tota penitus quæ mente laborant
Nos alio mentes, alio diuisimus aures.
Luc. 1. Pharſ. *Et tacitos multo voluunt in pectore questus.*
Luc lib. 1. *Atque omne immensum peragrauit mente, animóque.*
Perſ. Sat. 3. *Murmura cum secum & rabiosa silentia rodunt,*
Atque experrecto trutinantur verba labello.
Ægroti veteris meditantes somnia.
Prouidus hæc ritu vatis fundebat ab alto
Sil Ital. lib. 1. *Pectore præmeditans.*
Nulla vacant incepta dolis, simul omnia versat,
Sil. Ital. lib. 7. *Miscétque exacuens varia ad conamina mentem.*
Hoc ego cum sumptis agitarem mente tabellis.
Ouid. 1. Fast. *Talia dum secum mouet anxius.*
Cla. 3. in Coss. — *vidiamque domum gemitusque relictæ*
Hono. *Cogitat, occultus sub corde renascitur ardor.*
Stat. 2. Achil. *Hic mentem Æneæ Genitrix pulcherrima misit*
Virg 1. Æne. *Iret vt ad muros.* Vide CVRA.

Cognominare, & ri.

Virg. 3 Geor. — *Oestrum Graij vertêre vocantes.*
Ibid. — *Hippomanes vero quod nomine dicunt.*
Virg. 4 Geor. — *cui nomen Amello Fecere agricolæ.*
Virg. 1. Aenei. — *cui nunc cognomen Iulo*
Ibid. — *Romanósque suo de nomine dicet.*
Ibid. *Iulius à magno demissum nomine Iulo*
Ibid. *Mercatique solum facti de nomine Byrsam.*

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Ibid.
— nunc fama minores Ibid.
Italiam duxisse ducis de nomine gentem.
Æneadasque meo nomen de nomine fingo. Virg. 3 Æne.
Pergameamque voco laetam cognomine gentem. Ibid.
— Strophades Graio stant nomine dicta. Ibid.
Et quæ praterea per Graias plurima gentes Ouid. 4 Met.
Nomina Liber habes. Virg. 7 Ænei.
— Mnestheus, genus à quo nomine Memni, Ibid.
Sergestusque domus tenet à quo Sergia nomen. Ibid.
— Scyllaque Cloanthus
Carulea, genus vnde tibi Romane Cluenti. Ibid.
Nomen aui referens Priamus Ibid.
Alter Atis genus vnde Atij dixere Latini. Virg. 7 Æne.
Laurentésque ab ea nomen posuisse colonis. Ibid.
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem. Virg. 9. Æneï.
Cui Remulo cognomen erat. Sil. Ital. lib. 8.
— pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine, primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos. Manil. lib. 1.
Attribuitque suas formas, sua nomina signis.

Cognoscere.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Virg. 2. Geor.
Fortunatus, & ille, Deos qui nouit agrestes. Ibid.
Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis. Virg. 4 Geor.
— nouit namque omnia vates Ibid.
Quæ sint quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
— fama super æthera notus. Virg. 1. Æneï.
— ille vbi matrem Agnouit. Ibid.
Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Ibid.
— casus mihi cognitus vrbis Lattora nota tibi. Ibid.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Ibid.
Haud ignota loquor. Virg. 2. Æneï.
— primi clypeos mentitaque tela Agnoscunt. Ibid.
— sed coram agnoscere vultus, Ibid.
Velatasque comas præsentiaque ora videbar. Virg. 3. Æneï.
— prohibent nam cætera Parcæ Scire Helenum. Ibid.
Agnouit prolem ambiguam. Ibid.
— Veneris nec præmia noris Virg. 4. Æneï.
— haud ignara futuri. Ibid.
— Ego te intus, & in cute noui. Vers. sat. 3.
— inscitiaque Nescitetur ab omnibus. Catullus.
Rerum tam es noscere nexus. Boet. lib. 5.

— quis

Ibid. — quis repertam queat ignarus noscere formam.
Oui.1.de nu. Hoc in notitiam veniat maloq; pyroq;.
Luc.5. Phar. — dum comperit istas Omnia posse manus.
Sen.in Oed. Potésne facie noscere, ac vultu virum?
Hor.1.epist. Quam qui non poterit vero distinguere falsum.
Colligere flores, &c.
Virg.4. Geor. Purpureoq; metunt flores,
Virg.11. Æne. Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu molis viola, seu languentis hyacynthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec non sua forma recessit.
Virg.2. Geor. Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat.
Fortunat. —Summa defringe ex arbore plantas.
— ista legit violas, carpit & illa rosas.
Pratorum gemmas ac lilia pollice rumpunt.
Et quod odoratum est flore comante legunt.
Oui.15.Met. — manuq; Pabula decerpsi.
Vir.2.Georg. — Sed vncis
Carpenda manibus frondes, interq; legenda.
Virg.3. Geor. Sed frumenta manu carpes sata.
Virg.4. Geor. Primus vere rosam, atque Autumno carpere poma.
Ibid. — curua legunt prope flumina.
Hor.Epod.2. — insitiua decerpens pyra.
Virg.Eclog.2 — Vaccinia nigra leguntur,
Virg.Eclo.3. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.
Vir.Eclog.10. Serta mihi legeret,
Virg.6.Ænei. Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Ibid. — rite repertum
Carpe manu, namque ipse volens, facilisque sequetur,
Si te fata vocant, aliter non viribus vllis
Vincere nec duro poteris conuellere ferro,
Ouid.5.Met. quo dum Proserpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumq; puellari studio calat hosq; sinúmque
Implet, & æquales certat superare legendo:
Ibid. — & cultis dum simplex errat in hortis,
Puniceum curua decerpserat arbore pomum.
Ibid. — cum legeret vernos Proserpina flores.
Oui.epist.14. Est aliquid plenis pomaria carpere ramis.
Et tenui primam deligere vngue rosam.
Catullus. Idem cum tenui carpsit defloruit vngui.
Tib. lib.1. — cui dulcia poma
Delia selectis detrahet arboribus.
Ibid. Pomaq; non nata legit ab arboribus.

Et

Et modo nata mala vellere poma manu. Tib. lib. 3.
Quæ modo decerpens tenero pueriliter vngui. Proper. lib. 2.
Nunc violas tondere manu: Prop. lib. 3.
— captatis arbore pomis: Oui. 2. de art.
— iuuatque nouos decerpere flores. Prop. lib. 1.
Ille legit calthas huic sunt violaria curæ Ouid. 4. Fast.
Illa papauereas subsecat vngue comas.
Protinus herentem decerpsit pollice florem. Ouid. 5. Fast.
Vt rosa delectat, metitur quæ pollice primo Mart. lib. 10.
— non alta fronde virentem Ilica detraxit virgam. Oui. 11. Met.

COLLOQVI, vide LOQVI & CONFABVLARI.

Columna.

— immaneisque columnas Virg. 1. Æneï.
Rupibus excidunt scenis decora alta futuris.
— in mediis ingenti adnixa columna. Virg. 12. Æne.
ædibus astabat.
— nauali surgentes ære columnas. Virg. 3. Geor.

Comedere.

— & miseros morsu depascitur artus
Melle soporatum & medicatis frugibus herbam Virg. 2. Aene.
Obiicit. ille fame rabida tria guttura pandens Virg 6. Æneï.
Corripit obiectam.
— non illis epulæ nocuêre repostæ Virg. 3. Geor.
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ. Virg. 6. Æne.
Sint fera gentibus indomitis
Prandia de nece quadrupedum,
Nos oleris coma, nos siliqua
Fœta legumine multimodo
Pauerit innocuis epulis.
— manuque Ouid. 3. Met.
Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura succos.
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.
— hic piscibus atram Vir. 3. Georg.
Improbus ingluuiem, raniscque loquacibus explet. Ibid.
— nam sæpe fauos ignotus adedit Virg 4. Geor.
Stellio lucifugis congesta cubilia blattis.
Tum victu reuocant vires, fusique per herbam Virg. 1. Æne.
Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.
Postquam exempta fames epulis.
Ambesas subigat malis absumere mensas. Virg. 3. Æne.
— nec tu mensarum morsus horresce futuros, Ibid.
Victum infelicem baccas, lapidosaque corna Ibid.

Dant

Ibid. *Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ*

Ibid. *Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro,*
— vidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & trepidi tremerent sub dentibus artus.

Vir. 4. Æneid. *— ac fræna ferox spumantia mandit.*

Ibid. *— patriisq; epulandum apponere mensis.*

Ouid. 1. Met. *Frondibus arboreis, & amara pascitur herba,*

Hor. Epod. 2. *Non ostra auis descendat in ventrem meum.*
Non attagen Ionicus.
Frondibus & victu pascuntur simplicis herbæ
Iucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & grauè
Malua salubres corpori
Edat cicutis allium nocentius.

Virg. 1. Geor. *Concussaque famem in syluis solabere quercu.*

Virg. Eclog. 6 *— pallentes ruminat herbas.*

Ho. 1. sa o. 31. *— me pascunt olivæ,*
Me cicoreæ, leuesq; maluæ.

Hor. 1. c. o. 31. *Quicunq; terræ munere vescimur.*

Ho. 2. c. o. 24. *Viuitur parvo bene, cui paternum*
Splendet in mensa tenui salinum;

Ouid. 1. Met. *Contentiq; cibis, nullo cogente, creatis*
Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant;

Oui. in Ibin. *Cornaq;, & in duris hærentia mora rubetis,*

Ibid. *Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.*

Ibid. *Exiguumq; petis ore tremente cibum*
Nostraque longinquus viscera piscis edet:

Ibid. *Siue peregrinæ carpent mea membra volucres,*
Inque meo tingent sanguine rostra lupi.
Vnguibus & rostro tardus trahet ilia vultur,
Et scindent auidi perfida corda canes:
Deq; tuo fiet (licet hac sis laude superbus)
Insatiabilibus corpora rixa lupis.

Ibid. *Hic consumpto viscere pascet aues,*

Ibid. *Hic primus pueri venit in ora cibus.*

Ibid. *Sint artus auidis anguibus esca tui.*

Ibid. *Vt quos demisit vastam Polyphemus in aluum.*

Ibid. *Et tua dente fero viscera carpat equus.*

Ibid. *Inq; tui tæsus viscera patris eas*

Mart. lib 1. *Non nisi delecta pascitur ille fera,*

Oui. 12. Met. *Corripuit serpens, auidaq; recondidit alvo.*

Ibid. *— & corpora tosta carne replent.*

Sed

Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti Exaturanda meis; Oui. 5. Met.
Consumptis hic forte aliis, vt vertere morsus. Virg. 7. Aene.
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu, malisq; sequacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris,
Heus etiam mensas consumimus inquit Iulus,
Vescitur Æneas, simul & Troiana iuuentus Virg. 8. Aenei.
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Cum te nate fames ignota ad littora vectum Virg. 7. Aene.
Accisis coget dapibus consumere mensas.
Sed rami, atque asper victu venatus alebat Virg 8. Aene.
Quot namq; diris obtulit anguibus Ingurgitandos. Auctor.
(Suadet enim vesana fames) manditq;, trahitq; Molle pecus. Virg. 9. Aene.
Vescitur, inque suam sua viscera congerit aluum. Ouid. 6. Met.
— si nullos contigit illic Ore cibos. Jbid.
— quoniam ieiunia Virgo Soluerat. Ibid.
Puniceum curua decerpserat arbore pomum, Ibid.
Sumptaq; pallenti septem de cortice grana Presserat ore suo.
— Vosq; canes satiati sanguine herili, Ouid 3. Met.
Sumebant minimos ora coacta cibos Oui. Epist. 1.
Cum me coram syluas inimicus in altas, Jbid.
Viscera montanis ferret edenda lupis.
Diri aiunt auidæ viscera nostra feræ. Jbid.
Fronde leuas nimiam cespitibusque famem, Oui epist. 14.
— quorum Dentes vel silicem comesse possunt. Catullus.
Pro quo Dilaceranda feris dabor, alitibusq; Præda. Jdem.
Effossos oculos voret atro gutture coruus, Jdem.
Intestina canes, cœtera membra lupi.
Sanguineas edat illa dapes. Tib. lib. 1.
Desueuit querna pellere glande famem. Boet. lib. 2.
Facili quæ sera solebat Ieiunia soluere glande. Boet. lib. 4.
Quos ferus vasto recubans antro
Mersit immani Polyphemus aluo. Oui. 3. de art.
Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu. Luc 4. Pharſ.
— nec languida fessi Corpora sustentant epulis. Jbid.
— spoliabat gramine campum
Miles, attonso miseris iam dentibus aruo
Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.
— nondum surgentibus altam Luc. 6. Pharſ.
In segetem culmis, cernit miserabile vulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumo,
Et morsu spoliare nemus, lethumque minantes

Vel-

Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas
Quæ mollire queunt flamma, quæ frangere morsu.
Quæq; per abrasas vtero demittere fauces,
Plurimaq; humanis ante hac incognita mensis
Luc. lib. 4. *Diripiens miles saturum tamen obsidet hostem.*
Principio succum sentimus in ore, cibum cum
Oui. 4. Meta. *Mandendo exprimimus.*
Et scelerata fero consumite viscera morsu,
Juuen. Sat. 6. *O quicunque sub hac habitatis rupe leones:*
Sil. Ital. lib. 2. — *capiendo nulla videtur*
— *rabidi ieiunia ventris*
Insolitus adigunt vesci, resolutaq; nudos
Ibid. *Linquentes clypeos armorum tegmina mandunt.*
Ceu, stimulante fame cum victor ouilia tandem
Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus, patuloq; redundat
Sen. in Thye. *Gutture ructatus largè cruor.*
Ibid. *Auido fugaces ore captantem cibos,*
Ibid. *Tutusq; mensa capitur angusta cibus*
— *lancinat gnatos pater,*
Artusq; mandit ore funesto suos.
Excussa syluis poma compescunt famem,
Et fraga paruis vulsa dumetis cibos Faciles ministrant.
Sen. in Hipp. — *denteis in vite prementem.*
Ouid. 1. Fast. *Rode caper vitem.*
Ibid. *Panis erat primis viridis mortalibus herba,*
Ouid. 4. Fast. *Quas tellus nullo sollicitante dabat:*
Et modo carpebant viuax è cespite gramen
Nunc epulæ è tenera fronte cacumen erat.
Ibid. — *tribus, dixit, soluit ieiunia granis.*
Oui. 11. Met. *Siue dapes auido conuellere dente parabat.*
Ouid. 14. Met. *Viscera cuius edam, cuius viuentia dextra*
Membra mea laniem, cuius mihi sanguine inundet
Ibid. *Gutture, & elisi trepident sub dentibus artus*
— *iam nunc mea viscera rebar in sua mersurum.*
Ibid. *Visceraq;, & carneis, cumq; albis ossa medullis,*
Oui. 15. Met. *Semianimeisq; artus auidam condebat in aluum.*
Glande famem pellens, mista cum frondibus herba.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidaq; in vitibus vuæ:
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma,
Mollirique queant, nec vobis lacteus humor

Erì-

Eripitur, nec mella thymi redolentia flore:
Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus
Suggerit atq; epulas sine cæde, & sanguine præbet:
Carne fera sedant ieiunia, nec tamen omnes,
Quippe equus & pecudes armentaq; gramine viuunt.
At quibus ingenium est immansuetumq; ferumq;;
Armenta tigres, iracundiq; leones
Cumq; lupis vesci dapibus cum sanguine gaudent:
Heu quantum scelus est in viscera viscera condi,
Congestoq; auidam pinguescere corpore corpus,
Alteriusq; animantem animantis viuere letho:
Scilicet in cunctis opibus quas optima matrum
Terra creat nil te nisi tristia mandere sæuo
Vulnera dente iuuat? ritusq; referre Cyclopum?
Nec nisi perdideris alium placare voracis
Et male morati poteris ieiunia ventris?
At vetus illa ætas cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Corporeas q; dapes auidam demersit aluum. Ibid.
Cumq; boum dabitis casorum membra palato,
Mandere vos vestros scite & sentite colonos. Cla. de Phœ.
Non epulis saturare famem: Cla. de Mag.
Ex ferro meruit vitam, ferriq; rigore
Vescitur, has dulceis epulas, hæc pabula nouit:
Hinc proprias renouat vireis, hinc fusa per artus
Aspera secretum seruant alimenta vigorem.
Millia frumenti tua triuerit area centum. Hor. 1. se. sat. 3.
Non tuus hoc capiet venter plus quam meus.
manibus contingere mensas Vir. 6. Æneid.

Vide ALERE, & FAMES.

Cometa.

— nec diri toties arsere cometæ. Virg. 1. Geor.
— liquidaq; si quando nocte cometæ Virg. 10. Æn.
Sanguinei lugubre rubent.
Crine vel flammifero terret fera regna cometes Sil. Ital. lib. 1.
Sanguineum spargens ignem, vomit atra rubenteis
Fax cœlo radios, & sæua luce coruscum
Scintillat sidus, terrisq; extrema minatur.
— non vnus crine corusco Sil. Ita. lib 8.
Regnorum euersor rubuit lethale cometes.
— crinemq; timendi Luc. 1. Pharſ.
Siderus & terris mutantem regna cometen.

Sen. in Oct. — vidimus cœlo iubar
Cla. 2. de ra. Pro. Ardent, cometam pandere infestam facem.
— augurium qualis laturus in orbem
Præceps sanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens: non illum nauita tuto,
Non impune vident populi, sed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos aut vrbibus hostes.
Cl. de bel. Ge. Et nunquam cœlo spectatum impune cometen,
Qui primum roseo Phœbi prolatus ab ortu,
Quà micat astrigera senior cum coniuge Cepheus,
Inde Lycaonia paulatim expulsus ab Arcto
Crine vago, Getici fadaut sidera plaustri,
Donec in exiguum moriens vanesceret ignem.
Cla. 1 in Cos. — aut tristem figat crinita cometen.
Manilij. Vnde rubescentes ferali crine cometæ.
Clau. de ma. — mutent quæ sceptra cometæ.
Stat. 1. Theb. Et raptim subitas candescere flammas
Manil. lib. 1. Aëra per liquidum, tractosq; perire Cometas.
Ibid. Siue igitur ratio præbentis semina terræ
In volucris ignes possint generare cometas:
Siue illas natura faces ob iuncta creauit
Sidera per tenues cœlo lucentia flammas:
Sed trahit ad semet rapido Titanius æstu
Inuoluitq; suo flammanteis igne cometas,
Ibid. Talia significant lucentes sæpè cometæ:
Funera cum facibus veniunt, terrisq; minantur
Ardentes sine fine rogos, cum mundus, & ipsa
Ægrotet natura nouum sortita sepulchrum:
Quin & bella canunt ignes, subitosq; tumultus.
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.

Comitari.

Virg. 4. Geor. — stipantq; frequentes.
Ibid. Ibat eum vasti circum gens humida ponti Exultans.
Virg. 1. Ænei. — ipse vno graditur comitatus Achate.
Ibid. Incessit magna iuuenum stipante caterua
Ibid. Qualis in Europæ ripis, aut per iuga Cinthi
Exercet Diana choros, quam mille sequuntæ
Hinc, atq; hinc glomerantur Oreades.
Ibid. — hos tota armenta sequuntur A tergo.
Virg. 2. Ænei. Primus ibi ante omnes magna comitante caterua.
Ouid. 14. Met. Nostraq; adulantes comitant vestigia.
Ibid. — Deosq; parant comites.
Ibid. Hos tape fatorum comites.

— &

— & Phrygiis comitata ministris. Ibid.
— mihi paruus Iulus Sit comes. Ibid.
— nec nate tibi comes ire recuso. Ibid.
— dextra se paruus Iulus Ibid.
Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis.
— nec te hinc Comitem asportare Creusam Fas. Ibid.
Atque hic ingentem comitum adfluxisse nouorum Ibid.
Inuenio admirans numerum.
— multis comitantibus. Virg 3. Æneï.
— stipatque carinis Ingens argentum: Ibid.
Tandem progreditur magna stipante caterua. Virg. 4. Æneï.
Nec non & Phrygij comites & latus Iulus Ibid.
Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omnes
Inferi se socium Æneas, atque agmina iungit.
— nautas comitabor ouantes. Ibid.
— omnique manu stipata meorum Insequar. Ibid.
Sum omnes ipse tuus Matt lib. 2.
Feruidus tecum puer, & solutis Gratia zonis properent. Ho 2. c 0 30
Vt cunque mecum vos eritis, libens. Hor. 3. c. 0 4.
Insanientem nauita Bosphorum Tentabo.
— namque omnis eum stipata tegebat Turba ducum. Virg. 11. Aene.
Vrbe domo socias. Idem.
Ille è concilio multis cum millibus ibat Virg 5. Æneï.
Ad tumulum, magna medius comitante caterua. Ibid.
— quo se multis cum millibus heros Ibid.
Concessu medium tulit
Tum varia comitum facies.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum, Virg. 6 Æneï.
Atque omnes pelagiq; minans, cœliq; ferebat. Ibid.
— cui fidus Achates It comes. Ibid.
Quin & auo comitem sese Mauortius addet Romulus. Jbid.
Mene igitur socium summis adiungere rebus. Virg 9. Æneï.
Ipse comes Niso graditur. Jbid.
— & comitem casus complector in omnes: Ibid.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus.
— quos omnis euntes Jbid.
Primorum manus ad portas iuuenumque, senumque Prosequitur,
Furi & Aureli Comites Catulli: Catullus.
Siue in extremos penetrarit Indos.
Neu comes ire neges quamuis via longa paretur. Tib lib. 1.
Neue neget quisquam, me duce, se comitem. Tib. lib. 3.
Ne nostrum comites prosequerentur iter Boet lib. 1.

Se. in He fur. *Tu post terga tui perge viri comes.*
Sen. in Hipp. *Quacunq; gressus tuleris, hac amens sequar.*

COMMODARE, vide MVTVVM.

Communis res, & Communitas bonorum.

Vir. 4. Georg. *— communes natos, consortia tecta vrbis habent.*
Ibid. *— & in medium quæsita reponunt.*
Ibid. *— mens omnibus vna est.*
Ibid. *Omnibus vna quies, operum labor omnibus vnus,*
Virg. 1. Æne. *Vultis & his mecum pariter considere regnis,*
Vrbem, quam statuo, vestra est, subducite naues,
Tros, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.
Virg. 2. Aene. *Quo res cunq; cadent vnum & commune periclum,*
Vna salus ambabus erit.
Virg. 4. Æne. *Communē hunc ergo populum, paribusq; regamus Auspicijs*
Ibid. *— si Iuppiter vnam*
Esse velit Tyrijs vrbem, Troiaq; profectis,
Miscerive probet populos, aut fœdera iungi.
Oui. 2. de Pō. *Priuati, nil habet illa domus.*
Ouid. 6. Met. *Quid prohibetis aquas? Vsus communis aquarum est.*
Nec solum proprium natura, nec aëra fecit,
Virg. 1 Geor. *Nec tenues vndas: ad publica munera veni.*
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Vir. 11. Aene. *Fas erat, in medium quærebant.*
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.

Comparare.

Virg. 4. Geor. *— si parua licet componere magnis*
Virg. Eclo. 1. *— sic paruis componere magna solebam.*
Oui. 13. Met. *— mecum fertur Vlysses.*
Ouid. 5. Met. *Assimulare freto possis.*
Jbid. *— quod si componere magnis Parua mihi fas est.*
Catullus. *— quis huic Deo Comparatur ausit?*
Idem. *Non illi quisquam bello se conferet heros.*
Statius. *— si fas est æquare iacentia summis.*
Lu. ad Ga. Pis. *— Pisonem laude nitentem Exæquamus auis.*
Luc. 7. Pharſ. *Si liceat superis hominum conferre labores.*
Oui. 1. Triſt. *Grandia si paruis assimilare licet.*
Eleg. 5. *Si licet à paruis animum ad maiora referre.*
Oui. 3. de art. *Si locus est aliquis tanta inter nomina paruis.*
Oui. 1. de Pō. *Deniq; vt exemplis ipsos æquantibus vtar.*
Oui. 15. Met. *Quid vetat à magnis ad res exempla minores Sumere.*
Oui. 3. de art. *Si licet exemplis in paruo grandibus vti.*
Oui. 1. Triſt. *Aptari magnis inferiora licet.*
Ouid. 2. Am.

Com-

Comparationes.

Qualis apes æstate noua per florea rura Virg. 1. Æne.
Exercet sub Sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo Jbid.
Argentum, Pariusve lapis circundatur auro.
— inde lupi ceu Virg. 1. Æneï.
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem Jbid.
Præsſit humi nitens, trepiduſque repente refugit
Attollentem iras & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat,
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt Zephyrusque, Notusque, & lætus Eois
Eurus equis, stridunt syluæ, sæuitque tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo, Jbid.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuiis, nitidusque iuuenta
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum Jbid.
Cum ferro accisam, crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat,
Vulneribus donec paulatim euicta supremum
Congemuit, traxitque iugis auulsa ruinam.
At veluti magno in populo cum sæpe coorta est Virg. 1. Æneï.
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus:
Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem, & meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Si cunctus pelagi cecidit fragor.
Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes. Virg. 4. Æne.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant hiemis memores, tectoque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas

Conuectant calle anguſto, pars grandia trudunt,
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Jbid. *Caſtigant q3 moras, opere omnis ſemita feruet.*
Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant: it ſtridor, & altæ
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes:
Ipſe hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit:
Haud ſecus aſſiduis hinc atq3 hinc vocibus heros
Tunditur, & magno præſentit pectore curas:
Mens immota manet, lacrymæ voluuntur inanes.
Ouid 1. Met. *Vt q3 leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis,*
Vt faucibus ſæpes ardent, quas forte viator
Jbid. *Vel nimis admouit, vel iam ſub luce reliquit*
Vt canis in vacuo leporem cum gallicus arvo
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem:
Alter inhæſuro ſimilis, iamiamq3 tenere
Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro:
Alter in ambiguo eſt, an ſit comprenſus, & ipſis
Virg. 1. Geor. *Morſibus eripitur, tangentiſque ora relinquit.*
— *ſic omnia fatis*
In peius ruere, & retro ſublapſa referri:
Non aliter, quam qui adverſo vix flumine limbum
Remigijs ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
Ho. 1. c. 0. 37. *Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.*
— *ab Italia volantem*
Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Hor. 1. c. 0 5. *Venator in campis niualis Hemoniæ.*
— *albo ſic humero nitens,*
Vt pura nocturno renidet Luna mari
Qualia de pelagi, ſi quis procul audiat, vndis
Eſſe ſolent, qualem ve ſonum cum Iuppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Oui. 12. Met. — *& vulnere ſanguis inuſtus*
Terribilem ſtridore ſonum dedit, vt dare ferrum
Igne rubens plerumq3 ſolet, quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit, at illud
Stridet, & in tepida ſubmerſum ſibilat vnda.
Ibid. — *perq3 os,*
Perq3 cauas nares, oculoſque, aureſq3 cerebrum
Molle fluit, veluti concretum vimine querno

Lac

Hic solet, vtue liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.
— dedit hanc contagio labem, Juuen. Sat. 2.
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci.
Me vinea defendit grauitas, frustraque petebar: Ouid. 9. Met.
Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant.
Ira super, magno veluti cum flamma sonore Virg 7. Æneid.
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantq; æstu latices, furit intus aqua vis,
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis,
Nec iam sepcapit vnda, volat vapor ater ad auras.
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc, Virg. 8. Æne.
In partesq; rapit varias, perq; omnia versat:
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen aheneis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat late loca, iamq; sub auras
Erigitur, summique ferit laquearia tecti.
— Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille grui venantum vulnere pectus, Virg. 12. Æn.
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comantes
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno,
Ac veluti montis saxum de vertice præceps, Ibid.
Cum ruit auulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu.
Exultatq; solo, syluas, armenta, viroſque
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros.
Ac velut in somnis, oculos vbi languida pressit Ibid.
Nocte quies, nec quicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur:
Sic Turno, quacunque viam virtute petiuit,
Successum Dea dira negat.
Ac velut ingenti sylua, sub monte Taburno, Ibid.
Cum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri,
Stat pecus omne metu mutum, mussantq; iuuenca,

Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur:
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaq; obnixi infigunt & sanguine largo
Colla, armosque lauant gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros
Ibid. *Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet.*
Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisq; acuunt stridoribus iras:
Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Ibid. *Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.*
Ac velut immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes & in æquora currunt,
Quisq; suum populatus iter, non segnius ambo
Virg. 11. Æne. *Æneas, Turnusq; ruunt per prælia*
Flent mœsti, mussantq; patres, hic vndique clamor
Dissensu magnus vario se tollit in auras:
Haud secus, atque alto in luco cum forte caterua
Considere auium, piscosove amne Padusæ
Virg. 8. Æneï. *Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.*
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit:
Non secus, atque olim tonitru cum rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Hor. 4. c. o. 2. *Monte decurrens velut amnis, imbres.*
Quem super notas aluere ripas.
Feruet, immensusq; ruit profundo Pindarus ore.
Jbid. o. 5. *Instar Veris enim vultus vbi tuus*
Ibid. *Affulsit, populo gratior it dies, Et Soles melius nitent,*
Vt mater iuuenem, quem nothus inuido
Flatu Carpathii trans maris æquora
Cunctantem spatio longius annuo Dulci distinet à domo:
Votis, omnibusq; & precibus vocat,
Curuo nec faciem littore dimouet:
Sic desiderijs icta fidelibus Quærit patria Cæsarem.
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impressa cupressus Euro, Procidit latè.
Ibid. o. 8. *Cæruleæ cui terga notæ, maculosus, & auro*
Virg 5. Æneï. *Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus*
Mille trahit varios aduerso Sole colores
Ibid. *Qualis spelunca subitò commota columba,*

Cui

Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
Redit iter liquidum, celeres neque commouet alas,
Sic Mnestheus sic ipsa fuga secat vltima Pristis.
Aequora, sic illam fert impetus ipse volantem. Ibid.
Qualis sæpe via deprensus in aggere serpens
Aerea quem obliquum rota transiit aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo, lacerumq; viator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardensq; oculis & sibila colla
Arduus attollens, pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis seq; in sua membra plicantem.
Talia remigio naues se tarda mouebat.
Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta Ibid.
Parietibus textum cæcis iter, anticipitemq;
Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu
Impediunt texuntq; fugas, & prælia ludo:
Delphinum similes qui per maria humida nando
Carpathium, Libycumque secant, ludunt q; per vndas,
— torrentis aqua, vel turbinis atri More furens. Virg. 10. Æne.
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua quod non sua seminat arbos, Virg. 6. Æne.
Et croceo fœtu teretes circundare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento.
— agnouitq; per vmbram Ibid.
Obscuram, qualem primo qui surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam.
Hunc circum innumeræ gentes, populiq; volabant: Ibid.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
Immensam sine more furit limphata per vrbem: Virg. 7. Æneï.
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo.
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent
Horrescit strictis seges ensibus, aratq; fulgent Ibid.
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant:
Fluctibus vti primo cœpit cum albescere ventu.

Paulatim sese tollit mare, & altiùs undas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
Ille velut pelagi rupes immota, resistit,
Ibid. *Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,*
Quæ sese, multis circumlatrantibus undis,
Mole tenet, scopuli nequicquam & spumea circum
Saxa fremunt, lateríq; illisa refunditur alga.
Ibid. *Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:*
Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Omolen, Othryn q; niualem
Linquentes cursu rapido dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgultæ fragore.
Ibant æquati numero, regem q; canebant:
Ibid. *Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,*
Cum sese à pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus.
Virg. & Æneï. *At specus, & Caci detecta apparuit ingens*
Regia, & vmbrosæ penitus patuêre cauernæ:
Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, dijs inuisa, superq; immane barathrum
Cernatur, trepident q; immisso lumine manes,
— chlamyde & pictis conspectus in armis:
Ibid. *Qualis, vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,*
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.
Extulit os sacrum cœlo, tenebras q; resoluit.
Id. *— qualis, cum cærula nubes*
Solis inardescit radiis, longe q; refulget.
Auctor. *— ingentem nullo cogente tuarum*
Virtutum concurrit ad ignem:
Naufraga doctus vti velocibus æquora remis
Nauta secat, nigris vbi cœlum
Turbari nebulis conspexit, & ære morante
Festinat contingere terras.
Idem. *Atra quas, vbi parietes hiatu*
Nullo tergemina premit recluso
Moles imbricis, obseruauit vmbra
Formidabile iam diu barathrum:
Vt tandem datur egredi, micantem
Conniuentibus arduæ tuentur
Hirquis æthera palpebra, nouiq;
Horrent aëris impetus priores:

Mu-

Musam non secus inuijs iugorum
Quam nox abdidit hactenus latebris.
Cocco splendidus, atq; frons seuera
Mai state nitens (feras superni
Qui patris vice soluis, & coërces
Terras almeque senex, & orbis huius
Numen dicere, terret incapacem.
Haud ita frumentis nocuam sudante reuellit Idem.
Colonus herbam sarculo:
Brassica quin passim, lolium, tristisq; lupinus,
Segnesq; restent cardui:
Nec tua sic veterum contagia, Romule sanguis,
Cessare patrum legibus:
Quin veteris damnosa superstitionis vbiq;
Forent adhuc vestigia.
Palmaq; frondes vt recludunt
Stipite prægrandes onusto. Idem.
Sic pertinaci nescia cedere
Virtus renidet lumine latiùs.
Ficta Iunoni statuunt sacratam:
Arborem vatis monimenta, flauos, Idem.
Bracteas inter rutilo gerentem Stipite fœtus:
Aureum cuius locupletet ramum
Si quis obnixu manuum reuellat,
Alter actutum grauiore plagam Occupat auro.
Ipsa tu virtus, venerande gentis
Pastor humanæ, secus haud supernas
Impia claudis, neq; comminiscor, Mente sorores.
Et foras vnam, quod amœna crebro
Fortium gaudens videt vrbs Quiritum
Ire si mandes subito refulgent Millia mille.
Qua ceu Pleiades diffugientibus Idem.
Exortæ Boreis æthera, Gratiæ Illustrant faciem.
Pullæ noctis vti sæpe crepusculo. Idem.
Intentante vices, aëra garruli
Certatim, faculæ cui reseruauerit
Altæ se citior flamma, vagantibus
Innubem pueri luminibus petunt,
Stellatisq; polos ilices vndiq;
Spectant interea cingier ignibus:
Feruentes ita, rex qua docilem tibi
Naturam superus fulserit, amulo
Virtutem cithara sæpius inuicem

Idem. *Accantare fides murmure dimicant.*
— quod ab angiportu
Spiritus imo, miseraq; nocte
Viuus arceres, velut vngue pullos Mater ab vnco.
Virg. 9. Æne. *Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,*
Cum fremit ad caulas, Ventos perpessus, & imbres
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent, ille asper, & improbus ira
Sæuit in absentes, collectaq; fatigat edendi
Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.
Ibid. *— Phalarica venit Fulminis acta modo.*
Ibid. *Impastus ceu plena leo per ouilia turbans*
(Suadet enim vesana fames) manditq; trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu fremit ore cruento:
Nec minor Euryali cades.
Ibid. *Voluitur Euryalus letho pulchrosq; per artus*
It cruor inque humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Langueſcit moriens, lassove papauera collo
Demiscere caput, pluuia cum forte grauantur.
Ibid. *Vt fera, quæ densa venantûm septa corona*
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Iniicit & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quà tela videt denſissima tendit.
Ibid. *Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore cygnum*
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus.
Ibid. *— & crinitis capita alta coruſci.*
Quales aëriæ, Liquentia flumina circum,
Consurgunt geminæ quercus intonsaque cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Ibid. *— collapsa ruunt immania membra.*
Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit magnis quam molibus ante
Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit:
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ:
Tum sonitu Prochita alta tremit.

Dar-

Dardanius caput ecce puer detectus honestum. Vir. 10. Aen.
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur.
— magno discordes æthere venti Ibid.
Prælia ceu tollunt, animis & viribus æquis:
Non ipse inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra:
Haud aliter Troianæ acies, actesque Latinæ
Concurrunt, hæret pedepes, densusque viro vir.
Ac velut optato ventis æstate coortis Ibid.
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Correptis subito mediis extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos,
Ille sedens victor flammas despectat ouantes:
Non aliter socium virtus coit omnis in vnum:
— vtque leo specula cum vidit ab alta Ibid.
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
Ille velut rupes, vastum quæ prodit in æquor, Ibid.
Obuia ventorum furiis, expostaque ponto,
Vim cunctam, atque minas perfert calique, marisque,
Ipsa immota manet.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis Ibid.
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia, sylua
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus:
Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant:
Haud aliter iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, & vasto clamore lacessunt. Ibid.
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
(Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum,
Gaudet hians immane, comasque erexit, & hæret
Visceribus super accumbens, lauit improba teter Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Ac velut, effusa si quando grandine nimbi Ibid.
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,

Dum

Dum pluit in terris, vt possint, Sole reducto,
Exercere diem: sic obrutus vndiq; telis Æneas.

Vir. 11. Æneï. *Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt.*
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, necdum sua forma recessit,

Ibid. *Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat,*
— varijsq; per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur
Cum rapidos amnes, clauso sit gurgite murmur,

Ibid. *Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis*
Exultat q; animis, & spe iam præcipit hostem:
Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentáq; tendit equarum,
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto

Ibid. *Emicat, arrectisq; fremit cervicibus altè*
Luxurians, ludunt q; iubæ per colla, per armos.
Hi fugiunt, penitus q; datis referuntur habenis:
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc rapidus retro, at q; æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, littusq; vado labente relinquit.

Ibid. *— pernicibus igneæ planis*
Transit equum cursu, frænisque aduersa prehensis
Congreditur, pœnusq; inimico à sanguine sumit:
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprehensam q; tenet, pedibusq; euiscerat vncis:
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

Ibid. *Vtque volans altè raptum cum fulua draconem*
Fert aquila, implicuitque pedes, atque vnguibus hæsit:
Saucius, at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque horret squamis, & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus vnget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædam Tiburtum ex agmine Tarchon.
Portat ouans.

Ibid. *Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur.*
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóve iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens.
Subiecit pauitantem vtero, syluasque petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns.

Ibi-

Indum sanguineo veluti violauerit ostro Virg. 11. Æne.
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.
His agitur furijs, totoque ardentis ab ore Ibid.
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis:
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque iram sci in cornua tentat.
Arboris obnixus trunco, ventosq; lacessit Ibid.
Ictibus & sparsa ad pugnam proludit arena.
Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Ægeo, sequiturq; ad littora fluctus,
Quà venti incubuêre fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno quacunq; viam secat, agmina cedunt.
Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus Ibid.
It mare per medium, miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas
Arboribus, stragémque satis, ruet omnia latè:
Ante volant, sonitumq; ferunt ad littora venti:
Talis in aduersos ductor Rhœtetus hostes Agmen agit.
Insequitur trepidiq; pedem pede feruidus vrget: Ibid.
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ saeptum formidine pennæ
Venator cursu canis & latratibus instat:
Ille autem insidijs, & ripa territus alta
Mille fugit refugitque vias: at viuidus Vmber
Hæret hians, tam tamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis morsuq; elusus inani est.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur Ibid.
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui partus quam felle veneni
Parthus siue Cydon, telum immeditabile torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras:
Talis se sata Nocte tulit, terrasque petiuit.
Sed tamen erubuit, subitusq; inuita notauit Ouid. 6. Met.
Ora rubor, rursusque euanuit, vt solet aer
Purpureus fieri, cum primum aurora mouetur.
Illic & Tyrium quæ purpura sentit aheneum Ibid.
Texitur, & tenues parui discriminis vmbræ:
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cœlum.
In quo diuersi niteant cum mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit:
Vsque adeo quod tangit idem est, tamen vltima distant.

Fra-

Fræna dabat Sipylus, veluti cum præscius imbres
Nube fugit visa, pendentiaq; vndique rector
Carbasa deducit, ne qua legis effluat aura.

Ibid. *— & nusquem lumen detorquet ab illa:*
Non aliter quàm cum pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem louis ales ab alto.
Nulla fuga est capto, spectat sua præmia raptor.

Ibid. *Illa tremit, velut agna pauens, quæ saucia cani*
Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur:
Vtque columba suo madefactis sanguine plumis
Horret adhuc, auidosq; timet quibus hæserat, vngues.

Ibid. *Tigris vt auditis diuersa valle duorum*
Extimulata fame mugitibus armentorum,
Nescit vtro potius ruat, & ruere ardet vtroque.
Sic dubius Perseus, dextra leuane feratur.

Ibid. *Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat:*
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ:
Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas:

Ouid. 4. Met. *Qui color infectis aduersi Solis ab ictu*
Nubibus esse solet, aut purpureæ auroræ,
Is fuit in vultu visæ sine veste Dianæ.

Jbid. *— flamma propiore calescit:*
Non aliter quàm cum summis circumlita tædis

Ibid. *Admotas rapiunt viuacia sulphura flammas.*
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.
Non aliter quàm poma solent, quæ candida parte.
Parte rubent, aut vt varius solet vna recemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.

Jbid. *— vt intabescere flauæ*
Igne leui ceræ, matutinæq; pruinæ Sole repente solent,

Jbid. *Et crescit rabies, moderaminaque ipsa nocebant:*
Sic ego torrentem, qua nil obstæbat eunti,
Lenius & modico strepitu decurrere vidi,
At quacumque trabes, obstructaque saxa tenebant,
Spumeus & feruens & ab obice sæuior ibat.

Ibid. *Vt fremit acer equus, dum bellicus ære canoro*
Signa dedit tubicen pugnæque assumit amorem:
Venthea sic ictus longis vlulatibus æther
Mouit, & audito clamore recanduit ira.

Oui. epist. 7. *Vror, vt inducto ceratæ sulphuræ tædæ,*
Vt pia famosis addita thura rogis.

Oui. epi. 11. *Vt mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura.*
Vt quatitur tepido fraxina virga Noto.

Sic

Sic mea vibrari pallentia membra videres.
Vtque leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ, Ouid. epiſt 14.
Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut ſic aut etiam tremui magis.
Namq; Iulia Mallio Qualis Italiam colens Catullus.
Venit ad Phrygium Venus Iudicem bona cum bona
Nubit alite virgo: Floridis velut enitens Idem.
Myrtus aſiâ ramulis Talis in vario ſolet
Diuitis domini hortulo Stare flos hyacinthus.
Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis, Idem.
Ignotus pecori nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber.
Multi illum pueri, multa optauere puellæ.
Idem cum tenui carptus defloruit vngui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic virgo dum intacta manet.
Vt vidua in nudo vitis quæ naſcitur aruo,
Nunquam ſe extollit, nunquam mitem educat vuam.
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus, Idem.
Iam iam contingit ſummum radice flagellum,
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluêre iuuenci.
At ſi forte eadem eſt vlmo coniuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluêre iuuenci,
Sic virgo dum intacta manet.
Nam velut in ſummo quatientem brachia Tauro Idem.
Quercum aut cornigeram ſudanti cortice pinum
Indomitus turbo contorquens flamine, robur
Eruit, illa procul radicibus extirpata
Prona cadit, lateq; & cominus omnia frangit,
Sic domito ſæuum proſtrauit corpore Theſeus.
Namque velut denſus proſternens meſſor ariſtas, Idem.
Sole ſub ardenti flauentia demetit arua,
Troiugenum infeſto proſternent corpora ferro,
Mœſta nec aſſiduo tabeſcere lumina fletu Idem.
Ceſſarent, neq; triſti imbre madere genæ.
Qualis in aërij pellucens vertice montis
Riuus muſcoſo proſilit è lapide.
Candor erat qualem præfert Latonia Luna, Tib. lib. 3.
Et color in niueo corpore purpureus.
Vt iuueni primum virgo deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas.
Vt cum contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.

Tib.lib.4. *Nec tamen hinc aut hinc tibi laus maiorve, minorve*
Iusta pari premitur veluti cum pondere libra
Frona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.

Statius. *— sed media cecidere abrupta iuuenta*
Caudia florentesq; manu scidit Atropos annos.
Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Pubentesque rosæ primos moriuntur ad Austros,
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis.

Luc. 1. Pharſ. *— gaudens q; viam feciſſe ruina:*
Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Ætheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupit q; diem, populoſque pauenteis
Terruit, obliqua præſtinguens lumina flamma
Inſua templa furit, nullaque exire vetante
Materia, magnam q; cadens, magnam q; reuertens,
Dat ſtragem latè, ſparſoſq; recolligit ignes.

Ibid. *— ſicut ſqualentibus aruis*
Aeſtifera Libyes viſo leo comminus hoſte
Subſedit dubius, totam dum colligit iram:
Mox vbi ſe ſæua ſtimulauit verbere caudæ,
Erexit q; iubas, vaſto, & graue murmur hiatu
Infremuit, tum torta leuis ſi lancea Mauri
Hæreat, aut latum ſubeant venabula pectus,
Per ferrum tanti ſecuris vulneris exit.

Ibid. *— it tantus ad æthera clamor,*
Quantus pinifera Boreas cum Thracius Oſſa
Rupibus incubuit, curuato robore preſſæ

Ibid. *Fit ſonus, aut rurſus redeuntis in æthera ſylvæ.*
Inconſulta ruit, qualis cum turbidus Auſter
Reppulit à Libycis immenſum Syrtibus æquor.
Fractaq; veliferi ſonuerunt pondera mali,
Deſilit in fluctus deſerta puppe magiſter,
Nauitaq; & nondum ſparſa compage carinæ,
Naufragium ſibi quiſque facit: ſic vrbe relicta
In bellum fugitur.

Lucr. lib. 1. *Aut ita diffugient, vt tempeſtate coorta,*
Fulmina diffugere, atque imbreis, ventoſque videmus.
Et te dante capit iudex quam non habet, iram:

Lu. ad Ca. Piſ. *Sic auriga ſolet feruentia Theſſalus ora*
Mobilibus frænis in aperto flectere campo,
Qui modo non ſolùm rapido permittit habenas
Quadrupedi, ſed calce citat, modo torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata

Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Ventus vt amittit vires, nisi robore densæ Luca. 3. Phars.
Occurrant syluæ, spatio diffusus inani,
Vtq; perit magnus nullis obstantibus ignis,
Sic hostis mihi deesse nocet.
Vt quoties æstus Zephyris Euriscq; repugnat, Ibid.
Huc abeunt fluctus, illuc mare: sic vbi puppes
Sulcatæ varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor.
Sednox sæua modum venti, velicq; tenorem Luca. 5. Phar.
Eripuit nautis, excussitq; ordine puppes:
Strimona sic gelidum, bruma pellente, relinquunt
Potura te Nile grues, primoq; volatu
Effingunt varias, casu monstrante figuras:
Mox vbi percussit tensas Notus altior alas,
Confusos temere immistæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit dispersis littera pennis.
Par pelagi monstris, Libycæ sic bellua terræ, Luc. 5. Phars.
Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas:
Viscera tuta latent penitus, citraque cruorem
Confixæ stant tela fera, tot facta sagittis,
Tot iaculis, vnam non explent vulnera mortem.
Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsa Ibid.
Cum iaculum parua Lybis amentauit habena,
Se rotat in vulnus, telumq; irata receptum
Impetit & secum fugientem circuit hastam.
Vt volucris visis rapidissima miluius extis, Ouid. 2. Met.
Dum timet, & densi circumstant sacra ministri,
Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,
Spemq; suam motis auidus circumuolat alis:
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, & easdem circinat auras.
Quanto splendidior, quam cætera sydera fulget Ibid.
Lucifer & quanto, quàm Lucifer, aurea Phœbe,
Tanto virginibus præstantior omnibus Herse
Ibat, eratque decus pompæ, comitumq; suarum.
Paruus vt est cygni melior canor ille gruum quàm
Clamor in atheriis dispersus nimbibus Austri. Luc. lib. 4.
— cinere vt multa latet obrutus ignis,
Vnde reconflari sensus per membra repente Ibid.
Possit, vt ex igni tecto consurgere flamma.

— flagrant quoq; lumina Nymphæ.
Ouid.4. Met. Non aliter, quàm cùm puro nitidissimus orbe
Opposita speculi refertur imagine Phœbus.
— alternaq; brachia ducens
In nitidis transtucet aquis: vt eburnea si quis
Ibid. Signa tegat claro, vel candida lilia vitro.
Tum ductorem auido clamore in mœnia poscit:
Sil.Ital. lib.2. Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus,
Cum syluam occursu venantum perdidit, hirto
Horrescit sæuus dorso, & postrema capescit
Prælia candentem mandens aper ore cruorem:
Iamq; gemens gemitum contra venabula torquet.
Jbid. Lethiferumq; micant fulgentes vertice cristæ:
Crine vt flammifero terret fera regna cometes
Sanguineum spargens ignem vomit, atra rubentes
Pax cœlo radios, & sæua luce coruscum
Scintillat sidus, terrusq; extrema minatur.
Ibid: Prouidus hæc ritu vatis fundebat ab alto
Pectore præmeditans Fabius surgentia bella:
Vt sæpe è celsa grandæuus puppe magister
Prospiciens signis venturum in carbasa Corum,
Summo iamdudum substringit lintea malo.
Sil.Ital. lib.2. Semiamb usta iacet nullo discrimine passim
Infelix obitus, permixto funere, turba:
Ceu stimulante fame, cum victor ouilia tandem
Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus, patuloq; redundat
Gutture ructatus largè cruor incubat atrus
Semesæ stragis cumulus, aut murmure anhelo
Infrendens laceros inter spatiatur aceruos:
Latè fusa iacent pecudes, custosq; molossus,
Pasturumq; cohors, stabuliq; gregisq; magister,
Totaq; vastatis disiecta mapalia tectis.
Sil.Ital. lib.5. Iamq; aderat, clypeumq; viri, atq; immania membra
Lustrabat visu, propiorq; à fronte coruscæ
Lux galeæ sæuus paulum tardauerat iras:
Haud secus ac specula præceps delatus opacâ
Subsidens campo summissos contrahit artus,
Cùm vicina trucis conspexit cornua tauri,
Quamuis longa fames stimulet leo, nunc ferus altis
Surgenteis ceruic. toros, nunc torua sub hirta
Lumina miratur, fronte, ac iam, signa mouentem,
Jbid. Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.

Iraq;

Iraq; anhelatum proturbat pectore murmur:
Infractasq; minas dilato Marte fatigat Sil.Ital. lib.5.
Sollers cunctandi Fabius: ceu nocte sub atra
Munitus pastor stabulis, per ouilia clausum
Impauidus somni seruat pecus, effera sæuit,
Atq; impasta truceis vlulatus turba luporum Ibid.
Exercet, morsuq; quatit restantia claustra.
Nulla vacant incepta dolis, simul omnia versat,
Miscetq; excuens varia ad conamina mentem:
Sicut aqua splendor radiatus lampade Solis
Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans Ibid.
Luminis & tremula laquearia verberat vmbra,
Agmina deturbat gladio, campumq; relaxat,
Donec Sidonius decederet æquore ductor.
Ceu stimulante fame, rapuit cum Martius agnum
Auerso pastore lupus fœtumq; trementem
Ore tenent presso: tum si vestigia cursu
Auditis celeret balatibus obuia pastor,
Iam sibimet metuens, spirantem dentibus imis
Reiectat prædam & vacuo fugit ager hiatu.
Hæc postquam increpuit, portis arma incitus effert, Sil.Ital.lib.8.
Impellitq; moras, veluti cum carcere rupto
Auriga indociles totas effundit habenas,
Et præceps trepida pendens in verbera planta
Impar fertur equis fumat male concitus axis
Ac frena incerto fluitant discordia curru,
Consequitur melior planta atque obtruncat Acerram. Sil.Ita.lib.10.
Vt canis occultos agitat cum Belgicus apros,
Erroreisq; fene solers per deuia mersa
Nare legit, tacitosq; premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantum indagine saltus:
Nec sistit, nisi conceptum sectatus odorem,
Deprendit spissis arcana cubilia dumis.
Armiger haud aliter magni Iouis, anxia nido Ibid.
Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fœtus,
Obuersam spectans ora ad Phaëtontia prolem,
Explorat dubios Phœbea lampade natos.
Tandem cum toto cecidit grege nomen in Vmbro. Jbid.
Clarum Christa diu populo, ceu fulmine celsa
Æsculus, aut proauis ab origine cognita quercus
Cum fumat percussa Ioui sacrosque per æuum
Aethereo ramos populantur sulphure flamma,
Donec victa Deo late procumbit, & omnem

Ibid.
Collabens operit spatioso stipite prolem,
Sedit terribilis clypeum super, ore cruento:
Immanis ceu depulsis leuioribus hastis
Accepit leo cum tandem per pectora ferrum,
Stat teli patiens, media tremebundus arena,
Ac manante iubis, rictuq; & naribus vnda
Sanguinis interdum languentia murmura torquens.

Sil. Ita. lib. 11.
Effundit Patulo spumantem ex ore cruorem.
Inuadit, vincitq; manus post terga catenis:
Illatus velut armentis super ardua colla
Cum sese imposuit, victorq; immane sub ira
Infremuit leo, & immersis grauis vnguibus hasit.

Sil. Ita. lib. 12.
Mandit anhelantem pendens ceruice iuuencum.
Euolat, & minitans auida ad certamina fertur:
Haud secus amisso tigris si concita fœtu
Emicet, attonitæ paucis lustrantur in oris
Caucasus, & saltu transmittitur alite Ganges.
Donec fulmineo partus vestigia cursu
Colligit, & rabiem prenso consumit in hoste.

Sil. Ita. lib. 16.
— hic aggere septus
In tempus posita ad renouandum bella coquebat.
Abditus vt sylua stabulis cum cessit ademptis
Amisso taurus regno gregis, auia clauso
Molitur saltu certamina, iamq; feroci
Mugitu nemora exterret, perq; ardua cursu
Saxa ruit, sternit syluas, rupeisq; lacessit
Irato rapidus cornu, tremit omnis ab alto
Prospectans scopulo pastor noua bella parantem.

Mart. lib. 5.
Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties secula vixit auis;
Taliter exuta est veterem noua Roma senectam.
Et sumpsit vultus Præsidis ipsa sui.

Sc. in He. fur.
— nec adhuc omneis
Expulit æstus, sed vt ingenti Vexata Noto seruat longos
Vnda tumultus, & iam vento Cessante tumet.

Sen. in Thye.
Vix tempero animos, vix dolor frenos capit:
Sic cum feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur Vmber, ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
Rostro pererrat: præda cum propior fuit,
Ceruice tota pugnat, & gemitu vocat
Dominum morantem, secq; retinenti eripit:

Sylua iubatus qualis Armenia leo — Ibid.
In cæde multa victor armento incubat,
Cruore rictus madidus, & pulsa fame
Non ponit iras hinc, & hinc tauros premens
Vitulis minatur, dente iam lasso piger:
Non aliter Atreus sauit, atq; ira tumet. — Sen. in Hipp.
Vt dura cautes vndiq; intractabilis
Resistit vndis, & lacessentes aquas — Sen. in Oedi.
Longè remittit, verba sic spernit mea.
Vt alta ventos semper excipiunt iuga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta
Quamuis quieti verberant fluctus maris, — Sen. in Ag.
Imperia: sic excelsa fortuna obiacent.
—fluctibus variis agor, — Ouid. 2. Fast.
Vt cum hinc profundum ventus, hinc æstus rapit,
Incerta dubitat vnda cui cedat malo.
Ecce, velut torrens vndis pluuialibus auctus,
Aut niue, quæ Zephyro victa repente fluit,
Per sata, perq; vias fertur, nec, vt ante solebat,
Riparum clausas margine finit aquas: — Ibid.
Sic Fabij vallem latis discursibus implent.
Quodq; vident sternunt, nec metus alter inest.
Sicut aper longè syluis latratibus actus
Fulmineo celeres disiipat ore canes:
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti, — Ibid.
Vulneraq; alterna dant q; feruntq; manu.
Attonituq; metu rediit, ceu sæpe viator — Oui. 1. Trist. Eleg. 1.
Turbatum viso rettulit angue pedem.
Terretur minimo penna stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta tuis
Non procul è stabulis audet discedere, si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi
Vitaret cœlum Phaeton si viueret, & quos
Optauit stultè, tangere nollet equos
Me quoque, qua sensi fateor Iouis arma timere,
Me vetor infesto cum tonat igne peti.
Scilicet vt fulmen spectatur in ignibus aurum, — Ibid. od. 4.
Tempore sic duro est inspiciendа fides
Vt si quis violas, riguoq; papauera in horto, — Oui. 10. Met.
Liliaq; infringat fuluis hærentia linguis,
Marcida demittant subito caput illa grauatum,
Nec se sustineant, spectentq; cacumine terram:
Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore

Cla.3.in Coss. Honor. *Ipsa sibi est oneri ceruix, humeroq; recumbit.*
Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ
Spe propiore tori mater solertior ornat
Aduenientè proco, vesteisq;, & cingula comit
Sæpe manu viridiq; angustat cuspide pectus,
Substringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aureis:
Sic oculis placitura tuis, insignior, auctis
Collibus, & nota maior se Roma videndam
Stat. 2. Theb. *Obtulit, addebant pulchrum nouæ mœnia vultum.*
Ac velut hyberno deprensus nauita ponto.
Cui neque tempo piger, neque amico sidere monstrat
Luna vias, medio cœli pelagiq; tumultu
Stat rationis inops, iam iamq; aut saxa malignis
Expectat submersa vadis, aut vertice acuto
Spumanteis scopulos erecta incurrere prorâ:
Manil. lib. 1. *Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros Accelerat.*
Ac veluti virides discernit semita campos,
Quam terit, assiduo renouans iter orbita tractu,
Inter diuisas æqualibus est via parteis:
Vt freta caneſcunt sulcum ducente carina,
Accipiuntq; viam fluctus spumantibus vndis,
Quam tortus verso mouit de gurgite vertex:
Candidus in nigro lucet si climes Olympo,
Cæruleum fundens ingenti lumine mundum,

Componere carmen, & carmine dicere aliquem.

Virg. 2. Geor. *Nunc te Bacche canam.*
Ibid. *— quo te carmine dicam.*
Ibid. *Asiræumq; cano Romana per oppida carmen,*
Virg. 3. Geor. *Te quoque magna Pales, & te memorande canemus*
Pastor ab Amphriso.
Jbid. *— magno nunc ore sonandum*
Ibid. *— quid pascua versu Prosequar?*
Virg 4. Geor. *— populos, & prælia dicam.*
Ibid. *Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.*
Ibid. *Hæc super arvorum cultu, pecorumq; canebam,*
Jbid. *Carmina qui lusi pastorum, audaxq; iuuenta*
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.
Virg. 3. Æne. *— rem carmine signo.*
Hor Epod. 11. *Scribere versiculos.*
Vir. Eclog. 6. *prima Syracosio dignata est ludere versu,*
Ibid. *— deductum dicere carmen.*

Agre-

Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. Jbid.
Non tu in triuiis indocte ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen? Virg. Eclog. 5.
Pollio amat noſtram, quamuis ſit ruſtica, muſam, Ibid.
Pollio & ipſe facit noua carmina.
— Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu Vir. Eclog. 10.
Carminis heroi tangere iura ſit opus. Prop. lib. 3.
— ſimilesq; meorum Mille die verſus deduci poſſe. Hor. 1. ſe. lat. 1.
Maiores maiora ſonent mihi parua locuto Mart. lib. 9.
Sufficit in veſtras ſæpe redire manus.
Componis belle mimos, epigrammata belle, Mart. lib. 2.
Hiſtorias bellas, carmina bella facis,
Vtrumne chartis tradit ille victuris Mart. lib. 3.
Legenda temporum acta Claudianorum:
— & potius noua Cantemus Auguſti trophæa. Hor. 2. ca. o. 9.
— tuq; pedeſtribus Ibid. o. 12.
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris.
— mare mollibus Aptari citharæ modis. Ibid.
Laurea donandus Apollinari, Hor. 4. c. o. 2.
Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit.
— operoſa paruus Carmina fingo, Jbid.
Concines maiore poëta plectro Cæſarem. Ibid.
Lydis remiſto carmine tibiis, Ibid. o. 15.
Troiamq; & Anchiſen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.
Diuerſo mihi floris ex aceruo Auctor.
Quod Permeſſidos, ad virentis undas
Miſiſti, Ruyri diſerte vates,
Lectum, dextera dum libens perenni Halat ſtemmate,
— ac poëma cum ſcribit.
I nunc, & verſus tecum meditare canoros. Catullus.
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes Hor. 2. epiſt.
Rite cliens Bacchi ſomno gaudentis, & umbræ:
Tu me inter ſtrepitus nocturnos, atq; diurnos
Vis canere, & contracta ſequi veſtigia vatum.
Homo eſt venuſtus, & dicax, & urbanus. Catullus.
Immo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi Vir. Eclog. 5.
Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui
Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas,
Idemque longè plurimos facit verſus:
Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura Perſcripta.
Vos ego ſæpe meo, vos carmine compellabo. Jbid.
Hoc tibi quo potui confectum carmine munus Ibid.

Ouid. *Pro multis aliis redditur officiis.*
Quicquid conabar dicere versus erat,
Sed tristem mortis demonstret littera causam,
Atq; hæc in celebri carmina fronte notet.

Tib. lib. 4. *Incipiam tamen, ac meritas si carmina laudes*
Deficiant, humilis tantis sim conditor actis.
Nec tua, te præter, chartis intexere quisquam

Ibid. *Facta queat, dictis vt non maiora supersint.*
Hic quoq; sit gratus paruus labor, vt quoq; possim
Inde alios, alioq; memor componere versus:
Alter dicat opus magni mirabile mundi:
At quodcumq; mea poterunt audere Camœnæ.

Ibid. *Seu tibi par poterunt, seu quod spes annuit vltra,*
Siue minus, certéq; canens minus, omne mouemus

Jbid. *Hoc tibi, ne tanto careat mihi nomine charta.*
Conuenient & tuas cupidi componere laudes
Vndique quique canent vincto pede, quique soluto.
Non te deficient nostra memorare Camœnæ,
Nec solum tibi Pierij tribuentur honores.

Ibid. *Quod tibi si versus noster totusve, minusve,*
Vel bene si totus summo vel inerret in ore,

Ibid. *Nulla mihi statuunt finem te fata canendi.*

Ibid. *Inceptis de te subtexam carmina chartis.*

Ibid. *Ne foret aut elegis molles qui fleret amores,*
Aut caneret forti regia bella pede.

Prop. lib. 1. *Et frustra cupies mollem componere versum.*

Prop. lib. 2. *Et quantum Aeolio cum tentat carmina plectro*
Par Aganippææ ludere docta lyræ:
Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ,

Jbid. *Carminaq; Erynnes non putat æqua suis.*
Nunc aliam citharam me mea Musa docet:
Surge anima ex humili iam carmine, sumite vires

Jbid. *Pierides, magni nunc erit oris opus.*

Prop. lib. 1. *Hæc ego castra sequar vates, tua castra canendo,*
Hæc ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico spiritus ore tonat.

Prop. lib. 4. *Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo,*

Jbid. *Et tu finge elegos.*

Jbid. *Cæsaris in nomen ducuntur carmina.*

Jbid. *Et quoscunque meo feciſti nomine versus,*
Vre mihi, laudes desine habere meas.

Boet. lib. 1. *Carmina qui quondam studio florente peregi,*

Fle-

Flebilis, heu, mœstos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ, Statius
Et veris elegi fletibus ora rigant. Idem.
Et eloquente Cantu purpureum trahes senatum
Et te nobile carmen insonantem
Pompei comitantur & Catones. Idem.
Tu charus Latio, memorq; gentis
Carmen fortior exeris togatum,
Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora Thessalosque currus.
Et noster tibi proferetur Orpheus,
Dies culminibus Remi vagantis
Infandos domini nocentis ignes:
Tu caste titulum decusque Polla
Iucunda dabis allocutione,
Et Pharsalica bella detonabis:
Hæc primo iuuenis canes sub æuo.
Quin maius loquor, ipsa te Latinis
Aeneis venerabitur canentem.
Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris, Idem.
Siue chelyn tollas heroa ad robora, siue
Liuentem Satyram nigra rubigine turbes,
Seu tua non alia splendescat epistola cura.
— iuuat illaudabile carmen Fundere. Idem.
Vos quoque, qui fortes animas, belloq; peremptas Luc. 1. Phars.
Laudibus in longum vates demittitis æuum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.
Vnde prius cœpi surgat mihi carminis ordo, Lu. ad Ca. Pis.
Quosve canam titulos? Stat. 1. Theb.
Tempus erit cum laurigero tua fortior æstro
Facta canam, nunc, tende Chelyn satis arma referre Aonia.
Quare age Calliope posita grauitate forensi Lu. ad Ca. Pis.
Limina Pisonis mecum pete, plura supersunt,
Quæ laudare velis inuenta penatibus ipsis.
— si carmina forte Ibid.
Nectere ludenti iuuit fluitantia versu,
Aonium facilis deducit pagina carmen.
Sed prius emenso Titan versatur Olympo,
Quàm mea tot laudes decurrere carmina possint, Ibid.
Carmina Romanis etiam resonantia chordis. Ibid.
— memorabilis olim. Ibid.
Tu mihi Mœcenas tereti cantabere versu,
Possumus æternæ nomen committere famæ.

Te

Luc.lib.1. Te sociam studeo scribundis versibus esse.
Quos ego de rerum natura pangere conor.
Ibid. Deinde quod obscuro de re tam lucida pango
Carmina, musæo contingens cuncta lepore.
— suauiloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Lucr. lib. 5. Et quasi musæo dulci contingere melle.
— dignum pollenti pectore carmen Condere.
Ibid. Carminibus cum res gestas cœpere poëtæ Tradere.
Hic canet illustri primus bella Itala versu,
Sil.Ita.lib.12. Attolletq; duces cælo, resonare docebit
Hic latis Helicona modis, nec cedet honore
Hor.1.epist. Ascræo famaue seni.
Hor.2.epist. — seu condis amabile carmen.
Virg.Eclo.5. — & tenui deducta poëmata filo.
Tale tuum nobis carmen Diuine poëta
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum,
Ouid.2.Fast. Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Dum canimus sacris alterno pectine Nonas,
Maximus his Fastis accumulatur honos:
Deficit ingenium, maioraq; viribus vrgent:
Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.
Oui. 1. Trist. Carmina secessum scribentis, & otia quærunt.
Eleg.1. — tamen ipse trementi
Ibid.Eleg.12. Carmina ducebam qualiacumq; manu.
Iure igitur laudeis Cæsar pro parte virili
Oui 5. Trist. Carmina nostra tuas qualiacumq; canunt.
Eleg.12. — puris versum perscribere verbis.
Tu mihi dictasti iuuenilia carmina primus.
Ho.1.se.Sat.4 Apposui senis te duce quinq; pedes:
Oui.3. de Pō. Nec me Mœonio consurgere carmine, nec me
Eleg.3. Dicere magnorum passus es acta ducum.
Paruaq; ne dicam scribendi nulla voluptas,
Oui. 2. de Pō. Est mihi, nec numeris nectere verba iuuat.
Eleg 2. Carmina vestrarum peragunt præconia laudum,
Ibid. Ele. 8. Neue sit actorum fama caduca cauent:
Carmine fit viuax virtus, expersq; sepulchri,
Notitiam serę posteritatis habet.
Scripta ferunt annos, scriptis Agamemnona nosti,
Et quisquis contra vel simul arma tulit.
Quis Thebas septemq; duces sine carmine nosset?
Et quicquid post hæc, quicquid & ante fuit?
Dij quoque, carminibus, si fas est dicere, fiunt,

Tan-

Tantaq; maiestas ore canentis eget.
At quam victuras poteramus pangere chartas, Mart. lib. 11.
Quantaq; Pieria prælia flare tuba.
Carmina nulla probas molli quæ limite currunt, Ibid.
Sed quæ per salebras altaq; saxa cadunt.
— Equidem si carmen in vnum Cla 3. in laud. Stilich.
Tantarum sperem cumulos aduoluere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Ossæ,
Si partem tacuisse velim, quodcumq; relinquam,
Maius erit, veteres actus, primamq; iuuentam
Prosequar, ad sese mentem præsentia ducunt?
Narrem iustitiam, resplendet gloria Martis: Virg. 2. Geor.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.
Armati referam vireis plus egit inermis:
Angelidam Thracem, decertatosque laboreis
Hebro teste canam? magnum mihi panditur æquor,
Ipsaque Pierios lassant procliuia currus,
Laudibus innumeris: etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli, nunquam syncera bonorum
Sors vlli concessa viro quem vultus honestat,
Dedecorant mores animus quem pulchrior ornat. Auso. in Mos.
Mollia subtili nebunt mihi carmina filo Pierides. Stat. 2. Syl.
Non mihi si cunctos Helicon indulgeat amneis,
Et superet Pimplea sitim largeque volantis
Vngula sedet equi referetque arcana pudicos
Phœmoneo fontes, vel quos meus auspice Phœbo
Altius immersa turbauit Pollius vrna,
Innumeras valeam species, cultumque locorum
Pieriis æquare modis. Stat. 5. Syl.
Quis labor Aonios seno pede ducere campos. Ibid.
— siue ora libebat Aonijs vincire modis. Prop. lib. 2.
Tale facis carmen docta testudine quale
Cynthius impositis temperat articulis.
Carmine diuinas artes, & conscia fati Manil. lib. 1.
Sidera diuersos hominum variantia casus,
Cælestis rationis opus, deducere mundo
Aggredior, primusque nouis Heliconâ mouere
Cantibus, & viridi mutantes vertice syluas,
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Virg. 1 Æneid.
Carmen, & egressus syluis vicina coegi, Littora.
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

Arma.

Virg 1. Geor. *Arma, virumq; cano.*
Ouid. 1. Met. *Hic canere incipiam.*
Luc. 1. Pharſ. *In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.*
Bella per Æmathios pluſquam ciuilia campos,
Manil. lib. 1. *Iusq; datum ſceleri canimus.*
Tuas animum vireſq; facis ad tanta canendum,
Jbid. *Iam propiusq; fauet mundus ſcrutantibus ipſum.*
Mart. lib. 2. *Et rapit æthereos per carmina pandere ſenſus*
Ibid. *Cernere, & in numerum Phœbo modulante referre.*
Jbid. *— ſed proximus illi*
Heſiodus memorat diuos
Ibid. *— captiſque penatibus arma Ore ſacro cecinit.*
Manil. lib. 3. *Perq; pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt.*
Ibid. *Pieridum numeris etiam modulata canenti.*
Ibid. *En conor dignos in carmina ducere cantus*
Carmina vulgatum eſt opus, & componere ſimplex.
Carmine quod proprio pedibus quod iungere certis.
Mart. lib. 12. *Scribebamus Epos, cœpiſti ſcribere: ceſſi,*
Æmula ne ſtarent carmina noſtra tuis:
Tranſtulit ad tragicos ſe noſtra Thalia Cothurnos
Aptaſti longum tu quoq; Syrma tibi.
Fila Lyræ moui doctis exculta Camœnis:
Plectra rapis nobis ambitione noua
Audemus Satyras: Lucilius eſſe laboras.
Ludo leues elegos: tu quoq; ludis idem.
Quid minus eſſe poteſt! Epigrammata fingere cæpi:
Hinc etiam petitur iam mea fama tibi.
Elige quid nolis: quis enim eſt pudor omnia velle?
Et ſi quid non vis, Tucca, relinque mihi.

Componere, aut facere quid ex tempore.

Mart. lib. 11. *Quicquid venerit obuium, loquamur*
Moroſa ſine cogitatione.
Jdem lib. 5. *Extemporalis factus eſt meus Rhetor.*

Vide CANTARE, & TESTVDINEM TANGERE.

Conari.

Manil. lib. 1. *Quis foret humano conatus pectore tantum,*
Inuitis vt diis cuperet Deus ipſe videri?
Jbid. *Omnia conando docilis ſolertia vincit.*
Virg. 2. Geor. *Viribus eniti.*
Vir. 3. Georg. *— inſtant ſub tempus, & omnes Impendunt curas.*
Vir. 4. Georg. *Vſq; adeo obnixi non cedere.*
Ibid. *— hoc acriùs omnes Incumbunt.*
Virg. 2. Æneï. *Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo Palladium.*

Ter-

Tertia sed postquam maiore hastilia nixu Virg. 3. Æneid.
Aggredior genibus aduersæ obluctor arenæ,
— oculos conata attollere. Virg. 4. Æne.
— cubitóq; innixa leuauit. Ibid.
— magno molimine tentat. Oui. 12. Met.
— conantem euellere. Ibid.
— stupuére patres tentamina tanta, Conatusq; tuos. Statius.
Franges, si vireis experiére tuas. Oui. 2. de art.
Nititur hic humeris. Ouid 1 Fast.
— dein' toto sanguine nixus. Stat. 2. Theb.

CONARI, vide AGGREDI & EXPERIRI.

CONCIPERE, vide GIGNERE & GRAVIDA.

Conculcare.

— neq; oues hadiq; petulci Virg. 4. Geor.
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem & surgentis atterat herbas.
— spretos pede reppulit omneis. Ibid.
Et pede prosubigit terram. Virg. 3. Geor.
— & pede terram Crebra ferit. Ibid.
— terræq; ferox sua viscera traxit.
— & læuo pressit pede talia fatus. Vir. 10. Aene.
— hunc lora & iuga subter Virg. 12. Æne.
Prouoluére rota, trebro super vngula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
— ipsos etiam pedibusq;, manuque Ouid. 6. Met.
Huc illuc limum saltu mouere maligno.
Turbauére lacus, imoque è gurgite mollem
Sparsas pedibus proterit escas Boet lib. 3.
Et tua sæuus Amor sub pede colla premit. Ou. 2. de rem.
Et casos calcare duces. Luc. 7. Pharf.
— quam nec vestigia duri Calcauére pedis. Ouid. 2. Met.

CONCVRRERE, vide CONGREGARE & CONVENIRE.

CONDEMNARE, vide REVS.

CONDISCIPVLVS, vide PARES IN ARTE.

Confabulari.

Interea medias fallunt sermonibus horas Ouid. 8. Met.
Sentirique moram prohibent.
Seria multa mihi tecum collata recordor, Idē 2. de Pōt.
Nec data iucundis tempora pauca iocis.
Sæpè cita longis visa sermonibus hora,
Sæpè fuit breuior quàm mea verba dies.

Vide NARRARE & LOQVI, & COLLOQVI.

Con-

Confidere.

Turne (ſui merito ſi qua eſt fiducia forti) Audeo
Virg.2. Aene. *Heu nihil inuitis fas quamquam fidere diuis:*
Virg.4.Æneï. *Illa fretus agit ventos.*
Ouid 1. Met. *Hæc quoq; adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ Certa ſatis.*
Virg. Eclo.2. *O formoſe puer nimium ne crede colori.*
Ho.1.ca.0.14. *Nil pictis timidus nauita puppibus Fidit.*
Clau in Ruff. *Deſinat elatis quiſquam confidere rebus.*
Virg.2.Æneï. *— fidens animi atque in vtrumque paratus*
Seu verſare dolos, ſeu certa occumbere morti.
Ibid. *Omnis ſpes Danaûm & capti fiducia belli*
Palladis auxiliis ſemper ſtetit.
Virg 9.Æneï. *Cernis quæ Rutilos habeat fiducia rerum?*
Va.Fal.lib.3. *— fiducia mœſtis Nulla viris.*
Luca.lib.1. *Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas*
Impatiens conſortis erit, nec gentibus vllis Credite.
Ouid.14.Met. *Ne dubites, adſitque tuæ fiducia formæ.*
Lucan. lib.9. *Nulla fides, pietaſque viris qui caſtra ſequuntur.*
Ibid. *— & nimium pelago confiſe ſereno.*
Virg.9. Æne. *Et fidam ſic fatur ad aurem.*
Catullus. *At non audaci ceſſit fiducia Turno,*
Jdem. *— cuive habeant fidem.*
— tum nulla viro iuranti fœmina credat.
Prop lib.4. *Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles.*
Boet. lib 2. *— te vindice freta*
Crede fortunis hominum caducis.
Oui. epiſt.16. *Bonis crede fugacibus,*
Luc.4 Pharſ. *— quæ ſit fiducia capto;*
Sen.in Thye. *— robore quamquam Confiſus Latio.*
Se. in Troia. *Nunquam rebus credere lætis.*
Virg.11.Aene. *Animumq; rebus credulum lætis dedit.*
Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum.

Confligere, congredi inter duos.

Virg.1.Aen. *Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli.*
Ibid. *Bellatrix audetq; viris concurrere virgo.*
Virg.2.Æneï. *Quos vbi confertos audere in prælia vidi.*
Ibid. *— Confligunt Zephyruſq; Notuſq; Aduerſi.*
Mart.lib 1. *Frontibus aduerſis molles concurrere damas.*
Ouid.9.Met. *Congrediturq; ferox puduit modo magna locutum*
Cedere, reieci viridem de corpore veſtem,
Brachiaq; oppoſui, tenuiq; à pectore vanas.
Inſtatione manus, & pugnæ membra parauï:
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis.

Et modo ceruicem, modo crura micantia captat,
Aut captare putes; omniq; à parte lacessit:
Me mea defendit grauitas fruſtraq; petebar:
Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant manet illa ſuoq; eſt pondere tuta:
Digredimur paulum rurſus, q; ad bella coimus,
Inq; gradu ſtetimus certi non cedere, eratq;
Cum pede pes iunctus, totoq; ego pectore pronus
Et digitos digitis & frontem fronte premebam:
Non aliter vidi fortes concurrere tauros.
Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro: Virg. 12. Æne.
Atq; illi vt vacuo patuerunt aquore campi,
Procurſu rapido coniectis eminus haſtis.
Inuadunt Martem clypeis atq; ære ſonoro.
Dat gemitum tellus tum crebros enſibus ictus
Congeminant: fors, & virtus miſcentur in vnum:
Ac velut ingenti Syla ſummóve Taburno
Dum duo conuerſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri.
Stat pecus omne metu mutum, muſſantq; iuuencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur:
Illi inter ſe multa vi vulnera miſcent,
Cornuaq; obnixi infigunt, & ſanguine largo
Colla armoſq; lauant, gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Æneas & Daunius heros Virg. 5. Æneï.
Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterq;,
Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit auras:
Abduxère retro longè capita ardua ab ictu,
Immiſcentq; manus manibus, pugnamq; laceſſunt,
— & mecum tibi ſint certamina, dixit, Ouid. 5. Met.
— auidi committere pugnam. Ibid.
Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti. Ibid.
— cuperet q; viro concurrere tota pectante Auſonia. Silita. lib. 17.

Vide LVCTARI.

Congratulari.

— gratata eſt ſcilicet illis Thracia. Ouid 6. Met.
Gratulor huic terræ. Oui. 10 Met.
Conſonat aſſenſu populi, precibusq; fauentum Oui. 7. Met.
Regia nec tota triſtis locus vllus in vrbe eſt.
Numine cæleſti Solem fulſiſſe ſerenum, Oui. 2. de Pō.
Cum populi vultu conueniente die.
Atq; ita victorem cum magna vocis honore

Jbid. *Bellica landatis dona dediſſe viris.*
Quaq; ierit, fœlix adiectum plauſibus omen.

Congregare, & Conuocare, & ri.

Virg.3.Aenei. *— contrahimusq; viros.*
Ibid. *— vna vndiq; circum Fundimur.*
Virg.5. Aene. *— ſocios in cætum littore ab omni Aduocat Æneas.*
Ibid. *Famaq; finitimas & clarum nomen Aceſtæ*
Excierat, lato complerant littora curſu Viſuri Aeneadas.
Ibid. *Vndiq; conueniunt Teucri, miſtiq; Sicani,*
Jbid. *Conſpicit ingentem concurſum.*
Virg 6.Ænei. *Huc omnis turba ad ripas effuſſa ruebat,*
Matres atq; viri
Ou.2.de Pō. *Iudice te didici, nuper viſenda coiiſſe*
Innumeras genteis ad ducis ora ſui.
Quæq; capit latus immenſum mœnibus orbem,
Hoſpitiis Romam vix habuiſſe locum
Vir. 6. Ænei. *Quiue viri tanto complerint agmine ripas,*
Virg.7. Æne. *— & partes petere agmen eaſdem Partibus ex ijſdem*
Ibid. *Vndiq; collecti cœunt*
Olli conuenére fluunt q; ad regia plenis Tecta viis.
Tytere coge pecus.
Vir. Eclog.6. *Compulerant q; greges Corydon & Thyrſis in vnum*
Vir.3. Georg. *— conſertoque agmine cerni,*
Virg.4 Geor. *— magnum miſta glomerantur in orbem*
Ibid. *— ipſa ad prætoria denſum miſcentur.*
Virg.1.Ænei. *— concurſu accedere magno.* Vide CONVENIRE.

Coniicere.

Virg.2. Æne. *Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri,*
Jbid. *— telumq; imbelle ſine ictu Coniecit.*
Jbid. *— nec ſaxa, nec vllum*
Telorum interea ceſſat genus.
Jbid. *— & flammas ad culmina iactant.*
Jbid. *Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant Tela.*
Jbid. *— validis ingentem viribus haſtam Contorſit.*
Virg.4.Æne. *— cum fulmina torques.*
Ouid 1. Met. *Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.*
Oui. 12. Met. *Fortè fuit iuxta ſignis extantibus æſper*
Antiquus crater quem vaſtum vaſtior ipſo,
Ibid. *Suſtulit Aegides, aduerſaq; miſit in ora.*
— & prima pocula pugna.
Miſſa volant, fragilesq; cadi, curuiq; lebetes.
Ibid. *Cumq; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram*
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen.

— quod

— *quod ne permittat in hostem Ipsa facit grauitas.* Ibid.
— *saxumq; è monte reuulsum* Ibid.
Mittere conatur, mittentem stipite querno
Occupat Ægides.
— *validoq; in Domoleonta lacerto* Ibid.
Fraxineam misit mentis quoq; viribus hastam.
Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent Ibid.
Iuncta. Phonolenidem à summo vertice fregit.
Fortè trabem nactus validum coniecit in hostem: Ibid.
Immanem Teutri molem voluuntque, ruuntque, Virg. 9. Æneid.
Quæ Rutulos strauit latè
— *Troes contra defendere saxis,* Ibid.
Perque cauas densi tela intorquere fenestras:
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, Virg. 5. Aenei.
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Insligitq; viro.
— *dextraq; molarem* Ouid. 3. Met.
Sustulit, & magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent, serpens sine vulnere mansit.
Ad saxum quoties ingenti verberis ictu Exsultitur. Luca. 3. Pharſ
— *nudis euoluunt saxa lacertis.* Ibid.
— *excussa lacertis Lancea.* Ibid.
— *qua lancea dextra Exierit,* Luca. 4. Phar.
— *fidum sibi, corripit ingens* Sil. Ital. lib. 1.
Aggere conuulso saxum, & nitentis in ora
Deuoluit, pronoque silex ruit incitus ictu Sil. Ital. lib. 9.
Tum silicem scopulo auulsum quem montibus altis
Detulerat torrens, raptum contorquet in ora
Turbidus: incusso crepuerunt pondere malæ:
Saxum ingens vasto libratum pondere caca Sil. Ita. lib. 10.
Venit in ora manu, & perfracta cassidis æra
Ossibus infodiens compleuit sanguine vultus.
— *& ter, quaterque rotatum* Ouid. 9. Met.
Mittit in Euboicas, tormento fortius, vndas.
— *vidi cum monte reuulsum* Oui. 14. Met.
Immanem scopulum medias permisit in vndas:
Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
— *ejectaque fundo Saxa rotat.* Stat. 9. Theb.

Vide IACVLARI.

Conqueri.

Virg. 3. Geor. *Multa gemens ignominiam plagasq; superbi Victoris.*
Prop. lib. 1. *— arguto facta dolore queri.*
Virg. 4. Geor. *Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis*
Multa querens,
Ibid. *Qualis populea mœrens philomela sub vmbra*
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
Virg. 1. Aeneï. *Amissos longo socios sermone requirunt.*
Ibid. *Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum Fata Lyeæ.*
Ibid. *— illum tales iactantem pectore curas.*
Ibid. *— nec plura querentem*
Passa Venus, medio sic inter fata dolore est.
Virg. 4. Æne. *Desine meq; tuis incendere teq; querelis.*
Ibid. *Solaq; culminibus ferali carmine bubo*
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.
Ibid. *Tantos illa suo rumpebat pectore questus.*
Ouid. 1. Met. *Et conata queri.*
Ibid. *Me miserum, exclamat pater Inachus.*
Ibid. *Me miserum ingeminat.*
Ouid. 4. Fast. *Quacunq; ingreditur, miseris loca cuncta querelis*
Implet, vt amissum cum gemit ales Ityn.
Ouid. 1. Met. *Et gemitu, & lacrymis & luctisono mugitu*
Cum Ioue visa queri est finemq; orare malorum.
Hor. Epod. 5. *Vt hæc trementi questus ore.*
Hor. 1. c. 0. 2. *Sæculum Pyrrhæ noua monstra questæ.*
Ho. 2. c. 0. 20. *Absint inani funere næniæ,*
Luctusq; turpes & querimoniæ.
Virg. 8 Æneï. *— atq; omne querelis Impleri nemus.*
Virg. 9. Æneï. *— cœlum dehinc questibus implet.*
Catullus. *Atq; hæc extremus mœstam dixisse querelis,*
Frigidulos vdo singultus ore cientem
Idem. *Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris.*
Idem. *— meas audite querelas,*
Quas ego, væ misera, extremis proferre medullis
Cogor inops, ardens, amenti cæca furore,
Quæ quoniam verè nascuntur pectore ab imo
Vos nolite pati nostrum vanescere luctum.
Has postquam mœsto profudit pectore voces.
Idem. *Sed primum multas expromam mente querelas.*
Tib. lib. 3. *Quid queror infelix?*

Has

Has inter grauibus cogor deflere querelis. Prop. lib. 1.
Hæc postquam querula mecum sub voce peregit. Prop. lib. 4.
Humanum miseras haud ideo genus Boet. lib. 2.
Cesset flere querelas.
— inexpleto rumpentem pectora questu. Statius.
Tandem vt vox mœstas potuit proferre querelas, Luc. 5. Pharſ.
— repete assuetos iam tibi questus, Sen. in Oct.
Atque aquoreas vince Halcyonas,
Vince & volucreis Pandionias Vide LACRYMARI.

Conſanguineus.

Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno. Virg. 8. Aenei.
— cognato sanguine victus Virg. 12 Æn.
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum. Virg. 2. Æneï.
Et consanguineo lacrymans commendat Aceſtæ. Virg 5. Æneï.
Quod q; a stirpe fores geminis coniunctus Atridis. Virg. 8. Æneï.
Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis, Oui. 4. de Pō.
Quæ semper maneant illabefacta precor. Ele. 8.
Nam tibi quæ coniux eadem mihi filia pene est,
Et quæ te genetrix, me vocat illa virum.
— & affinem te pudet esse meum. Jbid.
Sanguine cognato iuuenis tibi. Sil. Ital lib. 8.
— natis, charisq; propinquis. Horat. ſe Sat. 1.
— Ipsaq; damno Oui. 10 Met.
Est mihi proximitas, aliena potentior essem.

Conſcius.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet. Ouid. 4. Faſt.
Conscia mens vt cuiq; sua est ita concipit intra Ouid. 5. Faſt.
Pectora, pro facto spemq; metumq; suo.
— Et mens sibi conscia recti Virgil.
— quorum nox conscia sola est. Ouid.
Lumina funesti conscia facta mali. Oui. 3. Triſt.

Conſentire.

— dictis respondent cætera matris Virg. 1. Æne.
— orandaq; diuæ Numina conclamant. Virg. 2. Aene.
Idem omnes simul ardor habet. Virg. 4. Æneï.
— mens omnibus vna sequendi Virg. 10. Æn.
Dixerat hæc, vnaq; omnes simul ore fremebant. Vir. 11. Aene.
Assensere omnes. Virg. 2. Æneï.
— non aduersata petenti Annuit. Virg. 4 Æne.
Dicta Iouis pars voce probant, stimuloq; frementi Ouid 1. Met.
Adiiciunt alij partes assensibus implent.
— quod si Deus ore serено Annuerit. Mart. lib. 2.
— iamiam vetо Deus æquoris alti Annuerat. Oui. 12. Met.

Luca.1,Pharſ. — cuncta ſimul aſcendere cohortes,
Elatasq; altè, quacunque ad bella vocaret,
Promiſere manus.
Ouid.7.Met. Conſonat aſſenſu populi, precibusq; fauentum Regis.

Vide EXAVDIRE.

CONSIDERARE, vide COGITARE.

Conſolari ſeipſum, & alios.

Virg.4. Geor. Ipſe caua ſolans aegrum teſtudine amorem.
Ibid. Nate licet triſtes animo deponere curas.
Virg.1. Æne. — triſtesq; ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens.
Ibid. Sis felix noſtrumq; leues quemcunque laborem.
Ibid. — & dictis mœrentia pectora mulcet.
Ibid. noua res oblata timorem
Lenijt, hic primum AEneas ſperare ſalutem
Ibid. Auſus, & aſſlictis melius confidere rebus.
Virg 3.Ænei. Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas.
Jbid. — & curas hinc demere dictis
Ibid. Heu genitorem omnis cura, caſusq; leuamen.
Jbid. Solamen miſeri mali de collo fiſtula pendet.
Ibid. ea ſola voluptas.
Virg.4.Ænei. — quamquam lenire dolorem
Solando cupit, & dictis auertere curas.
Ibid. Lenibant curas, & corda oblita laborum.
Virg.1. Aenei. Parce metu Citherea Solue metus.
Virg.2.Ænei. — depoſita tandem formidine fatur.
Virg 3 Ænei. — poſtquam pauor oſſa reliquit.
Ouid.1.Met. — conſolentur ne parentem.
Ibid. —protinus exuit omnem Diua metum.
Ibid. —inque futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi cauſa doloris Hæc erit.
Hor.Epod.13. Leuare diris pectora ſollicitudinibus.
Ibid. Illic omne malum vino, cantuq; leuato,
Deformis ægrimonia Dulcibus alloquijs.
Virg 6.Ænei. Talibus AEneas ardentem & torua tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasq; ciebat.
Hoc equidem occaſum Troiæ triſtesq; ruinas
Solabar fatis contraria fata rependens.
Virg.1. Geor. — longum cantu ſolata laborem.
— curasq; reſoluit.
Ho.1.ca o.16. — nunc ego mitibus Mutare quæro triſtia
Ibid.o. 32. — ó laborum Dulce lenimen,
Hor.2.c.o 16 — & amara lento Temperet riſu.

Tu

Tu spem reducis mentibus anxiis. Hor.3.c.o.21.
— quo consolante dolores. Ouid 1.Met.
Magnaque dat nobis tantus solatia victor. Oui.9.Met.
Iisque his Aeneam solatus vocibus infit. Virg.5.Æneï.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis. Ibid.
His vbi læta Dea permulsit pectora dictis. Ibid.
— mitte hanc de pectore curam. Virg.6.Æneï.
Sed cape dicta memor duri solatia casus. Ibid.
His dictis curæ emotæ pulsusq; parumper Ibid.
Corde dolor tristi Virg.9.Æne.
At tu, ovo, solare inopem, & succurre relictæ. Ouid.6.Met.
Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ
Quod [illegible]mum (omnis erit nobis mora longa) remittas Oui.epist.3.
Quis mihi desertæ mite leuamen erit?
Per mala nostra precor, quorum potes esse leuamen. Oui. epist.11.
Quem tu, quod minimum facillimumq; est, Catullus.
Qua solatus es allequutione Idem.
Coniugis an fido consoler memet amore Tib.lib.1.
Bacchus, & agricolæ magno confecta labore Tib.lib.1.
Pectora tristitia dissoluenda dedit.
Spes etiam valida solatur compede vinctum. Tib.lib.2.
Non opibus mentes homini, curæque leuantur. Tib.lib.3.
Quicunque & cantus corpora fessa leuant, Tit.lib.4.
Tu potes insanos animi compescere fastus, Prop. lib.3.
Curarumque tuo sit medicina mero.
Tamen atras pellere curas, Boet lib.3.
Miserasq; fugare querelas
Ac solatia vana ministrat. Statius.
Ille ego lugentum mitis solator, Idem.
— centum solatia curæ. Ou.1. de rem.
Et rus, & comites, & via longa dabunt.
Quæque leuet luctus turba sodalis abest. Ouid 2.de re.
Solamen longis illa fuere malis Au.Sab Ep.1.
— sed mentibus vnum Hoc solamen erat. Luc. 7.Pharf.
Oblectare animum, subitamq; auertere curam. Luc.lib.2.
Cui Dea sic dictis curas solatur amicis. Sil.Ital.lib.8.
Cæci parentis regimen, ac fessi vnicum Sen.in Theb.
Patris leuamen nata Ouid.5.Fast.
— verbis solabar amicis:
Non inquit, verbis cura leuanda mea est. Oui. 1. Trist.
Attonitum qui me memini carissime primus Ele.4.
Ausus es alloquio sustinuisse tuo. Oui 4.Trist.
Gratia Musa tibi, nam tu solatia prabes, Eleg.10.

Oui. 3. de Pō. *Tu cura requies, tu medicina veni,*
Eleg. 6. *— si consoleris amicum,*
Oui. 13. Met. *Mollibus & verbis aspera fata leues.*
Clau. in Coss. *Consolor socios, vt longi tædia belli*
Hono. Aug. *Mente ferant placida.*
Oui. 1. de Pōt. *— quis iam solatia fesso*
Virq; Machaonijs Paantius artibus heros
Consilium ve ferat?
Lento medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Stat. 2. Theb. *Admoniu cœpi fortior esse tuo.*
Virg. 2. Ænei. *— tamen omnis cordere sedit*
Tristitia affixiq; animo cessere dolores:
Nec minus hac lati trahimus solatia, quam si
Præcipiti conuulsa Noto prospectet amicam Puppis humum.

Consolationes.

— Iuuenes fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna videtis:
Excessere omnes adytis, arisq; relictis
Dij, quibus imperium hoc steterat, succurritis vrbi.
Incensæ, moriamur, & in media arma ruamus:
Vna salus victis, nullam sperare salutem:
Sic animis iuuenum furor additus.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Virg. 2. Ænei. *Quid tantum insano iuuat indulgere labori*
O dulcis coniux? Non hæc sine numine Diuum Eueniunt.
Virg. 1. Ænei. *O socij (neque enim ignari sumus ante malorum)*
O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Vos & Scillæam rabiem, penitusq; sonantes
Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos mœstumq; timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit:
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostentant, illic fas regna resurgere Troiæ:
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
Ouid 1. Met. *— inq; futurum*
Ho. 1. ca. o. 7. *— sic tu sapiens finire memento*
Tristitiam, vitæque labores Molli Plance mero.
Ibid. *— nunc vino pellite curas.*
Virg 5. Ænei. *Nate Dea, quo fata trahunt, retrahunt q; sequamur:*
Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.
Statius. *— exue curis Pectus.*
Sen. in Thye. *Pectora longis hebetata malis. Iam sollicitas pomite curas:*

Fes-

Fugiat mœror, fugiatq; pauor. Fugiat trepidi comes exilij
Triſtis egeſtas, robuſq; grauis Pudor afflictis
Tunc pater æterno fatur deuinctus amore
Quid cauſas petis ex alto? fiducia ceſſit
Quo tibi Diua mei? &c. Virg 8. Aene.

Conſtans.

Atque metus omnes & inexorabile fatum Subiecit pedibus Vir 2. Georg.
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis, Virg. 1. Æneı.
— manent immota tuorum. Ibid.
Fata tibi, neque me ſententia vertit. Virg. 2. Æne.
Talia perſtabat memorans, fixusq; manebat Vir. 4. Æneı.
Si mihi non animo fixum immotumque ſederet. Jbid.
— ſed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit. Virg. 2. Geor.
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres. Boet. lib. 1.
Quiſquis compoſito ſerenus æuo
Fatum ſub pedibus dedit ſuperbum.
Fortunamque tuens vtramque rectus,
Inuictum potuit tenere vultum,
Non illum rabies, minæque ponti
Verſum funditus agitantis æſtum.
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos veſuus ignes,
Aut celſas ſoliti ferire turres
Ardentis via fulminis mouebit.
Ingens ferre mala, & fortunæ ſubdere colla Neſciuit. Sil. Ita. lib. 10.
— ſed ſolus ſibi Immotus Atreus conſtat. Sen. in Thyeſ.
— magnum ex alto Ibid.
Culmine lapſum, ſtabilem in plano
Figere greſſum, magnum ingenti
Strage malorum preſſum fracti
Pondera regni non inflexa Ceruice pati.
— nec enim dat terga, nec vllis Frangitur ille minis. Stat 9 Theb.
Haud alio vultu quam ſi conuiua iacetes Ouid. 9. Met.
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
— ille nihil vultum mutatus, inanes Stat 2. Theb.
Perdis, ait, lacrymas.

Vide IMMOBILIS, INCONSTANS.

Conſueuiſſe & Conſuetudo.

Aut tecto aſſuetus ſuccedere. Virg. 3. Geor.
— quo more ſolent. Ibid.
Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem. Virg. 4. Geor.

Virg. 1. Ænei. *Virginibus Tirijs mos est gestare pharetram.*
Virg. 2. Ænei. *— hic acies certare solebant.*
Virg. 3. Ænei. *— curru succedere sueti.*
Catullus. *Vt mos est tuus.*
Tib. lib. 1. *— Ritus vt à prisco traditus extat auo:*
Consulere, & Consilium.
Virg. 4. Geor. *— lassis quæsitum oracula rebus*
Virg. 11. Æne. *— consilijs habitus non futilis author.*
Virg. 7. Ænei. *— oracula Fauni*

Iuuen. *Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta*
Territus Herodes vatum legumq; peritos
Quiq; Prophetarum veterum præstigia noscunt,
Imperio accitos iubet omnia quærere legis
Quo pateat, quæ sint genitalia mœnia Christo.

Virg. 2. Ænei. *Suspensi Eurialum scitatum oracula Phœbi Mittimus,*
Ibid. *Nam quod Consilium, aut quæ iam fortuna dabatur.*
Virg 5. Aen. *Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas*
Quem docuit multaq; insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat.
Virg. 7 Ænei. *Consilio hanc omnes animisq; volentibus vrbem Afferimur.*
Virg. 3. Ænei. *Quin adeas vatem precibusq; oracula poscas.*
Ouid. 3. Met. *— Phœbiq; oracula supplex*
Consulit, & quæ sit tellus habitanda requirit.
Virg. 3. Geor. *Nec responsa potest consultus reddere vates.*
Virg. 5 Ænei. *Hunc cape consilijs socium & coniunge volentem.*
Ibid. *Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautos Dat senior.*
Virg 7. Ænei. *In dubijs responsa petunt.*
Virg 9. Æne. *Consilium summis regni de rebus habebant.*
Virg. 11 Æne. *— non tempore tali Cogere consilium.*
Tib. lib. 2. *Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus.*
Virg. 1. Ænei. *Consilia in melius referet.*
Vir. 11. Ænei. *Consulite in medium & rebus succurrite fessis.*
Contemnere.
Virg. Eclog. 2 *— quoniam sordent tibi munera nostra,*
Immo age Sardonijs videar tibi amarior herbis
Horridior rusco, proiecta vilior alga.
Virg. 2. Geor. *— & contemnere ventos Assuescant.*
Ibid. *Atq; metus omnes & inexorabile fatum*
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis Auerni.
Virg. 3. Geor. *— nec tu aspernata vocantem,*
Vir. 4. Georg. *Contemnunt q; fauos & frigida tecta relinquunt.*
Ibid. *— Oceani spretos pede reppulit amnes.*
Virg. 5 Ænei. *Posthabita coluisse Samo.*

— spre-

— *spretæq; iniuria formæ.* Ibid.
Multi illam petiere, illa auersata petentes Ouid. 1. Met.
Impatiens expersq; viri nemora auia lustrat.
Nec quid hymen quid amor quid sint connubia curat,
Illa velut crimen tædas exosa iugales.
— *fastidis Basse puellas.* Mart. lib. 1.
— *gelido non aspernanda Decembri,* Manil. lib. 4.
Respuet inuisum iusta cadauer humus, Oui. in Ibin.
— *omne futurum Despicitur.* Claud. lib 2.
— *& trophæa Herculis irrita posthabebit.* Auctor.
Hæc tu commoda tam beata Furi Catullus.
Noli spernere, nec putare parui,
— *nec munera parua Respueris.* Tib. lib. 4.
O digno coniuncta Viro, dum despicis omnes. Virg. Eclog. 8
Si genus humanum & mortalia temnitis arma. Virg. 1. Æne.
Despectus tibi sum, nec qui sim quæris Alexi. Virg. Eclo. 2.
Nonne fuit medius tristes Amaryllidis iras Ibid.
Atq; superba pati fastidia?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis. Ibid.
Tu cane nostra tuo contemnas carmina fastu. Prop. lib. 1.
Despicisergo tuum (si fas est credere) vatem. Clau.
Quæ nisi respuis ex animo, longéq; remittis, Lucret. lib. 6.
Illud amicitiæ sanctum, & venerabile nomen Oui. 1. Trist.
Nunc tibi pro vili, sub pedibusq; iacet. Eleg. 7.

Contentionis ciuilis, & domesticæ descriptio.

Ille nihil contra, neq; enim defendere verbis Oui. 12. Met.
Itala facta potest: sed vindicis ora proterui
Insequitur manibus, generosaq; pectora pulsat:
Forte fuit iuxta signis extantibus asper
Antiquus crater quem vastum vastior ipso
Sustulit Ægides, aduersaq; misit in ora:
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq; merumq;
Vulnere, & ore vomens, madida resupinus arena
Calcitrat, ardescunt germani cæde bimembres,
Certatimq; omnes simul vno ore arma loquuntur:
Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Missa volant, fragilesq; cadi curuiq; lebetes.
Res epulis quondam tum bello, & cædibus aptæ.
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis, & primus ab æde
Lampadibus densum rapuit funale coruscis,
Elatumq; alte, veluti qui candida tauri
Rumpere sacrificæ molitur colla securi,

Illisit fronti Lapithæ Celadontis, & ossa
Non agnoscendo confusa reliquit in ore:
Exiliere oculi, dissectisq; ossibus oris
Acta retro naris, medioque est fixa palato:
Hunc pede conuulso mensæ Pellæus acernæ
Strauit humi Belates dejecto in pectora mento
Cumq; atro mistos spumantem sanguine dentes.
Vulnere Tartareas geminato misit ad vmbras:
Proximus vt steterat spectans altaria vultu
Fumida terribili, cur non, ait, vtimur istis?
Cumq; suis Gryneus immanem sustulit aram.
Ignibus & medium lapitharum iecit in agmen
Oppressitq; duos Brotean, & Orion, Orio
Mater erat Michale, quam deduxisse canendo
Saepe luctantis constabat cornua lunæ:
Non impune feres teli modo copia detur,
Dixerat Exadius, telique habet instar, in alta
Quæ fuerant pinu, vottui cornua cerui:
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruiturq; oculos, quorum pars cornibus haret,
Pars fluit in barbam, concretaque sanguine pendet.
Ecce rapit medijs flagrantem Rhoetus abaris
Primitium torrem, dextraque à parte Charani
Tempora perfringit fuluo protecta capillo:
Correpti rapida, veluti seges arida, flamma
Arserunt crines, & vulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit, vt dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit, at illud
Stridet & in tepida submersum sibilat vnda:
Saucius hirsutis auidum de crinibus ignem
Excutit, inq; humeros limen tellure reuulsum
Tollit onus plaustri, quod me permittat in hostem,
Ipsa facit grauitas, socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen.

Virg. 1 Ænei. *Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est*
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus:
Iamque faces, & saxa volant furor arma ministrat.

Virg. 12. Æne. *Exoritur trepidos inter discordia ciues.*

Virg Eclo. 1. *— en quo discordia ciues Perduxit miseros:*

Prop. lib. 1. *Cum Romana suos egit discordia ciues.*

Luc. 1. Pharſ. *Bella per Aemathios plus quam ciuilia campos,*
Iusq; datum sceleri canimus, populumq; potentem

In

In sua victrici conuersum viscera dextra,
Cognatasq; acies, & rupto fœdere regni
Certatum totis concussi viribus orbis
In commune nefas, infestisque obuia signis
Signa, pares aquilas & pelia minantia pelis.
Quis furor o ciues, quæ tanta licentia ferri
Gentibus inuisis Latium præbere cruorem?
Impiaque in medio peraguntur bella senatu.
Vulnera miscebunt fratres, bellumque coactis
Hoc potius ciuile gerent.
— sed iurgia prima sonare Ibid.
Incipient animis ardentibus: hæc tuba rixæ: Luc. 3. Pharf.
Dehinc clamore pari concurritur & vice secli
Sæuit nuda manus, paucæ sine vulnere malæ Iuuen. Sat. 15.
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
Integer, adspiceres iam cuncta per agmina vultus
Dimidios alias facies & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos:
Ludere se credunt ipsi tamen, & puerilem
Exercere aciem quod nulla cadauera calcent,
Et sanè quod tot rixantis millia turbæ
Sic viuunt omnes: ergo acrior impetus, & iam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere domesticâ seditione Tela.
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres. Ouid. 7. Met.
Ciuilique cadunt acie.
— indomitos præceps discordia fratres Asperat. Stat. 1. Theb.
Ecce patrem nati pertunt natosque parentes. Manil. lib. 4.
Mutuaque armati cœunt in vulnera fratres.

Contentus paucis.

Hic rarum tamen in dumis olus, albaque circum Virg. 4. Geor.
Lilia, verbenasque premens, viscumque papauer,
Regum æquabat opes animis, seraque reuertens
Nocte domum dapibus mensas onerabat emptis,
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum Virg. 8. Æne.
Finge Deo, rebusque veni non asper egenis
— paruoque assueta iuuentus. Virg. 9. Æne.
Me focus & nigros non indignantia fumos Mart.
Tecta iuuant, & fons viuus, & herba rudis.
Nunquam diuitias Deos rogaui. Idem lib. 4.
Contentus nostra si potes esse toga. Idem lib. 2.
Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior Partho Viuere rege potes.

Hor.2.carm. *Auream quisquis mediocritatem*
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Ibid. *Viuitur paruo bene: cui paternum*
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

Ouid.8.Met. *Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon*
Illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Consenuere casa, paupertatémque ferendo
Effecere leuem, nec iniquamente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulosue requiras:
Tota domus duo sunt: ijdem parentque iubentque.

Vide SVFFICERE, PAVPER & DESERTVM.

Contrarius, & contrarietas.

Ouid.1.Met. *Vnus erat toto naturæ vultus in orbe*
Quem dixére chaos, rudis indigestaq; moles.
Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum:
Quaque erat & tellus, illic & pontus & aër,
Obstabatque alijs aliud, quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Ibid. *Cumque sit ignis aquæ pugnax.*

Ouid.2.Met. *— contraria flumina flammis.*

Manil.lib.1. *Frigida ne calidis desint, aut humida siccis,*
Spiritus aut solidis, sitque hæc discordia concors.

Conturbare aquas.

Ouid.3. Met. *Et lachrymis turbauit aquas, obscuraque motu*

Ibid. *Reddita forma lacu est.*
Fons erat illismet nitidis argenteus vndis,
Quem neque pastores, neque pastæ in monte capellæ
Contigerant aliudve pecus, quem nulla volucris,

Oui.6. Meta. *Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.*
Nec satis est, ipsos etiam pedibusque manuque
Turbauére lacus, imóque è gurgite mollem
Huc, illuc limum saltu mouere maligno.

Boet.lib.1. *Si mare voluens Turbidus Auster*
Misceat æstum, Vitrea dudum,
Parque serenis Vnda diebus,
Mox resoluto Sordida cœno Visibus obstat.

Luc.4.Pharſ. *Incumbit ripis, permissaque flumina turbat:*

Nunc

Nunc sordet aquis egestus ab imo Stat. 4 Theb.
Alueus, inde toros riparum, & proruta turbant
Gramina, iam crassus cœnoque, & puluere torrens. Hor. 1. Ser. sat. 1.
— limo turbatam hausit aquam.
Nulla diuinos pede Nimpha rostro Auctor.
Nulla conturbat laticeis volucris.

Conuenire in vnum locum.

— magno iuuenum & mœrentis Iuli concursum. Virg. 12. Aene.
— diuersis partibus orbis inter se coisse viros. Ibid.
Vndique visendi studio Troiana iuuentus Circumfusa ruit, Virg 2. Æne.
Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnum. Virg. 1. Æneid.
— neque aduerso glomerati ex agmine Graii. Ibid.
— hic demum collectis omnibus vna Defuit. Ibid.
Collectam exilio pubem, Vndique conuenere. Virg. 3. Æneid.
— vna vndique circum Fundimur. Virg. 4 Æne.
Speluncam Dido dux & Troianus eandem Deuenient. Vir. Eccleg. 5.
— quoniam conuenimus ambo. Virg. 7. Aene.
Vndique collecti coëunt. Lu. ad Ga. Pis.
Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus.
Quæque patrum claros quondam visura triumphos Ibid.
Olim turba vias impleuerat agmine denso, Ibid.
Ardua nunc eadem stipat fora. Stat. 10. The.
— postquam mediis in sedibus aulæ Auctor.
Congressi inque vicem dextras iunxere, locumque
Quo serere arcanas aptum, atque euoluere curas, Insidunt.
Pastorum manus affluet.

Vide CONGREGARE, & POPVLORVM CONCVRSVS. CONVITIVM, vide INIVRIA.

Conuiua.

Conuiua quisquis Zoili potest esse. Mart. lib. 3.
Capto tuam, pudet heu, sed rapto, Maxime, cœnam. Ibid.
At nunc conuiua est, commessatorque libellus. Mart. lib. 4.
Debet Aricino conuiua recumbere cliuo, Mart. lib. 2.
Quem tua felicem, Zoile, cœna facit.

Vide INVITARE.

Conuiuium & illius descriptio.

Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur Virg 1. Geor.
Mutuaque inter se læti conuiuia curant,
Inuitat genialis hyems, curasque resoluit.
— cæsis gens est epulata iuuencis Virg. 2. Geor.
— non massica Bacchi Vir. 3. Georg.

Mu-

Munera, non illis epulæ nocuêre repoſtæ.

Virg. 4. Geor. *— dapibus menſas onerabat inemptis.*

Ibid. *Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta*
Peruentum, manibus liquidos dant ordine fontes
Germana, tonſiſq; ferunt mantilia villis:
Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt Pocula.

Virg. 1. Æne. *— tu das epulis accumbere diuûm.*

Ibid. *Illi ſi prædæ accingunt, dapibusq; futuris*
Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant:
Pars in fruſta ſecant, verubuſq; trementia figunt Viſcera:
Littore ahena locant alij, fuſiq; per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ:
Poſtquam exempta fames epulis, menſæque remotæ:

Ibid. *At domus interior regali ſplendida luxu.*
Inſtruitur, mediſque parant conuiuia tectis.
Iam pater Æneas & iam Troiana Iuuentus
Conueniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro:
Dant famuli manibus limphas, Cereremque caniſtris
Expediunt, tonſiſque ferunt mantilia villis:
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates:
Centum alia totidémque pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrii per limina læta frequentes
Conuenere, toris iuſſi diſcumbere pictis:
Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ.
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant,
Fit ſtrepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis, auroque poposcit,
Impleuitque mero pateram.

Virg 3. Ænei. *— tunc littore curuo*
Extruimuſque toros, dapibuſque epulamur opimis.

Ibid. *Arboribus clauſi circum atque horrentibus vmbris*
Inſtruimus menſas.

Virg. 4. Æne. *— cui nunc Maruſia pictis,*
Gens epulata toris, lenæum libat honorem.

Ibid. *patriſque epulandum apponere menſis,*

Catullus. *Dum ſumptuoſos expeto, dedit canas.*

Oui. 4. Met. *— pulchroque inſtructa paratu*
Cephini proceres ineunt conuiuia regis,

Horat. *Et horna dulci vina promens dolio*

Da-

Dapes inemptas apparet.
— repoſtum cœsubum ad feſtas dapes. Hor. Epod 9.
Frigoribus parto agricolæ plerumq; fruuntur, Virg. 1. Georg
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems,
Et multo imprimis hilarans conuiuia Baccho Vir Eclog. 5.
Ante focum ſi frigus erit, ſi meſſis, in umbra.
Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.
— nunc Saliaribus Ornare puluinar deorum Hor. 1. c. 0. 37
Tempus erat dapibus ſodales Perſicos odi puer apparatus, Ibid. o 38.
— pars eſt data cætera menſis, Oui. 12. Met.
Diſcubuêre toris proceres, & corpora toſta
Carne replent, vinoq; leuant curasq; ſitimq;. Ibid.
— poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro, Jbid.
A ſermone ſenis repetito munere Bacchi Surrexêre toris,
— lucent genialibus altis Virg. 6. Æneï.
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora parata Regifico luxu,
Corpora ſub ramis deponunt arboris alta, Vir. 7. Æneï.
Inſtituunt q; dapes, & adorea liba per herbas
Subjciunt epulis (ſic Iuppiter ipſe monebat)
Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
— & iam nunc ſociorum aſſueſcite menſis. Virg 8. Aene.
Hæc vbi dicta, dapes iubet, & ſublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipſe ſedili.
Præcipuumq; toro, & villoſi pelle leonis
Accipit Æneam ſolioq; inuitat acerno:
Tum lecti iuuenes certatim, araq; ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantq; caniſtris.
Dona laborata Cereris, Bacchumq; miniſtrant:
Veſcitur Æneas, ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & luſtralibus extis
Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendi.
Certatim inſtaurant epulas, atq; omine magno Virg. 7. Æne.
Crateras læti ſtatuunt & vina coronant.
Inſtaurant epulas, & menſæ grata ſecundæ Dona ferunt. Virg. 8. Æneï.
Qui poſtquam niueos flexerunt ſedibus artus, Catullus.
Largè multiplici conſtructæ ſunt dape menſæ
Annua paſtorum conuiuia, luſus in vrbe. Prop. lib. 4.
Cum pagana madent fercula deliciis.
— duro concordes ceſpite menſas Luc. 2. Pharſ.
Inſtituunt, & permiſto libamina Baccho.
Excepere epulæ tantarum gaudia rerum, Luc. 10 Phar.

Explicuitq; suos magno Cleopatra tumultu.
Nondum translato Romana in sæcula luxu,
Infudere epulas auro, quod terra, quod aër,
Quod Pelagus, Niluscque dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto quæsiuit in orbe.
Non manducante fame, multas volucresque ferasque
Ægypti posuere deos, manibusque ministrat
Niliacas chrystallus aquas geminaq; capaces
Excepere merum sed non Mareotidos vuæ,
Nobis sed paucis senium cui contulit annis
Indomitum Meroe cogens spumare falernum.
Ouid.7 Met. — *Lucus pars optima mensæ Est data.*
Sil.Ita.lib.21. *Instituunt de more epulas festamq; per vrbem*
Regificè extructis celebrant conuiuia mensis:
Ipse Deum cultu & sacros dignatus honore,
Præcipuis multoq; procul splendentibus ostro
Accipitur sublime toris non vna ministri
Turba gregis posuisse dapes his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre:
Nectnon & certis struitur penus, aspera mensa
Pondera celati fulgent antiquitus auri:
Eripiunt flammæ noctem strepitumq; mouentum
Murmurat alta domus stupet inconsuetus opimæ
Sidonius mensæ miles faciemq; superbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit:
Vescitur ipse silens, & tantos damnat honoreis
Esse epulis facilesq; coli tanto agmine mensas:
Postquam pulsa fames, & Bacchi munera durant
Laxarunt mentem.
Sil.Ita.lib.12. *Tum vacui curis vicino littore mensas*
Instituunt festoq; agitant conuiuia ludo.
Sil.Jta.lib.16. — *quodq; est de parte diei*
Exacti super ad mensas & pocula vertunt.
Dumq; parant epulas, potandaq; vina ministri
Ouid.10.Fast. *Cultibus Alciden instruit illa suis.*
Sic epulis functi.
Mart.lib 10. *Dines, & ex omni posita est instructa macello*
Clau,in frat. *Cœna tibi.*
Tecta parant epulis, ostroq; refecta coruſco
Humida gemmiferis illuxit regia mensis.
— *adolere focos epulasq; recenteis*
Stat. 1. Theb. *Instaurare iubet: dictis parere ministri*
Certatim accelerant, vario strepit icta tumultu
Regia, pars ostro tenues, auroq; sonantes

Emu-

Emunire toros, aliósque inferre tapetas,
Pars teretes leuare manu, ac disponere mensas:
Ast alij tenebras, & opacam vincere noctem
Aggressi, tendunt aurati, vincula lychnis:
His labor inserto torrere exanguia ferro
Viscera casarum pecudum. his cumulare canistris
Perdomitam saxo Cererem: latatur Adrastus
Obsequio feruere domum, iamq; ipse superbis
Fulgebat stratis, solioq; effultus eburno:
Parte alia iuuenes siccati vulnera lymphis Discumbunt.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos.
Accubuere Dei: mensam succincta, tremensq; Ouid. 8. Met.
Ponit anus: mensa sed erat pes tertius impar:
Testa parem fecit: quæ postquam subdita cliuum
Sustulit, aquatam mentha exterfere virenti.
Ponitur hic bicolor syncera bacca Mineruæ.
Conditáq; in liquida corna autumnalia face,
Intybaq; & radix, & lactis massa coacti,
Ouaq;, non acri leuiter versata fauilla.
Omnia fictilibus: post hæc calatus eodem
Sistitur argento crater, fabricataq; fago
Pocula, quæ cauasunt flauentibus illita ceris.
Parua mora est, epulasq; foci misere calentes
Nec longè rursus referuntur vina senectæ,
Dant q; locum mensis paulum seducta secundis.
Hic nux, hic mista est rugosis carica palmis.
Prunaq;, & in patulis redolentia mala canistris,
Et de purpureis collecta vitibus vuæ
Candidus in medio fauus est: super omnia vultus
Accessére boni, nec iners, pauperq; voluntas.

Vide COMEDERE

Coquus, & Coquere.

Corde niger, fumo pastus fuligine tinctus Fortunat.
Et cuius facies cacabus alter adest.
Cui sua sordentem finxerunt arma colorem,
Frixura, cucuma scasa patella, tripes.
Huius odorato radices incoque Baccho. Virg. 4. Geor.
— arebant herbæ, & cauafumina siccis Ibid.
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant.
Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt Viscera Virg. 1. Æneï.
Littora ahena locant alij flammasque ministrant.
— frugesque receptas Ibid.

Ouid. 1. Met. *Et torrere parant flammis, & frangere saxo.*
Atq; ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
Virg. 1. Geor. *Nunc torrete igne fruges.*
Ibid. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.*
Jbid. *Et medio tostas æstu terit area fruges.*
Ouid. in Jbin. *— fumantes incoquit igne genas.*
Ouid. 6. Met. *Viuaq; adhuc, animæq; aliquid retinentia membra*
Dilaniat, pars inde cauis exultat ahenis,
Pars verubus stridet, manant penetralia tabo.
Luc. lib. 5. *Inde cibum coquere, ac flammæ mollire vapore*
Sol docuit, quoniam mitescere multa videbant
Verberibus radiorum, atq; æstu victa per agros:
Sen. in Thye. *Hæc verubus hærent viscera, & lentis data*
Stillant caminis, illa flammatus latex
Querente aheno iactat impositas dapeis.
Transilijt ignis, ijsq; crepitanteis focos
Bis, ter regestus, & pati iussus moram
Inuitus ardet, stridet in verubus iecur.
Ibid. *— & artus corpora exanima amputans*
In parua carpsi frusta, & hæc feruentibus
Demersi ahenis, illa lentis ignibus
Stillare iussi membra, neruosq; abscidi
Viuentibus graciliq; traiecto veru
Mugire fibras vidi, & aggressi manu Mea ipse flammas.
Ouid. 6. Fast. *Sola prius furnis torrebant farra coloni.*
Ibid. *Suppositum cineri panem focus ipse parabat.*
Ibid. *Quodcumq; est solidæ Cereris caua machina frangat.*
Mollitamq; manu, duret in igne focus.
Mart. lib. 14. *Parua sibi curua craticula sudet ofella,*
Spumeus in longa cuspide fumet aper.
Ouid. 8. Met. *Inde foco tepidum cinerem, dimouit, & igneis*
Suscitat hesternos, foliisq; & cortice sicco
Nutrit & ad flammas anima perducit anili,
Multifidasq; faceis, ramaliaq; arida tecto
Detulit & minuit paruoq; admouit aheno
Quodq; suus coniux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis, furca leuat ille bicorni
Sordida terga suis nigro pendentia signo,
Seruatoq; diu resecat de tergore partem
Exiguam sectamq; domat feruentibus vndis.
Jbid. *Ouaq; non acri leuiter versata fauilla.*
Oui. 15. Met. *Sunt herbæ dulces, sunt, quæ mitescere flammâ*
Molliriq; queant.

Fin-

Finxerunt pariter librarius, archimagiri. Iuuen.
Non satis est cum sola coquo. seruire palato Mart.
Namq; coquus domini debet habere gulam.

Vide ASSARE & FERVERE.

Corallium.

Gorgoneos orbes. Stat. 2. Theb.
Nunc quoq; coralijs eadem natura remansit, Oui. 4. Met.
Durities tacto capiant vt ab aëre quodque
Vimen in æquore erat fiat super æquora saxum.
Sic & coralium, quo primum contigit auras Ouid. 15. Met.
Tempore, durescit, mollis fuit herba sub vndis.

Vide GEMMÆ.

Coram.

Vt tandem ante oculos eua sit & ora parentum. Virg. 2. Æneï.
Ire ad conspectum chari genitoris, & ora contingat.
Vidi oculos ante ipse meos. Virg. 12. Æne.
Ipsa palam ferri. Virg. 7. Æneï.
Pensio te coram petitur claréque, palamque. Mart. lib. 7.

Vide ADESSE.

Coronare, & Corona

Et vitreum teneris crinem redimite corymbis. Stat. 1. syl.
Dic mihi Calliope tanto cur tempore differs Claud. in vn.
Pierio meritam serto redimire Serenam? Stil.
Vile putas donum solitam consurgere gemmis,
Aut rubro radiare mari si floribus ornes
Reginæ regina comam? sed floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius vrit
Æstibus æterno sed veris honore rubentes
Fons Aganipæa Permessius educat vnda,
Vnde piæ pascuntur apes, & prata legentes
Transmittunt seclis Heliconia mella futuris.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ Dona feram. Virg. 3. Geor.
Ac primum lanos tenui de vimine circlos Cerueici subnectia. Ibid.
Sæpe Deum nexus ornatæ torquibus aræ. Virg. 4. Geor.
— Phœbique sacerdos Virg. 3. Æneï.
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro.
Purpureo velare comas adopertus amictu. Ibid.
Et capita ante aras Phrygio velamur amicta. Ibid.
— mollique fluentem Virg. 4. Geor.
Fronde premit crinem figens, atque implicat auro.
Intenditque locum sertis, & fronde coronat. Ibid.
— tuque ipsa pia tege tempora vitta, Ibid.
— & variis florentia limina sertis. Ibid.

Ouid.1. Met. *Hic iuuenum quicumq; manu, pedibusve, rotatur.*
Vicerat, esculea capiebat frondis honorem:
Nondum laurus erat, longoq; redecentia crine
Ibid. *Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.*
Hor.Epod. *Vitta coërcebat positos sine lege capillos.*
Canidia breuibus implicata viperis
Crines, & incomptum caput.
Oui.6. Meta. *— iussis sua tempora frondibus ornans.*
Oui.2. Trist. *Ponat & in nitida laurea serta coma.*
Virg.1. Geor. *— cingens materna tempora myrto.*
Ibid. *Puppibus & læti nauta imposuére coronas.*
Ibid. *— torta redimitus tempora quercu,*
Virg Eclo.6. *Floribus, atque apio crines ornatus amare,*
Virg. Eclo.7. *— hedera crescentem ornate poetam.*
Ibid. *— baccare frontem Cingite.*
Virg.Eclog.8. *— atque hanc sine tempora circum*
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Jbid. *— & molli cinge hæc altaria vitta.*
Hor.4.c.o.7. *Vndique decerptam frondi præponere oliuam.*
Hor.1.ca.o.4. *Nunc decet aut viridi caput impedire myrto*
Aut flore terræ, quem ferunt soluta,
Ibid.o.7. *— tamen vda Lyæo*
Tempora populea fertur vinxisse corona:
Ibid. od.17. *— hærentem coronam Crinibus,*
Ibid. o 36. *— ô quæ fontibus integris*
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiæ coronam Piplea dulcis.
Ibid od.38. *Displicent nexæ Philyræ coronæ,*
Ho.2.car.o.7 *— coronatus nitentes*
Ibid. *Malobathro syrio capillos.*
— quis vda
Oui.6 Met. *Deproperare apio coronas, Curatue myrto.*
Oui.epist. 4. *— Lauroq; innectite crinem*
Hor.3 c.o.15. *— præcincti flore capilli.*
Ibid.od.30. *Cingentem viridi tempora pampino.*
Ho.in ca.fur. *— mihi Delphica Lauro cinge volens Melpomene comã.*
Mart.lib.1. *Spicea donec Cererem corona.*
O cui Tarpeia licuit contingere quercus
Iuue.Sat.1. *Et meritas prima cingere fronda comas.*
— qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus & toto posuére monilia collo:
Juuen. Sat.8. *Stemmata quid faciunt.*
Ouid.9. Met. *— inornatos redimitus arundine crines.*

Po-

Fonat & in nitida laurea serta coma. Ouid. 2. Trist.
— cui belli insigne superbum Virg. 8. Æne.
Tempora nauali fulgent rostrata corona. Virg. 12. Æne.
— cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt. Ibid.
Velati lino, & verbena tempora vincti, Ho 4. c. o 10.
Nec vincere nouis tempora floribus. Ibid. od. 2.
Laurea donandus Apollinari Ibid. od. 8.
Ornatus viridi tempora pampino. Ibid. od. 11.
— est in horto
Phylli nectendis apium coronis, Est edera vis. Virg. 5. Æneï.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis,
Sic fatus velat materna tempora myrto. Ouid. 5 Met.
Ampicus albenti velatus tempora vitta. Ibid.
— virideque corona. Ibid.
Cætera populea velatur fronde iuuentus Ibid.
— viridique aduelat tempora lauro. Ibid.
Puniceis ibant euincti tempora tænis. Ibid.
— flauaque caput nectentur oliua, Ibid.
Sic fatus cingit viridanti tempora lauro, Ibid.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona. Virg. 6. Æneï.
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta. Ibid.
At qui vmbrata gerunt ciuili tempora quercu. Virg. 7. Aene.
— frondenti tempora ramo Implicat. Ibid.
— ramis velatos Palladis omnes. Virg. 8. Aeneï.
Et vitta comptos voluit prætendere ramos. Ibid.
Cingite fronde comas Ibid.
Herculea bicolor cum populus vmbra
Velauitque comas, foliusque innexa pependit. Ibid.
Populeis adsunt euincti tempora ramis. Auctor.
Intemerata tibi frontem, quæ laurus obumbrat, Idem.
Frondentes edera, mollis amaracus,
Narcissusque rubens, & topiaria Idem.
Vos ara meritis artibus ambiant
— sertaque luteis
Sint, & purpureis stemmata floribus.
Insula, cui sacra redimibat tempora vitta. Virg. 10. Æn.
— laurumque capillis Ponite. Ouid. 6. Met.
— & sertis tempora vinctus Hymen. Oui. epist. 6.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos, Oui. Epist 9.
Aptior Herculeæ populus alba comæ. Catullus.
Cinge tempora floribus Suaueolantis amaraci. Idem.
Mihi floridis coronis redimita domus erat.

Idem. *Aduenit Chyron portans syluestria dona.*
Nam quoscunque ferunt campi, quos Thessala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni
Hos indistinctis plenos tulit ipse corollis,
Ibid. *Queis permulsa domus iucundo risit odore.*
Tib. lib. 1. *At roseo niuea residebant vertice vittæ:*
Flaua Ceres tibi sit nostro de ture corona
Ibid. *Spicea, quæ templi pendeat ante fores.*
Ibid. *Sed varij flores, & frons redimita corymbis:*
Ibid. *Et capite, & collo mollia serta geras.*
— mirtoq; canistra.
Tib. lib. 1. *Vincta geram myrto vinctus & ipse capit.*
Ibid. *Vinctaq; post olea cand da turba comas.*
Rure puer verno primum de flore coronam
Tib. lib. 2. *Fecit & antiquis imposuit laribus*
Ibid. *Cui decorant sanctas florea serta comas.*
Ibid. *Ipse triumphali deuinctus tempora lauro.*
Tib. lib. 3. *Ipse gerens laurus, lauro deuinctus agresti,*
Ibid. *Hic iuuenis cassa redimitus tempora lauro.*
Ibid. *Sic edera semper tempora vincta feras.*
Iam dudum Tyrio madefactus tempora lauro,
Debueram sertis implicuisse caput.
Prop. lib 2. *Tum capiti sacros patiar pendere corymbos.*
Prop. lib. 3. *Mollia Pegasides vestro date serta poëtæ,*
Non faciet capiti dura corona meo.
Ibid. *Candida laxatis onerato colla corymbis.*
Cinget bassaricas lydia mitra comas.
Proper. lib. 4. *Puniceo canas flamine vincta comas.*
Clau. *Florea connexi saxa tulere rosis.*
Statius. *Crinem mollibus impeditus vlmis.*
Oui. 2. de art. *— palmam date grata iuuentus,*
Sertaq; odorata myrtea ferte coma,
Luc. 5. Pharſ. *Cingere Pellæo pressos diademate crines.*
Ibid. *— tum torta priores*
Stringit vitta comas, crinesq; in terga solutos
Candida Phecaica complectitur insula lauro.
I felix rosa mollibusq; sertis,
Mart. lib. 7. *Nostri cinge comas Appollinaris.*
Luc. Pharſ. *Accipiunt sertas nardo florente coronas.*
Et nunquam fugiente rosa
Luc. lib. 2. *Cui simul infula virgineos circundata comptus*
Ex vtraque pari malarum parte profusa est,

—iuuatq; nouos decerpere flores, Ibid.
Insignemq; meo capiti petere inde coronam.
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ. Lucr.lib.5.
Tum caput atq; humeros plexis redimire coronis,
—Floribus & foliis lasciuia læta monebat. Juuen. Sat.10
—magnæq; corona Sil.Ita. lib 7.
Tantum orbem quanto ceruix non sufficit vlla,
—inde nitentem Sil.Ita.lib.16.
Lumine purpureo frontem cinxere corymbi.
—pubes, Intonsasq; comas viridi redimita corona. Se.in He. fur.
Stanteis sacrificus comas Dilecta tege populo. Ibid.
Populea nostras arbor exornet comas,
Te ramus oleæ fronde gentili tegat.
Et mœsta vitta capita purpurea ligat. Sen.in Thye.
Effusam redimite comam nutate corymbo: Sen. in Oedi.
Te decet cingi comam floribus vernis. Ibid.
Te caput Tyria cohibere mitra,
Hederaue mollem baccifera religare frontem.
Turgida pampineis redimitus tempora sertis, Ibid.
—tibi nexilibus Sen. in Aga.
Turba coronis redimita venit.
Nunc omne læta fronde veletur caput, Ibid.
Cape hoc decorum ludicri certaminis Ibid.
Insigne frontis, læua victricem tenens
Frondem, virente protegat ramo caput:
Et ista demum palma Pisæi louis
Velamen eadem præstet, atque omen tibi.
Frondibus actiacis comptos redimita capillos. Ouid. 1. Fast.
—fusis per colla coronis, Ouid.2. Fast.
Forte Deæ floreis, gaudet florentibus herbis Ouid.3. Fast.
Hac dea, de tenero cingite flore caput.
Aurea marmoreo redimicula demite collo, Ouid.4. Fast.
Nunc alij flores, nunc noua danda rosa est.
Protinus accedunt Charites, nectuntq; coronas, Ouid.5.Fast.
Sertaq; cælesteis implicitura comas. Ibid.
Tempora sutilibus pinguntur tecta coronis,
Et latet iniecta splendida mensa rosa:
Ebrius incinctis Philira conuiua capillis Saltat.
Bacche racemiferos hedera redimite capillos. Ouid.6 Fast.
Festuq; odoratis innectunt tempora sertis, Oui. 7. Trist.
Seu tu Pastanis genita es, seu Tyburis aruis Eleg. 4.
Seu rubuit tellus Tuscula flore tuo, Mart.lib.8.
Seu Prænestino te villica legit in horto,

Seu modo Campani gloria ruris eras.
Ouid.11.Met. *Pulcrior vt noſtro videare corona Sabino,*
De Nomentano te putet eſſe meo.
Jbid. *— quercu coma cærula tantum*
Cla.1. in Coſ. *Cingitur, & pendent circum caua tempora glandes.*
Hono. Aug. *Ille caput flauum lauro Parnaſſide vinctus,*
Hono. *Et ſacro meritos ornet diademate crineis.*
Non illi madidum vulgaris arundine crinem.
Ouid.13.Met. *Velat honos, rami caput vmbrauere virentes.*
Heliadum totisque fluunt electra capillis.
Non data ſunt capiti genitalia ſerta.

Corrigere.

Mart.lib.4. *Non poſſunt noſtros multa Fauſtine liturę*
Emendare iocos, vna litura poteſt.
Mart. lib. 1. *ne toties Domini patiare lituras,*
Neve notet luſus triſtis arundo tuos.
Hor.de arte. *— carmen reprehendite, quod non*
poet. *Multa dies, & multa litura coërcuit, atque*
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.
Ibid. *— cenſor, caſtigatorque minorum.*
Ibid. *— delere iubebat.*
Et male tornatos incudi reddere verſus.
Mart. lib.6. *Emendare meos quos vouit fama, libellos,*
Et tibi permittis felices carpere nugas.
Mart. lib.7. *Cogis me calamo, manuque noſtra*
Emendare meos Pudens libellos.
Ouid.1.Triſt. *Ablatum mediis opus eſt incudibus illud,*
Ele.6. *Defuit & ſcriptis vltima lima meis.*
Ibid. *Qui quid in his igitur vitij rude carmen habebit,*
Emendaturus, ſi licuiſſet, eram.
Oui.1.de Pōt. *Nec tamen emendo, labor hic, quam ſcribere maior*
Eleg. 6. *Menſque pati durum ſuſtinet ægra nihil.*
Scilicet incipiam lima mordacius vti,
Vt ſub iudicium ſingula verba vocem:
Ou.2.de Pōt. *Vtque meus lima raſus liber eſſet amici.*
Eleg.4. *Non ſemel admonitu facta litura tuo eſt.*
Oui.3. de Pō. *Ipſe quidem placuit mendis in talibus error,*
Eleg.1. *Et vix inuita eſt facta litura manu.*
Jbid. Eleg.28 *Sæpe ego correxi ſub te cenſore libellos,*
Sæpè tibi admonitu facta litura meo eſt.

Cortex.

Ouid. 9.Met. *Contegit inductus momentia lumina cortex.*
Ibid. *— per candida mollis colla liber ſerpit.*

Volue

— volui sub eodem cortice condi. Ibid.
— raptus de subere cortex. Vide ARBOR. Virgil.

Cras.

— quid crastina voluerit ætas. Sil.Ital.lib.3.
— vbi primos crastinus ortus Virg.4.Æneï.
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem,
nunquam te crastina fallet Hora. Virg.1. Geor.
Quis scit, an adiiciant hodiernæ crastina summæ Horat.
Tempora dij superi.
Et lux cum primùm terris se crastina reddet. Virg.8.Æneï.
— cum primùm crastina cœlo Virg.12.Æne.
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit.
— altera lucem Ouid.3. Met.
Cum croceis inuecta rotis aurora reducet.
— cum crastina fulserit hora. Ouid. epist.3.
Forsitan includet crastina fata dies. Prop.lib.2.
— sed cum lux altera venit, Pers.Sat.5.
Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit vltra, Ouid. 3. Fast.
— protulerit cum totum crastinus orbem Cynthius. Cla.1. de rap.
Crastina puniceos cum lux detexerit ortus. Pro.

Vide DIESCERE.

Creare.

Quantum omnis mundus gaudet cantante sileno: Virg. Eclog.8
Namque canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;, animæq; marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis, vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis:
Tum durare solum, & discludere Nereа ponto
Cæperit, & rerum paulatim sumere formas.
Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit Ouid. 1. Met.
Ille opifex rerum mundi melioris origo,
Siue recens tellus, seductáque nuper ab alto
Æthere cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Iapete mistam fluuialibus vndis,
Fixit in effigiem moderantum cuncta deorum. Luc.lib.1.
Nullam rem è nihilo gigni diuinitus vnquam.
— nil posse creari de nihilo. Ibid.
Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset, nil semine egeret. Manil.lib.1.
Quis credat tantas operum sine numine moles
Ex minimis, cæcoque creatum fœdere mundum.
— qui primus mœnia mundi Seminib struxit minimis. Ibid.

For-

Hor. *Fortes creantur fortibus.*

Vide ÆDIFICARE Item GIGNERE.

Credere.

Virg 3. Æneï. *Credamus Phœbo, & moniti meliora sequamur,*
Ibid. *— vati si qua fides.*
Ouid. 1. Met. *— quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas?*
Ibid. *— matrique ait omnia demens Credis.*
Virg. 1 Geor. *Haud equidem credo*
Vir. Eclog. 10. *— ne sit mihi credere. Si credere dignum est.*
Virg. 6. Æneï. *— nec credere quiui.*
Ibid. *— iam nulla viro iuranti fœmina credat,*
Catullus. *Nulla viri speret sermones esse fideles.*
O nullis tutum credere blanditiis.
Prop. lib. 1. *Illa fidem dictis addere sola potest.*
Oui. epist. 20. *— credite experto mihi.*
Sen. in Thye. *— de se si credatur ipse,*
Ouid. 1. Fast. *Pollicitam dictis suppiter adde fidem.*
Ouid. 3 Fast. *Credite dicenti, mira sed acta loquor.*
Ibid. *— nisi vatibus omnis Eripienda fides.*
Oui. 15. Met. *Si qua fides rebus tamen est addenda probatis.*
Ibid. *Crede mihi experto, si quicquam credis amico.*

Vide INCREDIBILIS & MIRACVLVM.

Cremare, &c.

Virg 2. Geor. *— primus deuecta cremato Sarmenta,*
Virg. 3. Geor. *— congestáque robora, totasque*
Ibid. *Aduoluere focis vlmos ignique dedere.*
Ibid. *— odoratam stabulis accendere cedrum*
Ibid. *Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma,*
Virg. 4. Geor. *— Contactos artus sacer ignis edebat.*
— néve rubentes vre foco cineres.
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes.
Ibid. *Vre sata.*
Ibid. *— suadebo incendere odores*
Ibid. *Panchaïs adolescunt ignibus ara,*
Virg. 1. Æneï. *exurere classem Argiuum.*
Ibid. *— donisque furentem*
Ibid. *Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem.*
Ibid. *Occultum inspires ignem.*
Virg. 2. Æneï. *— & flammis adolere penates.*
Ibid. *— subiectisque vrere flammis.*
Ibid. *— incensa Danaï dominantur in vrbe.*
Ibid. *— Troia arserit igni.*
Virg. 3. Æneï. *— omne mihi visum considere in ignes Ilium.*

— patria incensa. Virg. 4. Æne.
— est mollis flamma medullas. Jbid.
Dardaniique rogum capitis permittere flammæ. Jbid.
— & altos conscendit furibunda rogos. Jbid.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
Erige, & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius exuuiasque omnes lectumque iugalem,
Quo perii, super imponas abolere nefandi
Cuncta viri monumenta iubet. Jbid.
At regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti tædis, atque ilice secta,
Intenditque locum sertis, & fronde coronat
Funerea, super exuuias ensémque relictum,
Effigiémque locat. Jbid.
— faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis, natumque, patremque
Cum genere extinxem, & memet super ipsa dedissem.
— ego vindice flamma Ouid. 2. Met.
In dominum, dignosque euerti tecta penates. Ibid.
Sed timuit ne fortè sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas totusque ardesceret axis. Ibid.
Vtque leues stipulæ demptis adolentur aristis,
Vt facibus sepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit.
Romanus arces vreret. Hor. Epod. 7.
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros. Virg. 1. Geor.
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.
— incendere vepres Ibid.
— dum grandes Cyclopum Hor. 1 c. o. 4.
Vulcanus ardens vrit officinas.
— vret Achaicus Ignis Iliacas domos. Jbid o. 15.
— fumantes incoquet igne genas. Oui. in Ibin.
Det tua succensæ membra cremanda pyræ. Ibid.
Subdiderat sæuas vel tibi Roma faces. Manil. lib. 1.
Ingessit sacris se peritura focis. Ibid.
Cuncta iacens flammis, & tristi mersa fauilla Ibid.
— rutilasque ferox in aperta loquentis Oui. 12. Met.
Condidit ora viri perque os in pectora flammas.
Te quoque sæuæ Drya circum caput igne rotato insequitur.
Quam si quis canis ignem supponat aristis, Ouid. 6. Met.
Aut frondem, positasque cremet fœnilibus herbas.
Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari. Virg. 7. Æne.

Rega-

Regalesq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo
Sulp. Carth. *Inuolui, ac totis vulcanum spargere tectis.*
Idem. *Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis,*
Corne. gal. *Et pene est alio Troia cremata rogo.*
Virg 6. Ænei. *Ne pereant flammis tot monumenta ducum.*
Tib. lib. 2. *Et solida imponit taurorum viscera flammis.*
Ille leuis stipulæ solemnes potus aceruos
Virg 7. Ænei. *Accendet, flammas transiletq; sacras..*
Virg 8. Æne. *— num incensa tremauit Troia virost*
Auctor. *— Ignem ad fastigia iactant.*
Virg. 9. Æne. *Sternitur, & rapido laurus in igne perit,*
— an non viderunt mœnia Troiæ
Ibid. *Neptuni fabricata manu considere in ignes?*
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.
Vir. 12. Aene. *Et flammam adfixit lateri, quæ plurima vento*
Corripuit tabulas. & postibus hæsit adesis,
Ouid. 6. Met. *Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit*
Nidoremque ambusta dedit.
Ouid. epist. 7. *Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo,*
Artificem mediis immittam Tereia flammis.
Oui. Epist. 11. *Vxor, vt inducto cerata sulphure tæda,*
Vt pia famosis addita thura rogis
Oui. epist. 14. *Ferte faces in me, quas fertis Erynnides atræ,*
Vt meus ex isto luceat igne rogus.
Tib. lib. 2. *Me pater igne licet (quem non violauimus) vrat,*
Tib. lib. 3. *Quæque aderant sacris, tendat in ora faces.*
Prop. lib. 2. *Et succensa sacris, crepitet bene laurea flammis.*
Clau. *Nec nos sacrilegos templis admouimus ignes.*
Deinde vbi suppositus cinerem me fecerit ardor,
Statius. *Nec gemat exustas igne furente domos.*
Quisquis adhuc tenera signatum flore iuuenta
Immersit cineri iuuenem, primaque iacentis
Serpere crudeles vidit lanugine flammas.
Oui. 2. de art. *Nostraque fumosis vrite membra focis,*
Luc. 3. Pharſ. *Telum flamma fuit, rapiensque incendia ventus*
Per Romana tulit celeri munimina cursu:
Nec quamuis viridi luctetur robore lentus
Ignis ait vires, tæda sed raptus ab omni
Consequitur nigri spatiosa volumina fumi,
Nec solum syluas, sed saxa ingentia soluit,
Et cruda putri fluxerunt puluere cautes,

Pri-

Procubuit, maiorque iacens apparuit agger. Jbid.
— nam pinguibus ignis
Affixus tædis: & tecto sulphure viuax
Spargitur, ac faciles præbent alimenta carinæ,
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera:
Nec flammas superant undæ, sparsisque per æquor
Iam ratibus, fragmenta ferus sibi vindicat ignis,
Hic recipit fluctus, extinguat vt æquore flammas,
Hi, ne mergantur, tabulis ardentibus hærent.
— alterius flamma crineſque genasque Luc. 6. Pharſ.
Succendit, ſtrident oculis ardentibus ignes.
Colla caputque ferens ſupremo tradidit igni. Jbid.
— combuſtaque nubila fumant; Ouid. 2. Met.
Corripitur flammis, vt quæque altiſſima tellus,
Fiſſaque agit rimas, & ſuccis aret ademptis:
Pabula caneſcunt, cum frondibus vritur arbor,
Materiamque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror, magnæ pereunt cum mœnibus vrbes,
Cumque ſuis, totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt, ſylua cum montibus ardent,
Tum verò Phaëton cunctis è partibus orbem
Aſpicit accenſum, nec tantos ſuſtinet æſtus,
Feruentéſque auras velut è fornace profundâ
Ore trahit, currusque ſuos candeſcere ſentit,
Et neque iam cineres, eiectatamque fauillam
Ferre poteſt, calidoque inuoluitur vndique fumo.
— rogumque parari Jbid.
Vidit, & arſuros ſupremis ignibus artus. Jbid.
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis,
Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur. Luca 3. Phar.
Excitat inualidas admoto fomite flammas
Carpitur, & lentum Magnus diſtillat in ignem. Luc. 10. Phar.
Nec piger ignis erat per ſtupea vincula, perque
Manantes cera tabulas, & tempore eodem
Tranſtraque nautarum, ſummique arſere ceruchi.
Iam prope ſemiuſtæ merguntur in æquora claſſes.
Iamque hoſtes, & tela natant, nec puppibus ignis
Incubuit ſolis, ſed quæ vicina fuere
Tecta mari longis rapuere vaporibus ignem,
Et cladem fouere Noti, percuſſaque flamma
Turbine, non alio motu per tecta cucurrit,
Quam ſolet ætherio lampas decurrere ſulco.
Materieque carens, atque ardens aëre ſolo.

Prosternet patrios impia flamma lares.

Luc. lib. 2. *Nec cum sul' siliunt ignes ad tecta domorum,*
Et celeri flamma degustant signa, trabeisque.

Ibid. *Tum porrò quacunque igni inflammata cremantur,*
Si nil præterea, tamen ex se hæc corpora tradunt.
Vnde ignem iacere, & lumen summittere possint,
Scintillasque agere, ac latè differre fauillam.

Lucr. lib. 5. *Ignis enim superauit, & ambiens multa perussit.*

Ibid. *— flammeusq; ardor*
Horribili sonitu syluas exederat altis.
Ab radicibus, & terram percoxerat igni

Lucan. lib. 6. *Lauricomas, vt si per montes flamma vagetur*
Turbine ventorum comburens impete magno:
Nec res vlla magis, quàm Phœbi Delphica laurus.
Terribili sonitu flamma crepitante crematur,

Sil. Ital. lib. 1. *— sed cætera pingui*
Vncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant:
Fulminis hæc ritu summis è mœnibus arcis
Incita sulcatum tremula secat æra flamma:
Qualis sanguineo præstinguit lumina crine
Ad terram cælo decurrens ignea lampas:
Hæc ictu rapido pugnantum sæpe per auras
Attonito dextore tulit fumantia membra:
Hæc vastæ lateri turris cum turbine fixa,
Dum penitus pluteis vulcanum exercet adesis,
Arma, virosque simul pressit flagrante ruina.

Sil. Ital. lib. 2. *Ille tacit totis conixum viribus agrum*
In flammas corpus, densum qua turbine nigro

Sil. Ital. lib. 4. *Exundat fumans piceus caligine vertex.*
— agit vndique flammam
Dispersus ripis ignis, multosque per annos
Nutritas fluuio populatur feruidus vndas:
Vritur omne nemus, lucosq; effusus in altos
Immissis crepitat victor Vulcanus habenis:
Iamq; ambusta comas abies iam pinus, & alnus
Iam solo restans trunco dimisit in altum
Populus assuetas ramis habitare volucreis:
Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos
Absorbet latices, sæuoq; vrgente vapore
Siccus inarescit ripis cruor, horrida latè
Scinditur in rimas, & hiatu rupta dehiscit.
Tellus, ac stagnis altæ sedere fauillæ.

Ibid. *— sæuamq; coruscans*

Lam-

Lampada Tarpeis infers incendia tectis.
— rapidoq; inuolutur Æsculus igni: Sil.Ital.lib.5.
Iamq; inter, frondeis arenti robore gliscens
Verticibus sauis, torquet Vulcanus anhelos
Cum feruore globos flammarum, & culmina torret, Sil.Ita.lib.1.
Spargore, flagranteis contra bellantia monstra
Dardanius tædas victor iubet, & facis atræ
Quos fera circumfert compleri sulphure muros:
Nec iusso mora, collectis fumantia leuent
Terga elephantorum flammis, raptusq; sonore
Ignis ëdax vento per propugnacula fertur:
Non aliter Ptndo, Rhodopeue incendia pastor
Cum iacet, & syluas spatiatur feruida pestis,
Frondosi igneiscunt scopuli, subitoq; per alta
Collucet iuga dissultans Vulcanius ardor:
It fera candenti torrente bitumine corpus
Amens, & laxo diducit limite turmas
Vritur impatiens, & magni corporis æstu.
Donec vicini tandem se fluminis vndis
Præcipitem dedit, & tenui decepta liquore
Stagnantis per plana vadi, tulit incita longis
Extantem ripis flammam.
— coniugem, & totum gregem Se.in He fur
Consumat vnus igne subiecto rogus.
Vritur in calidis alba columba focis. Ouid.1. Fast.
Armatam hinc igni molem, & deuoluere saxa Sil.Ita.lib.14.
Certabant calidæq; picis diffundere pestem:
Hic procul ardentem iaculatus lampada Cimber.
Coniicit, & lateri telum excitabile figit:
Pascitur adiuto Vulcanus turbine venti.
Gliscentemque trahens turris per viscera labem,
Perque altam molem, & turris nascentia tecta
Scandit ouans, rapidisq; vorat trepidantia flammis
Robora, & ingenti simul exundante vapore
Ad cœlum victor nitentia culmina lambit:
Implentur fumo, & nebula caliginis atræ,
Nec cuiquam euasisse datur, ceu fulminis ictu
Correptæ rapido in cineres abiere ruinæ.
— flammaq; comantem. Ibid.
Multifida pinum celso de culmine quassat:
Inde atros alacer, pastosq; bitumine torquet
Aduentante Noto Pœnorum aplustribus igneis:
Intrat diffusos pestis Vulcania passim,

Atque implet dispersa foros, trepidatur omisso
Summis remigio, sed enim tam rebus in arctis
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos,
Et rapidus feruor per pingueis vndique tædas
Illapsus flammis victricibus insonat alueo:
Qua nondum tamen intulerat vim Dardana lampas.
Parcebatq; vapor, saxorum grandine dirus
Arcebat, fatumq; ratis retinebat Himilco.

Ibid. *— sed proxima cursu*
Fulmineo populatus ineuitabilis ardor,
Correptam flammis inuoluit ouantibus alnum.

Sil. Ital. li. 17. *Castra leui calamo, cannaq; intorta palustri,*
Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor,
Aggreditur furtim armorum tutantibus vmbris,
Ac tacita spargit celata incendia nocte:
Inde vbi collecti rapidam diffundere pestem
Cœperunt ignes, & se per pinguia magno
Pabula ferre sono, clarè expatiantur in auras.
Et frænos volucri propellunt lumine flammæ,
It totis inimica lues cum turbine castris,
Atque alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelo
Arida, & ex omni manant incendia tecto:
Sentitur pleriq; prius quam cernitur ignis
Excitis somno, multorumq; ora vocantum
Auxilium inuadunt flammæ, fluit vndiq; victor
Mulciber, & rapidis amplexibus arma, virosq;
Corripit, exundat pestis, seminstaq; castra
Ardenti volitant per nubila summa fauilla:
Ipsius ingenti regis tentoria saltu
Lugubre increpitans latè circumuolat ardor,
Hausisset que virum trepidus ni clade satelles.

Sen. in Theb. *E somno, ac stratis rapuisset multa precantem*

Sen. in Oct. *Vrbs concremetur, primus à thalamis meis Incipiat ignis.*
— cum rogis artus tuos
Dedit cremandos, membraque & vultus Deo

Se. in He. oct. *Similes volanti flamma ferueus abstulit.*
Certè ego te vidi flagrantibus
Impositum syluis, cum pluribus
In cælum furerent flamma minis. Arsisti certè.
Captiuam stipula, fœnoque inuoluit & igneis
Admouet, vrenteis effugit illa manus,
Qua fugit, incendit vestitos messibus agros,
Damnosis vireis ignibus aura dabat.

— po-

— postquam alta cremata est Ouid. 14. Met.
Ilion, & Danaas pauerunt pergama flãmas. Vide ARDERE.

Crescere arbores, plantas.

Principio arboribus varia est natura creandis: Virg. 2. Geor.
Namque alia nullis hominum cogentibus ipsa
Sponte sua veniunt, campos, & flumina late
Curua tenent
Pars autem posito surgunt de semine. Ibid.
Pullulat ab radice aliis densissima sylua, Ibid.
Truditur è sicco radix oleagina ligno, Ibid.
Sponte sua quà se tollunt in lumina auras. Ibid.
infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
— sterilis quæ stirpibus exit ab imis. Ibid.
Nam quæ seminibus iactis se sustulit arbos. Ibid.
Tarda venit seris factura nepotibus vmbram.
— plantis & dura coryli nascuntur Ibid.
— & ingens Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos. Ibid.
Miraturque nouas frondes.
Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ Ibid.
Tmolus & assurgit. Ibid
Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt. Ibid.
Fluminibus salices, crassisque paludibus alni,
Nascuntur steriles, saxosis montibus orni.
Diuersa arboribus patria, sola India nigrum Ibid.
Fert ebenum, solis est thurea virga Sabeis
— taxique nocentes Ibid.
Interdum aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
— neque in vacuum poterunt se extendere rami, Ibid.
Æsculus imprimis quæ quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit:
— cæsæq; reuerti Ibid.
Possunt, atq; ima similes reuirescere terra,
Infelix superat foliis oleaster amaris.
— atque animos tollent sata. Ibid.
— & dum se lætus ad auras Ibid.
Palmes agit laxis per purum immissus habenis.
— largo pubescit vinea fœtu, Ibid.
— seras possit cum vinea frondes, Ibid.
Poma quoque vt primum truncos sensere valentes Ibid.
Et vires habuere suas, ad sidera raptim
Vi propria nituntur, opisq; haud indiga nostræ.
— totusq; per herbam Virg. 4. Geor.
Crescere in ventrem cucumis.

Ibid. *Namque vno ingentem tollit de cespite syluam.*
Oui.1. Met. *— fœcundaque semina rerum.*
Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo
Creuerunt, faciemque aliquam cœpere morando
Ibid. *In frondem crines, in ramos brachia crescunt.*
Virg. 1. Geor. *Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ,*
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt Gramina.
Ibid. *— & putres concrescere fungos.*
Ouid.1.Met. *— natos sine semine flores.*
Mart.lib.1. *Vua nec in Thuscis nascitur ista iugis.*
Ouid.1. Met. *Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec vllis*
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant,
Cornaque & in duris hærentia mora rubetis.
Ibid. *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,*
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Auctor. *Saltibus crescit minor in profundis*
Consenescentes rubus inter vlmos.
Catullus. *Vt flos in septis secretus nascitur hortis.*
Idem. *Vt vidua in nudo vitis quæ nascitur aruo,*
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat vuam.
Oui.1. de art. *Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa*
Conuenit hæc oleis, hic bene farra virent.
Luc.lib.1. *Et terraque exorta repente arbusta salirent.*
Ibid. *Paullatim crescunt (vt par est) semine certo,*
Crescendoque genus seruant, vt noscere possis
Quæque sua de materia grandescere.
Huc accedit, vti sine certis imbribus anni
Ibid. *Latificos nequeat fœtus summittere tellus.*
At nitidæ surpunt fruges, ramique virescunt
Ibid. *Arboribus, crescunt ipsæ, fœtuque grauantur.*
Luc.lib.1. *Crescunt arbusta, & fœtus in tempore fundunt.*
Arboribusque datum est variis exinde per auras
Crescendi magnum immissis certamen habenis.
Ouid.3. Fast. *Quæque diu latuit, nunc qua se tollat in auras,*
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Ouid.4. Fast. *Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt.*
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Oui.3. Trist. *Herbaque quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,*
Eleg.12. *Exerit è tepida molle cacumen humo.*

Cribrare, Cribrum.

Vir.in Moret. *Postquam impleuit opus iustum versatile finem,*

Trans-

Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
Et quatit; ac remanent summo purgamina dorso:
Subsidit syncera: foraminibusque liquatur.
Emundata Ceres.
— vtue liquor rari sub pondere cribri Oui.12.Met.
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.

Crudelitas, Crudelis.

— atque immitis rupta tyranni Fœdera Virg.4. Geor.
— est eadem violentia vultus, Ouid. 1. Met.
Iidem oculi lucent, eadem feritatis imago est.
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater. Vir. Eclog. 5.
— cruentum vultus in hostem. Hor. 1. ca. o. 2.
Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo Ouid. 3. Trist.
Qui falsum lento torruit igne bouem.
Contemptrix superum, sæuæq; auidissima cædis. Ouid. 1. Met.
Et violenta fuit, scires è sanguine natos.
— notus feritate Lycaon. Ibid.
— & nunc quoq; sanguine gaudet. Ibid.
— tunc me de tygride natam, Ouid. 7. Met.
Tunc ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni, Virg. 8. Æneï.
Effera? dii capiti ipsius, generique reseruent.
— cæde gaudentes Sicambri. Hor. 4. c. o. 14.
— ô scopulis, vndaque ferocior. Ouid. in Sab.
— ô diris barbare factis, O crudelis, ait. Ouid. 6. Met.
Sis licet immitis matrisque ferocior vndis, Ouid. epist. 3.
Vt ferus est, multoque suis truculentior Euris. Oui. Epist. 11.
Quenam te genuit sola sub rupe lana, Catullus.
Quod mare conceptum spumantibus expuit vndis,
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vasta Charybdis?
— neque enim de tygride natus, Ouid. 9. Met.
Nec rigidos silices, solidum ve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leænæ.
Nullane res potuit crudelis flectere mentis Consilium?
— non sua sunt duro præcordia ferro Catullus.
Vincta nec in tenero stat ibi corde silex, Tib. lib. 1.
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.
Nemo adeo vt noceat barbarus esse volet. Ibid.
— inhumanæ dura pupilla lupæ. Prop. lib. 3.
Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini, Proper. lib. 4.
Vrbe, meo quæ iamnon adeunda pede est: Oui. 1. Trist.
Sed scopulis ponti, quos hæc habet ora sinistri, Eleg. 7.
Inque feris Scythis, Sarmaticisque iugis.

Et tua sunt silicis circum præcordia venæ.
Et rigidum ferri semina pectus habet.
Quæq; tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix vbera, tygris erat.
Ouid. 3. Trist. Eleg. 11. *Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino,*
Et dicam silices pectus habere tuum.
Ouid. 5. Trist. Eleg 8. *Siue homines vix sunt homines hoc nomine digni.*
Quamq; lupi, sauæ plus feritatis habent.
Ouid. 13. Met. *Asperior tribulis, fœta truculentior vrsa,*
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro.
Cla. 1. de rap. Pro. *Quamuis indocilis flecti.*
Ouid. epist. 7. *Te lapis & montes, innataq; rupibus altis*
Prop. lib. 1. *Robora te sæua progenuere feræ:*
Aut mare quale vides agitari nunc quoq; ventis.
Sit licet & saxo patientior illa sicano,
Sit licet & ferro durior, & chalybe.
Ouid. 8. Met. *Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita syrtis*
Armenia tygres, Austroq; agitata Charybdis,
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Lusa tua est generis falsa est ea fabula: verum
Et ferus, & captus nullius amore iuuenca,
Qui te progenuit taurus fuit.
Ouid. 13. Met. *Sæuior illa freto surgente cadentibus hœdis,*
Durior & ferro est, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo quod adhuc viuum radice tenetur.

Cucullus siue papyrus ad huiusmodi vsum.

Mart. lib. 4. *Quid si non scombris scelerata poëmata donas*
Mart. lib. 3. *Cuius vis fieri libelle munus?*
Festina tibi vindicem parare:
Ne nigram citò raptus in culinam
Cordillas madida tegas papyro,
Vel thuris, piperisq; sis cucullus.
Mart. lib. 13. *Ne toga cordillis & penula desit oliuis,*
Aut inopem metuat sordida blatta famem.
Perdite Niliacas Musa mea damna papyros.
Mart. lib. 4. *Si te pectore, si tenebit ore:*
Nec rhonchos metues maligniorum,
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnauerit: ad salariorum
Curias scrinia protinus licebit,
Inuersa pueris arandæ charta.
Verin. *Vna bis centum componis carmina nocte:*
Ah nescis scombris carmina quanta facis.

Cude-

Cudere ferrum.

— necdum impositos duris crepitare incudibus enses. Virg. 2. Geor.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis Virg. 4. Geor.
Cum properant, alij laurinis follibus auras
Accipiunt, redduntque alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus Aetna:
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantq; tenaci forcipe ferrum,
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum. Ouid. 1. Met.
durum producit arator Vomeris obtusi dentem. Virg. 1. Georg
Et curua rigidum falces conflantur in ensem. Ibid.
— dum graues Cyclopum Hor. 1. ca. 0. 4
Vulcanus ardens vrit officinas.
— ó vtinam noua Ibid. od. 35.
Incude diffingas retusum in Massegetas, Arabasq; ferrum. Ouid. 12. Met.
Terribilem stridore sonum dedit vt dare ferrum
Igne rubens plerumq; solet, quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit, at illud
Stridet, & in tepida submersum sibilat vnda.
Quinque adeò magnæ positis incudibus, vrbes Virg. 7. Æneid.
Tela nouant, Atina potens, Tiburq; superbum,
Ardea, Crustumerique & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitum flectuntq; salignæ
Vmbonum crates, alij thoracas ahenos,
Aut leues ocreas lento ducunt argento:
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrios fornacibus enses.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior ille Virg 8. Æne.
Mollibus è stratis opera ad frabilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminus
Antra Ætnea tonant, validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntq; cauernis
Strictura Chalibum, & fornacibus ignis anhelat:
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.
Arma acri facienda viro, nunc viribus vsus, Ibid.
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra,
Pracipitate moras, nec plura effatus, at illi
Ocyus incubuere omnes, paritérq; laborem
Sortiti, fluit æs riuis, auriq; metallum,
Vulnificusq; chalybs vasto fornace liquescit
Ingentem clypeum informat, vnum omnia contra

Tela Latinorum, septenoq; orbibus orbes
Impediunt, alij ventosis follibus auras
Accipiunt reddunt q; alii stridentia tingunt
Aëra lacu, gemit impositis incudibus antrum.

Virg. 6. Ænei. *Excudent alii spirantia mollius æra.*

Tib. lib. 1. *— nec ensem Immitti sauus duxerat arte faber.*

Luc. 6. Pharſ. *In formam calidæ percussit pondera massæ,*
Fudit & argentum flammis, aurumq; moneta

Luc. 7. Phar. *Fregit & immensis coxit fornacibus æra.*
Non aliter Phlegra rapidos tollente Gigantes
Martius incaluit siculis incudibus ensis,
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis.
Spiculaq; extenso Paan Pythone recoxit.

Lucre. lib. 6. *Vt calidus candens ferrum è fornacibus olim*
Stridet, vbi in gelidum propere demersimus imbrem.

Juuen. Sat. 14. *— maioraq; fiunt*
Incude assidua, semperq; ardente camino.

Juuen. Sat. 15. *Nescierint primi gladios excudere fabri.*

Clau. in lau Stil. *Quæ non incudes streperent? quæ flamma vacaret*
Fabrilis? quæ sufficerent fornacibus æra
Effigies ductura tuas?

Auſo. in Moſ. *Sic vbi fabrileis exercet spiritus igneis,*
Accipit alterno, cohibet q; foramine ventos
Lanea fagineis alludens parma cauernis.

Stat. 3. Syl. *Non tam grande sonat motis incudibus Ætna,*
Cum Brontes, steropesq; ferit, nec maior ab antris
Lemniacis fragor est, vbi flammeus Ægida calat Mulciber.

Hor. 1. ſe. ſat. 4 *At tu conclusas hircinis follibus auras*
Vsq; laborantis, dum ferrum molliat ignis,
Vt mauis, imitare.

Culina.

Mart. lib. 5. *Desine iam, nostram (precor) obseruare culinam:*
At q; aliquando meus det tibi verba coquus.

Mart. lib. 3. *Ne nigram citò raptus in culinam*
Cordillas madida tegas papyro,

Mart. lib. 8. *Alget adhuc nudo clausa culina foco,*

Cunæ & Cunas mouere.

Mart. lib. 11. *Cunarum fueras, motor, Charideme, mearum:*
Et pueri custos, assiduusq; comes

Ouid. 3. Met. *Furtim illum primi Ino matertera cunis Educat.*

Ibid. *Tutaq; bis geniti sunt incunabula Bacchi.*

Idē 2. de Pōt, *Quodq; tibi in cunis oscula prima dedi.*

Virg. 3. Ænei. *— Et gentis cunabula nostræ.*

Cu-

Cupere, & cupido.

Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ: Virg. 3. Geor.
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis, Raptet amor. Virg. 4. Geor.
— apes amor vrget habendi,
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis. Virg. 1. Æneid.
— quando hæc te cura remordent. Ibid.
Lætitiaq; metuq; auidi coniungere dextras Ardebant. Virg. 2. Æneid.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Ibid.
— visendi studio, Ibid.
Tum verò ardemus scitari, & quærere causas. Ibid.
Expectare venis. Ibid.
— concurrere in arcem Cum sociis ardent animi. Ibid.
Exarsere ignes animo, subit ira cadentem Vlcisci patriam. Ibid.
— tollere in altos Optabam montes.
— miroque incensum pectus amore, Compellare virum. Virg. 3. Æneid.
— turpiq; cupidine captos.
Idem omnes simul ardor habet. Virg. 4. Æneid.
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido. Ibid.
— tolle cupidinem Immitis vuæ. Virg. 1. Geor.
Opes honores ambiant. Sitis ardescit habendi. Hor. 2. c. 6
— qui nimios optabat honores. Boet lib. 3.
Et nimias poscebat opes. Boet. lib. 2.
— maior famæ sitis est quam virtutis. Iuue. Sat. 10.
Gloria paucorum, & laudis, titulique cupido. Ibid.
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Ibid.
Et minus hanc optat qui non habet. Iuue. Sat. 14.
Sic desiderijs icta fidelibus Hor. 4. c. 6. 4.
Quærit patria Cæsarem.
— laudumque arrecta cupido.
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido? Virg. 5. Aene.
Idem omnes simul ardor agit noua quærere tecta. Virg 6. Æneid.
— mihi mens iuuenili ardebat amore Virg 7. Æne.
— & amor successit habendi. Virg. 8. Æne.
— si bellare paras, atque tibi mens est.
— Diine hunc ardorem mentibus addunt Ibid.
Euryale? an sua cuique Deus fit dura cupido? Ibid.
Aut pugnau aut aliquit iam dudum inuadere magnum Virg. 9. Æneid
Mens agitat mihi.
— magno laudum perculsus amore.
Euryalus simul, his ardentem affatur amicum.
Iam mens prætrepidans auet vagari
Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro. Catullus.
Nec bibit è gemma diuite nostra sitis. Prop. lib. 3.

Boet.lib.5. *Sed cur tanto flagrat amore Veri tectas reperire notas:*
— cupere atq; ambire refugi
Auſon. *Cui nullus finis cupiendi eſt, nullus habendi.*
Idem. *Nec nos ambitio, nec amor vrget habendi.*
Oui.3. de art. *Fert animus cauſas tantarum expromere rerum,*
Luc.1.Pharſ. *— nec enim me divitis auri*
Lu.ad Ca.Piſ. *Imperioſa fames, & habendi ſæua libido*
Impulerit, ſed laudis amor,
— ô prodiga rerum
Luca.4.Phar. *Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,*
Et quæſitorum terra, pelagoq; ciborum Ambitioſa fames.
Ouid.2.Met. *— non eſt mortale quod optas.*
Plus etiam quam quod ſuperis contingere poſſit.
Neſcius affectas.
Sen.in Hipp. *— contra diuites,*
Regnoq; fulti, plura quàm fas eſt, petunt,
Jbid. *nullus ijs auri fuit Cæcus cupido.*
— impius lucri furor.
— venit imperij ſitis cruenta.
Jbid. *Cupido creuit, at q; auri fames.*
Jbid. *Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi.*
Sen. in Oct. *Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido,*
Ouid. 1. Faſt. *Et cum poſſideant plurima, plura petunt.*
Jbid: *Quærere vt aſſumant, aſſumpta requirere certant,*
At q; ipſa vitiis ſunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda,
Quò plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.
Ibid. *Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria fuco,*
Magnarum vc fames ſollicitauit opum.
Cla.2.in lau. *Ambitio quæ veſtibulis, foribuſq; potentum*
Stil. *Excubat, & pretiis commercia poſcit honorum*
Quem tenet argenti ſitus importuna, fameſq;.
Hor.1.epiſt. *Torquemur q; metu, cæcaq; cupidine rerum.*
Manil.lib.4. *Pauperiora bonis quiſq; eſt quò plura requirit.*
Ibid. *Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.*

Cupido fictus Deus amoris.

Virg.1. Æne. *— aligerum dictis affatur Amorem:*
Jbid. *Nate mea vires, mea magna potentia ſolus*
Nate patris ſummi, qui tela Typhoëa temnis.
Ibid. *— & dona Cupido Regia portabat.*
Ho.1.ca.o.32. *— Veneremq; & illi*
Semper hærentem puerum canebat,
Hor.2.c.o.8. *— ferus & Cupido,*

Semper

Semper ardentes acuens sagittas Cote cruentæ. Ho.3. c.o.12.
Cytherea puer ales. Ibid.od.27.
Venus, & remisso Filius arcu. Ho.4. ca.o.15
— & almæ Progeniem Veneris canemus. Tib.lib.1.
— volitantis frater Amoris, Sc.inHippo.
— geminus cupido
Impetem flammis, simul & sagittis:
Iste lasciuus puer, acre nitens,
Tela quam certo iaculatur arcu. Stat.1.syl:
Hic puer è turba volucrum, cui plurimus ignis
Ore, manuq; leui nunquam frustrata sagitta.

Cur.

— causa quæ sit, quaritis. Mart. lib.11.
Quæ ratio est? Mart. lib. 12.
Quid tu credis? Mart.lib.16.
— Nec possum dicere quare. Ibid.
Cur potius? Mart.lib.13.
Quæ tibi causa fugæ? Ouid. 5 Met.
Quærite nunc habeat quam nostra superbia causam. Ou.6.Met.
Quoq; modo audetis genitam Titanida Cæo
Latonam præferre mihi. Vide CAVSA & QVIA.

Curare, & Cura.

Iam tum acer curas venientem extendit in annum Vir.2.Georg.
Rusticus.
— cura in vitulos traducitur omnis. Virg.3. Geor.
Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda. Ibid.
Ergo omni studio glaciem, ventosque niuales Ibid.
Quo minus est illis cura mortalis egestas Auertes. Jbid.
Nec tibi cura canum fuerit postrema. Jdem.
— nec somnos abrumpit cura salubres Jbid.
— acrior illum Curæ domat. Virg.1. Æne.
— illum tales iactantem pectore curas. Jbid.
— quando hæc te cura remordet. Jbid.
Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat. Virg.2. Æne.
— aut quónam nostri tibi cura recessit? Ibid.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus, Jbid.
— & ni mea cura resistat. Virg.3. Ænei.
Ecquid iam puero est amissa cura parentis? Ibid.
— maneat nostros ea cura nepotes. Virg.4 Æne.
At regina graui iam dudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Ibid.
— nec placidam membris dat cura quietem, Ibid.
— & obnixus curam sub corde premebat.

— ea

Ibid. — ea cura quietos Sollicitat. Ingeminant curæ.
Virg. 1. Geor. — curis acuens mortalia corda.
Ho. 1. ca. o. 12 tibi cura magni Cæsaris fatis data.
Hor. 2. c. o. 8. — Iuuenumq; prodis Publica cura.
Ibid. o. 16. — & curas laqueata circum Tecta volantes,
Ibid. Scandit aratas vitiosa naues Cura.
Quid. 1. Met. — tibi enim fore cætera curæ.
Oui. 12. Met. — si qua est tibi cura tuorum.
Virg. 7. Ænei. — magno curarum fluctuat æstu,
Atq; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
Virg. 12. Æne. In partésq; rapit varias, perq; omnia versat.
Quam pro me curam geris, hanc precor optime pro me
Deponas,
Ibid. Diuersæq; vocant animum in contraria curæ.
Virg. 10. Æne. — neq; enim membris dat cura quietem.
Virg. 5. Ænei. At pater Æneas casu concussus acerbo.
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Ibid. Mutabat.
Vir. 6. Ænei. Tum verò in curas animus diducitur omnes.
Quid. 6. Met. — confectum curis
Ouid. 3. Met. — & ignes ipse suos nutrit cura remouente soporem.
Cla. lib. 1. Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Idem. O quid solutis est beatius curis,
Idem. Cum mens onus reponit?
— & magnis curarum fluctuat undis.
Idem. Ah misera, assiduis quam luctibus extenuauit.
Idem. Spinosas Ericina serens in pectore curas.
Multiplices animo voluebat saucia curas,
Idem. Et si me assiduo confectum cura dolore
Seuocat à doctis Ortale virginibus.
Cum penitus mœstas exedit cura medullas.
Idem. Vt tibi nunc toto pectore sollicitæ.
Tib. lib. 1. Quæ dulcem curis miscet amaritiem.
Ibid. — illi sunt sunt omnia curæ.
Tib. lib. 3. Non tibi sunt tristes curæ, non luctus Osiri.
Ibid. Diuersasq; tuas agitat mens anxia curas.
Ibid. Ite procul durum curæ genus, ite labores.
— turpes discedite curæ,
Prop. lib. 3. Odit Lenæus tristia verba pater.
Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es,
Semina curarum de capite orta tuo.
Boet. lib. 3. Nec cura mordax deserit superstitem.
Statius. Surge animo, & fortes castrarum conc'pe curas.
Ouid. 2. de re. Et prior est cura cura repulsa nouæ.

Et

Et tanquam desint quæ me sine fine fatigent, Oui. Epist. 21.
Accumulat curas filia parua meas, Oui. epist. 16.
—resq; domusque
Et tibi sit curæ Troicus hospes ait.
Quærere (si nescis) maxima cura fuit. Luc. 1. Pharſ.
— varias volentem pectore curas.
— at miseros angit sua cura parentes. Ibid.
— curis animum mordacibus angit. Ouid. 2. Met.
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis, Lucr. lib. 3.
Nec reperire potest quid sit tibi sæpe mali, cum
Ebrius vrgeris multis miser vndique curis,
Atque animo incerto fluitans errore vagaris? Luc. lib. 5.
— frustraq; laborat
Semper & in curis consumit inanibus ævum. Luc. lib. 6.
Voluere curarum tristeis in pectore fluctus. Sil. Ital. lib. 7.
At non Sidonium curis flagrantia corda
Ductorem, vilesque metus haurire sinebant
Dona soporifera noctis. Sen. in Aga.
Alia ex alijs cura fatigat.
Vexatque animos noua tempestas. Oui. 1. de Pō.
Non igitur mirum est si mens mea tabida facta Eleg. 1.
De niue manantis more liquescit aquæ.
Estur vt occulta vitiata teredine nauis,
Æquoreos scopulos vt cauat vnda salis.
Roditur vt scabra positum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur oreliber:
Sic mea perpetuos curarum pectore morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent. Ibid. Eleg. 2.
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis,
Ignibus admotis vt noua cera solet.
— vigilantibus vndique curis Nocte, dieque patet, Clau. in Putro.
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas, Oui. 1. de Pōt.
Sanabit nulla vulnera cordis ope:
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla est medicabilis arte.
Et si sit longa est extenuanda mora. Ou. 3. de Pon. Eleg 9.
Sic animum lento curarum frigore ladit,
Vt cupidis cursus frena retentat equi, Stat. 2. Theb.
— magnas iactantia pectora curas. Ibid.
— exedere animum dolor, iraque demens,
Et quæ non grauior mortalibus addita cura Manil. lib. 1.
Longa per assiduas complexi secula curas.

Seducta

Ibid. *Seducta in varios certarunt pectora curas.*
Manil. lib. 4. *Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?*
Ibid. *Æterniq; senes curis.*

Currere.

Vir. 3. Georg. *Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosq; Molorchi Cursibus.*
Ibid. *Nonne vides cum præcipiti certamine campum*
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus?
Ibid. *— volat vi feruidus axis.*
Ibid. *Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant.*
Ibid. *— tum cursibus auras*
Prouocet, ac per aperta volans ceu liber habenis
Ibid. *Æquora vix summa vestigia ponat arena.*
Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.
Ibid. *Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros.*
Virg. 4. Geor. *Excursusque breues tentant,*
Ibid. *Cum clamore ruit magno.*
Virg. 1. Ænei. *— concursu accedere magno.*
Ibid. *— cursuque amens ad littora tendit.*
Ibid. *Diffugiunt alij ad naues, & littora cursu Fidæ petunt.*
Ibid.
Virg. 3. Ænei. *— namq; aura cursu Dum sequor.*
Ibid. *— longos & circumflectere cursus.*
Vir. 11. Ænei. *— mox sese ad littora præceps cum fletu tulit.*
— & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frænisq; aduersa prehensis Congreditur.
Virg. 4. Æne. *Ecce fera saxi deiecta vertice capra*
Decurrere iugis, alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant montesque relinquunt.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Ouid. 1. Met. *Gaudet equo, iamque hos cursu, iam præterit illos.*
Ho. 2. ca. 6. 1. *— Fugit ocior aura illa leui.*
Oui. 12. Met. *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum. Collegisse iuuat.*
Virg. 9 Ænei. *Quique pedum nuper certamine vicerat omnes.*
Virg. 8. Aene. *Turnus vt ante volans tardum præcesserat agmen.*
— Fugit licet ocior Euro.
Speluncamque petit, pedibus timor addidit alas:
Virg. 12. Æne. *— illi æquore aperto*
Ibid. *Ante notos, Zephyrumque volant.*
Vir. 12. Aene. *— vel equo præuertere ventos.*
— auolat ipse,
Virg. 5. Ænei. *Haud mora, conuersisque fugax auferitur habenis,*
Ibid. *Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat,*

Quique

Quique pedum cursu valet. Ibid.
Hic quicunque velint rapido contendere cursu.
Effusi nimbo similes, simul vltima signant
Primus abit longeque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocior alis:
Ecce volat calcemque terit iam calce Diores. Virg. 7. Æne.
— ille actus habena Curruatis fertur spatiis. Ibid.
— non cursu segnior ille Per medias vrbes agitur, Ibid.
— cursuque pedum præuertere ventos:
Illa vel intacta segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu lassisset aristas,
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas. Ibid.
— cursu rapido dat cuntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore. Virg. 8. Aenei.
— & aëri cursu petit ardua montis. Virg. 10. Æn.
Sic cursum in medios rapidus dedit. Ouid. 6. Met.
Frena dabat Sipylus. Ouid. 3. Met.
Inde ruunt alii rapida velocius aura. Catullus.
Non si Pegaseo ferar volatu
Non Rhesi niueis, citisque bigis,
Adde huc plumipedas, volatilesque.
Ventorumque simul requirere cursum
Viridem citius adit Idam properante pede chorus. Ibid.
Rapidè ducem sequuntur Gallæ pede propero. Idem.
— cursu Flammea præuertet celeri vestigia cerua. Tib. lib. 4.
— equum rigidos percurrere campos Doctum. Prop. lib. 3.
Quid frustra missis in me certatis habenis?
Non datur ad Musas currere lata via,
Tunc velocior, acriorque cursus, Statius.
Tunc ipsos iuuat impetus iugales
Curre, nec inceptum turba moretur iter: Oui. 1. de art.
Nec graue te tempus, sitiensve canicula tardet,
Nec via per tactas candida facta niues.
— leuis totas accepit habenas In campum sonipes. Luc. 2. Pharf.
— leuibus gens ignea plantis, Sil. Ital. lib. 3.
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis,
Tanta fuga est, certant pennæ, campumque volatu
Cum rapuere, pedum frustra vestigia quæras.
— erectus in auras. Sil. Ital.
It sonipes, rapidaque volans per aperta procella,
Tenuia vix summo vestigia puluere signat.
— cursibus mota citis ventos sequantur Sen. in Hipp.

— campi

Sil. Ital. lib. 8. — campi per aperta volantem
Ipse pedes præuertit equum
Sil. Ita. lib. 12. — pennasq; addente pudore.
Atque ira simul, immani per proxima mota Euolat.
Sil. Ita. lib. 14. — aligeras ferret seu puluere plantas Vix tacto.
Sil. Ita. lib. 16. Qui postquam arrecti plantis, & corpora proni,
Pulsantesque æstu laudum exultantia corda,
Accepere tuba spatium, exiluere per auras
Ocyus effusis neruo exturbante sagittis:
Diuersa & studia, & clamor, pendentq; fauentes,
Vnguibus atque suos, vt cuiq; est gratia, anheli
Nomine quemq; cient, grex inclitus æquore fertur,
Nullaque transmissa vestigia signat arena.
Omnes primæui, fluentiaque ora decori,
Omnes ire leues, atque omnes vincere digni:
Extulit incumbens medio iam limite gressum
Eurythus & primus breuibus, sed primus abibat.
Præcedens spatiis, instat non segnius acer
Hesperos, & prima stringit vestigia planta
Progressæ calcis, satis est huic esse priori,
Huic sperare sat est fieri se posse priorem:
Acrius hoc tendunt gressus, animiq; vigore
Corpora agunt, auget pueris labor ipse decorem:
Ecce leui nisu, postremoque agmine cursus,
Postquam sat visum sibi concepisse vigoris,
Celsus inexhaustas effundit turbine vireis
Non expectato, subitusq; erumpit ad auras:
Peruehitur Theron, credas Cyllenida plantam
Æthereo nexis cursu talaribus ire:
Iamq; hos, iamq; illos populo mirante relinquit,
Et modo postremus, nunc ordine tertia palma
Hesperon infestat sua per vestigia pressum:
Nec iam quem sequitur tantum, sed prima corona
Spes trepidat tantis viuentibus Eurythus alis:
Quartus sorte loci, sed si tres ordine seruent
Inceptos cursus, ne quicquam vana laborans
Tarteſſos, fratrem medio Therone premebat:
Nec patiens vltra tollit sese æquore Theron
Igneus, & plenum præteruolat Hesperon ira.
Vnus erat super, & metæ propioribus ægros
Vrebat finis stimulis, quascunque reliquit
Hinc labor, hinc penetrans pauor in præcordia vireis.
Dum sperare licet breuia ad conamina vterque

Aduocat, æquantur cursus, pariterq; ruebant:
Et forsan gemina meruissent præmia palma,
Peruecti simul ad metas, ni terga sequutus
Theronis, fusam latè per lactea colla
Hesperos ingenti tenuisset sæuus ab ira,
Traxissetq; comam, tardato lætus ouansq;
Eurythus euadit iuuenem, atq; in prælia victor.
Emicat & galeæ fert donum insigne coruscæ.
Celerem citatis passibus cursum explicans. Sc. in Hipp.
—cursu festinus anhelo aduolat. Ouid. 12. Met.
Vel cursu superare canem. Hor. epist.
Vincentem pedibus ventos. Manil. lib. 5.
Concitat aërios cursus. Ibid.

Vide CELERARE, & FVGERE.

Currus.

Tardaq; Eleusinæ matris voluentia plaustra, Virg. 1. Geor.
Tribulaq; trabeaq;.
— tu moraris aureos currus & intactas boues: Hor. Epod 9.
Turpes esseda quod trahunt bisontes. Mart. lib 1.
Striuaq; quæ currus à tergo torqueant imos: Virg. 1. Geor.
Vbi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus. Catullus.
— & plaustro suppositse rotam. Tib. lib. 2.
Portabat niueis currus eburnus equis. Tib. lib. 1.
Esseda celatis sistet Britannia iugis. Prop. lib. 1.
— spolijs oneratos Cæsaris axes. Prop. lib. 3.
— hæc nostro signabitur area curru, Ouid. 1. de art.
Hæc erit admissa meta terenda rota.
Vtq; satis casi nemoris quæsita per agros Plaustra ferunt. Luca 3. Phar.
— ad altos Deducit iuuenem Vulcania munera, currus. Ouid. 2. Met.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo Iuuen. Sat. 3.
— rhedarum transitus arcto Vicorum instrxit, Eleg. 10.
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues. Ouid. 3. Trist.

Vide AVRIGARE.

Curuare, & Curuus.

Continuo in syluis magna vi flexa domatur. Virg. 1. Geor.
Primus Erichtonius currus, & quatuor ausus Virg. 3. Geor.
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri. Ibid.
— & ramos curuabit olentes Ouid. 3. Met.
— & presso spina curuamine flecti Incipit.

Custodire, & Custos.

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Vir. 4. Georg.

Ibid. *Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruent.*
Virg.1. Æne. *— & lato fines custode tueri.*
Virg.2. Æne. *Obsedere fores, has seruant agmine denso*
Instaurati animi regis succurrere tectis.
Ibid. *— cum limina Vestæ Seruantem aspicio.*
Ibid. *Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.*
Custodes tecti Phœnix, & dirus Vlysses
Prædam asseruabant.
Virg.4. Æne. *Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,*
Turribus aut altis,
Ibid. *— & sacros seruabat in arbore ramos.*
Ouid.2. Met. *Posticis angustis eadem fidissima custos Ante fores stabis.*
Virg.4. Geor. *— velut stabilis custos.*
Virg.1. Æneï. *Portarum Vigiles Custodes lecti.*
Jbid. *— seruandam tradidit Argo.*
Ouid.1. Met. *Cetera seruabant, atque in statione manebant.*
Jbid. *Dumq; vigil Phrygios seruat custodia muros,*
Oui. 12. Met. *Et vigil Argolicas seruat custodia fossas.*
Virg.9. Æneï. *— vigiles simul excitat, illi Succedunt, seruantq; vices.*
Ibid. *— fidasq[illegible]d limina custos.*
Hor.1. Epist. *Virtutis veræ custos, rigidusq; satelles.*
Virg.6. Æneï. *Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;*
Ibid. *— cernis custodia qualis*
Auctor. *Vestibulo sedebat, facies quæ limina seruet.*
— & pare creditas
Seruantem studio conspiciens oues.
Virg.9. Æneï. *— cæsis summæ custodibus arcis.*
Jbid. *— vigilum excubijs obsidere portas:*
Jbid. *Bis septem Rutuli muros qui milite seruent Delecti.*
Jbid. *— noctem custodia ducit insomnem ludo.*
Hæc super è vallo prospectant Troes, & armis
Altæ tenent, nec non trepidi formidine portas
Explorant pontesq;, & propugnacula iungunt.
Ibid. *Omnis per muros legio sortita periclum*
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum est:
Nisus erat portæ custos.
Jbid. *Tum quoque communi portam statione tenebant.*
Jbid. *Obijciunt equites sese ad diuortia nota,*
Ouid.6. Met. *Hinc, atque hinc omnemq; aditum custode coronant.*
Catullus. *— fugam custodia claudit*
Jdem. *— vigilat custodia semper.*
Cla.2. Coss. *Emathiæ columen Felu.*
Hono. *— Præbenda vigil custodia valle:*

Quem

Quem penes intrepidæ mitis custodia Romæ. Stat.1.syl.
Pupillis, quos dura premit custodia matrum. Hor.1.epist.
— rerum tutela mearum Cum sis. Ibid.

Vide DEFENDERE, & MOENIA, & OBSIDERE.

Cybele.

— Berecynthia mater. Virg.6.Æne.
— Deûm genitrix Berecynthia. Virg.9.Æneï.
Alma parens, Idæa Deûm Virg.10.Æne.
Ante Deum matrem cornu tibicen adunco cum canit. Ouï.1 de Pôt.
Protinus influxo Berecynthia tibia cornu Ouid.4. Fast.
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.
Da Dea quam sciter, doctas Cybeleia neptes Ibid.
Sæpè Rhea quæsita est. Ibid.
Dindymon & Cybelen & amœnam fontibus Idam. Ibid
Semper, & Iliacas Mater amauit opes.
— genitrix fœcunda Deorum. Jbid.
Vbi iuncta iuga resoluens Cybele Leonibus. Catullus.
Ex ope Iunonem memorant, Cereremq; treatas, Ouid.6. Fast.

Cygnus.

— album mutor in alitem. Ho.2.c.o.20.
— canorus ales Ibid.
Cum deus in niueum descendit versus olorem: Manil.lib.1.
Cantantes sublime ferent ad sidera cygni. Virg.Eclog 9
— argutos inter strepere anser olores. Ibid.
— aut candenti corpore cygnum. Virg.9 Æneï.
— olorinis recubare sub alis. Ouid.6.Met.
Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis Ouid.epist.7.
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
— fluminei referam mendacia cygni. Oui.Epist.
Contentus niueis semper vectabere cygnis. Prop.lib.3.
Cygnus oloferi venit ab amne Padi. Clau.
Sed nec olorinos audet Pandionis ales Parua referre sonos. Lu.ad Ca.Pis.
Et qua Mœonias celebrabant carmine ripas
Fluminea volucres medio caluere Caystro Ouid.2.Met.
— amanti flumina Cygno.
Dulcia defecta modulatur carmina lingua, Ibid.
Cantator cygnus funeris ipse fui. Mart.lib.12.

Dædalus.

Aut puero liquidas aptantem Dædalon alas. Mart lib.1.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. Ouid.8.Met.
Expertus vacuum Dædalus aëre Horat.
Pennis non homini datis.
Dædalus, vt fama est fugiens Minoia regna, Virg.6.Aene.
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.

Dare.

Vir.3 Georg. — *& fluuios præbere recentes.*
Virg.1.Æneï. — *tu das epulis accumbere Diuum,*
Ibid. — *furor arma ministrat.*
Virg. Eclo 9. — *nuper mihi tradidit Ægon.*
Virg 2.Æneï. — *paruumq; Patri tendebat Iulum.*
Virg.5.Aeneï. *Si conceſſa peto, ſi dant ea mœnia Parcæ.*

Vide PORRIGERE. Item DONIS AFFICERE.

Damnum.

Virg 3. Æneï. *Hic tibi ne qua mora fuerint diſpendia.*
Hor 2.c.o 13. — *in nepotum perniciem, opprobriumq; pagi.*
Manil. lib.4. — *damna, & compendia vitæ,*
Nemo caret damno poterit nec habere negatum.

Deambulare.

Virg.4.Æneï. — *pingues ſpatiatus ad aras.*
Ibid. *Ipſe iugis Cynthi Graditur.*
Virg 1 Geor. *Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena,*
Hor.1.ca.o.9. — *nunc & campus, & area Compoſita repetantur hora.*
Hor.1. c.o.4. *Errare per lucos, amœnæ Quos & aquæ ſubeunt, & auræ.*
Mart.lib.1. *Quod ambulator porticum terit ſerus.*
Oui.1. de art. *Tu modo Pompeia lentus ſpatiare ſub umbra.*
Luc. 2. Pharſ. *Inſtabili greſſu metitur littora coniux.*
Oui.2.Met. — *nam cùm per littora lentis*
Paſſibus, vt ſoleo, ſumma ſpatiarer arena.

Debellare, &c.

Virg. 2. Geor. — *ille furentes Centauros letho domuit*
Virg 3 Geor. *Addam vrbes Aſiæ domitas, pulſumq; Niphatem*
Ibid. *Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa,*
Bisque triumphatas vtroq; ab littore gentes.
Virg.2. Aene. — *mene incœpto deſiſtere victam?*
Ibid. — *populoſq; ferocis*
Contundet, moreſq; viris, & mœnia ponet.
Ibid. — *Rutulis hyberna ſubactis.*
Ibid. *Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis,*
— *genitor tum Belus opimam*
Ibid. *Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat,*
— *fracti bello, fatiſq; repulſi.*
Virg.2.Æneï. — *captiq; dolis lachrimisq; coacti,*
Ibid. *Quos neq; Titides, nec Lariſſæus Achilles,*
Ibid. *Non anni domuêre decem non mille carinæ.*
— *qui redit exuuias indutus Achillis.*
Virg 3. Æneï. *Et patrio inſontes Harpyas pellere regno?*
Virg.4. Æne. *Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ,*

Delius

Delius hunc nuper victo serpente superbus Viderat, Ouid.1. Met.
Terra, mariq; victus hostis, Hor. Epod.9.
Aut cedent Marti Dorica castra meo. Oui.Epist. 15.
Ille seu Parthos Latio imminentes Hor.1. c.o.12.
Egerit iusto domitos triumpho,
Siue subiectos orientis oris Seras, & Indos. Ibid.o.29.
— deuictis Sabea
Regibus, horribili; Medo Nectiq; catenas, Jbid. o.37.
— sed minuit furorem
Vix una sospes nauis ab ignibus,
Mentemq; lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Cæsar ab Italia volantem
Remis adargens, accipiter velut Molles columbas. Hor.2. c.o.1.
Et cuncta terrarum subacta. Ibid.o.2.
Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas & vtera; Pœnus Seruiat vni, Ibid.od.4.
Barbara postquam cecidere turma
Thessalo victore & ademptus Hector
Tradidit fessis leuiora tolli Pergama Graijs. Hor. 1. c. o. 3.
Nec Priami domus
Cæsar Hispana repetit penates Victor ab ora. Ouid. epist.1.
Et domita bello Theba fusiq; bimembres. Virg.10.Æne.
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Oui. 12. Met.
Proxima præcipuè domito victoria Cygno In sermone fuit. Virg 12.Æne.
Bis magna victi pugna (nu. Jbid.
Sunt tibi regna patris Dauni. sunt oppida capta Multa ma- Ibid.
Turnus vt infractos aduerso Marte latinos. Defecisse videt. Ibid.
— & Asdrubal Deuictus, & pulcher fugatis Ho.4.se.sat.4
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma risit adorea.
Eius qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit, Jbid. od.8.
Vt barbarorum Claudius agmina Ibid. od.14.
Ferrata vasto diruit impetu,
Primosque & extremos metendo,
Strauit humum, sine clade victor.
— gens dura, atque aspera cultu Debellanda tibi est. Virg.6.Æneï.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Virg.5 Æneï.
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis.
Eruet ille Argos.
Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis Ibid.
Ingreditur victorque viros supereminet omnes:

Hic rem Romanam magno turbante tumultu,
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumq; rebellem.
Virg. 8. Æne. *Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant*
Et, mare quod supra, teneant, quodq; alluit infra,
Ibid. *Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsa*
Straui, scutorumq; incendi victor aceruos,
Et regem hac Herylum dextra sub tartara misi.
Ibid. *Hinc ope barbarica, variisq; Antonius armis,*
Victor ab Auroræ populis, & littore rubro,
Aegyptum, viresq; orientis, & vltima secum Bactra vehit.
Auctor. *Gens memoratur equo saltante, potentibus armis,*
Atque metu superata cruentæ Cuspidis,
Ibid. *Dum loquor nullam Lothoringa cladem*
Passa te virtus ruit, & triumphans
Gallus intactis tua iam coruscat Arma lacertis.
Nec minus diuæ prece vincit vrbis
Sixtus audita superis amicus,
Virg. 9. Æneï. *Quàm cruentato procerum furens Ære lacertis.*
Si vero capere Italiam, sceptrisq; potiri
Ouid 3. Met. *Contigerit victori, & prædæ ducere sortem.*
Tib. lib. 4. *At nunc à puero Thebæ capientur inermi.*
Te duce non alias conuersus terga domatur
Prop. lib 4. *Libera Romanæ subiecit colla cathenæ.*
Luc. 1. Pharſ. *— & exuuiis plenus ab hoste redis.*
Ibid. *Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.*
Ibid. *Totum sub Latias leges cum miseris orbem,*
— facili si prælia pauca
Gesserus euentu, tibi Roma subegerit orbem:
Luc. 2. Pharſ. *Tunc neque te longi remeantem pompa triumphi*
Excipit, aut sacras poscunt Capitolia laurus.
Tib. lib. 4. *— dies, Marius quo mœnia victor Corripuit.*
— non iidem tibi sunt, aliusq; triumphi,
Non te vicino remorabitur obuia Marte
Gallia, nec latis audax Hispania terris:
Nulla tibi aduersus regio sese offeret armis:
Te manet inuictus Romano Marte Britannus,
Teq; interiecto mundi pars altera sole.
Lu. ad Ca. Piſ. *Vt citus & fracta prorumpat in agmina mandra,*
Clausaq; deiecto populetur mœnia vallo.
Interea sectis quamuis acerrima surgant
Prælia, militibus plena tamen ipse phalange.
Aut etiam pauco spoliato milite vincis,
Et tibi captiua resonat manus vtraq; turba.

— sat

— *sat magna peregi,* Luc. 5. Pharſ.
Actoas domui gentes, inimica ſubegi
Arma metu. Sil. Ital. lib. 15.
Hanc oriens vidit Titan, cum ſurgeret vrbem
Vallari caſtris, captamque aſpexit eandem
Occyus, Heſperia, quam gurgite tingeret axem.
Vbi Romani vis eſt populi, Fregit claros qua ſæpe duceis Sen. in Oct.
Dedit inuicta legeis patria Faſceis dignis ciuibus olim,
Iuſſit bellum, pacemque feras
Genteis domuit, captos regeis Carcere clauſit.
Iam fera Cæſaribus Germania, totus vt orbis, Oui. 4. Triſt.
Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. Eleg. 2.
Donaque amicorum templis promiſſa deorum.
Reddere victores Cæſar vterque parant.
Ergo omnis populus poterit ſpectare triumphos.
Cumque ducum titulis oppida capta leget,
Vinctaque captiua regeis ceruice ferenteis, Clau. de bell.
Ante coronatos ire videbit equos. Getico:
Armatis quondam populis patrumque vigebam
Conſiliis, domui terras, hominisque reuinxi
Legibus, ad ſolem victrix vtrumque cucurri. Clau. de bel.
Tres potuit ſuperare ducis, fregitque furentem Geti.
Cunctando, vicitque manu victumque relegat, Ibid.
— *per tot populos, vrbeiſque cucurri,*
Fregi Alpeis, galeiſque Padum victricibus hauſi, Ibid.
Altius haud vnquam toto deſcendimus enſe
Iam iugulum Seythie, tanta nec clade ſuperbum
Contudimus Tanaim, vel cornua fregimus iſtri.
Miramur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis Cla. 1. in Iau.
Quum ſolo terrore ruant: nunc claſſica Francis Stil.
Intulimus, iacuere tamen: nos Marte Sueuos
Contudimus, queis iura damus, quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſeruit:
Cedant Druſe tui cedant Traiane labores,
Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit.
Tranſcurrens egit Silico, totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis.
Omne quod Oceanum, fontemque interiacet Iſtri Ibid.
Vnius in curſu tremuit, ſine cade ſubactus
Seruitio Boreas, exarmatique Triones
Tempore tam paruo, tot prælia ſanguine nullo
Perficis, & luna nuper naſcente profectus, Cla. 3. in Iau.
Ante redis, quam plena fuit. Stil.
Ergo ſeu patriis primæuus manibus vltor

Subderet Hispanum legibus oceanum.
Seu Tyrias certa fracturus cuspide vireis
Inferret Lybico signa tremenda mari.
Ibid. *Quumq; triumpharet gemina Carthagine victa,*
Hanc vindex patris vicerat, hanc patriæ:
Quum longi Libyam tandem post funera belli
Ante suas mœstam cogeret ire rotas.
Stat. 1. Theb. *— nil tela, nec ignes*
Obstiterint quin ausa luas, nostrisq; sub armis
Stat. 1. Theb. *Captiuo moribundus humum diademate pulses.*
Busq; iugo Rhenum bis adactum legibus Istrum,
Et coniurato deiectos vertice Dacos.
Manil. lib. 3. *Regaleis animos primum dignata mouere,*
Proxima tangentes rerum fastigia cælo,
Qui domuere feras gentes oriente sub ipso.
Ibid. *Pompeiusq; orbis domitor.*
Manil. lib. 6. *Post victas Mithridatis pelagusque receptum.*
Et treis emenso meritos ex orbe triumphos

Vide TRIVMPHVS, & DIRVERE.

DEBERE, vide SOLVERE, DEVINCIRE, & MERERI.

Debilitare, & Debilis.

Hor. Epod. 8. *Vires quid eneruet meas.*
Ho. Epod. 12. *Quis sudor vietis, & quam malus vndique membris*
Crescit odor?
Virg. 9. Æne. *— tarda senectus*
Debilitat vires, animi mutat q; vigorem.
Luc. 5. Pharſ. *Inualidas q; manus, & inanes cerne lacertos.*
Luc. lib. 4. *Debile fit corpus, languescunt omnia membra.*
Brachia, palpebraq; cadunt, poplites q; procumbunt
Lucr. lib. 3. *Et Venus imminuit vireis.*
Sen. in Hipp. *— vadit incerto pede.*
Oui. 1. de Pō. *Iam viribus defecta non idem vigor.*
Eleg. 5. *Iam vigor, & quasso languent in corpore vires.*
Ibid. *Me quoque debilitat series immensa laborum.*
Cla. 2. in Iau. *Ante meum tempus cogor & esse senex.*
Stil. *Membraq; Circais effœminat acrius herbis.*

Decipere.

Virg. 4. Geor. *— neque est te fallere cuiquam.*
Virg. 1. Æneï. *— & ægram*
Multa malus simulans vana spe lusit amantem.
Ibid. *Quid natum toties crudelis tu quoque falsis*
Ludis imaginibus?
Ibid. *Quocirca capere ante dolis, & cingere flammam*

Regi-

Reginam meditor,
Tu faciem illius noctem non amplius vnam Falle dolo. Ouid. 7. Met.
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis Vir Eclog. 5.
Vlla dolum meditantur Virg. 1. Aenei.
At Cytharea nouas artes noua pectore versat Consilia. Virg. 2. Æneï.
— dolus an virtus quis in hoste requirat? Virg. 4. Æneï.
At Regina dolos (quis fallere possit amantem?) Praesensit. Virg. 11. Æneï.
Ad iuuenis vicisse dolo ratus. Ibid.
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes,
Nec fraus te incolumen fallaci perferet Auno. Ibid.
Occultum inspires ignem, fallasque veneno. Virg. 2. Æneï.
Aut aliquis latet error, equo ne credite Teucri. Ibid.
— versare dolos. Ibid.
— ille dolis instructus, & arte Pelasga. Ibid.
Talibus insidijs periurique arte Sinonis
Credita, res, captique dolis, lachrymisque coacti. Ibid.
— & ipse doli fabricator Epeus, Ibid.
— natumque virumque fefellit, Vir. 4. Æneï.
Seque nouo veterum deceptum errore locorum, Virg. 3. Æneï.
Postquam primus amor deceptam morte fefellit, Ibid.
— infandum si fallere possit amorem. Ibid.
Vna dolo diuum si fœmina victa duorum est. Ibid.
— dolis risit Cytharea repertis. Ibid.
— quis fallere possit amantem? Ibid.
Illa dolos, dirumque nefas in pectore versat. Virg. 1. Geor.
— sed illos Expectata seges vanis eluserit auenis. Ho. 2. ca. o. 3.
Ignem fraude mala gentibus intulit. Ouid. 1. Met.
— fraudesque doliqué Mart. lib. 2.
— is tibi verba dedit. Oui. in Ibin.
Tentabisque iterum fallere fraude Iouem. Mart. lib 1.
Callida sic stultas decipit esca feras. Virg 6. Æneï.
— animum delusit Apollo. Proper. lib. 1.
Noxia Alexandrina dolis aptissima tellus. Prop. lib. 3.
Fraus mendaci compta colore. Sil. Ital. lib. 3.
— ac docilis fallendi, & nectere tectos
Nunquam tarda dolos. Virg 7. Æneï.
Dædalus ipse dolos tecti ambagesque resoluit.

Decollare, &c,

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum: Virg. 4. Geor.
— iacet ingens littore truncus, Virg. 2. Æneï.
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus. Ibid.
— patrem qui obtruncat ad aras. Virg. 3. Æneï.
Excipit, incautum patriasq; obtruncat ad aras.

Ouid.1. Met. — nutantem vulnerat enſe,
Qua collo eſt confine caput,
Virg.9.Aene. huic vno deiectum cominus ictu
Cum galea longè cecidit caput.
Ouid.5. Met. Huic comis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput, quod protinus incidit ara,
Virg.9.Æne. — ferroq; ſecat pendentia colla:
Tum caput ipſi aufert domino, truncumq; relinquit
Sanguine ſingultantem, atro tepefacta cruore,
Virg.12.Æn. Terra, toriq; madent.
Virg.10.Æn. Abſtulit enſe caput, truncumq; reliquit arena.
Tum caput orantis, nequicquam, & multa parantis
Virg.8.Aenei. Dicere, deturbat terra, truncumq; repente Prouoluens.
Auctor. Obtruncant ſocios.
Qua ceruice dies ab immerenti
Virg.10.Aen. Baptiſta memorat caput reuulſum
Virg.12.Æn. Nam tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis,
Hunc mucrone ferit, curruq; abſciſſa duorum
Iuue.Sat.10. Suſpendit capita, & roxantia ſanguine portat.
Qui.epiſt.15. — victo caput abſtulit.
Luc.2.Pharſ. Ante receſſiſſet caput hoc ceruice cruenta.
— rapuitq; cruentus
Luc.5.Pharſ. Victor ab ignota vultus ceruice reciſos.
Luca.6.Phar. Perq; omnes truncos, cum qua ceruice reciſum
Luc.8.Pharſ. Conueniat, quaſiſſe caput.
Jbid. Infidumq; caput, feriendaq; tendite colla,
Truncauit q; caput.
— gladio tibi colla recidit.
Collaq; in obliquo ponit languentia tranſtro:
Tunc neruos venasq; ſecat, nodoſaq; frangit
Oſſa diu, nondum artis erat caput enſe rotare:
At poſtquam trunco ceruix abſciſſa receſſit.
Jbid. Pompeij diro ſacrum caput eſſe recidis.
Luc.lib.3. Et caput abſciſſum calido, viuenteq; trunco,
Seruat humi vultum vitalem, oculoſque patentes
Donec reliquias animai reddidit omnes.
Sil.Ita.lib.21. — caput à ceruice reciſum.
Sen.in Thye. — colla percuſſa amputat.
Ceruice caſa, truncus in pronum ruit.
Querulum cucurrit murmure incerto caput.
Sen.in Aga. — pendet exigua mole.
Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor

Ex-

Exundat, illinc ora cum fremitu iacent. Ibid.
Seu more pecudum colla resecari placet,
Intenta ceruix vulnus expectat tuum. Ibid.
— impium ferro caput Demetere. Ou. 2. de Pōt.
Nam caput è nostra citius ceruice recedet. Eleg. 8.

Dedicare { Carmen / Opus alicui. } Mart. lib. 3.

Cuius vis fieri Libelle munus?
Festina tibi vindicem parare:
Ne nigram citò raptus in culinam
Cordillas madida tegas papyro,
Vel thuris, piperisq; sis cucullus.
Faustini fugis in sinum? sapisti.
Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore
Pictus luxurieris vmbilicis,
Et te purpura delicata velet,
Et cocco rubeat superbus index:
Illo vindice. nec Probum timeto.
Commendo tibi. Quintiane, nostros, Mart. lib. 1.
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poëta.
Si de seruitio graui queruntur,
Assertor venias, satisq; praestes
Et cum se dominum vocauerit ille,
Dicas esse meos, manuq; missos.
Hos si terq; quaterq; clamitaris:
Impones plagiario pudorem.

Defatigari, Defatigatus.

— & longo fessi discedere bello. Virg. 2. Ænei.
seu lassa resedit, Ibid.
Et sale tabentes artus in littore ponunt. Virg. 1. Ænei.
In mare lassatis volucris vaga decidit alis. Ouid. 1. Met.
— rapido fessis messoribus astu. Vir. Eclog. 2.
Sit modus lasso maris, & viarum. Militiæq;. Hor. 2. c. o. 6.
Longaq; fessum militia latus. Pingue solum lassat. Ibid. od. 7.
Venator defessa toro cum membra reponit. Mart. lib. 1.
Fessa labore fuga, Ouid. 3. Met.
Fessa labore sitim conceperat. Ouid. 3. Met.
— & studio venandi lassus, & æstu Procubuit. Ibid.
Ille caput viridi fessum summisit in herba. Catullus.
— ac peregrino labore fessi. Idem.
Defessus tamen omnibus medullis,

Et

Et multis languoribus perosus
Essem te mihi amice, quaritando.
Idem. *Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.*
Luc. 5. Pharſ. *— humeris iam pondere ſeſſis*
Tib. lib. 1. *— magno confecta labore Pectora.*
Oui. epiſt. 21. *Plurimus in laſſo corpore languor erat.*
Lu. ad Ca. Piſ. *— ſed feſſa labat mihi pondere ceruix,*
Luc. 3. Pharſ. *Et tremefacta cadunt ſucciſo pondere membra.*
Oui. 10. Met. *— Fruſtraque labore Exhauſto feſſus.*
Stat. 3. Theb. *Sed labor inſolitus iam me laſſauit.*
— Feſſum bellique viaque.

Defendere, & Defenſor.

Virg. 2. Æneï. *— ſi Pergama dextra*
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.
Ibid. *Dardanidæ contra turres ac tecta domorum*
Culmina, conuellunt, his ſe quando vltima cernunt.
Ibid. *Extrema iam in morte parant defendere telis.*
Ibid. *Neu populum antiqua ſub religione tueri.*
Hor. Epod. 2. *— nec defenſoribus iſtis tempus eget.*
Hor. 1. c. od. 1. *— tutor finium.*
Hor. 2. c. od 1. *O & præſidium, & dulce decus meum.*
Mart. lib. 5. *Inſigne mœſtis præſidium reis.*
Mittimus ô rerum felix tutela, ſalusque
Soſpite quo gratum credimus eſſe Iouem.
Mart. lib. 2. *Rerum certa ſalus, terrarum gloria Cæſar.*
Oui. in Ibin. *— quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe.*
Oui 12. Met. *Defenſatque humeros.*
Ibid. *— decus & tutela Pelaſgi Nominis.*
Ho. 4. ca. 0. 1. *ô tutela præſens Italiæ, dominaque Romæ.*
Jbid. od. 15. *Cuſtode rerum Cæſare, non furor*
Virg. 7. Æne. *Ciuilis, aut vix eximet otium Tutari Italiam.*
Virg 9. Æneï. *Diï patriï, quorum ſemper ſub numine Troia eſt.*
Virg. 12. Æne. *Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.*
Catullus. *— Romulique Antiquam, vt ſolita es, bona*
Soſpites ope gentem.
Luc. 3. Pharſ. *— tunc mœnia clauſa.*
Luc. 5. Pharſ. *Conſpicit, & denſa iuuenum vallata corona.*
Ouid. 4. Met. *Tutela ſecure mea.*
Auxiliumque domus, ſeruatoremque fatentur.

Vide CVSTODIRE.

Deformis, Deformitas.

Virg. 3. Æneï. *Cum ſubitò ſyluis macie confecta ſuprema*
Ignoti noua forma viri miſerandaque cultu Procedit.

— dira

— dira illuuies, immissaque barba. Ibid.
Consertum tegmen spinis. Ibid.
Monstrum horrendum informe. Hor. 2. c. 0. 8
Dente si nigro fieres, vel uncо Turpior ungui. Mart. lib. 1.
Sordidius nihil est te spurcius uno. Ibid.
— & in pectus sordida barba cadit. Catullus.
Quamuis sordida res & inuenusta est. Tit. lib. 4.
Neu notet informis pallida membra color. Prop. lib. 2.
Et timor informem ducet in ore notam. Ouid. 2. de ar.
— sed erunt deformia visu. Iuuen. Sat. 6.
Obscuraque genus turpis. Ibid.
Interea fœda adspectu, ridendaque multò
Pane tumet facies Iuuen. Sat. 10.
— deformem, & tetrum ante omnia vultum
Dissimilemque sui deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas, & taleis aspice rugas, Sen. in Hipp.
— forma carens, & turpe. Se. in He. fur.
— cultu, & aspectu horridus,
Pauidoque manes squalidus gestat senex,
Impexa pendet barba deformem sinum
Nodus coërcet, concauæ squalent genæ.

Degenerare.

Pomaq; degenerant succos oblita priores, Virg. 2. Geor.
Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Æneï.
sic omnia fatis Virg. 1. Geor.
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Nullus degener extat. Boet lib. 3.
— & Marti non degenerare paterno. Stat. 1. Theb.
— sobolesq; sua degener errat. Vide INIQVVS. Iuuencus.

Delectari aliqua re.

— nobis placeant ante omnia syluæ, Virg. Eclo. 2.
— trahit sua quemque voluptas. Ibid.
Non omnes arbusta iuuant. Virg. Eclog. 4
Tale tuum nobis carmen diuine Poëta, Vir. Eclog. 5.
Quale soper fessis in gramine quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo. Ibid.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit, Virg. Eclog. 6.
— nec Phœbo gratior vlla est. Ibid.
Ne quid sit luctus quo se plus iactet Apollo. Virg. Eclo. 7.
Nympha noster amor Libethrides. Ibid.
Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho
Phyllis amat Coryles Virg. Eclog. 8.
— numero Deus impare gaudet.

Virg. 2. Geor. *Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.*
Flumina amem.

Ibid. *— vacuam tenuissent carmina mentem*

Virg. 3. Geor. *Tum magis atq; magis blandus gaudere magistri laudibus.*

Ibid. *Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis*
Raptat amor, iuuat ire iugis.

Virg. 3. Æneï. *— ea sola voluptas solamenq; mali.*

Virg. 8. Aene. *— capiturq; locis*

Hor. 1. ca. 0. 1. *Mecœnas atauis, edite regibus.*
O, & præsidium & dulce decus meum.
Sunt quos curriculo puluerem olympicum
Collegisse iuuat, metaq; feruidis
Euitata rotis, palmaq; nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.
Hunc si nobilium turba Quiritum.
Certet tergeminis tollere honoribus,
Illum si proprio condidit horreo,
Quicquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem proprio findere sarculo
Agros, attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas: ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens otium & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rateis
Quassas indocilis pauperiem pati.
Est qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit: nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.
Multos castra iuuant, & lituo tubæ
Permissus sonitus, bellaq; matribus
Detestata, manet sub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor:
Seu visa est catulis cerua fidelibus,
Seu rubit tereteis Marsus aper plagas.
Me doctarum edera præmia frontium
Diis miscent superis: me gelidum nemus
Nymphārumq; leues cum Satyris chori
Secernunt populo.
Sum nemorum studiosus, ait, cædisq; ferinæ.

Vide AMARE, GAVDERE, & CVPERE.

Delere.

Ouid. epist. 3. *Quacumq; aspicies lachrymæ fecere lituras.*

Si

Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit. Prob.lib.4.
Hæc erit è lachrymis facta litura meis.
— centumque lituras, Auſon.
Mutandas ſemper deteriore nota,
Neue lituram pudeat, qui viderit illas, Ouid.1.Triſt.
De lacrymis factas ſentiat eſſe meis. Eleg.
Litera ſuffuſas quod habet ſuffuſa lituras
Læſit opus lacrymis ipſe poeta ſuum. Vide CORRIGERE.

Denotare.

Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus. Virg.3. Geor.
Præſentemq; viris intentant omnia mortem. Virg.1. Æne.
Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Virg.2. Aene.
Edenotam tanti generis. Ouid.1. Met.
Traderet orauit verſibi ſigna parentis. Ibid.
Talia ſignificant lucentes ſæpe cometæ, Manil. lib.1.
— terrisq; minantur Ardenteis ſine fine rogos. Ibid.
Quin & bella canunt ignes, ſubitosq; tumultus. Jbid.
— augurium qualis laturus in orbem Cla. de Pro:
Præceps ſanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens, non illum nauita tuto,
Non impune vident populi, ſed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos, aut vrbibus hoſteis.
— terriſque extrema minantur. Sil.Ita.lib.2.
Militiam indicit terris. DENSVS, *vide* INACCESSVS. Manil.lib.4.

Dentes.

Illiſit fronti lapithæ Celadontis & oſſa Oui.12. Met.
Non agnoſcendo confuſa reliquit in ore.
— diſiectiſque oſſibus oris Jbid.
Cumque atro miſtos ſputantem ſanguine dentes. Jbid.
Nec tibi ſit duros acuiſſe in pectora dentes. Tib.lib.4.
— indicosque denteis. Mart.lib 10.
Quid dentem dente iuuabit Rodere? Jbid.

Vide MORDERE & SPVTARE.

Deridere, derisor.

Naſutus ſi vſque licet, ſis deniq; naſus, Mart.lib.13.
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum.
Non potes in nugas dicere plura meas:
Ipſe ego quam dixi: quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus eſt ſi ſatur eſſe velis.
Ne perdas operam, qui ſe mirantur, in illos
Virus habe, nos hæc nouimus eſſe nihil.
Maiores nuſquam ronchi, iuuenesque ſenesque, Mart.lib. 1.
Et pueri naſum Rhinocerotis habent.

Ad-

Mart. lib. 2. *Adlatras nomen quod tibi cunq; datum est.*
Virg. 2. Æneï. *— certant q; illud ve capto.*
Ouid. 1. Met. *— irridet primo pia vota Lycaon.*
Juuen. Sat. 2. *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.*
Tib. lib. 1. *— qui latus rides mala nostra.*
Ho. de ar. po. *Romani tollent equites peditesq; cachinnum.*
Juuen Sat. 11. *— quid enim maiore cachinno*
Excipitur vulgi, quam pauper Apicius?
Perſ. Sat. 1. *Excusso populum suspendere naso.*
Mart. lib. 3. *Adlatres licet vsque nos, & vsque*
Et gannitibus improbis lacessas,
Mart. lib. 6. *Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes,*
Hor. 1 epist. *— moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus,*
Ho. 1. se. Sat. 4 *— naso suspendis adunco ignotos.*
Ibid. *Quem rodunt omnes libertino patre natum.*
Jbid. Sat. 7. *— ridetur ab omni Conuentu*
Ho. 1. se. Sat. 8 *— Balatro suspendens omnia Naso*
Perſ. *ô Iane, à tergo quem nulla iconia pinsit:*

Vide ARGVERE

Descendere.

Virg. 4. Geor. *Trissior hybernas cælo descendit in vndas.*
Virg. 2. Æneï. *Demissum lapsi per funem,*
Jbid. *— & de cœlo lapsa per vmbras*
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit,
Illam summa super labentem culmina tecti
Cernimus Idæa claram se condere sylua.
Virg. 3. Æneï. *At subito horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyæ.*
Ibid. *Ergo vbi delapsæ.*
Ibid. *— ad manes imos descendimus.*
Virg. 4. Æne. *— ad fuluum descendere monte leonem.*
Oui. 1. Met. *— summo delabor Olympo,*
Et Deus humano lustro sub imagine terras
Ibid. *— delapsa q; ab æthere summo Constitit in terras:*
Jbid. *— patria Ioue natus ab arce Desilit in terras,*
Vir. 11. Aene. *— at illa leues cœli demissa per auras*
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus
Virg. 6. Æneï. *— gemina cum fortè columba*
Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes,
Et viridi sedere solo.
Auctor. *Sixtus ab inflexis terris delapsus ab astris:*
Virg. 12. Æne. *— demissaue nubibus Iris.*
Harum vnam celerem demittit ab æthere summo
Illa volat, celeriq; ad terram turbine fertur:

Non

Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras. Ouid.3.Met.
Talis se sata nocte tulit, terrasq; petiuit.
Ecce viri fautrix superas delapsa per auras Pallas adest: Oui.1. de art.
è curru, ne tigres illa timeret,
Desilit impositoq; cessit arena pede.

Deserere.

— aut catulos tectis aut oua relinquens. Virg.3.Geor.
— desertaq; regna Ibid.
Pastorum: & longè saltus, lateq; vacantes.
Contemnunt q; fauos, & frigida tecta relinquunt. Virg.4. Geor.
— sic positum in clauso linquunt, Jbid.
— classem quo littore linquant. Virg. 1. Æneï.
Desertos videre locos littusq; relictum. Virg. 2. Æneï.
Deseruere omnes defessi. Ibid.
— multa volentem Dicere deserit. Ibid.
Littora tum patriæ lachrimans, portusq; relinquo, Virg.3. Æneï.
— sedesq; astare relictas. Ibid.
Linquere pollutum hospitium. Jbid.
Hanc quoq; deserimus sedem, paucisq; relictis Vela damus. Ibid.
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt, Ibid.
Immemores socij vasto Cyclopis in antro Deseruere.

Desertum, & viuere in deserto.

Fragore ab omni quem remotum & segregem Prudent.
Spreuisse tradunt criminum frequentium.
Casto fruentem Syrtium silentio.
Post in parentes ille solitudines
Amictus hirtis bestiarum pellibus,
Setuve tectus, hispida & lanugine
Secessit, horrens inquinari & pollui
Contaminatis oppidorum moribus.
Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum Virg.3. Æneï.
Lustra, domosq; traho. Vir. 4. Æneï.
— & inhospita Syrtis: Hinc deserta siti regio, Jbid.
— deserta quærere terra. Vir. 11. Aene.
Pastorum & solis exegi montibus æuum.
Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra,
Armenta lis equæ mammas, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris. Tib.lib.5.
Sic ego secretis possum bene viuere syluis.
Quà nulla humano sit via trita pede. Proper.lib. 1.
Hæc certè deserta loca, & tacituma querenti.
Et vacuum Zephyri possidet aura nemus.

Hic licet occultos proferre impune dolores,
Si modo sola queant saxa tenere fidem.
Et quodcumq; mea possunt narrare querela.
Cogor ad arguias dicere solus aues.

Sen. in Hipp. *Non alia magis est libera, & vitio carens,*
Ritusq; melius, vita, quæ priscos colat,
Quam quæ relictis mœnibus syluas amat:
Non illum auara mentis inflammat furor,
Qui se dicauit montium insontem iugis:
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non pestilens inuidia, non fragilis fauor,
Non ille regno seruit, ac regno imminet.
Vanosq; honores sequitur, aut fluxas opes,
Spei metusq; liber, haud illum niger,
Edaxq; liuor dente degeneri petit,
Nec scelera populos inter, atq; vrbes sita
Nouit, nec omnes conscius strepitus pauet;
Haud verba fingit, mille non quærit tegi
Diues columnis, nec trabes multo insolens
Suffigit auro, non cruor largus pias
Inundat aras, fruge nec sparsi sacra
Centena niuei colla submittunt boues.
Sed rure vacuo potitur & aperto æthere.
Innocuus errat, callidas tantum feris
Struxisse fraudes nouit, & fessus grauis
Labore niueo corpus Ilyssi fouet.
Nunc ille ripam celeris Alphei legit,
Nunc nemoris alti densa metitus loca.
Vbi lerna puro gelida perlucet vado,
Sedemq; mutat: hic aues querula fremunt,
Ramiq; ventis lene percussi tremunt.
Vetereq; fagi iuuat hic aut amnis vagi
Pressisse ripas, cespite aut nudo leueis
Duxisse somnos, siue fons largus citas
Diffundit vndas, siue per floreis nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
Excussa syluis poma compescunt famem.
Et fraga paruis vulsa dumetis cibos
Faciles ministrant regios luxu procul
Est impetus fugisse, sollicito bibant
Auro superbi: quam iuuat nuda manu
Captasse fontem?
Quid deserta petis? tutior auiis Non est forma locis?

Vide

Vide ANTRVM & RVPES.

Desperare, & desperata res.

Sin absumpta salus, nec spes iam restat Iuli. Virg. 1. Æneï.
Vna salus victis, nullam sperare salutem. Virg. 2. Æneï.
— *lupi quos improba ventris* Ibid.
Exegit cœcos rabies Ibid.
— *quando vltima cernunt* Extrema iam in morte: Jbid.
— *nec spes opis vlla dabatur.* Virg 3. Æneï.
— *cùm iam diffideret armis Dardanie.* Virg. 9. Aene.
Nec spes vlla fugæ, rerum pars altera adempta. Virg. 11. Æne.
Si nullam nostris vltro spem ponis in armis.
Si tam deserti sumus, & semel agmine verso
Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum.
Oremus pacem, & dextram tendamus inermes Ibid.
— *muros varia cinxêre corona*
Matronæ, puerique, vocat labor vltimus omnes. Jbid.
Isq; vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neq; instantem Reginam auertere cernit. Ouid. 7. Met.
— *atq; salutis*
Spes abijt, finemq; vident in funere morbi.

Vide porro SPERARE, TERERE TEMPVS, & CONFIDERE.

Destinare, & destinatus.

— *infelix pesti deuota futuræ* Virg. 1. Æne.
— *& me destinat aræ* Virg. 2. Æneï.
— *huic me quacunq; fuisset, Addixi.* Virg 3. Æneï.
Et lucus latè sacer additur Anchisæo. Virg. 5. Aen.
— *propriamq; dicabo.* Vide VOVERE. Virg. 1. Æneï.

Deuincire, Deuinctus.

Plus multò tibi debiturus hic est, Mart. lib. 5.
Quàm debet domino suo libellus
Crimine te potui demeruisse meo Ouid.
— *neq; quis me sit deuinctior alter.* Virgil.

Vide BENEFICIVM & MERERE.

Deuius.

Ignaroq; loci passim & formidine captos Virg. 2. Æne.
— *namq; auia cursu* Ibid.
Dum sequor, & notæ excedo regione viarum. Jbid.
Errauitne via. Virg. 3. Aeneï.
Seque nouo veterum deceptum errore locorum. Virg. 7. Aene.
Siue errore viæ seu tempestatibus acti. Virg. 9. Æneï.
— *nec nos via fallit euntes.* Ibid.
— *fallitque timor regione viarum.*

Ibid. — perplexum iter omne reuoluens
Fallacis sylua, simul & vestigia retro
Obseruata legit, dumisq; silentibus errat. Vide VAGARI.

Deus.

Juuencus. — Dominus cœli, terræq; creator.
Idem. — immenso Domino mundi.
Sedulius. — tempora summus
Cernens cuncta Deus, præsentia, prisca, futura.
Semper adest, semperq; fuit, semperq; manebit
In triplici virtute sui.
Prudent. Laudem lingua Deo Patri rependat,
Patri qui Cherubin sedile sacrum
Necnon & Seraphin suum supremo
Subnixus solio tenet, regitq;.
Hic est quem Sabaoth vocamus,
Expers principij, carensq; fine,
Rerum conditor & repertor orbis
Fons vitæ liquida fluens ab arce,
Infusor fidei, sator pudoris,
Mortis perdomitor, salutis author.
Virg.1. Aenei. Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris.
Ibid. — diuum pater atq; hominum rex.
Jbid. O qui res hominumq; Deumq;
Æternis regis imperijs, & fulmine terres.
Jbid. — hominum sator, atq; deorum.
Ibid. Flagranteſq; Dei vultus.
Virg.2. Ænei. — superi regnator Olympi.
Ibid. Cœlicolum regi supero.
Virg.3. Ænei. — magna supremum voce ciemus.
Virg.4. Ænei. Ipse deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum, & terras qui numine torquet.
Oui.1. Met. Nec de plebe Deo, sed qui cœlestia magna
Sceptra manu teneo.
Jbid. — superum rector.
Se.in He. oct. Sator deorum, cuius excussum manu.
Vtræq; Phœbi sentiunt fulmen domus:
Ho. Epod. 16. — rege cœlitum.
Ouid. 3. Fast. Fulminis, altorum rex q;, pater q; Deum.
Hor. 1. c. o. 1. Terrarum dominos euehit ad deos,
Ibid. Dijs miscent superis,
Ouid. 1. Met. Hac iter est superis ad summi tecta tonantis.
Mart. lib. 8. Terrarum domino, Deoq; rerum.
Bo. li. 3. met. 5. Si primordia vestra Auctoremq; Deum spectes.

Opa-

O pater, ô hominum, diuumque æterna potestas.	Virg.10.Æne.
Olli subridens hominum, rerumque repertor.	Virg.12.Æne.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,	Virg 10. Æne
— rex magnus Oiympi.	Virg.5.Ænei.
Nec mortale sonans, afflata est numine quando	Virg.6.Ænei.
Iam propiore Dei,	
— magnusque pater ætheris alti.	Se.in He. fur.
— mundi conditor posuit Deus.	Sen. in Theb.
Haud pater ipse velit summi regnator Olympi,	Virg.7.Æne.
At vos ó superi, & diuum tu maxime rector.	Virg 8.Ænei.
Ipse qui cœlum, nebulasque ducit:	Se.in Hippo.
— superni Qui patris vice soluis. Rex superus	Auctor.
Te te creator cœlitum testem inuoco.	Jdem.
Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.	Virg.12.Æne.
— torquet qui sidera mundi	Virg.9.Æne.
— progubernator poli.	Sen. in Hipp.
— magni regnator Olympi.	Virg.10.Æne.
Cui rex ætherei breuiter sic fatur Olympi:	Ibid.
— rex ætheris altus.	Virg.12.Æne.
— rex ô stellantis olympi.	Clau.in Coss.
Annuit inuicto cœlestum numine rector.	Catullus.
— pater diuum	Jdem.
— cœlitum excelsissimum, Regumque regem.	Jdem.
O stelliferi conditor orbis,	Sen.in Thye.
Qui perpetuo nixus solio	Boet.lib.1.
Rapido cœlum turbine versas,	
Legemque pati sidera cogis,	
Vnus enim rerum pater est,	
Vnus cuncta ministrat	Boet.lib.3.
Ille dedit Phœbò radios & cornua lunæ.	
Ille homines etiam terris, & sidera cœlo.	Ibid.
Auctoremque deum spectes	Ibid.
O qui perpetua mundum ratione gubernas	
Terrarum, cœlique sator, qui tempus ab æuo:	
Ire iubes, stabilisque manens das cuncta moueri	
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.	
Hic regum sceptrum dominus tenet,	
Orbisque habenas temperat:	Boet.lib.4.
Et volucrem currum stabilis regit	
Rerum coruscus arbiter	
— celsi iura tonantis.	
Sedet interea conditor altus:	Ibid.
Rerumque regens flectit habenas	Ibid.

Rex & dominus, fons, & origo,
Boet. lib. 5. *Lex & sapiens arbiter æqui.*
Haud sic magni conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat,
Quæ sint, quæ fuerint, venianq;
Vno mentis cernit in ictu,
Quem quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.
Clau. *Ille pater rerum, qui sæcula diuidit astris.*
Luc. 5. Pharſ. *— superum rector*
Ouid. 2. Met. *— vasti quoq; rector olympi,*
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra.
Se in He. fur. *— & toto Deus narratur orbe*
Jbid. *O magne Olympi rector, & mundi arbiter,*
Jbid. *Prô numinum vis summa, prô cœlestium*
Rector parensq; cuius excussis tremunt Humana telis.
Sen. in Thye. *Tu summe cœli rector, atheriæ potens Dominator aulæ.*
Sen. in Aga. *— tuq; ante omneis*
Pater, ac rector fulmine pollens,
Cuius nutu simul extremi
Tremuere poli, generis nostri Iupiter auctor.

Vide JMMORTALIS, JESVS, & TRINITAS.
DIANA, vide LVNA.

Dies diescere, Dierum numerus.

Prudent. *Vt eum coruscis flatibus Aurora cœlum sparserit.*
Jdem. *Caligo terræ scinditur percussa solis spiculo*
Rebusque iam color redit vultu nitentis sideris,
Auſ. edel. 15. *Dierum nomina.*
Nomina quæ septem vertentibus apta diebus
Annus habet, totidem errantes fecere planetæ,
Quos ind fessa voluens vertigine mundus,
Signorum obliqua iubet in statione vagari.
Primum, supremumque diem radiatus habet sol.
Proxima fraternæ succedit luna coronæ.
Tertius æquitur Titania lumina Mauors,
Mercurius quartæ sibi vindicat astra diei,
Illustrat quintam Iouis aurea sidera Zonam,
Sextæ salutiferum sequitur Venus alma parentem
Cuncta supergrediens Saturni septima lux est,
Octauum instaurat reuolubilis orbita solem.
Virg. 2. Geor. *Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies.*
Vir. 3. Georg. *Solerecens orto.*

Quod

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis Ibid.
Sub lucem exportant. Ibid.
Tum sol pallentes haud vnquam discutit vmbras. Virg. 4. Geor.
Te veniente die, te decedente canebat. Ibid.
Post vbi nona suos Aurora ostenderit ortus. Ibid.
Post vbi nona suos Aurora induxerit ortus. Virg. 1. Æne.
Vt primum lux alma data est. Virg. 2. Aene.
— socios consumpta nocte reuiso. Ibid.
Iamque iugis summa surgebat lucifer ida, Ducebatque diem. Virg. 3. Æneid.
Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus. Ibid.
Iamque dies, alterque dies processit, Ibid.
Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis. Ibid.
Postera iamque dies primo surgebat Eoo, Virg. 4. Æneid.
Humentemque Aurora polo dimouerat vmbram. Ibid.
Postea Phœbeo lustrabat lampade terras, Ibid.
— vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem. Ibid.
Oceanum interea surgens Aurora reliquit: Ibid.
It portis iubare exorto delecta iuuentus Ibid.
Si te his attigerit terris Aurora morantem. Ibid.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras Ibid.
Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Virg. 3. Æneid.
Regina è speculis vt primum albescere lucem Vidit. Ouid. 1. Met.
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris. Virg. 1. Georg.
Sub nitido mirata die.
Libra die, somnique pares vbi fecerit horas, Ibid.
Et medium lucis atque vmbris iam diuidet orbem.
— Aurora diemque reducit:
Nosque vbi primus equis oriens afflauit anhelis, Ibid.
At cum sole nouo terras irrorat Eous. Ibid.
— aut vbi pallada surgit
Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Virg. Eclo. 7.
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est. Virg. Eclog. 8.
Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra. Ibid.
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est. Catullus.
Nascere præque diem veniens age lucifer almum. Sen. in He. fur.
Linquendum vbi esset orto mihi sole cubiculum. Ho. 3. c. o. 21.
— claresçit dies. Ouid. 6. Met.
Dum rediens fugat astra Phœbus.
— vt solet aër
Purpureus fieri, cum primum aurora mouetur,
Et breue post tempus candescere solis ab ortu. Ouid. 8. Met.
Iam nitidum retegente diem, noctisque fugante

Virg 5. Ænei. *Tempora lucifero cadit Eurus.*
Posterea cum primo stellas oriente fugarat Clara dies.
Virg. 7. Æne. *Iamq; rubescebat radiis mare, & æthere ab alto*
Ibid. *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.*
Virg. 12. Æne. *Postera cum prima lustrabat lampade terras Orta dies,*
Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Vir. 11. Ænei. *Solis equi, lucemque elatis naribus efflant,*
Aurora interea miseris mortalibus almam
Ibid. *Extulerat lucem, referens opera atque labores.*
Virg. 10. Æne. *Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram.*
— & interea reuoluta ruebat
Ho. 4. ca. o. 8. *Matura iam luce dies, noctemq; fugarat:*
Virg. 5 Ænei. *— dicimus integro sicci mane die*
Præterea si nona diem mortalibus almam
Tib. lib. 3. *Aurora extulerit, radiisq; retexerit orbem.*
Ibid. *— cum summo Phœbus prospexit ab ortu,*
Expectata dies aderit nonamq; serena
Virg 6. Ænei. *Auroram Phaetontis equi iam luce vehebant:*
Ibid. *Ecce autem primi sub lumina solis & ortus.*
Vir. 7. Ænei. *— vix lumine quarto Prospexi Italiam.*
Virg. 8. Æne. *— & primo læti cum lumine solis,*
Ibid. *— primisq; cadentibus astris.*
— nox Æneam, somnusq; reliquit.
Ibid. *Surgit, & ætherei spectans orientia solis Lumina.*
— vbi Oceani perfusus lucifer vnda.
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.
Virg. 9. Ænei. *Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resoluit.*
Ibid. *— nam lux inimica propinquat.*
Vir. 10. Aene. *Iam sole infuso, iam rebus luce retectis,*
— & interea reuoluta ruebat
Ouid. 5. Met. *Matura iam luce dies noctemq; fugarat.*
Ouid. 3. Met. *Rursus vbi alma dies, hebetarat sydera.*
Nox vbi consumpta est, aurora rubescere primo
Cœperat, exurgo,
Ouid. epist. 8. *Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat*
Catullus. *Clarum ab Oceano diem Viderit venientem.*
Idem. *Sed vbi oris aurei sol radiantibus oculis*
Lustrauit æthera album, sola dura, mare ferum.
Pepulitq; noctis vmbras vegetis sonipedibus.
Idem. *Aurora exoriente, vagi sub lumina solis.*
Tit. lib. 4. *— oriente die duce fertilis anni,*
Splendidior liquidis cum sol caput extulit vndis.
Sil. Ita. lib. 10. *Postera cum thalamis aurora rubebit apertis.*

Cum

Cum polo Phœbus roſeis quadrigis Boet. lib. 2.
Lucem ſpargere cœperit,
Pallet albentes hebetata vultus,
Flammis ſtella prementibus. Ibid.
Quod Phœbus roſeum diem Curru prouehit aureo. Boet. lib. 3.
Lucifer vt tenebras pepulerit,
Pulchra dies roſeos agit equos. Boet. lib. 4.
Reuehitq; diem lucifer almum, Auſon.
— & blando mordentia frigora ſenſu
Spirabat croceo mane reuecta dies. Idem.
Exoriente nouo roſcida lucifero. Statius.
Vix Aurora nouos mouebat ortus, Oui. epiſt. 17.
Iamq; fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius Aurora Lucifer ortus erat, Oui. epiſt. 21.
At cum ſe Titan oſtendit, & omnia ſecum. Luc. 1. Pharſ.
— & ignes
Solis lucifero fugiebant aſtra relicto,
Iamq; dies primo belli viſura tumultus, Exoritur. Ibid.
— noctis gelidas lux ſoluerat vmbras. Sil. Ital. lib. 8.
Orta dies totum radijs impleuerat orbem, Luc. 2. Pharſ.
— Phœbo gelidas pellente tenebras Ibid.
Cumque diem pronum tranſuerſo limite ducens
Succendit Phaeton flagrantibus æthera loris. Ibid.
— iam Phœbum vrgere monebat.
Non idem Eoi color ætherus, albaq; nondum
Lux rubet & flammas propioribus eripit aſtris,
Et iam Pleias hebet, flexi iam plauſtra Boötæ
In faciem puri redeunt languentia cœli.
Maioresq; latent ſtellæ, calidumq; refugit
Lucifer ipſe diem.
Nondum criſtati rupere ſilentia galli. Mart. lib. 9.
Vt matutinos ſpargens ſuper æquora Phœbus Luc. 3. Pharſ.
Fregit aquis radios
— nec ſegnis mergere ponto Tunc erat aſtra polus, Luc. 4. Pharſ.
Detegit orta dies ſtantes in rupibus Iſtros Ibid.
— ſed nocte fugata Laſum nube diem iubar extulit. Luc. 5. Pharſ.
Talia iactantes, diſcuſſa nocte, ſerenus Ibid.
Oppreſſit cum ſole dies,
— ecce vigil nitido patefecit ab ortu Ouid. 2. Met.
Purpureas aurora fores, & plena roſarum
Atria, diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cœli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater, vt terras, mundumque rubeſcere vidit,

Cornuaq; extremæ velut euanescere lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat horis:
Iussa diæ celeres peragunt ignemq; vomentes
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
Ibid. *Quadrupedes ducunt; q; addunt; q; sonantia frænæ.*
Luc 8 Pharſ. — *& fulget tenebris Aurora fugatis.*
Luc. lib. 2. — *sed iam percusserat astra*
Aurora præmissa dies
Primum aurora nouo cum spargit lumine terras
Et variæ volucres nemora auia peruolitantes
Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent:
Quam subito soleat sol ortus tempore tali
Luc. lib. 4. *Connestire sua perfundens omnia luce,*
Iamq; rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè
Luc. lib. 5. *Cum cœptat natura supraq; extollere monteis,*
Aurea cum primùm geminanteis rore per herbas
Matutina rubent radiati lumina solis,
Exhalantq; lacus nebulam fluuijq; perennes,
Ibid. *Ipsa quoque interdum tellus fumare videtur.*
Tempore item certo roseam matura per oras
Ætheris auroram defert, & lumina pandit,
Aut quia sol idem sub terras ille reuertens
Anticipat cœlum radijs accendere tentans,
Aut quia conueniunt ignes & semina multa
Confluere ardoris consuerunt tempore certo.
Quæ faciunt solis noua semper lumina igni.
Ibid. *Dum rosea face sol inferret lumina cœlo.*
Perſ. Sat. 3. — *iam clarum mane fenestras*
Intrat, & angustas extendit lumine rimas.
Ouid. 4. Met. *Postera nocturnos aurora remouerat igneis.*
Solq; pruinosas radijs siccauerat herbas.
— *dum lucifer igneis*
Euocet aurora, cursus aurora diurnos
Jbid. *Admonitorq; operum cœlo clarissimus alto*
Lucifer ortus erat.
Juuen. Sat. 8. — *dormire incipis ortu luciferi.*
Ouid. 7. Met. *Postera depulerat stellas aurora micanteis.*
Jbid. — *iubar aureus extulerat sol*
Ibid. *Lutea mane videt puisis Aurora tenebris.*
Jbid. *Sole fere radijs feriente cacumina primis.*
Jbid. *Postera depulerant aurora lumina noctem.*
Sil. Ita. lib. 2. *Pellebat somnos Tithoni roscida coniux,*
Ac rutilus primus sonipes, hinnitibus altos
Afflarat monteis, roseasq; monebat habenas.

Et

Et iam curriculo nigram mox roſcida metam Sil.Ital. lib.9.
Stringebat, nec ſe thalamis Tithonia coniux
Protulerat, ſtabatq; nitens in lumine primo:
Cum minus annuerit noctem deſiſſe viator, Ibid.
Quam cœpiſſe diem.
Donec flammiferum tollentes æquore currum
Solis equi ſparſere diem, iamq; orbe renato
Diluerat nebulas Titan, ſenſimq; fluebat
Caligo in terras nitido reſoluta ſereno. Sil.Ital. lib. 6.
Vix dum clara dies ſummam luſtrabat in Oetha
Herculei monumenta rogi. Sil.Jtal.lib.7.
— hinc vbi primo
Vngula diſperſit rores Phaetontia Phœbo. Sil.Ital.lib.9.
— cum ſpargere primus
Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus. Ibid.
— ſenſimq; abeuntibus vmbris
Conſcia nox ſceleris roſeo cedebat Eoo. Sil.Ita.lib.10.
Poſt vbi fulſerunt primis Phaetontia frena
Ignibus atque ſui terris rediere colores Sil.Ital.lib.11.
Poſtera lux Phaetontis equos proferre parabat
Iam rapidos, omni curru ſplendente ſub vndis, Ibid.
Vix dum depulſa nigra caligine noctis. Ouid.9.Met.
Poſtera lux radiis totum patefecerat orbem. Sil.Ita. lib.12.
Non exſpectato Titan, dum gurgite lucem
Spirantes proferret equos. Ibid.
Atque vbi nox depulſa polo primaq; rubeſcit
Lampade Neptunus, reuocatq; Aurora laboreus.
— redeunt cum luce furores. Ibid.
Redditur extemplo flagrantior æthere lampas,
Et tremula infuſo reſplendent cærula Phœbo, Sil.Ita.lib.13.
Iamq; Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens. Ibid.
Aurora ingrediens terris exegerat vmbras. Jbid.
— tenuemq; vt roſcida miſit Lucem aurora polo. Sil.Ital.li.16.
Aurora obſcuri tergebat nubila cœli,
Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora ſororum. Jbid.
Iamq; nouum terris pariebat lumine primo
Egrediens Aurora diem ſtabulisq; ſubibant
Ad iuga ſolis equi, necdum ipſe aſcenderat axem
Sed prorupturis rutilabant æquora flammis.
Septima cum ſolis renouabitur orbita cœlo. Se.in He. fur.
Iam rara micant ſidera prono
Languida mundo, nox victa vagos
Conirahit igneis, luce renata.

Cogit

Cogit nitidum Phosphoros agmen:
Signum celsi glacialepoli, Septem stellis Arcades vrsæ
Lucem verso temone vocant, Iam cœruleis euectus equis
Titan summum prospicit Oetam.
Iam Cadmeis inclyta baccis
Asperſa die dumeta rubent, Phœbiq; fugit reditura soror:
Labor exoritur durus, & omneis
Agitat curas, aperitque domos
Pastor, gelida cana pruina Grege demisso pabula carpit:
Pendet summo stridula ramo, Pennasque nouo tradere soli
Gestit querulos inter nidos
Tracia pellex, turbaque circum
Confusa sonat, murmure misto Testata diem.

Sen. in Thye. — *Coos assueta Deo*

Sen. in Oedi. *Tradere frenos genitrix prima Roscida lucis.*
Iam nocte pulsa dubius effulsit dies,
Et nube mœstum squalida, exoritur iubar,
Lumenq; flamma triste lucifera gerens.

Ibid. *Promit hic ortus aperitq; lucem*
Phœbus & flamma propiore nudos Inficit Indos.

Sen. in Troe. — *summa iam Titan iuga*

Ou. 2. de Pon. *Stringebat, & ortus vicerat noctem dies.*

Eleg. 9. *Eoo quoties surgit ab ore dies.*

Ouid. 1. Met. *Lux subit & primo feriente cacumina sole Discedunt.*

Sen. in Med. — *sole perit sideribus decor,*
Et densi latitant Pleiadum greges

Jbid. — *nitidum iubar*
Pastor luce noua roscidus aspicit

Ibid. *Clarus priusquam Phœbus attollat diem:*

Jbid. — *dum parat Phœbus diem,*

Sen. in Aga. — *Phœbus in lucem redit.*

Sen. in Acta. *Iam vaga cœlo sidera fulgent*
Aurora fugat: surgit Titan.
Radiante coma, mundoq; diem Reddit clarum.

Se. in He. Oc. *Et forte nulla nube resperſus iubar*
Laxabat ardens feruidum Titan diem,

Ouid. 2. Fast. *Quintus ab æquoreis nitidum iubar extulit vndis Lucifer,*

Jbid. *Iam dederat cantum lucis prænuncius ales.*

Ouid. 3. Fast. *Protulerit totum cum terris Cynthius orbem.*

Jbid. *Mollis erat tellus rorata mane pruina.*

Jbid. *Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus.*

Ibid. — *totum iam sol emouerat orbem.*

Jbid. *Cum croceis rorare genis Tithonia Coniux*

Co-

Cœperit & quintæ tempora lucis aget. Ibid.
Sextus vbi è terra cliuosum scandet Olympum
Phœbus, & altis æthera carpet equis. Ibid.
Postea cum teneras aurora refecerit herbas Jbid.
Canuerint herbæ rore recente quater. Ouid. 4. Fast.
Nox vbi transierit, cœlumque rubescere primo
Cœperit, & tactæ rore querentur aues.
Semiustamque facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus. Jbid.
Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos,
Et dederit Phœbo stella fugata locum. Ouid. 5. Fast.
Posterea cum roseam pulsis Hyperionis astris
In matutinis lampada tollet equis. Ouid. 6. Fast.
Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis
Euocat, & multa terra madescit aqua.
Mane vbi bis fuerit, Phœbusque iterauerit ortus,
Factaque erit posito rore bis vda seges. Jbid.
Iam phryx à nupta quereris Tithone relinqui,
Et vigil Eois lucifer exit aquis. Jbid.
Iam tua Laomedon oritur nurus, ortaque noctem
Pellit, & è pratis cana pruina fugit. Ouid. 1. Trist.
Iamque moræ spatium non præcipitata negabat, Eleg. 3.
Versaque ab axe suo Pharrhasis Arctos erat. Ibid.
— cœlo nitidissimus alto
Stella grauis nobis lucifer ortus erat. Oui. 14. Met.
Proxima post nonam cum sese aurora moueret Oui. 15. Met.
— cumque albo lucifer exit
Clarus equo, rursusque alius cum præuia lucis
Tradendum Phœbo Palantias inficit orbem. Ibid.
— somnique fugam lux alma secuta est.
Postera sydereos aurora fugauerat igneis. Cla. 1. de rap.
Impulit ionios præmisso lumine fluctus Pro.
Nondum pura dies, tremulis vibratur in vndis
Ardor, & errantes ludunt per cærula flammæ. Ibid
Dum matutinis præsudat solibus aër,
Dum nouus humectat flauentes lucifer agros,
Roranti prouectus equo. Clau in Ruff.
Iam summum radius stringebat lucifer Hæmum,
Festinamque rotam solito properantior vrget
Tandem Ruffini visurus funera Titan. Cla. 2 in Cos.
— velox aurorâ nuncius Æthon,
Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur Lucifero,
Sol qui flammiferis mundum complexus habenis Clau. in frat.

Vol-

Voluis inexhausto redeuntia secula motu,
Sparge diem meliore coma. crinemque repexi
Blandius elato surgant temone iugales,
Efflantes roseum franis spumantibus ignem.
Cla. de Phœ. *— lucus qui primus anhelis*
Sollicitatur equis. vicinaque verbera sentit,
Humida roranti resonant cum limina curru,
Vnde rubet ventura dies, longeque coruscis
Non afflicta rotis, refugo palluit amictu.
Stat. 1. Theb. *— rarescentibus umbris*
Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.
Stat. 2. Theb. *— iam pallida turbant sydera lucis equi.*
Ibid. *Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto*
Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras,
Roranteis excussa comas, multumque sequenti
Sole rubens: illi roseum per nubila currus
Aduertit flammas, alienumque æthera tardo
Stat. 3. Theb. *Lucifer exit equo: donec pater igneus orbem*
Impleat, atque ipsi radios vetet esse sorori.
Ibid. *Septima iam nitidum terris Aurora diesque*
Purpureo vehit ore diem.
— madidos vbi lucidus agros
Ibid. *Ortus, & algentes laxauit sole pruinas.*
— iam nocte suprema
Ante nouos ortus, vbi sola superstite plaustro
Stat. 6. Theb *Arctos ad Oceanum fugientibus insidet astris*
Clara laboriferos cœlo Tithonia currus
Extulerat, vigilesque deæ pallentis habenas
Ibid. *Et nox. & cornu fugiebat somnus inani*
Roscida iam nouies cœlo dimiserat Astra
Lucifer, & totidem luna prauenerat ignes
Mutato nocturnus equo.
Stat. 7. Theb. *Iam gelidam Phœbon, & caligantia primus*
Hauserat astra dies & iam tumet igne futuro
Oceanus, lateque nouo Titane recluſum
Æquor, anhelantem radijs subsedit equorum.
Tempus erat, iunctos cum iam sopor ignea Phœbi
Stat. 8. Theb. *Sentit equos, pentusque cauam sub luce parata*
Oceani mugire domum, seseque vagantem
Colligit, & moto leuiter fugat astra flagello.
Manil. lib. 1. *Atque vbi se primis extollit Phœbus ab vndis.*
Stat. 12. The. *Nondum cuncta polo vigil inclinauerat astra*
Ortus & instantem cornu tenuiore videbat

Luna diem trepidas vbi iam Tithonia nubeis
Discutit, ac reduci magnus parat æthera Phœbo
Tertius Auroram pulsabat Lucifer, Ibid.
— iam sidera pallent Vicino turbata die. Ibid.
Iam premit astra dies humilique ex æquore Titan Stat. 1. Achill.
Roranteis euoluit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit
Exuit implicitum tenebris humentibus orbem Stat. 2. Achil.
Oceano prolata dies genitorque coruscæ
Lucis adhuc hebetem vicina nocte leuabat,
Et nondum excusso orantem lampada ponte. Stat. 5. Theb.
Vix reserata dies. Ho. 4. se. sat. 5.
Postera lux oritur multò gratissima. Ouid.
Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina
Spargitur & tectæ fronde queruntur aues. Ouid. 1. Am.
Iamque pruinosos molitur lucifer axes,
Inque suum miseros excitat alis opus,
Roscida cum primum foliis excussa pruina est, Ouid. 5 Fast.
Et varia radius intepuere coma,
Cum Phrygis Assarici Tithonia fratre relicto. Ouid. 3. Fast.
Subtulit immenso ter iubar ore suum. Stat. 1. Theb.
— & iam temone supino
Languet Hyperboreæ glacialis portitor vrsæ. Ibid.
— dum proximus agris
Infundat Titan agiles animantibus ortus, Manil. lib. 1.
Nec matutinus fulgeret lucifer horis
Hesperus immerso dederat qui lumen Olympo. Ibid.
Illic orta dies sopitas excitat vrbes
Et cum luce refert operum vadimonia terris. Manil. lib. 3.
— vdus gelidis vt Phœbus ab vndis Manil. lib. 1.
Enatat, & fuluo paulatim accenditur igne. Virg. Geor.
Atque vbi se primis extollit Phœbus ab vndis.

Vide GALLVS, ASTRA, AVRORA.

Difficile.

— haud mollia iussa. Ibid.
Te sine nil altum mens inchoat. Virg. 4. Geor.
Nec magnus prohibere labor: Virg. 1. Æneï.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
Nil mortalibus arduum est. Hor. 1. c. od. 3.
Et vultus nimium lubricus aspici. Ibid. od. 19.
Hoc opus, hic labor est. Virg. 6. Æne.
Pandere res alta terra, & caligine mersas. Ibid.

Luna

Catullus. *Non facilis nobis.*
Mart.lib.7. *Inceditque gradu laborioso.*
Ouid. *— sed non operosa volenti.*
Mart.lib.12. *Non ignorat, onus quod sit succedere Macro:*
Qui sua metitur pondera ferre potest.
Ouid.2.Met. *Magna petis Phaëton, & quæ non viribus istis*
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non est mortale quod optas.
Plus etiam quàm quod superis contingere fas est,
Nescius affectas. Vide AGGREDI.

Diffidentia ex periculo præcedenti, *vide* TIMOR.

Diffidere.

Luc.1.Pharſ. *— deerat ne tibi fiducia nostri?*

Diligens, diligentia.

Mart.lib.11. *Et non ad nimium laborioſus.*
Horat. *Impiger extremos curris mercator ad Indos.*
Ouid.5.Met. *— nec posuit studiosus altera cassis.*
Tib.lib.2. *Compleat vt dulci sedula melle fauos*
Ouid.4.Faſt. *Et non sentitur sedulitate labor.*
Jdem. *— Res non operosa volenti*
Ouid.8.Met. *— Ego sum indefessus agendo.*
Andr. *Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit:*
Non decet ignauum præterijsse diem.
Nomeſſ. *Formicas, & apes inspice sollicitas:*
Illæ nam vigiles, hyemis memoresque senectæ
Oui.1.de Pō. *Frumenti cumulos, hæ sibi multa parant.*
— gnauæ iuuentæ.

Vide STVDERE, VIGILARE, LABOR & FORMICA.

Diluuium, & illius deſcriptio.

Virg.3.Ænei. *Hæc loca vi quondam, & vastâ conuulsa ruina*
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaque, & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Oui.1.Met. *Pœna placet diuersa genus mortale sub vndis*
Perdere, & ex omni nimbos dimittere cœlo,
Protinus Æolijs Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes.
Emittitque Notum, madidis Notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine vultum:
Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis,
Fronte sedent nebulæ, rorant pennæque sinusque:

Vtque

Vtq; manu latè pendentia nubila pressit,
Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi:
Nunc Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert:
Sternuntur segetes & deplorata colonis
Vota iacent, longiq; perit labor irritus anni.
Nec cœlo contenta suo est Iouis ira, sed illum
Cœruleus frater iuuat auxiliaribus vndis:
Conuocat hic amnes, qui postquam tecta tyranni
Intrauere sui, non est hortamine longo
Nunc ait vtendum, vires effundite vestras,
Sic opus est, aperite domos, ac mole remota
Fluminibus vestris totas immittite habenas.
Iusserat, hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et defrænato voluuntur in æquora cursu.
Ipse tridente suo terram percussit: at illa
Intremuit, motuq; vias patefecit aquarum:
Expatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq; satis arbusta simul, pecudesq;, virosq;,
Tectaq;, cumq; suis rapiuut penetralia sacris.
Si qua domus mansit potuitq; resistere tanto
Indeiecta malo, culmen tamen altior huius
Vnda tegit, pressæq; latent sub gurgite turres:
Iamq; mare, & tellus nullum discrimen habebant.
Omnia pontus erat, deerant quoq; littora ponto:
Occupat hic collem, cymba sedet alter adunca,
Et ducit remos illic, vbi nuper ararat.
Ille super segetes, aut mersæ culmina villæ
Nauigat hic summa piscem deprendit in vlmo,
Figitur in viridi si sors tulit anchora prato,
Aut subiecta tegunt curuatæ vincta carinæ,
Et modo qua graciles gramen carpsere capellæ:
Nunc tibi deformes ponunt sua corpora phocæ.
Mirantur sub aqua lucos, vrbesq; domosq;
Nereides, syluasq; tenent delphines, & altis
Incursant ramis, agitataq; robora pulsant:
Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones,
Vnda vehit tigres, nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato prosunt velocia ceruo:
Quæsitisq; diu terris vbi sistere possit,
In mare lassatis volucris vaga decidit alis:
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
Pulsabantq; noui montana cacumina fluctus.

Maxima pars vnda rapitur, quibus vnda pepercit.
Illos longa domant inopi ieiunia victu.
Ibid. — *diluuio tellus lutulenta recenti.*
Virg. 1. Geor. — *implentur fossæ, & caua flumina crescunt*
Cum sonitu, feruetque fretis spirantibus æquor.
Ibid. — *omnia plenis Rura natant fossis.*
Jbid. *Proluit insano contorquens vortice syluas:*
Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnes
Cum stabulis armenta tulit:
Ho. 3. c. o. 29. — *cætera fluminis*
Ritu feruntur, nunc medio alueo
Cum pace delabentis Hetruscum
In mare, nunc lapides adesos,
Stirpesque raptas, & pecus & domos
Voluentis, vna non sine montium
Clamore, vicinæque syluæ:
Ho. 4. car. o. *Monte decurrens velut amnis imbres*
Quem super notas aluere ripas.
Piscium & summa genus hæsit vlmo,
Nota quæ sedes fuerat columbis
Et superiecto pauida natarunt Æquore damæ.
Vidimus flauum Tiberim retorsit
Littore Etrusco violenter vndis
Ire deiectum monumenta regis Templaq; Vestæ.
Prop. lib. 2. — *si tellurem effundat in vndas Diluuio miscent:*
Et cum Deucalionis aquæ fluxere per orbem,
Luc. 1. Pharſ. *Et post antiquas Deucalionis aquas.*
Deuca, toneos fudisset Aquarius imbres,
Luc. 4. Pharſ. *Totaque diffuso latuisset in æquore tellus.*
— *tum quæ solitis è fontibus exit,*
Non habet vnda vias, tam largas alueus omnis
A ripis accepit aquas: iam naufraga campo
Cæsaris arma natant, impulsaque gurgite multo
Castra labant, alto restagnant flumina vallo.
Ibid. *Iam tumuli collesq; latent, iam flumine cuncta*
Condidit vna palus, vastaque voragine mersit.
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum
Detulit, atque ipsas hausit, subitisq; frementes
Vorticibus contorsit aquas, & reppulit æstus
Fortior Oceani.
Ibid. — *hos campos Rhenus inundet.*
Hos Rhodanus, vastos obliquent flumina fontes:
Luc. 5. Pharſ. *Hoc solum fluctu terras mergente cacumen*

Eminuit,

Eminuit, pontoque fuit discrimen, & astris.
Tu quoque vix summam seductus ab æquore rupem
Extuleras, vnoque iugo Parnasse latebas.
— veluti si cuncta minentur Ibid.
Flumina, quos miscent pelago subducere fontes.
Cum mare conuoluit gentes, cum littora Tethis. Ibid.
Noluit vlla pati, cœlo contenta teneri:
Tunc quoque tanta maris moles creuisset in astra,
Ni superum rector pressisset nubibus vndas. Luca. 6. Phar.
Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros:
Succubuit si qua tellus, tumulumq; furentem
Vndarum non passa, ruit cum flumine toto
Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos.
Aut ex imbribus assiduis exisse rapaceis, Lucr. lib. 5.
Per terras, amnes, atq; oppida cooperuisse.
Nec tanto possent hæc terras opprimere, imbri, Lucret. lib. 6.
Flumina abundare vt facerent, camposque natare.
Cum grauis infuso tellus foret obruta ponto, Ouid. 7. Met.
Deucalionæas effugit in obrutus vndas.
At parte è læua restagnans gurgite vasta Sil. Ital. lib. 5.
Effigiem in pelagi lacus exundabat, inerti
Et la: è multo fœdabat proxima limo.
Ecce velut torrens vndis pluuialibus auctus, Ouid. 2. Fast.
Aut niue quæ Zephyro victa repente fluit,
Per sata perque vias fertur, nec vt ante solebat,
Riparum clausus margine finit aquas.
Quodque fuit campus vallem decursus aquarum
Fecit, & eluuie mons est deductus in æquor. Oui. 15. Met.
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo,
Defectis solitum referens cultoribus æquor. Cla. de Nilo,
Effluit Ægeo stagnantior, acrior alto
Ionio, sesequepatentibus explicat aruis:
Fluctuat omnis ager, remis sonuere nouales,
Sæpius æstiuo taceat cum fortè sopore,
Ceruit cum stabulis armenta natantia pastor.
Vt rapidus torrens, animos cui verna ministrant Stat. 3. Theb.
Flumina, & exuti concreto frigore colles,
Cum vagus in campos frustra prohibentibus exit
Obicibus, resonant permixto turbine tecta,
Arua armenta, viri donec stetit improbus alto
Colle minor, magnoque inuenit in aggere ripas,
— in quns & Nilus inundat,

Stat.3. Theb. — *ac stagna in cærula vertam Imbre superiecto.*
Diruere, & Dirui vrbem & diruta.
Virg. 2. Geor. *Hic petit excidijs vrbem miserosq; penates.*
Virg. 2. Geor. — *rupere fidem constructaq; mella*
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
Virg. 1. Æneï. — *Tyrias olim quæ verteret arces.*
Jbid. *Venturum excidio Libyæ,*
Ibid. *Disiectq; rates, euertitq; æquora ventis.*
Ibid. *Hæc vbi dicta, cauum conuersa cuspide montem*
Impulit in latus.
Virg. 2. Æneï. *Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia:*
Sat patriæ, Priamoq; datum.
Ibid. *Præcipites q; trahit syluas,*
Ibid. — *impulimusque, ea lapsa repente ruinam*
Cum sonitu trahit.
Jbid. *Vrbis vbi capta casum, conuulsaq; vidit Limina tectorum.*
Jbid. — *Troiam incensam, & prolapsa videntem Pergama.*
Jbid. — *euersa ob Pergama,*
Ibid. — *inclementia diuum*
Has euertit opes, sternitq; à culmine Troiam:
Virg. 10 Æne. *Phrygiæ res vertere fundo Conamur.*
Stat. 3. Theb. *Ipse manu Thebas, correptaq; mœnia fundo*
Excutiam, versasq; solo super Inacha tecta Effundã turreis.
Virg. 2. Æneï. *Hic vbi disiectas moles auulsaq; saxis.*
Saxa vides, mistoq; vndantem puluere fumum,
Ibid. *Neptunus muros, magnoq; emota Tridenti*
Fundamenta quatit, totamq; à sedibus vrbem Eruit.
Ibid. *Tum verò omne mihi visum considere in ignes*
Jbid. *Ilium, & eximo verti Neptunia Troia.*
Ibid. *Abnegat excisa vitam producere Troia.*
Virg. 3. Æneï. *Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem*
Immeritam visum superis, cecidit q; superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia,
Virg. 4. Æne. — *dum mœnia frater Destruat:*
Jbid. — *Troianam excindere gentem:*
Ibid. *Non aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis*
Carthago, aut antiqua Tiros flammæq; furentes
Culmina, perq; hominum voluantur, perq; deorum.
Ouid. 1. Met. — *ego vindice flamma*
In dominum, dignosq; euerti tecta penates,
Jbid. *Occidit vna domus, sed non domus vna perire Digna fuit.*
Hor. Epod. 7. — *sua vrbs hæc periret dextra.*
Hor. Epod. 16. *Suis & ipsa Roma viribus ruit.*

Quam

Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
— Parentibusq; abominatus Annibal:
Impia perdemus devoti sanguinis ætas,
Ferisq; rursus occupabitur solum:
Barbarus heu cineres insistens victor, & vrbem
Eques sonanti verberabit vngula,
Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini
(Nefas videre) dissipabit insolens,
— aut alta Ceraunia telo Deijcit.
Quem vocet diuum populus ruentis Imperi rebus. Virg. 1. Geor.
Iræ Thyestem exitio graui Hor. 1. ca. o. 2.
Strauere & altis vrbibus vltimæ Ibid. od. 16.
Stetêre causæ, cur perirent
Funditus, imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
Iniurioso ne pede proruas Stantem columnam.
— dum Capitolio Hor. 1. c. o. 35.
Regina dementes ruinas Funus & imperio parabat. Ibid. o. 37.
— auditumq; Medis Hesperiæ sonitum ruinæ.
— tectaq; Pentei Disiecta non leui ruina Hor. 2 c. o. 1.
Vrbibus augebit terras, iunctisq; iuuencis Ibid. o. 19.
Mœnia subcinctus curuo describet aratro, Manil. lib. 4.
Aut sternet positas vrbeis, inque arua reducet
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas
Tanta erit & virtus, & cum virtute potestas,
Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant,
Incola captiuo qua boue victor arat.
Iam seges est vbi Troia fuit, resecandaque falce. Ouid. epist. 2.
Luxuriæ Phrygio sanguine pinguis humus.
Semisepulta virum curuis feriuntur aratris
Ossa ruinosas occulit herba domos.
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
Strauit & immeritas vrbes Elinque Pylumq;
Diruit, inque meos ferrum flammaque penates Impulit. Oui. 12. Met.
— cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.
Vis vt nulla virum, non ipsi excindere ferro Virg. 5. Ænei.
Calicolæ valeant, stat ferrea turris ad auras,
Iamprimum saxis suspensam hanc aspice rupem, Virg. 6. Ænei.
Disiectaq; procul moles desertaque montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxêre ruinam. Virg. 8. Ænei.

Ibid. *Hanc, vt prona iugo laxum incumbebat ad amnem,*
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus inde repente
Jbid. *Impulit impulsu quo maximus insonat æther.*
Ibid. *Vt bello egregias idem disiecerit vrbes*
Ibid. *Hæc duo præterea disiectis oppida muris.*
Dum bello Argolici vastabant Pergama reges,
Virg. 12. Æn. *Debita, casuraq; inimicis ignibus arces.*
— regna ipsa Latini,
Ni frænum accipere, & victi parere fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Ouid. 3. Met. *— vtinam tormenta, viriquæ*
Mœnia diruerent, ferrumque ignisque sonarent,
Ouid. epist. 4. *Diruta Marte suo Lyrnessia mœnia vidi,*
Oui. epist. 11. *Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam.*
Prop. lib. 1. *Euersosque focos antiquæ gentis Etruscæ.*
Prop lib. 2. *Cum caderent magnæ Laomedontis opes,*
Prop. lib. 3. *Sit ventura dies, mundi quæ subruat arces.*
Jbid. *Castraque Peluti Romano subruta ferro.*
Nouimus quantas dederit ruinas
Luc. 1. Pharſ. *Vrbe flammata, patribusque cæsis.*
At nunc semirutis pendent quod mœnia tectis
Ibid. *Vrbibus Italiæ, lapsisque ingentia muris Saxa iacent.*
Tu quoscunque voles in planum effundere muros.
Ibid. *His aries actus disperget saxa lacertis.*
Luc. 3. Pharſ. *— aut iam quatient euina Nutantes pendere domos,*
Jbid. *Vt videt ingenti Saturnia templa ruelli Mole,*
Molliri nunc ima parans, & vertere ferro
Mœnia, nunc aries suspenso fortior ictu
Incussus densi compagem soluere muri
Tentat, & impositis vnum subducere saxis.
Luc. 6. Pharſ. *— latis exire ruinis*
Ibid. *Quærit, & impulso turres confringere vallo.*
Luc. 7. Phar. *Tum quassa nutant turres, lapsumque minantur.*
Luc. lib. 5. *Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.*
Sternite iam vallum, fossasque implete ruina.
Mœniaque in præceps laturos plena tremores.
Deniq; non lapides quoque vinci cernis ab æuo?
Non altas turreis ruere, & putrescere saxa?
Non delubra Deum, simulacraque fessa fatisci,
Denique non monumenta virum dilapsa videmus,
Cedere proporro, subitóq; senescere casu.
Non ruere auulso silices à montibus altis?

— vt

— vt possint ictu discludere turreis, Luc.lib.7.
Disturbare domes, auellere signa trabeisq;
Et monumenta virum demoliri, atque ciere.
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis. Iuuen. Sat.8.
— omnia vidit Iuue.Sat.19.
Euersa & flammis Asiam, ferroque cadentem,
— tantoque fragore Sil.Ital.lib.3.
Eruta [illegible]usis prosternes oppida muris.
Euersa [illegible]nibus saxa nostris concidant,
Huc eat, & illuc aulæ disiecto obice,
Rumpatque posteisque columen impulsum labet
Procumbat omnis regia. Sen. in Thye.
Admotis nihil est opus
Vrbeis sternere machinis
Longe saxa rotantibus,
— ne fatali Cuncta ruina quassata labent. Ibid.
Deijcite passim mœnia in planum date, Stat. 1. Theb.
Templis deos obruite, maculatos lareis
Conflate ab imo tota concidat domus:
Vrbs concremetur, primus à thalamis meis Incipiat ignis, Manil.lib.1.
Quot post excidium Troiæ sunt erutæ regna?

Vide CADERE.

Discedere.

— regnis excessit auitis Virg.3. Geor.
Mane ruunt portis, nusquam mora, rursus eosdem Virg.4. Geor.
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis admonuit.
— à stabulis pluuia impendente recedunt. Ibid.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta. Virg.1. Æneï.
— patriaque excedere suadet Jbid.
— quibus aduenistis ab oris? Nos abiisse rati. Virg.2. Æne.
— & longo fessi discedere bello. Ibid.
Excessere adytis omnes, arisque relictis. Jbid.
Omnibus idem animus scelerata excedere terra, Virg 3. Æneï.
Linquere pollutum hospitium, & dare classibus Austros.
Prouehimur portu, terræque vrbesque recedunt. Ibid.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus, Ibid.
Iamque ferè sicco subducta littore puppes. Jbid.
— tum littore funem Jbid.
Diripere, excussosque iubet laxare rudentes.
Progredior portu, classes & littora linquens.
— fugite, atque ab littore funem Rumpite. Ibid.
Ne tibi Tyrrhena soluatur funis arena, Prop.lib 1.
Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras. Virg.4.Aene.
— tacitusque mea decedere terra. Tum Ibid.

Jbid. *Tum verò Teucri incumbunt, & littore celsus*
Jbid. *Deducunt toto naues, natat vncta carina,*
Jbid. *Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes,*
Præcipites vigilate viri, & considite transtris,
Soluite vela citi, Deus æthere missus ab alto
Ibid. *Festinare fugam, tortosq; incidere funes*
Virg. 8. Æne. *Ecce iterum stimulat,*
Catullus. *Littora deseruêre. — abitumq; pararet,*
Longè quos simul à domo profectos
Jbid. *Diuersos variæ via reportant.*
Sic tum vestibuli linquentes regia tecta,
A se quisq; vago passim pede discedebant:
Quorum post abitum.
Luc. 10. Phar. *— soluuntq; cauas à littore puppes.*

DISCORDIA, vide CONTENTIO.

DISPONERE, vide ACCOMMODARE.

Distare.

Virg. 3. Ænei. *Nec longo distat cursu.*
Ibid. *Longa procul longis via diuidit inuia terris.*
Ibid. *— refugit q; à littore templum.*
Ouid. 3. Met. *— nec vos mare separat ingens:*
Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis:
Luc. 5. Pharſ. *Hesperia tantum, quantũ semotus Eoo Cardine Parnassus,*
Ouid. 3. Fast. *— nec longius abfuit inde,*
Quàm quantùm nouies mittere funda potest.
Ouid. 8. Met. *Tantum aberant summo, qnantum semel ire sagitta*
Missa potest.
Proper. lib. 1. *Tam multa illa meo diuisa est millia lecto,*
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.
Oui. 13. Met. *Tantum aberat scopulis, quantùm Balearica torto*
Funda potest plumbo medij transmittere cœli.
Manil. lib. 13. *Quantum à terris, atq; æquore signa recedunt.*

Dissimulare.

Virg. 1. Aenei. *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem*
Vir. 4. Ænei. *— & quæ rebus sit causa nouandis Dissimulat.*
Jbid. *Dissimulare etiam speraſti perfide tandem*
Ibid. *Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.*
Mart. lib. 4. *Decipies alios verbis, vultuq; benigno.*
Nam mihi iam notus dissimulator eris:
Mart. lib. 11. *— taces dissimulasq;*

Vide DECIPERE.

Diu durare.

Virg. 2. Geor. *— multósq; per annos*

Mul-

Multa virum voluens durando sæcula vincit. Virg. 4. Geor.
At genus immortale manet, multosq́; per annos Virg. 2. Æneï.
— multos dominata per annos. Ibid.
Relligione patrum multos seruata per annos. Virg. 1. Æne.
Fortia facta patrum series longissima rerum
Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis. Mart. lib. 4.
Longa precor Pylioq́; venit numerosior æuo. Mart. lib. 1.
Semper & hoc vultu, vel meliore nitet. Virg. 6. Æneï.
— multos crescatq́; per annos.
Donec longa dies, perfecto temporis orbe.
Concretam exemit labem. Luc. lib. 1.
Multaq́; viuendo vitalia vincere sæcla.

Vide ÆTERNVS.

Diuersicolor.

Mille trahens varios aduerso sole colores. Virg. 4. Æneï.
— & versicoloribus armis. Virg. 10. Æn.
Effultum pluma versicolore caput. Prop. lib. 3.
Caudaq́; pauonis, larga cum luce repleta est. Luctet. lib. 2.
Censimili mutat ratione obuersa colores.
— innumeros arcu mutante colores. Cla. 2. de rap.
— ver & in aureo. Pubescat variis crine coloribus. Pro.
Auctor.

Vide IRIS.

Diues.

Condit opes alius, defossoq́; incubat auro. Virg. 2. Geor.
— diues opum Ditissimus agri. Virg. 1. Æne.
— donis opulentum. Ibid.
Licet superbus ambules pecunia. Hor. Epod.
Sis pecore, & multa diues tellure licebit, Ho. Epod. 15.
Tibiq́; Pactolus fluat.
Quam diues pecoris, niuei quàm lactis abundans? Vir. Eclog. 12.
— indocilis pauperiem pati. Hor. 1. c. 9. 1.
— ditesq́; Micenas. Ibid. od. 7.
Premant calena falce quibus dedit Ibid. o 31.
Fortuna vitem, diues, & aureis
Mercator exiccet cululis
Vina Syra reparata merce.
Te greges centum Siculæq́; circum Ho. 2. c. o. 18.
Mugiunt vaccæ, tibi tollit hinnitum
Apta Quadrigis equa, te bis Aphro Murice tincta
Vestiunt lanæ.
Intactis opulentior Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ.
Cementis licet occupes. Ho. 3. c. o. 24
Tyrrhenum omne tuis, & mare ponticum. Mart.

At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et libertinis arca flagellat opeis.
Mart. lib. 5. *Magnaq; Niliaca seruit tibi gleba Syenes,*
Mart. lib. 2. *Tondet & innumeros gallica Parma gregeis,*
Mart. lib. 1. *Cræso diuitior licet fuissem,*
Virg 5. Ænei. *Et cuius laxas arca flagellat opes.*
Virg. 7. Æne. *Largas opum.*
— opibusq; superbi
— Ausoniisq; olim ditissimus aruis,
Quinq; greges illi balantum, quinta redibant
Auctor. *Armenta, & terram centum vertebat aratris.*
Ouid. 5. Met. *Quin opibus, gazis & honoribus ardua coniux.*
— Dorilus ditissimus agri,
Diues agri Dorilus, quo non possederat alter
Latiùs aut totidem tollebat farris aceruos.
Oui. epist. 13. *— multo spectabilis auro,*
Tib. lib. 1. *Diuitias alius fuluo sibi congerat auro*
Et teneat culti iugera magna soli.
Nam grauc quid prodest pondus mihi diuitis auri,
Aruaq; si findant pinguia mille boues?
Quidve domus prodest Phrygijs innixa columnis
Aurataq; trabes, marmoreumq; solum?
Quidve in Erytræo legitur quæ littore concha,
Tib. lib. 1. *Tinctaq; sidonio murice lana iuuat?*
Possideat q; metit quicquid bene olentibus aruis
Cultor odoratæ diues Arabs segetis,
Et quascumq; niger rubro de littore conchas
Proximus Eois colligit indus aquis.
Mart. lib. 5. *Sunt tibi (confiteor) diffusi iugera campi,*
Vrbanique tenent prædia multa lares.
Et seruit domina numerosus debitor arcæ,
Sustentatq; tuas aurea mensa dapes.
Ho. 4. se. sat. 2 *Diues agris diues positis in fœnore nummis.*
Stat. 2. Theb. *— satis auro diues, & ostro conspicuus,*

Vide AVARVS.

Diuidere.

Virg. 4. Geor. *— simul alta iubet discedere latè*
Flumina qua iuuenis gressus inferret, at illum
Curuata in montis faciem circumstetit vnda,
Accepitq; sinu vasto, misitq; sub amnem.
Virg. 1. Ænei. *— laxis laterum compagibus omnes*
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt,
Pars in frusta secant.

— operumq; laborem Partibus æquabat iustis, Jbid.
— & socios partitur in omnes. Ibid.
Nequicquam Deus abscidit Hor.1. c.o. 3.
Prudens Oceano dissociabili Terras
Hanc Deus, & melior litem natura diremit, Ouid.2. Met.
Nam cœlo terras, & terris abscidit vndas,
Et liquidum scisso secreuit ab aëre cœlum,
Congeriem secuit, sectamq; in membra redegit.
— qua medius liquor Secernit Europen ab Aphro, Hor.3. c.o. 3.
— geminas qui separat arctos. Ouid 3. Met.
Iuppiter ex æquo volentem diuidit annum. Ouid. 5 Met.
— & medium luci, atq; vmbris iam diuidit orbem. Virg.1.Geor.
— & vnda tumente Calpen reddiderint, Auctor.
Abylamq; scissas. Jbid.
Quot separatos ad sacrorum
Tecta vias apices dedisti.
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem Virg.9.Æneï.
Diuidit, impubesq; immani vulnere malas Jbid.
— at q; illi partibus æquis
Huc caput, at q; illuc humero ex vtroq; pependit. Boet.lib 5.
Et mox ab iunctis dissociamur aquis. Luc.2. Pharſ.
— qualiter vndas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isthmos. Se.in He.fur.
Vtrinq; montes soluit abrupto obice,
Et iam ruenti fecit Oceano viam. Manil.lib.1.
— per treis id diuide partes. Ibid.
— id ducito in æquas Sex partes. Jbid.
Distinguit q; duas medio discrimine summas.

Diuitiæ.

Condit opes alius defossq; incubat auro. Vir.2.Georg.
Auxiliumq; viæ, & veteres tellure recludit Virg.1. Æne.
Thesauros ignotum argenti pondus, & auri,
— onerant q; auro, portantur auari Ibid.
Pigmalionis opes pelago.
— auri cum pondere magno. Virg.3.Æneï.
— stipat q; carinis Ingens argentum. Ibid.
Sidonias q; ostentat opes. Virg.4.Æneï.
— Troia gaza. Jbid.
— beatis nunc Arabum inuides Gazis. Ho.1.ca.o.16
Aut pinguis Phrygiæ Migdonias opes Hor.2. c.o.12
Plenas aut Arabum domos,
— non gemmis, neq; purpurea venale, nec auro. Jbid.od.16.
Effodiuntur opes irritamenta malorum. Ouï.1. Met.

Quan-

Juuen. Sat. 3. *Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca.*
Juuen. Sat. 6. *Prima peregrinos obscœna pecunia mores*
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
Iuuen. Sat. 14. *Diuitiæ molles.*
Interea pleno cum turget sacculus ore,
Virg. 5. Æneï. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,*
Virg. 7. Æne. *— argenti magnum dat ferre talentum.*
Catullus. *Diuitiis vber agri Troiæve opulentia deerit.*
Ipsius at sedes, quacumq; opulenta recessit
Regia fulgenti splendent auro atq; argento:
Candet ebur solijs, collucent pocula mensis,
Tota domus gaudet regali splendida gaza.
Tib. lib. 1. *— nullo te diuitis auri*
Pondere, non gemmis vendere velle fidem.
Tib. lib. 3. *Non opibus mentes homini, curæq; leuantur,*
Nam fortuna sua tempora lege regit.
Ibid. *Nec me regna iuuent, nec Lydius aurifer amnis,*
Nec quas terrarum sustinet orbis opes.
Tit. lib. 4. *Non mihi cum magnis opibus domus alta niteret.*
Prop. lib. 3. *Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro.*
Nec bibit è gemma diuite nostra sitis.
Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,
Ibid. *Nec miser ara peto classe Corinthe tua.*
Ergo solicitæ tu causa pecunia vitæ es,
Per te immaturum mortis adimus iter,
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.
Boet. lib. 2. *Tantas fundat opes nec retrahit manum*
Pleno copia cornu.
Boet. lib. 3. *Quamuis fluente diues auri gurgite,*
Non expleturus cogat auarus opes.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exsuperans patrimonia census.
Hinc sacra mandantur opes, orbisq; tributa
Possessi, quicquid fluuijs euoluitur auri,
Quicquid luce procul venas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit solertia Bessi.

Vide Dives, & Avrvm.

Docere, &c.

Virg. 3. Geor. *Tum quos ad studium, atq; vsum formabis agrestem*
Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi
Ibid. *Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas*
Virg. 3. Aenei. *— causas, & signa docebo.*

Da pater augurium, atq; animis illabere nostris. Ibid.
— socios simul instruit armis. Virg. 4. Æne.
— nunc qua ratione quod instat Ouid 2. Met.
Confieri possit paucis, aduerte docebo. Ibid.
Et documenta damus,
Littera pro verbis, quam pes in puluere duxit, Virg. 1. Geor.
Corporis indicium mutati tristia peregit: Vir. Eclog. 1.
Possum multa tibi veterum præcepta referre: Ho. 1. c. 0. 10.
— iste Deus qui sit da Tityre nobis.
Qui feros cultus hominum recentum Ho. 2. c. 0. 10.
Voce formasti. Ouid. epist. 1.
Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem.
— natus qui mollibus annis Pers. Sat. 1.
In patrias artes erudiendus erat. Hor. 3. c. 0. 10
Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter.
— & tenera nimis Virg. 5. Aen.
Mentes asperioribus formanda studiis.
— unum Trithonia Pallas Ouid. 2. de ar.
Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte.
Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem, Ouid. 8. Met.
Atq; animos molli contudit arte feros. Manil. libr. 2.
— damnosasq; erudit artes.
Vt rudibus pueris monstratur littera primum
Per faciem, nomenq; suum: tum ponitur vsus,
Tum coniuncta suis formatur syllaba nodis?
Hinc verbis structura venit per membra legendi
Tum rerum vires, atq; artis traditur vsus,
Perq; pedes proprios nascentia carmina surgunt,
Singulaq; in summa prodesi didicisse priora,
Quæ nisi constiterint propriis fundata elementis.
Versis, quæ propere dederint præcepta magistri.
Effluat in vanum rerum præposterus ordo.
— dulci tincta lepore Manil. lib. 4.
Corda creat, & voce bonos, citharaq; sonanti
Instruit, & doteis alto cum pectore iungit.
Namq; huic tradiderat fatorum ignara docendam Ouid. 8. Met.
Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.

DOCTVS, vide ELOQVENS.

Dolere, & Dolor pro tristitia.

— curisq; ingentibus ager Virg. 1. Æneid.
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant Ibid.

Suppli-

Suppliciter tristes, & tonsæ pectora palmis.
Virg.2.Æneï. *Infandum regina iubes renouare dolorem*
Ibid. *— mœstorumq; ora parentum,*
Virg.3.Æneï. *Cœruleis mœstæ vittis, atraq; Cupresso,*
Virg.4.Aene. *At regina graui iamdudum saucia cura.*
Virg.1.Æne. *— mœrentia pectora mulcet.*
Ouid.1.Met. *Est tamen humani generis iactura dolori.*
Ibid. *Nec finire licet tantos mihi morte dolores.*
Ibid. *— nunquam tibi causa doloris Hæc erit.*
Hor. in Canid. resp. *Fastidiosa tristis agrimonia.*
Albi ne doleas plus nimio memor.
Hor.1.c.o.33. *Immitis Glycera, neu miserabiles Decantes elegos.*
Hor 3 c.o 3. *Seu mœstus omni tempore vixeris.*
Oui.in Ibin. *Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore.*
Noxq; die grauior. sit tibi, nocte dies.
Virg.11 Æne. *Præcipitant curæ, turbata; funere mens est.*
Virg.6.Æneï. *Sed frons læta parum & deiecto lumina vultu,*
Virg.7.Æne. *— stetit acri fixa dolore*
Virg.12.Æne. *Hic venus indigno nati concussa dolore.*
Oui.6.Met. *— dolor ora premsit.*
Virg.5.Aeneï. *Tum verò exarsit Iuueni dolor ossibus ingens,*
Nec lacrymis caruere genæ.
Ibid. *— necdum antiquum exaturata dolorem.*
Virg.8.Æne. *Flos veterum virtusq; virum, quos iustus in hostem*
Virg 9.Æneï. *Fert dolor.*
— nec soles tangit Atridas Iste dolor.
Vir.10.Aene. *Quid me alta silentia cogis*
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Ibid. *— furiisque agitata doloris.*
Ouid.5.Met. *— contemptaque fontis*
Iura sui mœrens inconsolabile vulnus
Mente geret tacita, lachrymisq; absumitur omnis.
Oui.epist.12. *— vultu mœrente satelles.*
Catullus. *Omnia tecum vnà perierunt gaudia nostra,*
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Tib.lib.2. *Hæc studia, atque omnes delicias animi.*
O ego ne possim tales sentire dolores.
Nunc & amara dies, & noctis amarior vmbra est,
Omnia nam tristi tempora felle madent.
Sed veniat chara matris comitata dolore,
Ibid. *Mœreat hæc genero, mœreat illa viro.*
Luc.2.Pharſ. *Tunc questus tenuere suos, magnusque per omnes*

Erra-

Errabat sine voce dolor. Ou.3.de Pōt.
— mœstæque tenent delubra catervæ,
Hæ lachrymis sparsere deos, hæ pectora duro
Affixere solo, lacerasque in limine sacro
Attonitæ fudere comas.
Vtque reformidant insuetum lumine solem.
Sic ad lætitiam mens mea segnis erat. Virg. 5 Æneid.
Duri magno sed amore dolores Polluto.

Dolium,

Et horna dulci vina promens dolio. Hor. Epod 2.
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa Virg Eclog. 6.
— cadit cum fece siccatis Ho.1.ca.0.39.
— nec parce cadis tibi destinatis, Ho.2.ca.0.9.
Obliuioso leuia Massico Ciboria exple.
Depone quadrimum Sabina Ho.2.ca 0.9.
O Thaliarche merum diota.
Vile potabis modicis Sabinum,
Cantaris, Græca quod ego ipse testa Conditum leui. Ibid. od.20.
Dolia dum, magni deficient que lacus Tib lib.2.
Dummodo purpureo spument mihi dolia musto. Prop.lib.3.
Albanoque cadum sordentem promere fumo, Statius.

DOLOR. *vide* DOLERE.

Dominari & dominium.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma. Virg.2 Geor.
— consortia tecta Virg.4.Geor.
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus ævum.
— victorque volentes Ibidem.
Per populos dat Iura, viamque affectat olympo:
Hinc populum, latè regem, belloque superbum. Virg. 1. Æneid.
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat, Ibid.
Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem.
Sed mihi sorte datum, tenet ille immania saxa.
Vestras Eure domos, illa se iactet, in aula
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.
ô qui res hominumque Deumque Ibid.
Aeternis regis imperijs, & fulmine terres.
Qui mare, qui terras omnes ditione tenerent. Ibid.
— moresque viris, & mœnia ponet. Ibid.
Triginta magnos volueudis mensibus orbes Ibid.
Imperio explebit, regnumque à sede Lauini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam,
Hic iam ter centum totos regnabitur annos. Ibid.
Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno

Qua

Quæ mare nunc, terrasque metu, cœlumq; fatigat
Consilia in melius referet, mecumq; fouebit
Ibid. *Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.*
— claraſque My cenas
Ibid. *Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.*
Ibid. *Imperium Oceano famam qui terminet Aſtris.*
Ibid. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.*
Iura dabat, legesq; viris, operumque laborem
Ibid. *Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.*
Ibid. *Iuſtitiaque dedit gentes frænare ſuperbas.*
Virg.12. Æne. *— genitor tum Belus optimam*
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.
Ibid. *Incenſa Danai dominantur in vrbe.*
— tot quondam populis, terrisque ſuperbum
Virg.5 Æneï. *Regnatorem Aſiæ.*
Ibid. *Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris.*
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes
Virg.4. Æneï. *Coniugio Aeacidæ Pyrrhi ſceptrisque potitum.*
Sed fore qui grauidam Imperijs, belloq; frementem
Italiam regeret genus alto à ſanguine Teucri.
Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem.
Virg.1. Geor. *— vrbeſne inuiſere Cæſar,*
Terrarumq; velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempeſtatumque potentem.
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immenſi venias maris ac tua nauta
Ibid. *Numina ſola colant, tibi ſeruiat vltima Thule.*
Virg Eclog 4 *Nec tibi regnandi veniat iam dira cupido.*
Ho.1. ca.o.12 *Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.*
Te minor latum reget æquus orbem,
Hor.2.c.od.2. *Tu graui curru quaties Olympum.*
Latius regnes auidum domando
Ho.3.ca.o.9. *Spiritum quam ſi Libyam remotis*
Gadibus iungas, & vterque Pœnus Seruiat vni.
— ſtet Capitolium
Fulgens, triumphatisque poſſit
Ibid.od.4. *Roma ferox dare Iura Medis.*
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & vrbes, regnaque triſtia,
Diuoſque, mortaleſque turbas
Imperio regit vnus æquo.
Ibid. od.14. *— tenente Cæſare terras.*
Ouid.2. Met. *— quod dominari cætera poſſet.*

— effigiem moderantum cuncta deorum, Virg. 6. Æneï.
En huius nate auspiciis illa inclita Roma
Imperium terris, animos æquabit olympo. Ibid.
— super & Garamantas, & Indos Proferet imperium. Jbid.
— primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis. & paupere tecto
Missus in imperium magnum.
Tu regere imperio populos Romane memento. Jbid.
Externi venient generi, quæ sanguine nostrum Virg. 7. Aene.
Nomen in astra ferant, quorumq; à stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua sol vtrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertiq; regiq; videbunt. Jbid.
— hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem. Ibid.
— cum regna teneret
Iam senior, patriis: sed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Sarrastes populos.
Quin omnem Hesperiam penitus sua subiuga mittant, Virg. 8. Æne.
Et mare, quod supra teneant, quodq; alluit infra. Ibid.
— sic placida populos in pace regebat. Ibid.
Hanc multos florentem annos, rex deinde superbo
Imperio & sauis tenuit Mezentius armis
Genti te placidæ tam locupletia Auctor.
Dantem iura, graues tamq; salubribus
Terras auspiciis, & pare creditas
Seruantem studio conspiciens oues,
Euhyo possis comitante leges Ponere Francis. Jdem.
Terra autem in manibus nostris. Virg. 9. Æne.
— tumidusq; nouo præcordia regno. Jbid.
— magna ditione iubeto Carthago premat Ausoniam. Virg. 10. Aen.
— decus, imperiumque Latini. Virg. 12. Æne.
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.
— me regia Cadmi sub domina est Ouid. 6. Met.
Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erectheus. Ibid.
Hic Ephyrem bimarem, Scythiam tenet ille niuosam. Oui. epist. 12.
Omne tenet, ponti qua plaga læua iacet.
India quin Auguste tuo dat colla triumpho, Boet. lib. 2.
Et domus intacta te tremit Arabia. Prop. lib. 2.
Et si qua extremis tellus se subtrahit oris,
Sentiet illa tuas postmodo victa manus. Jbid.
Is mos Saturno regna tenente fuit. Luc. 5. Pharf.
— mundi iam summa tenentem

Mart. lib. 7. — *summe mundi rector, & parens orbis.*
Mart. lib. 5. *Cui pater æternas post sæcula tradat habenas,*
Quique regas orbem cum seniore senex.
Prop. lib. 3. — *parat vltima terra triumphos,*
Tigris & Euphrates sub tua iura fluent,
Boet. lib. 2. *Hic tamen sceptro populos regebat,*
Quos videt condens radios sub vndas
Phœbus extremo veniens ab ortu,
Quos premunt septem gelidi Triones,
Quos Notus sicco violentus æstu
Boet. lib. 3. *Torret, ardentes recoquens arenas.*
Et enim licet indica longè
Tellus tua iura tremiscat,
Boet. lib 4. *Hic regum sceptrum dominus tenet,*
Orbisque habenas temperat.
Statius. — *quantusque potentes*
Mille vrbes Asiæ sortito rexerit anno
Imperium mulcente toga.
Ouid. 1. de art. *Totaque sub regno terra futura tuo est.*
Ouid. epist. 15. *Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora est.*
— *Finibus immensis vix obeunda tenet.*
Ibid. *Ibi Dardanias ingens regina per vrbes.*
Luc. 1. Pharsal. — *partiri non potes orbem, Solus habere potes.*
Lucr. lib. 3. *Inde alij multi reges, rerumque potentes*
Occiderunt magnis qui gentibus imperitarunt.
Marr. lib. 6. *Terrarum dominum propius videt ille, tuoque*
Terretur vultu barbarus & fruitur.
Stat. 1. Theb. — *maneas hominum contentus habenis.*
Vndarum, terræque potens.
Manil. lib. 1. *Cæsar patriæ princepsque paterque,*
Manil. lib. 4. *Qui regis augustis parentem legibus orbem*
Concessumq; patri mundum Deus ipse mereris.
Imponetq; iugum terris, legesq; togabit,
Illum vrbes, & regna trement, nutuq; regentur
Vnius, & cæli post terras iura manebunt.

Domus.

Virg. 2. Geor. — *foribus domus alta superbis.*
Vir. 3. Georg. — *redeunt in tecta.*
Ibid. — *sub terra fodere larem.*
Ibid. — *sine vllis hospitiis.*
Ibid. — *tectumq;, laremq;.*
Ibid. — *& certos nouere penates.*
Ibid. — *intra septa domorum.*

— cun-

— cunctantur in ædibus. Ibid.
— statio tutissima nautis, Ibid.
Miratur molem Æneas magalia quondam, Virg. 1. Æneid.
At domus interior regali splendida luxu. Ibid.
Fit strepitus tectis, vocemq; per ampla volutant Atria. Ibid.
— aditis effert penetralibus ignem Virg. 2. Æne.
Limen erat, cæcæq; fores, & pervius usus Tectorum interse, Ibid.
Apparat domus intus, & atria longa patescunt. Ibid.
Limina tectorum Ibid.
Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat. Virg. 3. Æneid.
Hospitium antiquum Troiæ, sociq; penates. Ibid.
Linquere pollutum hospitium. Vir. 4. Æneid.
Interiora domus irrumpit limina. Ouid. 1. Met.
Arcadas hinc sedes, & in hospita tecta tyranni Ingredior. Ibid.
Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni Amnis. Hor Epod 2.
— & superba civium Potentiorum limina. Ho. 1 c. o. 30.
— decoram Transfer in ædem. Ho. 2. c. o. 18.
Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes hymetiæ.
Premunt columnas ultima recisas Aphrica. Hor. 1. c. o. 20
Mundaq; parvo sub lare pauperum
Cœnæ sine aulæis, & ostro. Ouid. 1. Met.
— suos posuere penates Ibid.
Haud timeam magni dixisse pallatia cœli. Mart. libr 1.
Invidiosæ feri radiabant atria regis,
Vnaque iam tota stabat in vrbe domus. Mart. lib 8.
Laurigeros domini liber intrature penates Mart. lib. 2.
Inde petit centum pendentia tecta columnis. Mart. lib. 1.
— clari sub fronte penates,
Atriaq; excelsæ sint adeunda domus. Ibid.
Inde sacro veneranda petes pallatia cliuo. Ouid. 2. Met.
Regia solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasq; imitante pyropo,
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
Argenti bisores radiabant lumina valuæ, Juuen. Sat. 5.
— cum frigida parvas
Præberet spelunca domos. ignemq; laremq;,
Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra
Nutrita faustis sub penetralibus. Hor. 2. c. o. 4.
Pergameumq; larem, & cana penetralia Vestæ. Virg. 5. Aenei.
Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis, Virg 7. Æne.
Tectum augustum, ingens. centum sublime columnis Ibid.
Vrbe fuit summa, laurentis regia Pici.

Virg. 8. Aene. — *rara domorum Tecta vident.*
Ibid. — *angusti subter fastigia tecti.*
Virg. 9. Æne. — *per magnos Nise penates.*
Catullus. *Assaraciq; larem, & canæ penetralia Vestæ.*
Idem. *Venistine domum ad tuos penates?*
Jdem. — *venimus larem ad nostrum.*
Rustica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.
Jdem. *Sic tum vestibuli linquentes regia tecta.*
Idem. *Ipsius ad sedes, quacunque opulenta recessit*
Regia. fulgenti splendent auro, atque argento
Candet ebur solijs, collucent pocula mensis,
Tota domus gaudet regali splendida gaza.
Tib. lib. 2. — *cum paupere cultu*
Stabat in exigua ligneus æde deus.
Ibid. *Occupat in parua pigra senecta casa.*
Tib. lib. 2. *Et stabant humiles in Iouis arce casæ.*
Tib. lib. 3. *Non vt marmorei prodirem è limine tecti*
Insignis, conspicuusque domo
Jbid. *Quidue domus prodest Phrygiis innixa columnis,*
Tænare siue tuis sine Chariste tuis
Tib. lib. 4. *Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret.*
Prob. lib. 3. *Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis,*
Nec camera auratas inter eburna trabes.
Statius. *Quod domuum celsis niteat laquearibus aurum.*
Ouid. 2. de ar. — *cum solem nondum prohibebat, & imbrem Tegulæ.*
Lu. ad Ca. Pis. — *dignare tuos aperire penates.*
Mart. lib. 5. *At tua centenis incumbunt tecta columnis.*
Se. in He. fur. *Ille superbos aditus regum,*
Durasq; fores expers somni colit.
Sen. in Thye. *In arce summa Pelopis, vna est pars domus*
Conuersa ad Austros, cuius extremum latus
Aequale monti crescit, atque vrbem premit,
Et contumacem regibus populum suis
Habet sub ictu, fulget hic turbæ capax
Immane tectum, cuius, auratas trabeis
Varius columnæ nobiles maculis ferunt:
Post ista vulgo nota, quæ populi colunt,
In multa diues spatia discedit domus:
Arcana in imo regia recessu patet.
Tectum, augustum, ingens, non centum insigne columnis:
Stat. 4. syl. *Sed quantæ superos, Cœlumq; Atlante remisso*
Sustentare queant, stupet hoc vicina Tonantis Regia.

— cum

— cum ponit vterque Ho.1.ſe.ſat.6.
In locuplete domo veſtigia rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos. Stat.2.Theb.
— lato regalia catu Atria complantur.

DOMVS RVSTICA, vide CASA.

DONVM, donis afficere.

— ſunt & ſua dona parenti, Virg.3.Aenei.
Addit equos, additq; duces
Dona dehinc auro grauia, ſectoque elephanto Ibid.
Imperat ad naues ferri, ſtipatq; carinis Ingens argentum.
Textilibusq; onerat donis ac talia fatur, Ibid.
Accipe, & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint, puer, & longum Andromaches teſtentur amorem
Coniugis Hectoreæ, cape dona extrema tuorum.
extremum hoc miſera det munus amanti, Virg.4.Aene.
— dites qua munera Dido Fecerat. Ibid.
— petit hanc Saturnia munus. Ouid.1.Met.
Sed leue ſi munus. Virg. Eclo. 2.
Fiſtula, Damætas dono mihi quam dedit olim Virg. Eclog.5
An quidquam nobis tali ſit munere maius? Ibid.
Hæc te nos fragili donabimus ante cicuta. Ibid.
Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona? Mart.lib.3.
Cuius vis fieri libelle munus? Mart.lib.10.
— quem cum mihi Roma dediſſet,
Nil tibi quod demus maius habemus ait. Mart.libr.2.
Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus, Ibid.
Quæ vel donanti non graue munus erat. Mart.lib.4.
— caro perferi leue munus amico.
Hæc tibi vir quondam, nunc frater, caſta Neæra,
Mittit & accipias munera parua rogat. Mart.lib.1.
Munera quod ſcribis, viduisq; ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem.
Quid ſit largiri, quid ſit donare docebo. Virgil.
Si neſcis, dona Gargiliane mihi.
Munera nec ſperno Ouid.epiſt.2.
— cui dites egenti Munera multa dedi. Ouid 2. Met.
— quoduis pete munus & illud Me tribuente feres. Virg.5 Æneï.
Sergeſtum Æneas promiſſo munere donat. Ibid.
— ſed latum amplexus Aceſten
Muneribus cumulat magnis. Ibid.
Cratera impreſſum ſigni, quem Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Cyſſeus Oui. epiſt. 11.
Ferre ſui dederat monumentum, & pignus amoris,

Catullus. *His mea muneribus genitor connubia donat.*
Nam sudaria Setaba ex Iberis
Miserunt mihi muneri Fabullus, & Verannius.
Jdem. *— hoc nouum, ac repertum*
Munus dat tibi Silla litterator.
Jdem. *Hoc tibi quo potui confectum carmine munus*
Pro multis alijs redditur officijs.
Tib.lib.3. *Et vaga nunc certa discurrunt undiq; pompa*
Perq; vias vrbis munera, perq; domos.
Prop.lib.2. *Hæc tibi contulerint cœlestia munera diui,*
Non, non humani sunt partus talia dona.
Virg.2.Ænei. *— timeo Danaos & Dona ferentes.*
Mart.lib.9. *Si mihi Picena turdus palleret oliua,*
Tenderet aut nostras sylua Sabina plagas:
Aut crescente vadis traheretur arundine præda,
Pinguis & implicitas virga teneret aues:
Chara daret solenne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior esset auus.
Nunc si turnos inopes, frigillarumq; querelas
Audit: & arguto passere vernat ager.
Inde salutatus picæ respondet arator,
Hinc propè summa rapax miluus in astra volat.
Mittimus ergò tibi parua munuscula cortis:
Qualia si recipis, sæpè propinquus eris.

Vide PRÆMIVM XENIA & LIBERALIS.

Dormire.

Virg.2.Geor. *— molleq; sub arbore somni Non absunt.*
Ibidem. *— & Sarrano dormiat Ostro.*
Virg.3.Geor. *Et multa duram stipula, filicumq; maniplis*
Stertere subter humum.
Jbid. *— molles sub dio carpere somnos*
Ibid. *— nec somnos abrumpit cura salubres.*
Virg.4.Geor. *Post vbi iam thalamis se composuere siletur*
In noctem, fessiq; suos sopor occupat artus,
Jbid. *— quo fessus ab vndis*
Se recipit facile, vt somno aggrediare iacentem.
Jbid. *— incœpto tegeret cum lumina somno.*
Ibid. *Sternunt se somno diuerso in littore Phoca.*
Jbid. *— conditq; natantia lumina somnus*
Virg.1.Æne. *— primo quæ prodita somno*
Ibid. *Tydides multa vastabat cæde cruentus.*
Ibid. *Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,*
Aut super Idalium sacrata sede recondam.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem Irrigat. Virg. 2. Æneĝ.
— suadentq; cadentia sydera somnos. Ibid.
— fusi per mœnia Teucri
Conticuere, sopor fessos complectitur artus. Ibid.
Inuadunt vrbem somno, vinoq; sepultam, Ibid.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratissima serpit. Virg 3. Æneĝ.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat, Ibid.
Sternimur optata gremino telluris ad undam
Sortiti remos, passimque in littore sicco
Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. Ibid.
— vinoque sepultus
Cernicem inflexam posuit, iacuitq; per antrum
Immensum saniem eructans, ac frusta cruenta Virg. 4. Æneĝ.
Per somnum commixta mero. Ibid.
— stratisq; relictis Incubat. Ibid.
— Nec dulci declinat lumina somno.
Somno positæ sub nocte silenti, Ibid.
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
— Nec vnquam Ibid.
Soluitur in somnos oculisue aut pectore noctem Accipit. Ibid.
— Iam certus eundi Carpebat somnos Ibid.
— Potes hoc sub casu ducere somnos?
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Ouid. 1. Met.
Corpora per terras Nocte grauem somnc. Ibid.
Inde suis vicibus capiebant bina quietem. Ibid.
Ille tamen pugnat molles euincere somnos,
Et quamuis sopor est oculorum parte receptus.
Parte tamen vigilat. Ibid.
— vidit Cyllenius omnes
Succubuisse oculos, adopertaq; lumina somno. Ibid.
— firmatque soporem
Languida permulcens medicata lumina virga. Hor. Epod 2.
Somnos quod inuitet leues fera Dulci sopore languida, Ibid.
— inter fericos lacere pulullos amant. Hor. Epod. 8.
Tunc somni dulces. Virg. 1. Geor,
Sæpe leni somnum suadebit inire susurro. Vir. Eclog. 1.
Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem Ibid.
Fronde super viridi. Virg. Eclo 6.
Silenum pueri somno videre iacentem Ho. 3. ca. o. 4.
Vt tuto ab atris corpore viperis Dormirent. Ibid. od. 1.
Non auium citharæque cantus
Somnos reducent, somnus agrestium

Lenis virorum non similes domos
Fastidit, vmbrosamq; ripam,
Mart. lib. 2. *Sit nox cum somno.*
Mart. lib. 3. *— somni post vina petuntur.*
Oui. in Ibin. *— somno meliore fruaris.*
Mart. lib. 1. *Non rumpet altum pallidus somnum reus,*
Sed mane totum dormies.
Oüi. 12. Met. *In tanto fremitu, cunctis sine fine iacebat*
Sopitus venis, & inexperrectus Aphidas.
Ibid. *— nox est data cætera somno.*
Clau. *Venator defessa toro cum membra reponit.*
Boet. lib. 2. *Somnos dabat herba salubres.*
Ouid. 8. Met. *Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis*
Pectora somnus habet.
Virg. 5. Æneï. *Iamq; ferè mediam cœli nox humida metam*
Contigerat, placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ.
Ibid. *— datur hora quieti,*
Pone caput, fessosq; oculos furare labori.
Ibid. *— cunctantiq; natantia lumina soluit:*
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Virg. 7. Æne. *Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit.*
Virg 8. Æneï. *Nox erat, & terras animalia fessa per omnes*
Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat.
Cum pater in ripa, gelidiq; sub æthere axe
Æneas, tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramq; dedit per membra quietem.
Ibid. *— placidumq; petiuit*
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Virg. 12. Æn. *— oculos vbi languida pressit*
Virg. 9. Æneï. *Nocte quies. Cætera per terras omnes animalia somno*
Laxabant curas & corda oblita laborum.
Virg 6. Æneï. *— custode sepulto.*
Ibid. *Tum me confectum curis, somnoq; grauatum*
Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem
Dulcis, & alta quies, placidæq; simillima morti.
Virg. 7. Æne. *Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.*
Ibid. *— placidæ cum nocte iaceres.*
Auctor. *Anxia cœlesti membra sopore rigat.*
Virg. 9. Æne. *— somno vinoq; soluti Procubuere, Conticuere.*
Ibid. *— passim vino, somnoq; per herbam*
Corpora fusa vident, arrectos littora currus,
Inter lora, rotasq; viros, simul arma iacere, Vina simul

— qui

— qui forte tapetibus altis — Jbid.
Extructus, toto proſtabat pectore ſomnum.
— ſomnoq; grauatum Aggreditur. Ouid. 5. Met.
Ille mero, ſomnoq; grauis titubare videtur. Ouid. 3. Met.
Tutius eſt iacuiſſe toro. Oui. Epiſt. 3.
Nox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem Ouid. epiſt. 8.
— condidit in mœſto procubuit q; toro,
Pro ſomno lachrymis oculi funguntur obortis.
Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno.
Iamq; cibo, vinoq; graues, ſomnoq; iacebant, Oui. epiſt. 14.
Securumq; quies alta per Argos erat.
— animo te nocte videbam, Oui. epiſt. 15.
Lumina cum placido victa ſopore iacent, Catullus.
Cum mens onus reponit, ac peregrino
Labore feſſi venimus larem ad noſtrum,
Deſideratoq; acquieſcimus lecto Idem.
Nimio è labore ſomnum capiunt ſine Cerere,
Piger his labantes languore oculos ſopor operit, Jdem.
Abit in quiete molli rabidi furor animi. Tib. lib. 2.
— eam dulci deuinctam lumina ſomno.
— ſatis eſt requieſcere lecto
Scilicet, & ſolito membra leuare toro.
Securum ſomnos igne iuuante ſequi. Ibid.
— & puro ſecubuiſſe toro. Ibid.
— ſomniumq; petebat. Ibid.
Securus varias dux gregis inter oues.
Nec me ſopierat menti deus vtiles ægræ Somnus. Tib. lib. 3.
Preſſit languentis lumina ſera quies. Jbid.
Et cùm te fuſco ſomnus velauit amictu. Ibid.
Quod ſi Bacche tuis per feruida tempora donis, Proper. lib. 3.
Acceſſitus erit ſomnus in oſſa mea.
Experiar ſomnum, de te mihi ſomnia quæram, Prop. lib. 4.
Fac venias oculis vmbra benigna meis:
Dixit & incerto permiſit brachia ſomno. Statius.
Iam iam deficio, tuoq; Baccho
In ſerum trahor ebrius ſoporem. Jdem.
Stratis pranitet, incubatq; ſomno. Ou. 1. de rem.
Nocte fatigatum ſomnus, non cura puellæ,
Excipit, & dulci membra quiete leuat.
— ſubit furtim lumina feſſa ſopor. Oui. Epiſt. 18.
Stramina nec digitis cecidere ſopore remiſſis. Jbid.
Collaq; puluino noſtra ferenda dedi,
— verſa cervice recumbo. Ouid. epi. 15.

Ouid.epist.16. *Hic ego si vidi mulcentem pectora somnum Noctibus.*
Luc.4 Pharſ. *Inde soporifero cesserunt languida somno Membra ducis*
Luc.5.Pharſ. — *corpora segnis Nostra sopor tenuit*
Ibid. *Securos cepisse pudet cum coniuge somnos,*
Ibid. — *somno quàm sæpe grauata.*
Luc.lib.3. *Præterea molli somno cum dedita membra,*
Effusumq; iacet sine sensu corpus onustum
Ibid. *Aut abit in somnum grauis.*
Luc.lib.4. — *& fessum corpus mandare quieti.*
Ibid. — *somnus per membra quietem*
Irriget atq; animi curas è pectore soluat.
Ibid. *Deinde cibum sequitur somnus.*
Ibid. — *& multo sopor ille grauissimus exta*
Quem satur, aut lassus capias
Iuuen.Sat.13. *Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,*
Et toto versata toro iam membra quiescunt.
Pers.Sat.5. *Hic satur irriguo mauult turgescere somno.*
Ouid.7.Met. *Nox subit, & curis exercita corpora somnus Occupat.*
Ibid. — *sed adhuc regem sopor altus habebat.*
Ouid.8.Met. *Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis*
Corpora somnus habet.
Claud. *Manlius indulget somno noctesq; dieiq;.*
Sil.Ital.lib.3. *mulcentem securo membra sopore.*
Ibid. *Turpe duci totam somno consumere noctem.*
Sil.Ital.lib.1. — *sopor sua munera tandem*
Applicat, & mitem fundit per membra quietem.
Sil.Ital.lib.7. *Donec composuit luctantia lumina somnus.*
Ibid. — *haurire sinebant Dona soporifera noctis.*
Ibid. — *& lati stagna profundi*
Conditerat somnus, positoq; labore dierum
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.
Sil.Ita.lib.13. *Implebat quanquam languentia lumina somnus.*
Sil.Ital.li.16. — *dant corpora somno,*
Et dura in noctem curarum vincula soluunt.
Mart.lib.7. *Cum liceat tota strertere nocte tibi.*
Cum somno dederit peruigileis genas.
Se.in He.fur. — *vultus in somnum cadit,*
Ibid. *Et fessa ceruix capite summisso labat.*
Ibid. — *tuq; ô domitor*
Summe laborum, requies animi.
Pars humana melior vitæ,
Volucer matris genus Auroræ,
Frater duræ languidæ mortis,

Veris

Veris miscens falsa futuri
Certus & idem possimus auctor:
Pater ô rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctisq; comes.
Qui par regi famuloq; venis,
Placidus fessum leni q; foues,
Pauidum lethi genus humanum,
Cogis longam discere mortem:
Preme demictum torpore graui,
Sopor indomitos alliget artus, Sen. in Hipp.
Non me quies nocturna, non altus sopor.
Soluere curis. Ibid.
— cessite aut nudo leues Duxisse somnos Sen. in Troia.
Ignota tandem venit afflictæ quies,
Breuisq; fessis somnus obrepsit genis. Sen. in Agga.
Non curarum somnus domitor Pectora soluit. Sen. in Oct.
— membra cum soluit quies,
Et fessa fletu lumina oppressit sopor, Ouid. 1. Fast.
Nec pudor in stipula placidam cœpisse quietem,
Nec sœnum capiti supposuisse suo. Ibid.
Nox erat, & vino somnum faciente, iacebant
Corpora diuersis victa sopore locis.
Lotis in herbosa sub acernis vltima ramis,
Sic, vt erat lusu lassa, quieuit humo. Ibid.
Illa tamen multi plena soporis erat. Ouid. 4. Fast.
Dansq; leui somno corpora functa cibo. Ouid. 3. Fast.
— sic dant sua corpora somno,
Et positis iuxta secubuere toris. Ibid.
Dum sedet vmbrosa talices, volucresq; canoræ
Fecerunt somnos, & leue murmur aqua.
Blanda quies furtim victis surrepsit ocellis,
Et cadit à mento languida facta manus.
In stipula placidi capiebat munera somni, Ibid.
Et tamen ex illo venit in astra toro. Ouid. 6. Fast.
Vesta iacet, placidamq; capit secura quietem,
Sicut erat positum cespite fulta caput, Ou. 2. de Pon. Eleg. 4.
Publica me requies curarum somnus habebat,
Fusaq; erant toto languida membra toro. Matt. lib. 12.
Circumfusa rosis, & nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoq; toro. Oui. 11. Met.
— molli languore solutus.
Deposuit q; caput, stratoq; recondidit alte. Cla. in Epith.
Et membra somno fessa resoluerit.

Forte

Clau. in Epithalam. *Forte Venus blando quæsitum frigore somnum,*
Vitibus intexti gremio successerat antri,
Densaq; sidereos per gramina fuderat artus.
Cla. de Nilo. *Sæpius æstivo tacent cum forte sopore.*
Stat. 5. Theb. *Ille grauis oculos, languentiaq; ora comanti*
Mergit humo, fessusq; diu puerilibus actis
Labitur in somnos
Hor. 1. Epist. — *& prope rituum somnus in herba.*
Manil. libr. 1. *Nos in nocte iacemus, somnoq; in membra locamus.*
Ho. 1. Se. sat. 5. — *stertitq; supinus* Vide JACERE.
Dubitare.
Virg. 3. Geor. *Nec vanos horret strepitus*
Ibid. *Cum spes arrecta iuuenum, exultantiaq; haurit*
Corda pauor pulsans.
Virg. 4. Geor. *Vtraq; vis apibus pariter metuenda.*
Ibid. *Sin duram metues hyemem.*
Ibid. — *perculsa noua mentem formidine mater*
Ibid. *Ibat & ingenti motu stupefactus aquarum.*
Virg. 1. Æneï. — *quibus aut odium crudele Tyranni*
Aut metus acer erat.
Ibid. *Lætitiaq; metuq; auidi.*
Ibid. *Et vereor quo se vertant.*
Virg. 2. Æne. *Quanquam animus meminisse horret.*
Ibid. — *timeo Danaos, & dona ferentes*
Ibid. — *conspectu in medio turbatus inermis Constitit.*
Ibid. *Prosequitur pauitans. Horresco referens.*
Ibid. *Obstupuere animi, gelidusq; per ima cucurrit Ossa tremor.*
Ibid. *Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis*
Ibid. *Insinuat pauor.*
Ibid. — *Androgeos visu tremefactus abibat.*
Ibid. — *& formidine captos Sternimus.*
Ibid. — *iras Permetuens.*
Ibid. *Nos pauidi trepidare metu.*
Virg. 3. Æneï. — *mihi frigidus horror*
Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Ibid. *Tum verò ancipiti mentem formidine pressus*
Obstupui, steterunt q; comæ & vox faucibus hæsit.
Ibid. *At sociis subita gelidus formidine sanguis*
Diriguit, cecidere animi.
Ibid. — *formidatus nautis,*
Ibid. — *sonitumq; pedum, vocemq; tremisco,*
Ibid. *Præcipites metus acer agit. Ne dubita.*
Vir. 4. Æneï. *Degeneres animos timor arguit.*

Nequic-

Nequicquam horremus, caciq; in nubibus ignes Jbid.
Terrificant animos. Ouid. 1. Met.
Rex superum trepidare vetat. Jbid.
Pertimuit q; sonos, propriaq; exterrita voce est. Hor. Epod. 2.
— neq; horret iratum mare. Ibid.
— quo maxima motu
Terra tremit, fugere feræ & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor. Sen. in Thye.
Trepidant nostra pectora magno Percussa metu. Ho. 2. c. o. 17.
— nec virides metuunt colubros Ibid. o. 23.
Quærenti patriam montibus amnis
Matrem non sine vano Aurarum & sylua metu:
Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, seu virides rubum Dimouere lacertæ,
Et corde, & genibus tremit. Jbid o. 47.
— nec muliebriter Expauit ensem. Ho. 2. c. o. 13.
— nauita Bosphorum Pœnus perhorrescit, neq; vltra
Cæca timet aliunde fata. Ibid. o. 19.
Eua recenti mens trepidat metu. Ho. 3. c. o. 21:
— iratos trementi Regum apices. Oui. 12. Met.
— pauor occupat illum Iuuen. Sat. 10.
Nocte iter ingressus gladium, contumq; timebis,
Et mota ad lunam trepidabis arundinis vmbram. Ouid 3. Met.
Effluxere vnda manibus sanguisq; reliquit
Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus. Virg. 7. Æne.
Olli somnum ingens rupit pauor, ossaque & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor. Virg. 6. Æneï.
— gelidus Teucris per æua cucurrit Ossa tremor. Jbid.
— subita trepidis formidine. Virg. 7. Æneï.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus.
Dirigere oculi. Virg. 8. Aene.
— Cæcum videre timentem, Turbatumq; oculis. Jbid.
Testygij tremuere lacus: Vir. 11. Æneï.
— sed dicere mussant. Jbid.
— cur ante tubam tremor occupat artus? Virg. 12. Æne.
— mussat rex ipse Latinus. Jbid.
Stat pecus omne metu mutum, mussantq; iuuencæ. Ouid. 6. Met.
Atq; ibi pallentem, trepidamq; & cuncta timentem. Jbid.
Illa tremit velut agna patiens, quæ saucia cani
Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur.
Vtq; columba suo madefactis sanguine plumis
Horret adhuc, auidosq; timet, quibus hæserat, vngues. Jbid.
— domum Philomela nefandam

Horruit

Horruit infelix, totoque expalluit ore.
Ouid.5 Met. *Ille diu pauidus pariter cum mente colorem*
Perdiderat, gelidoque coma terrore rigebant.
Ibid. *— pauidus, geladusque trementi Corpore,*
Ouid.epist.3. *Sanguinis, atq; animi pectus inane fuit.*
Ibid. *Hic mihi væ miseræ concutit ossa metus.*
Ouid. epist.5. *Attoniti mitudre sinus, gelidusq; cucurrit,*
Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor.
Sen. in Med. *En horret animus, & pauor membra excutit.*
Stat.4 Theb. *— gelat ora pauor: gressus q; tremiscunt.*
Oui.Epist.10. *Frigidior glacie semianimisq; fui.*
Oui. epist 11. *Torpuerat gelido lingua retenta metu.*
Oui. epist. 12. *Pertimui, nec adhuc tantum scelus esse putabam.*
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Sen. in Theb. *— stupeo, & exanguis tremo.*
Oui. epist.14. *Cor pauet admonitu temerata sanguine noctis.*
Et subitus dextra præpedit ossa tremor.
Oui. Epist. 15. *Obstupui, gelidusq; comas exerat horror.*
Ibid. *Vt vidi, obstupui, præcordiaq; intima sensi,*
Attonitus curis intonuisse nouis.
Catullus. *Quantos ille tulit languenti corde timores,*
Quanto sæpe magis fulgore expalluit auri.
Prop. lib.1. *Et tremulus mœstis ortetur fletibus horror.*
Et timor informem ducet in ore notam.
Au. Fab. Ep.1. *Heu toto sanguis corpore nullus erat.*
Ouid. epist 18. *Nescio quid pauidum frigore pectus habet.*
Luc.1.Pharf. *— tunc perculit horror*
Membra ducis, riguere coma, gressumq; coërcens
Languor in extrema tenuit vestigia ripa.
Ibid. *Diriguere metu, gelidus pauor occupat artus.*
Ibid. *Perculsum terrore pauet.*
Luca.3. Phar. *— & vrbem Attonitam terrore subit.*
Sil.Ital.lib.2. *— licet formidine turpi*
Frigida corda tremant.
Luc. 2. Pharf. *At non magnanimi percussit pectora Bruti*
Terror, & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat.
Luc.5. Pharf. *— tremuit sæua sub voce minantis Vulgus iners.*
Luc 7. Phar. *— stat corde gelato Attonitus.*
Ouid. 2 Met. *Sit timor & pauida trepidet formidine pectus.*
Ibid. *Palluit & subito genua intremuere timore,*
Lucret. lib.2. *Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis*
In tenebris metuunt.

Præ-

Præterea cui non animus formidine diuum Lucr. lib. 5.
Contrahitur? cui non conrepunt membra timore,
Non populi gentesq; tremunt? regesq; superbi
Corripiunt diuum, perculsi membra timore?
Pallust, & subito sine sanguine frigida sedit. Ouid. 7. Met.
Itque timor totos gelido sudore per artus. Sil. Ital lib. 8.
Ac membra, & sensus gelidus stupefecerat horror. Sil. Ital lib. 9.
Gelidus per artus vadit exangues tremor: Se. in Hc. fur.
Quod facinus aures pepulit? haud equidem horrui,
Cum pace rupta bellicus muros fragor
Circumsonaret, pertuli intrepidè omnia.
Thalamos tremisco. Sen. in Troia.
Pauet animus, artus horridus quassat tremor Sen. in Octa.
Tandem quietem magnus excussit timor.
Quatit era & artus horridus nostros tremor,
Pulsatq; pectus, continet vocem timor.
Vagus per artus errat excussos tremor, Se. in He. oct.
Erectus horret crinis, impulsis adhuc
Stat terror animis, & cor attonitum salit,
Pauidumq; trepidis palpitat venis iecur
Extimui, sensiq; metu riguisse capillos,
Et gelidum subito frigore pectus erat. Ouid. 1. Fast.
— riguere coma, atq; in viscera sæuus Horror it. Stat. 5. Theb.
Ecce metu subito, Lachesis sic dura iubebat, Stat. 2. Theb.
Impulsa mentes excussaq; gaudia vulgi.

Vide ADMIRARI, & TERRERI.

Dubitare pro Ambigere, *vide* AMBIGERE.

Ducere, & Ductor.

In quascumq; velim pelago deducere terras. Virg. 2. Æneï.
— latusq; ad mœnia ducit. Virg. 3. Æneï.
— meque ad tua limina Phœbe Ibid.
Ipse manu multo suspensum numine ducit.
Tollite me Teucri in quascunque abducite terras. Ibid.
Nunc media Æneam secum per mœnia ducit. Virg. 4. Æneï.
Nil desperandum Teucro duce & auspice Teucro. Hor. l. c. o. 7.
— vi latus equestres Ducebat. Virg. 5. Aen.
Tres equitum numero turmæ. Ibid.
Ternique vagantur Ductores.
Este duces, ô si qua via est, cursumque per auras Dirigite. Virg. 6 Æneï.
Et patriis spondet reduces inducere regnis. Stat. 2 The.
— seu prauia ducit Erynnis. Stat. 1. Theb.

DVELLVM, *vide* CONFLIGERE.

Dumus.

Virg.3.Geor. — iubeo frondentia capris Arbuta sufficere.
Ibid. Horrenteisq; rubos, & amanteis ardua dumos:
Virg. Eclog.2 Nunc viridеis etiam occultant spineta lacertos.
Ibid. — resonant arbusta cicadis.
Vir. Eclog. 3. — ferat & rubus asper amomum.
Virg. Eclo.7. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.
Ho.1. c o.23. — seu virides rubum Dimouere lacertæ
Ouid.1. Met. — & in duris hærentia mora rubetis.
Hor.1. ca.o.1. — viridi membra sub arbuto,
Virg.8. Æne. — syluestribus horrida dumis.
Auctor. Florenteisque vagans penna per arbutos.
Tib.lib.4. Candidaque hamatis errura notare rubis.
Luc.lib.1. Horrida quod dumis.

Durus.

Virg.3. Geor. — & ad tactum tractanti dura resistit.
Ouid.3. Met. — defensus & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus,
Prop.lib.2. At non duritia iaculum quoque vicit eadem.
Stat.2 Achil. Gorgonis & satius fuit obdurescere vultu.
— durataque multo Sole geluque cutis.
Ouid.11 Met. — in lapidem rictus serpentis apertos
Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus:

Ebrius, & Ebrietas.

Ouid.6.Fast. — conuiua valido titubantia vino
Membra mouent, dubij stantque, labantque pedes.
Virg.2. Geor. Inuadunt vrbem somno, vinoque sepultam.
Virg.3. Æne. Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus.
Clau. de nu- — vinoque madentes.
ptiis. Silenum pueri somno videre iacentem,
Virg.Eclog 6 Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Virg.11.Æne. — titubantem annisque, meroq;
Juuen. Sat. 3. Ebrius, ac petulans.
Manil.lib.5. Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem.
Ouid.4.Met. Quique senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.
Sen. in Thye. Grauisque vino.
Virg.8.Æne. — passim vino somnoque per herbã Corpora fusa vidêt.
Virg.9.Æne. somno, vinoque soluti Procubuere.
Ouid.5. Fast. Ebrius incinctis Philira conuiua capillis

Sal-

Saltat & imprudens vertitur arte meri.
— attonitæ Baccho nemora auia matres Virg. 7. Æne.
Insultant Thyasis.
Vino grauatum fulciens læua caput. Sen. in Thye.
Clausa lenæi genus inquinare Auctor.
Nauseapressis hypocaustaverbis.
Et merum sorbere cito iuuabat, Gutture vinum.
— somno, vinoque sepulti Conticuere Virg. 9. Æne.
— passim vino somnoque per herbam Ibid.
Corpora fusa vident arrectos littore currus.
Inter lora, rotasque viros, simul arma iacere, Vina simul. Ibid.
— multoque iacebat Membra deo victus.
— vinis oculique, animique natabant. Ouid. 6 Fast.
— & mota insania vino Ouid. 3. Met.
Ille mero, somnoque grauis titubare videtur. Ibid.
— Bacchi furiis Eleides acta. Oui. epist. 4.
Et feruet multo linguaque, mensque mero. Ouid. 2. Fast.
Iamque cibo, vinoque graues, somnoque iacebant. Oui. epist. 14.
— magistra Ebriosa acino ebriosioris, Catullus.
Agricola & nimio suffusus Bacche rubenti Tib. lib. 2.
Primus inexperta duxit ab arte choros.
Atque satur libo sit, madeatque mero. Ibid.
Ad madidus Baccho. Ibid.
Nec bene sollicitis ebria verba sonant. Tib. lib. 3.
— assiduo lingua sepulta mero. Ibid.
Bacche tuis per feruida tempora donis. Ibid.
Traijcit immundas ebria turba dapes. Prop. lib. 4.
Largi flumina quis vomit Lyæi? Statius.
Iam iam deficio, tuoq; Baccho
In serum trahor ebrius soporem.
Et stupeant multo corda sepulta mero. Ou. 2. de rem.
Edonis ô gygio decurrit plena Lyæo. Luc. 1. Pharf.
Plenum epulis madidumq; mero. Luc. 10. Phar.
Demique cur, hominem cum vini vis penetrauit Luc. lib. 3.
Auris, & in venas discessit liuidus ardor,
Consequitur grauitas membrorum: prapediuntur
Crura vacillanti: tardescit lingua: madet mens:
Nant oculi: clamor singultus, iurgia gliscunt?
Et iam catera de genere hoc quacunque sequuntur.
Cur ea sunt, nisi quod vehemens violentia vini
Conturbare animam consueuit corpore in ipso. Vide BIBERE

Ebur.

— pugnam ex auro, solidoque Elephanto. Virg. 3. Geor.

Virg. 1. Æne. *Quale manus addunt ebori decus.*
Ouid. 1. Met. *— sceptroq; innixus eburno.*
Mart. lib. 2. *In Libycos Indis suspendis dentibus orbes,*
Ouid. 3. Met. *— ebur nitidum.*
Virg. 7. Aene. *Altera candenti perfecta nitens elephanto.*
Catullus. *Candet ebur solijs.*
Tib. lib. 1. *Portabit niueis currus eburnus equis.*
Statius. *— & Indi Dentis honos.*
Sil. Ital. li. 16. *— & niuei nunc munera dentis.*
Stat. 4. syl. *— ebur Pisæo pollice rasum.*

Echo.

Virg. 3. Geor. *Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.*
Ibid. *— vasto*
Cum gemitu reboant syluæq;: & magnus Olympus.
Ibid. *— crebris mugitibus amnes,*
Arentesq; sonant ripæ, collesq; supini.
Virg. 4. Geor. *— aut vbi concaua pulsu*
Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago,
Jbid. *Euridicen toto referebant flumine ripæ*
Vir. Eclog. 5. *Formosam resonare doces Amaryllida syluas.*
Virg. Eclog. 6 *Ille canit, pulsæ referunt ad sydera valles.*
Virg. 2. Æneï. *— vteroq; recusso*
Insonuere cauæ, gemitumq; dedere cauernæ.
Virg. 3. Æneï. *— & cæruleis canibus resonantia saxa.*
Ibid. *— pulsataq; saxa.*
Audimus longè, fractasq; littora voces.
Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes
Insonuere vndæ, penitusq; exterrita tellus
Italiæ, curuisq; immugijt Ætna cauernis.
Virg. Eclog. 5 *Ipsi lætitia voces ad sydera iactant*
Intonsi montes, ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta.
Ipse canit, pulsæ referunt ad sidera valles.
Virg. Eclo. 6. *Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.*
Vir. Eclo. 10. *Vtcumq; dulci Thyndari fistula*
Ho. 1. c. o. 17. *Valles, & vsticæ cubantis Lauia personuere saxa.*
Tum plausu fremituq; virum, studijsq; fauentum
Virg. 5. Aenei. *Consonat omne nemus, vocemq; incluſa volutant*
Littora, pulsati colles clamore resultant.
Virg. 8. Æneï. *— gemitu nemus omne remugit.*
Jbid. *Tum verò exoritur clamor, ripæq; latusq;*
Resonant circa, & cœlum tonat omne tumultu.
Ibid. *Consurgunt gemitu Rutuli, totusq; remugit*

Mons

Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt. Ouid. 3. Met.
Vocalis nimphæ, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis Echo
Reddere de multis vt verba nouissima posset. Ibid.
— hæc in fine loquendi Ibid.
Ingeminat voces, auditaq; verba reportat Ibid.
Dixerat: ecquis adest, & adest responderat, Echo.
— plangentibus assonat Echo. Oui. epist. 10.
Interea toto clamanti littore, Theseu,
Reddebant nomen concaua saxa tuum. Statius.
Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat.
— simul hinc, & inde fractam Luc. 7. Phar.
Gauro Masticus vnifer remittit.
Excepit resonis clamorem vallibus amus,
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
— furit mugitibus æther. Vir. Eclog. 10
Concussus, sylvaq; & sicci ripa Tinagri Vir. 3. Georg.
Peliacisq; dedit rursus geminare cauernis:
Pindus agit gemitus, Pangæaq; saxa resultant,
Oetæaq; gemunt rupes, vocesq; furoris
Expauere sui tota tellure relatas.
— clamoreq; montes Luc. lib. 2.
Icti reiectant voces ad sidera montes
Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces. Lucr. lib. 4.

Exemplum in loco quodam extra Romam quem vocant Capo di boi, vbi integrum pentametrum versum quinquies repeti certissimè compertum est experientia, sed & septies reddi ait D. Scotus in suo Itinerario.

Vna cum iaceres: ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre. Sen. in Troia.
— habitat quę cauis
Montibus Echo, non, vt solita est:
Extrema breuis verba remittat.
— & terris ingens redit Echo. Stat. 3. syl.
Consonat omne nemus strepitu, collesq; resultant.

Plura huius Poematis exempla, & modum similia componendi, vide sub finem operis.

Vide MVGIRE. §

Eclipsis solis, vel lunæ.

— stellæq; minores
Per vacuum solita nostris decurrere tempus. Luc. 1. Pharf.
In medium venere diem, cornuq; coacto
Iam Phœbo toto fratrem cum redderet orbe,

Terrarum subita perculsa expalluit umbra:
Ipse caput medio Titan cum ferret olympo.
Condidit ardentes atra caligine currus,
Inuoluitq; orbem tenebris, gentesque coegit
Desperare diem.

Virg. 1. Geor. *Sol caput obscura nitidum ferrugine texit.*

Catulius. *Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur.*

Tib. lib. 2. *Ipsum etiam solem defectum lumine vidit*
Iungere pallentes nubilus annus equos
Luciferus Titan nunquam magis æthera contra.

Luc. 7. Pharſ. *Egit equos, currumq; polo rapiente retorsit.*

Jbid. *Defectusque pati voluit, raptaq; labores Lucis,*

Ouid. 2. Met. *Solis in obscuro pugnam pallore notauit.*
Ac pater obductos luctu miserabilis ægro
Condiderat vultus, & (si modo credimus) vnum
Isse diem sine sole ferunt.

Jbid. *Squalidus interea genitor Phaëtontis & expers*
Ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbe,
Esse solet lucemq; odit, seque ipse diemq;
Dataq; animum in luctum, & luctibus addidit iram,
Officiumq; negat mundo.

Luc. lib. 5. *Solis item quoque defectus, lunaq; latebras,*
Pluribus è causis fieri tibi posse putandum est:
Nam cur luna queat terram secludere solis
Lumine, & à terris altum caput obstruere illi
Obijciens cæcum radijs ardentibus orbem:
Tempore eodem aliud facere id non posse putetur:
Corpus, quod cassum labatur lumine semper?
Solque suos etiam dimittere languidus ignes
Tempore cur certo nequeat, recreareq; lumen,
Cum loca præterijt flammis infesta per auras:
Quæ faciunt igneis interstingui, atque perire?
Et cur terra queat lunam spoliare vicissim
Lumine, & oppressum solem super ipsa tenere
Menstrua, dum rigidas coni perlabitur vmbras:
Tempore eodem aliud nequeat succurrere lunæ
Corpus, vel supra solis perlabier orbem
Quod radios interrumpat, lumenq; profusum?
Et tamen ipsa suo si fulget luna nitore,
Cur nequeat certa mundi languescere parte,
Dum loca luminibus propriis inimica per exit?
Menstrua dum rigidas coni perlabitur vmbras?)
Quod superest, quoniam magni per cærula mundi

Qua

Qua fieri quicquid posset ratione, resolui.
Solis vti varios cursus, lunæq; meatus
Noscere possemus, quæ vis, & causa cieret:
Quoue modo soleant effecto lumine obire,
Et nec opinanteis tenebris obducere terras:
Cum quasi conniuent & aperto lumine rursum
Omnia conuisunt clara loca candida luce,
— sed quid hoc? medium diem Se. in He. fur.
Vinxere tenebræ, Phœbus obscura meat
Sine nube vultu, quis diem retro fugat,
Agitq; ortus? vnde mox atrum caput
Ignota profert? vnde tot stellæ polum Implent diurnæ? Sen. in Thye.
Quo terrarum superumq; parens,
Cuius ad ortus noctis opacæ
Decus omne fugit, quo vertis iter?
Medioq; diem perdis olympo?
Cur Phœbe tuos rapis aspectus?
Nondum seræ nuncius horæ
Nocturna vocat lumina vesper,
Nondum Hesperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos soluere currus:
Nondum in noctem vergente die
Tertia misit buccina signum:
Stupet ad subitæ tempora cœnæ
Nondum fessis bobus arator:
Quid te ætherio pepulit cursu?
Quæ causa tuos limite certo Deiecit equos? Ouid. 15. Met.
Cœrulus & vultum ferrugine lucifer atra
Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus. Clau. in Cos. Manilii.
— quis tenebras solis, causisq; meantem
Defectum videat numerus, quæ linea Phœben Cla. de Mag.
Damnet, & excluso pallentem fratre relinquat,
— quo luna laborat
Defectu quæ causa iubet palleſcere solem?
Causa patet, quod luna suis defecit in astris
Orba sui fratris, noctisq; immersa tenebris,
Cum medios Phœbi radios intercipit orbis,
Nec trahit in se tum, quo fulget, Delia lumen
Hæc quoque signa suo pariter cum sidera languent
Incuruata simul, solitoq; excepta vigore,
Et veluti elatam Phœben in funere lugent:
Ipsa docet titulus causſa, quæ Ecliptica signa
Dixere antiqui, pariterque supina laborant

Nec vicina loco, sed quæ contraria fulgent.
Sicut luna suo tunc tantum deficit orbe,
Cùm Phœbum aduersis currentem non videt astris.

EDERA vide HERBA.

Edere in lucem sua scripta.

Mart. lib. 1. *Ede tuos tandem populo Faustine libellos,*
Et cultum docto pectore profer opus.
Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec sileant nostri prætereantq; Senes.
Ante fores stantem dubitas admittere famam.
Teq; piget curæ præmia ferre tuæ.
Post te victuræ per te quoq; viuere chartæ
Ibid. *Incipiant: cineri gloria sera venit.*
Plena laboratis habeas cum scrinia libris
Emittis quare Sosibiane nihil?
Edent heredes, inquis, mea carmina: Quando?
Tempus erat iam te Sosibiane legi.

EDICERE, vide LEGEM SANCIRE.

Egere.

Virg. 2. Æneid. *— nec defensoribus istis Tempus eget.*
Virg. Eclog. 2. *— quorum indiget usus*
Luc. lib. 1. *— nihil indigna nostri. Littore egentem,*
Virg. 4. Aene. *— non te rationis egentem*
Lernæus turba capitum circumstetit anguis.

Electrum.

Mart. lib. 1. *Et latet & lucet Phaëthontide condita gutta,*
Ibid. *Vt videatur apis nectare clausa suo.*
Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit,
Fluxit in obstantem succina gemma feram.
Quæ dum miratur, pingui se rore teneri:
Concreto riguit victa repente gelu.
Mart. lib. 6. *Dum phaethontæa formica vagatur in vmbra,*
Ouid. 10. Met. *Implicuit tenuem succina gutta feram.*
— Et ab arbore lapsas Heliadum lachrymas.

Vide GEMMÆ.

Eleemosyna.

Fortunat. *Quæ manibus propriis alimonia digna ministrat,*
Jdem. *Pauperibus tribuens se satiare cupit.*
Nudus veste tegit sitienti pocula profert,
Collegit nimium, sed spargit egentibus aurum,
Promisit cunctas quas sequerentur opes
Sollicitus quemcunq; nouum conspexit in vrbe,
Hunc meruit veniens exul habere patrem.

Pascere se credens Christum sub paupere forma
Ante omnes apud hunc sumpsit egenus opem.
Nec solùm refouens, sed dona largiendo ministrans,
Amplius inde placet, quod sine teste dedit.
Si quis egens poscet, vel se simulabit egentem, Iuuenc.
Ex animo miserans largire.
Est quippe & illud grande virtutis genus. Prudent.
Operire nudos, indigentes pascere,
Opem benignam ferre supplicantibus,
Vnamq; paremq; fortis humanæ vicem
Inter potentes atq; egenos ducere.

Vide DONVM, LIBERALIS, PIVS.

Elementa & illorum descriptio. Ouid. 15 Met.

Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoq;
Pondere in inferius tellus atq; vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, aër atq; aëre purior ignis,
Quæ quanquam spacio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras,
Aera quæ humor abit: dempto quoq; pondere, rursus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retrò redeunt idemq; retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit:
Hinc in aquas: tellus glomerata cogitur vnda.
Nec species sua cuiq; manet, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.

Vide CHAOS.

Elephas. Luc. 6. Pharſ.

— Libyæ sic bellua terræ,
Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit vmbras. Auctor.
— elephas turritus. Idem.
— dorso bella turrito. Sil. Ital. lib. 4.
Vis elephantorum turrito concita dorso. Manil. lib. 4.
Et vastos elephantas habet. Sil. Ital. lib. 9.
Turritas moleis, ac propugnacula dorso Ibid.
Bellua nigranti gestans. Ibid.
contra bellantia monstra
— crebroque coacta
Vulnere bellatrix properos fert bellua gressus. Ibid.

Liuenti dorso turris, flammaq; virisq;,
Et iaculis armata sedet.

Horat. — *nigris dignissima barris.*

Eligere.

Virg.3. Geor. *Corpora præcipuè matrum legato.*
Ibid. — *Et sobolem armento sortire quotannis.*
Ibid. *Necnon & pecori est idem delectus equino.*
Virg.2.Æneï. *Huc delecta virum sortiri corpora.*
Virg.1. Geor. *Vidi lecta diu, & multo spectata labore.*
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret
Virg.7. Æne. — *equos numero pater eligit omni.*

ELIXA CARO, vide COQVERE.

Eloquens, & Eloquentia.

Iuuen.Sat.10. — *& torrens dicendi copia multis,*
Et sua mortifera est facundia.
Virg.11.Æne. *Proinde tona eloquio.*
Mart.lib.4. *Nil exactius, eruditiusq; est.*
Mart.lib.1. *Si quis Cecropia madidus latiaq; Minerua Artibus.*
Virg.10. Æn. *Largus opum, & lingua melior.*
Ho.3. ca.o.8. *Docte sermonis vtriusq; linguæ.*
Ibid.ò.12. — *ille quanquam Socraticis madet Sermonibus.*
Ho. 4.c.o.2. *Monte decurrens velut amnis imbres*
Quem super notas aluere ripas,
Feruet immensusq; ruit profundo Pindarus ore.
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces noua Dithyrambos
Virg.5.Æneï. *Verba deuoluit, numerisq; fertur Lege solutis.*
— *vnum Tritonia Pallas*
Vir. 11. Æneï. *Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte.*
Clau. in frat. *Larga quidem semper Drance tibi copia fandi est.*
Cla.ad Genu. *Pieriis pollent studiis, multoq; redundant Eloquio.*
Catullus. — *Romani fama secunda fori.*
— *est enim leporum.*
Jbid. *Disertus puer, ac facetiarum*
Ibid. *Homo est venustus, & dicax, & vrbanus.*
Disertissime Romuli nepotum
Tib.lib.4. *Quot sunt, quotq; fuere Marci Tulli,*
Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi,
Non alius sedare queat, seu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis,
Non Pylos, aut Itace tantos genuisse feruntur
Nestora, vel paruæ magnum decus vrbis Vlyssem.

Sit

Sit labor illius, tua dum facundia maior. Ibid.
Et quædam sine me verba diserta loqui. Prop. lib. 3.
— sed quæ tam prona facultas, Claud.
Carmina seu fundis, seu Cicerone tonas. Auson.
— cui multa fandi copia. Idem.
Instarq; densæ grandinis, Idem.
Torrente lingua perstrepo Statius.
Eminet, & iuuenes facundia præterit annos. Jdem.
— nec enim tibi sola potentis Eloquij virtus. Lu. ad Ca. Pis.
— cum tua mœstos
Defensura reos vocem facundia mittit, Ibid.
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera mentem?
Nam tu siue libet pariter cum grandine nimbos.
Tensaq; vibrata iaculari fulmina lingua,
Seu tuuat adstrictas in nodum cogere voces,
Et dare subtili viuacia verba catena,
Vim Laërtiadæ, breuitatem vincis Atridæ,
Dulcia seu mauis, liquidoq; fluentia cursu
Verba nec incluso, sed aperto pingere flore,
Inclita Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Nunc te Piso tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora, sed numerosa laude senatus
Excipit, & meritas reddit tibi Curia voces, Jbid.
Quin etiam facilis Romano profluit ore
Gratia, Cecropiaq; sonat grauis amulus vrbi:
Qualis io superi, qualis nitor oris amœnis
Vocibus? hinc solido fulgore micantia verba
Impleuere locos, hinc exornata figuris
Aduolat, excusso velox sententia torno
Magna quidem virtus erat, & si sola fuisset
Eloquio sanctum modo permulcere senatum,
Exonerare pios modo, nunc onerare nocentes.
Sed super ista mouet plenus grauitate serena
Vultus, & insigni præstinguit imagine visus,
Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum, lata, sed tetricitate decorum
Possumus, ingenita stat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna suis natalibus ora
Adde repertores doctrinarum, atq; leporum.
Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit, Luc. lib. 3.
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato Juuen. Sat. 6.
Torqueat enthymema, nec historias sciat omneis Oui. de Liuia.

Iuuen. Sat. 7. — *maximus ille toga.*
Clau. in coſſ. — *orator quoque maximus.*
Manil. — *oracula regis*
Eloquio creuere tuo, nec dignius vnquam
Cla. 3. in Coſ. *Maieſtas meminit ſeſe Romana loquutam.*
Manil. — *idemque grauiſſimus auctor Eloquij.*
Iuuen. Sat. 11. *Orator vehemens*
Sil. Ital. lib. 8 *Implebit terras voce, & funalia bella*
Flumine compeſcet linguæ, nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiquam ſperare nepotum.
Sil. Ita. lib. 15. — *omnia felix*
Cui natura dedit, nullo renuente deorum
Ille foro auditus cum dulcia ſolueret ora,
Aequabat Pylia Neleia verba ſenecta.
Ouid. 1. Faſt. *Quæ ſit enim cultis facundia ſenſimus oris,*
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis.
Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus arteis,
Ingenij currant flumina quanta tui,
Ouid. 3. Faſt. — *Romanam nouerat artem.*
Ouid. 3. Triſt. *Quæque tibi eſt linguæ facundia.*
Eleg 5. *Cuius in ingenio patria facundia linguæ.*
Ibid. Eleg 3. *Qua prior in latio non fuit vlla foro*
Oui. 2. de Pō. *Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo,*
Eleg. 3. *Fortia verboſi natus ad arma fori.*
Suſcipe Romanæ facundia Maxime linguæ
Difficilis cauſæ mite patrocinium.
Ibid. *Vox precor Auguſtas pro me tua molliat aureis.*
Auxilio trepidis quæ ſolet eſſe reis:
Aſſuetaque tibi docta dulcedine linguæ
Clau. in Coſ. *Aequandi ſuperis pectora ſancti viri.*
Manilii. — *primæque ſenes ceſſere iuuentæ,*
Iam tum canicies animi, iam dulce loquendi
Pondus, & attonitas ſermo qui duceret aures:
Mox vndare foro, victrix opulentia linguæ.
Tutarique reos ipſa hæc ampliſſima ſedet Orantem ſtupuit.
Oui. 2. de Pō. *Nunc tibi & eloquij nitor ille domeſticus adſit,*
Eleg. 2. *Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis:*
Viuit enim in vobis facundi lingua parentis,
Et res hæredem reperit illa ſuum.
Maxime, qui claris nomen virtutibus æquas.
Ibid Eleg 3. *Nec ſinus ingenium nobilitate premi.*
Ibid — *pater Latiæ facundia linguæ*
Ibid Eleg. 5. *Mirariſque alios, cum ſis mirabilis ipſe*

Ne lateant artes eloquiumq; tuum. Ibid.
Dumq; silens astas statuus est, vultusq; diserti,
Spemq; docens doctæ vocis amicus habet:
Mox vbi pulsa mora est, atq; os cæleste solutum,
Hoc superos iures more solere loqui.
Atq; hæc est dicas facundia principe digna,
Eloquio tantum nobilitatis inest. Ou. 3. de Pōt.
Legimus ô iuuenis patrij non degener oris Eleg. 5.
Dicta tibi pleno verba diserta foro. Ou. 4. de Pon.
— & lingua tela subire tua. Ele. 6.
Quæ tibi tam tenui cura limantur, vt omnes
Istius ingenium corporis esse negent. Mart. lib. 7.
Attice, facundæ renouas qui nomina gentis:
Nec finis ingentem conticuisse domum.
Te pia Cecropiæ comitatur turba Minervæ, Ibid.
Te secreta quies te sophos omnis amat. Ibid.
Doctorum Licini celeberrime summe virorum.
Cuius prisca grauis lingua reduxit auos. Mart. lib. 9.
Hæc est illa tibi promissa Thesphila Cani.
Cuius Cecropia pictora voce madent.
Facundæ Prisci pagina.
Et multa dulci, multa sublimi refert, Ibid.
Sed cuncta docto pectore. Mart. lib 10.
Silius Ausonio non semel ore potens. Mart. lib 11.
Littera facundi gratum mihi pignus amicæ Ouid. 13. Met.
Pertulit Ausonia dona seuera toga, Ibid.
Lingua doctius vtraq;
Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Qui licet eloquio fidum quoq; Nestora vincas. Clau. in Cos.
— expectatoq; resoluit Hono.
Ora sono, neq; abest facundis gratia dictis,
— qua docta faculias Cla. 3. in Cos.
Ingenij, linguæq; modus respōnsa verentur Honor.
Legati, grauibusq; latet sub moribus ætas.
Exere nunc doctos tantæ certamina laudis
Roma choros & quanta tui facundia pollet, Clau in Coss.
Ingenij, nostrum digna sonet ore parentem. Manil.
Graiorum obscuras Romanis floribus artes
Irradias, vicibus gratis formare loquenteis
Suetus, & alterno verum contexere nodo,
Vel quis non sitiens sermonis mella politi, Ibid.
Deserat Orpheos blanda testudine cantus?
Æmula de Latia decorat facundia lingua, Auso. in Mus.

Jdem. *O qui venustos vberi facundia*
Sales opimas Tethradi
Cauesq; ne sit tristis & dulci carens Amara concinnatio.
Stat. 2. syl. *— penitusq; loquentis*
Hyblæis vox mixta fauis, cui sibila serpens
Virg. 2 Geor. *Poneret, & sæua vellent seruire nouercæ.*
Hor. 2. Epist. *Vehemens, & liquidus puroq; similimus amni*
Fundet opes, Latiumq; beabit diuite lingua.
Mart. lib. 1. *Ædetuos tandem populc, Faustine, libellos,*
Et cultum docto pectore profer opus:
Quod non Cecropiæ damnent Pandionis arces.

Vide POETA.

Emere, *vide* VENDERE.

Emplastare arbores.

Virg. 2. Geor. *Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex*
Nam quæ se medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenuem rumpunt tunicas, iam gustus in ipso
Fit nodo sinus huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdoq; docent insolescere libro:
Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte
Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Plantæ mittuntur, nec longum tempus, & ingens
Virg. 3. Geor. *Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos,*
Miraturq; nouis frondes, & non sua poma.
Quin & caudicibus sectis mirabile dictu.
Truditur è sicco radix oleagina ligno,
Et sæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatamq; insita mala
Hor. Epod. 2. *Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.*
Prop. lib. 4. *Inutilesq; falce ramos amputans Feliciores inserit.*
Cum pyrus inuito stipite mala tulit.

Ennius poeta.

Ouid. *Ennius ingenio maximus, arte rudis.*
Horat. *Ennius ipse pater, nunquam nisi potus ad arma*
Prosilijt dicenda.

Ensis.

Vir. 2. Georg. *Stat ferri iaces mucrone coruſco Stricta, parata neci.*
Jbid. *— strictis mucronibus.*
Ibid. *— & lateri capulo tenus abdidit ensem.*
Virg. 4. Aene. *— at q; illi stellatus iaspide fulua Ensis erat.*
Jbid. *— vaginaq; eripit ensem.*
Ibid. *Fulmineum, strictoq; ferit retinacula ferro.*
Jbid. *— ensem q; recludit Dardanium, non hos quæsitu in vsus.*

— en-

— ensemq; cruore Spumantem. Ouid.2. Met.
— falcato vulnerat ense. Virg.1. Geor.
Et curuæ rigidum falces curuatur in ensem Hor.1.ca.o.2.
Audiet ciues acuisse ferrum. Jbid o.27.
Pectore nec nudo strictos incurris in enses. Oui. 12. Met.
Fractaq; dissilijt percusso lamina collo. Vir.10. Aene.
An sese mucrone ob tantum decus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum Virg.6.Æneï.
Æneas, strictamq; aciem venientibus offert.
Horrescit strictis seges ensibus, æraq; fulgent Virg.7. Æne.
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
— micat æreus ensis. Ibid.
— alij strictis mucronibus imas Obsedere fores, Virg 2. Æne.
Egregia interea coniunx arma omnia tectis Ibid.
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem.
— simul ense recluso Ibat in Eurialum. Virg.9. Æne.
Proxima quæq; metit gladio latumq; per agmen Ibid.
Ardens limitem agit ferro.
— humero simul exuit ensem Virg.8. Æne.
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnossius atque habilem vagina aptarat eburna, Jbid.
— ac rotat ensem fulmineum. Ouid.3.Met.
— bellicus ensis Tib. lib.1.
— horrendos primus qui protulit enses. Luc. 6. Pharſ.
Iamq; hebes & crasso non aspernante cruore. Ibid.
— recto gladium mucrone tenentem Ibid.
Fulmineum medijs excepit faucibus ensem. Sil.Ital.lib.8.
— breuibusque habilis mucronibus enseis. Cla.2. in Iau.
Gestatusque patri capulis radiantibus enseis. Stil.
Talia dicta dabat, sed viribus ensis adactus Virg.9.Æne.
Transadigit costas, & candida pectora rupit.

Vide ARMA & OCCIDERE.

Epitaphia aliquot selecta. Mart. lib.6.

Libertus melioris ille notæ,
Tota qui cecidit dolente Roma,
Chari delicia breues patroni,
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Iuncto Flaminiæ iacet sepulcro,
Castus moribus, integer pudore.
Velox ingenio, decore felix:
Bissenis modo mensibus, peractis,

Vix vnum puer applicabat annum.
Qui fles talia, nil fleas viator.
Hoc iacet in tumulo captus puerilibus annis
Pantagathus Domini cura, dolorq; sui
Vix tangente vagos ferro resecare capillos
Doctius, & hirsutas exoluisse genas.
Scilicet, inde sibi tellus placata, leuisq;
Artificis leuior non potes esse manu.
Ille sacri lateris custos, Martisq; togati,
Credita cui summi castra fuere ducis.
Hic situs est Fuscus, licet hoc fortuna fateri.
Idem. *Non timet hostiles iam lapis iste minas.*
Grande iugum domita Dacus ceruice recepit
Et summam victrix possidet vmbra nemus.
Hic iacet ille senex augusta notus in aula,
Pectore non humili passus vtrumq; Deum.
Natorum pietas sanctus quem coniugis vmbris
Miscuit. Elysium possidet vmbra nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata iuuenta,
Hic propè ter senas vidit olimpiadas.
Sed festinatis raptum te credidit annis
Ibid. *Aspexit lachrymas quisquis Hetrusce tuas.*
Conditus hic ego sum Bassi dolor Vbricus infans.
Cui genus & nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menses,
Ruperunt tetrica cum mala pensa dea.
Quid species, quid lingua mihi, quid profuit ætas,
Da lacrymas tumulo, qui legis ista meo.
Id. lib. 11. *Sic ad Lethæas, nisi Nestore senior vndas*
Non eat, optabis quam superasse tibi.
Quisquis flaminiam teris viator
Noli nobile præterire marmor.
Vrbis deliciæ, salesque Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas,
Romani decus & dolor theatri,
Atque omnis Veneris, Cupidinisque
Ibid. *Hoc sunt condita quo Paris sepulchro.*
Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venetrix, syluis aspera, blanda domi.
Lydia dicebar, domino fidissima dextra:
Qui non Erigones mallet habere canem.
Nec qui Dictæa Cephalum de gente secutus
Lucifera pariter venit ad astra Dea.

Non me longa dies, nec inutilis abstulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.
Fulmineo spumantis apri sum dente peremptæ
Quantus erat Calydon aut Erymanthe tuus:
Nec queror infernas quamuis cito rapta sub vmbras
Nec potui fato nobiliore mori.
Aeolidon Canæ iacet hoc tumulata sepulcro Ibid.
Vltima cui paruæ septima venit hyems.
Ah scelus, ah facinus properas quid flere viator,
Non licet hic vitæ de breuitate queri
Tristius est lethi genus horrida vultus
Abstulit & tenero sedit in ore lues.
Ipsaq; crudeles oderunt oscula morbi
Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via
Sed mors vocis iter properauit claudere blandæ
Ne posset duras flectere lingua deas.
Dulce decus scenæ, ludorum fama Latinus Id. lib. 9.
Ille ego sum plausus deliciæq; tuæ
Qui spectatorem potui facisse Catonem,
Soluere qui Curios, Fabriciosque graues. Ibid.
Secula Nestoreæ permensa Phileni senectæ
Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas.
Euboicæ nondum superabas longa Sybillæ
Tempora, maior erat mensibus illa tribus.
Heu quæ lingua silet, non illam mille catastæ
Vincebant, nec quæ turba Serapis amat.
Nec matutini cirrata cathena Magistri,
Nec quæ stremonio de grege ripa sonat.
Quæ nunc Thessalico lunam deducere rhombo
Quæ sciet hos, illos vendere lena toros.
Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena
Ne tua non possint diuidis ossa canes. Idem.
Hic festinata requieuit Herotion vmbra,
Crimine quam fati sexta peremit hyems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli
Manibus exiguis annua iusta dato.
Sic lare perpetuo sic turba sospite solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.
Ille ego sum Scorpus clamosi gloria Circi Ibid.
Plausus, Roma tui, deliciæq; breues.
Inuida quem Lachesis raptum trieteride nona

Dum

Ibid.

Dum numerat palmas, credidit esse senem.
Marmora parua quidem, sed non cessura viator
Mausolei saxis pyramidumq; leges.
Bis mea Romana spectata est vita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros totidem mihi Iuno puellas.
Clausêrunt omnes lumina nostra manus.

Prop. lib. 1. *Hæc Tiburtina iacet aurea Cynthia terra,*
Accessit ripæ latus Anienetuæ.

Ouid. 3. Trist. *Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum,*
Ingenio perij Naso poëta meo.
At tibi qui transis, ne sit graue, quisquis amasti,

Iuuencus. *Dicere: Nasonis molliter ossa cubent.*
Hic posuit cineres genitrix castissima prolis
Augustine, tuis altera luce meritis.

Incerti Romæ in Templo S. Mariæ de populo.

Hospes disce nouum mortis genus, improba felis
Dum trahitur, digitum mordet & intereo.

Fortunat. *Omne bonum velox fugitiuo tempore transit*
Quæ placitura vides, mors magis illa rapit.
Hic puer Arcadius Veneris de prole senatus
Festinante die raptus ab orbe iacet.
Paruula cuius adhuc freno seiunxerat ætas
Vt teneris animis vinceret ipse senes.
Eloquio torrens, specie radiante venustus
Vincens artifices & pudor arte rudis.
Quo me forma rapis laudes memorare sepulti.

Idem. *Singula si memores plus lacrymanda moues.*
Sed quoniam nulla maculatus sorde recessit,
Nulli flendus erit quem paradysus habet.
Partu terra suo fraudem non sustinet vllam
Quæ dedit hæc recipit debita membra luto.
Hic vergente suo situs est Arachariius æuo
Sex qui lustra gerens raptus ab orbe fuit.
Ipse palatina fulsit bene clarus in aula
Et placito meruit regis amore coli.
Omnia restituit mundo quæ sumpsit ab ipso

Idem. *Sola tamen pro se quæ bene gessit habet.*
Quisquis in hoc tumulo cineres vis esse sepulti
Brunachius quondam fulsit in orbe potens.
Quem sensu, eloquio, legati munere functum,
Dum remeat patriam sors inimica tulit.
Finibus Italiæ raptus, sed frigida coniux

Detulit

Detulit huc chari funus amore viri.
Ceu vinum coluit, cui grata est vmbra mariti,
Coniugibus castis ipsa fauilla placet.
Ipse quater denos permansit in orbe per annos,
Mox obit, & magnum parua sepulcra tegunt. Auctor.
Mortuus hic toto proficiscere orbe superstes
Lauretane iacent ossa triumphat honor.
Ad Lauretani tumulum contendat oportet,
Qui Lauretanum non reperire velit.
Et tempestiuæ & minium properantis amicum, Idem.
Quem gemo, fulcre secuit mortis acuta Focam.
Vix deter decima decerat trieteride mensis,
Sed non inuenient secula nostra parem.
Mens tenet astra: Deum expectans, qua corpus habetur,
Hæc florum omnigeno stemmate vernet humus.
Nec tot erunt flores, quot erat virtutibus inter
Humanos nostri vita probata Focæ.
Neste, viuo, fruor tandem Pater optime veris
Deliciis, cœlo, prosperitate Deo Michelor.
Regia Pyramidum cedant monumenta, viator
Huic lapidi, quanquam marmora nulla vides, Gerald.
Verinus Michaël decus immortale pudoris
Clauditur hoc saxo, siste parumper iter.

I. Gonsalii Epitaphium super Adriano VI. Papa.

Quàm potes merito, optimoq; iure
Inter Pontifices pios iacere
Maximæ pietatis Hadriane?
Insignis pietas tua Hadriane
Viuenti tibi profuit, decusq;
Aurei diadematis parauit,
Iure id me hercle. At æquus, tuaq;
Certius pietatis hoc trophæum est,
Defunctus quod honoribus tot, inter
Duos contigerit Pios iacere.

Ju Aulberti Miræi R.V. Elogia Belgica Scazon J. Lipsii.

Miræe docte, qui facis meos Belgas.
Ætate, siue incuria tenebrosos
Nostra, nitere rursus atq; splendere
Qui singulorum patriam, atq; natales
Animiq; dotes, scripta & ingenI fructus
Signas peritè, & acrimonia mentis,

Quid tibi reponent pro laboribus Belgæ?
Tituli hunc honorem, Lux Miræe Belgarum.

Incerti super mortem Driedonis.

Siccine, dum sacras sudas inuictus arena.
Te, Driedo, ante diem mors inimica rapit.
Ah nondum decuit cum bella cieret Erynnis
Ah nondum decuit fortis Athleta mori.

Martino Dorpio Elogium ponebat amicus quidam.

Martinus vbi terras reliquit Dorpius
Suum orba partum lugent extinctum deæ,
Triſtes Camænæ candidis cum gratiis,
Tantum Patronum lacrymis deſiderant:
Louanienſis omnis explorans ſchola
Sidus ſuum requirit. O mors inquiens,
Crudelis atrox iniqua & inuida
Itan' ante tempus floridam arborem ſecans
Tot dotibus tot ſpebus orbas omnium
Suſpenſa vota? Promite luctus impios
Non perijt, ille viuit, ac dotes ſuas
Nunc tute habet, ſubductus æuo peſſimo.
Sors noſtra flenda eſt, gratulandum eſt Dorpio.
Hæc terra ſeruat, mentis hoſpitium piæ
Corpuſculum, quod ad canorã bvccinæ
Vocem refundens optima reddet fide.

Io. Latomus de morte Alberti Pighii.

Ne turba tumulum viator iſtum,
Sed aſta reuerenter & ſaluta
Sacratum cinerem viri ſacrati,
Ille eſt Pighius hoc loco ſepultus
Aures qui Batauas ita expoliuit.
Vt dicas ſapere Atticos lepores.
Quarè tam bene dormiat precare
Quàm doctè nitideq; & eleganter
Defendit Latiæ decus tiaræ,
Et morem ſtatuit pium ſacrorum:
Vtro id nomine debeant Latini
Plus illi addubitent: vtroque certè
Ingens promeritum viri fatentur.

Iuſt. Lipſ. de morte Io. Wameſii.

Antiſtes ille Iuris & legum ſacer
Doctor, cui Themis ſuum recluſerat
Pectus, ſuoq; Aſtræa fouerat ſinu

Ab-

Abiuit ille, & cœlites petit locos,
Wameſius Louanio inclytum decus
Abiuit, at reliquit in noſtris locis
Et Weimſium, & Corſelium iuris ſimul
Myſtas ſacratos, qui perire non ſinant
Eius labores, ſed dolatos proferant
Viuax in æuum publicè, conſecrent.

Lucæ Fruterio Victor Gislenius tumulum ſtatuebat.

Viator aſta, & ſi vacat, lege pauculà
Multa vt reſciſcas Tumulus iſte Gratiis,
Nouem & ſororibus ſacratus Fruterium
Tegit, illum amorem Gratiarum amabilem,
Nouem & ſororum Brugis ipſum nobili
Beauit obitu. Gandæ facilem vim ingenI
Dedit artibus mædere liberalibus
Louanium & Lutetia vſque in vltimæ
Antiquitatis intima penetralia
Subire, & inde quæ viri doctiſſimi
Quiq; adprobarent, arte ſumma expromere.
His tam auſpicatis initiis fata impia
Fata impia, inquam, inuiderunt, illa iuueni
Quintum ante luſtrum fila ſecuere aurea
Quid obſtupeſcis, an nouum aut mirum id tibi?
Fuit poëta. Sic ſuis lumina oculis
Reliquit olim Valerius. ſic memoria
Noſtra Secundus, taceo cæteros, abi.

Epitaphium incerti.

Nec omnia, nec omnes mihi
Placuëre: quinam ego omnibus?
Non omnibus cous ſenex?
Num eremita Spargirus
Num tu viator omnibus?
Deo placere cura. Abi.

Fr. Bencii Epitaphium ſuper Helena quæ in ipſo partu mortua eſt.

Hic Helene iacet, in partu quæ concidit ipſo,
Non ſecus ac pomis arbor onuſta ſuis.
Concidit & caſu fœtum concuſſit eodem
Ille patrem moriens perculit, illa virum,
Vir miſer & pater infelix, vixiſſet vterque
Aut ſaltem hæc ſoboli quæ foret apta noua.
Mortua tu quanquam non es dulciſſima coniux

O mea, cui cœli ianua celsa patet.
Quod si æterna tibi nostro quærenda do'o e
Gaudia erant, tanti nos doluisse fuit.

Eiusdem Epitaphium super morte Bernardini Roscii.

Hic ille Bernardinus extinctus iacet
Cognomine & re Roscius. quando fuit
Vtraq; lingua, & carminis cultu potens
Pollensq; præter cæteros: fuit fuit,
Eheu fuit, non est nisi esse dixeris
Quem mortuum viua omnis ætas efferet
Requiem precare lector, & felix abi.

Epulæ, & epularum genera.

Quicquid ponitur hinc, & inde verris
Mammas suminis, imbricemq; porci,
Communemq; duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumq; totum,
Murenæq; latus, femurq; pulli,
Stilantemq; alica sua palumbum.
Mart. lib. 3. *Circumlata diu mensis scriblita secundis.*
Ibid. *Nec mullus, nec te delectat Betice turdus,*
Nec lepus est vnquam, nec tibi gratus aper,
Nec te liba iuuant, nec sectæ quadra placentæ.
Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aues.
Capparin, & putri cæpas alece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.
Teq; iuuant gerres, & pelle Melandria cana,
Resinata bibis vina, falerna fugis.
Virg. 6. Ænei. *— epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu.*
Virg. 11. Æne. *Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.*
Ouid. 6. Met. *Regales epulæ mensis & Bacchus in auro Ponitur.*
Tib. lib. 1. *— atq; epulas ipsa ministra gerat.*
Virg. 6. Ænei. *Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ*
Hor. 2. serm. *— Ille salubres*
Æstates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante grauem quæ legerit arbore solem.
Ho. 1. se. sat. 6. *Multaq; de magna superessent fercula cæna.*
Ibid. od. 8. *Ne male conditum ius apponatur,*
Boet. lib. 3. *Huic licet illita pocula melle,*
Largasq; dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret,
Statius. *Iam bellaria adorea pluebant.*
Juuen. Sat. 5. *Spes bene cænandi vos decipit, ecce dabit iam*

Seme-

Semesum leporem, atq; aliquid de clunibus apri.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hædulus & toto grege mollior, insciusq; herbæ,
Necdum ausus virgas humilis mordere salicti
Qui plus lactis habet, quam sanguinis, & montani
Asparagi, posito quos legit villica fuso,
Grandia præterea torto q; calentia fœno
Ouа adsunt ipsis cum matribus, & seruata
Parte anni, quales fuerant in vitibus uuæ:
Signinum, Syriumq; pyrum, de cordibus ijsdem
Æmula Picenis, & odoris mala recentis. Mart.lib.10.
Exoneraturas ventrem mihi villica maluas
Attulit, & varias, quas habet hortus opes.
In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum,
Nec deest ructatrix menta, nec herba salax.
Secta coronabunt rutatos oua lacertos.
Et madidum thymi de sale sumen erit,
Paruus in his una ponetur canula mensa,
Hœdus inhumani raptus ab orbe lupi,
Et, quæ non egeant ferro structoris ofellæ
Et faba fabrorum, prototomiq; rudes,
Pullus ad hæc canisq; tribuetur iam perna superstes
Addetur, saturis mitia poma dabo.
De nomentana vinum sine fæce lagena,
Quæ bis frontino consule prima fuit.
Accedent sine felle ioci, nec mane timenda
Libertas & nil quod tacuisse velis.
De Prasino conuiua meus, Venetoq; loquatur.
Nec facient quemquam pocula nostra reum.
Atreus Cæcilius cucurbitarum, Mart.lib.11.
Sic illas quasi filios Thiestæ
In partes laceras secatq; mille.
Gustu protinus, has edes in ipso:
Has prima feret, alteráve cœna
Has cœna tibi tertia reponet.
Hinc sesquipedes Epidipnidas parabit:
Hinc pistor fatuas facit placentas:
Hinc & multiplices struit tabellas,
Et notas Cariotidas theatris:
Hinc exit varium Coco minutal:
Vt lentem positam fabemq; credas:
Boletos imitatur, & botellos,

Et caudam cybij breueſq; manas:
Hinc cellarus experitur artes,
Vt condat vario vafer ſapore
Inruta folium capelliana.
Sic implet gabatas, paropſidasq;
Et leues ſcutulas cauasq; lances.
Hoc lautum vocat, hoc putat venuſtum,
Vnum ponere ferculis tot aſſem.

Vide INVITARE, & CONVIVIVM.

Equus, Equum domare, equitare.

Virg. 3. Geor. — *pecori eſt idem delectus equino*
Jbid. *Continuo pecoris generoſi pullus in aruis*
Altiùs ingreditur & mollia crura reponit:
Item quæ ſequuntur
Jbid. — *ipſe iubam ceruice effudit equina.*
Jbid. — *atq; equitem docuere ſub armis*
Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos
Carpere mox gyrum incipiat gradibusq; ſonare.
Compoſitis, ſinuetq; alterna volumina cursum.
Sitq; laboranti ſimilis:
Virg. 3. Aenei. — *curru ſuccedere ſueti Quadrupedes.*
Ibid. — *magnanimum quondam generator equorum.*
Vir. 4. Æneï. — *oſtroq; inſignis & auro*
Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.
Jbid. *At puer Aſcanius mediis in vallibus acri Gaudet equo:*
Hor. Epod. 3. *Et appiam mannis terit.*
Hor. 1. c. 0, 8. *Curruq; militaris*
Inter æquales equitet gallica, nec lupatis
Hor. 2. c. 0 9. *Temperet ora frenis.*
Ibid od. 16. *Exiguus equitare campis.*
Hor. 3. c. 0. 7. — *tibi tollit hinnitum Apta quadrigis equa.*
Quamuis non alium flectere equum ſciens
Æq; conſpicitur gramine Martio.
Jbid o. 24. — *neſcit equo rudi Harere ingenuus puer.*
Ouid. 8. Met. *Purpureus q; albi ſtratis inſignia pictis*
Terga premebat equi ſpumantiaq; ora regebat.
Virg. 7. Æne. *Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus*
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus:
Virg. 9. Æneï. *Matulis quem Thracius albis portat equus,*
Vir. 10. Æne. *& intra Bellatoris equi caua tempora conijcit haſtam*
Tollit ſe arrectum quadrupes, & calcibus auras Verberat
Virg. 12. Æn. *Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum.*
Jbid. *Volat ecce per hoſtes Vectus equo ſpumante Sages*

Qua-

Quadrupedumq; putrem cursu quatit vngula campum. Virg. 11. Æne.
Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis Ibid.
In plumam squamis, auroq; inserta tegebat. Ibid.
Ergo inter cædes, cædentiaq; agmina Tarchon
Fertur equo, varijsq; instigat vocibus alas. Jbid.
— fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis
Huc obuersus & huc. Jbid.
— conuersisq; fugax aufertur habenis
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Virg. 5. Aen.
Primus equum phaleris insignem victor habeto. Ibid.
Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum Ibid.
— quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam. Ibid.
Sidonio est inuectus equo. Ibid.
Cætera Trinacrij pubes senioris Acestæ Fertur equis. Ibid.
Primus & Ascanius, cursus vt lætus equestres
Ducebat sic acer equo turbata petiuit Castra. Virg. 6. Æne.
Quatuor hic inuectus equis. Ibid.
— nitentes Pascere equos. Ibid.
Seu Spumantis equi foderet calcaribus armos. Virg. 7. Æne.
Cum prouectus equo longæui regis ad aures Nuncius. Jbid.
Picus equum domitor. Ibid.
Instratos, ostro alipedes, pictiq; tapetis
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum, Ibid.
— geminosq; iugales
Semine ab æthereo, spirantes naribus ignem. Ibid.
Sublimes in equis redeunt Jbid.
— arduus altis Puluerulentus equis furit. Jbid.
— ille frementes Ad iuga cogit equos. Ibid.
Cornipedes arcentur equi. Ibid.
Filius ardentes haud secius æquore campi
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat. Virg. 8. Æne.
— & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Auctor.
— sequitur niuali Dux equo gaudens Meduanus. Ibid.
— tibi nec coruscis
Ora contorques equitum Sicamber Spumea frænis. Jbid.
Iam suum versa sonipes habena
Pabulum vastans quatit. Virg. 9. Æne.
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis.

Ibid. *Flectere ludus equos.*

Virg. 10. Æn. *Dixit, & exceptus tergo consueta locauit Membra.*

Virg. 11. Æne. *— præfractaq; quadrupedantum Pectora.*

Virg 12. Æne. *Poscit equos, gaudet q; ruens ante ora frementes,*
Qui candore niues anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigæ, manibusq; lacessunt

Ibid. *Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.*

Ibid. *Talis equos alacer media inter prælia Turnus*
Fumantes sudore quatit.

Ibid. *— & spumantia frænis*
Ora citatorum dextra contorsit equorum.

Lucret. lib. 2. *— & equorum duellica proles.*

Ouid. 6. Met. *Conscendunt in equos, tyrioque rubentia succo*

Ibid. *Terga premunt, auro grauidis moderantur habenis.*
— dum certum flectit in orbem
Quadrupedis cursus spumantiaque ora coërcet.

Ouid. 3. Met. *Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canoro*
Signa dedit tubicen pugnæq; assumit amorem.

Ouid. epist. 4. *Torquentum frænis ora fugacis equi.*

Ibid. *Siue ferocis equi luctantia colla recuruas,*
Exiguo flexos miror in orbe pedes.

Oui. epist. 11. *— & adiunctos aureus vrget equos.*

Catullus. *Non Rhesi niueis, citisq; bigis,*

Tib. lib. 4. *Aut quis equum, celerrime arcto compescere fræno*
Possit, & effusas tardo permittere habenas,
Inq; vicem modo directo contendere cursu,

Ibid. *Seu libeat curuo breuibus contendere gyro.*
Ipse tamen velox celerem super edere corpus

Ibid. *Audet equum, validisq; sedet moderator habenis.*

Ibid. *— equum, rigidos percurrere campos Doctum*

Prop. lib. 2. *Et campum Hæmonio iam dare tempus equo.*

Prop. lib. 3. *Nec te fortis equi ducet ad arma sonus.*

Ibid. *Et solitum armigeri ducite munus equi.*

Ibid. *Ferreus aurato neu cataphractus equo.*

Ibid. *Gyrum pulsat equis.*

Statius. *— seu frænasonantia flectes. Seruire asper equus.*

Idem. *Tendentem cursus, vexantem q; ilia nudo.*

Ouid. de art. *Calce ferocis equi, vultu, dextraque minacem.*

Ibid. *Quatuor in niueis aureus ibis equis.*

Ibid. *Quadrupedem ferula dum malus vrget eques.*

Ouid. 2. de ar. *Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,*

Oui. 3. de art. *Depexaq; iuba, plausaque colla iuuant.*
— & admisso subdere calcar equo.

— & in

— & in gyros coactus equus. Ou.2.derem.
Nunc opus est celeri subdere calcar equo. Lu.ad Ca.Pis.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilius frænis in aperto flectere campo
Qui modo non solum rapido permittit habenas
Quadrupedi. sed calce citat, modo torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Non sonipes in bella ferox. Luc.4. Pharſ.
Quippe vbi non sonipes motus clangore tubarum Jbid.
Saxa quatit pulsu rigidos vexantia frænos
Ora tenens, spargitq; iubas, & surrigit aures
Incertoq; pedum pugnat, non stare tumultu
Fessa iacet ceruix fumant sudoribus artus,
Oraq; proiecta squalent arentia lingua,
Pectora rauca gemunt quæ creber anhelitus vrget,
Et defecta grauis longè trahit ilia pulsus,
Siccaque sanguineis durescit spuma lupatis:
Iamq; gradum neque verberibus stimulisq; coacti,
Nec quamuis crebris iussi calcaribus addunt, Luc.6. Pharſ.
Vulneribus coguntur equi.
Primus ab æquorea percussis cuspide saxis,
Thessalicus sonipes. bellis feralibus omen
Exiluit, primus chalybem frænosq; momordit, Luc.7. Pharſ.
Spumauitq; nouis lapithæ domitoris habenis,
— totumq; per agmen Sublimi prouectus equo. Luc.lib.5.
Et prius est reppertum in equi conscendere costas,
Et moderarier hunc frænis, dextraq; vigere. Sil.Ital. lib.1.
Cum rapidum effusis ageret sublimis habenis Quadrupedem. Jbid.
Martius huic sonipes campos hinnitibus implet. Jbid.
— gens inscia fræni,
Queis inter geminas per ludum mobilis aureis
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis Sil.Ital. lib.2.
— dorso fertur equi. Tib.lib.3.
Haud æui fragilis sonipes, crudoque vigore
Asper fræna pati, aut iussis parere magistri, Sil.Ital.lib 4.
Candenti sublimis equo. Sil.Ital. lib.5.
Stat sonipes, vexatque ferox humentia fræna, Sil.Ital.lib.7.
— imperterritus ipse
Ferrato calce, atque effusa largus habena
Cunctantem impellebat equum, negat obuius ire.
Et trepidat crassa sonipes exterritus vmbra. Sil.Ita.lib.12.
Immitem quatiebat equum spumantia sæuo

Frœna cruentantem morsu.

Sil. Ita. lib. 11. — *tergo sublimis ab alto Quadrupedantis equi.*

Ibid. *Necnon cornipedis tergo de more repostus*

Sil Ital li. 16. — *missq; citatos Verbere quadrupedis.*

Sil. Ita. lib. 17 — *ferratq; calce cruentat*
Cornipedem, & largus Pœnus quatit asper habenas.

Mart. lib. 5. *Vno credis equo posse sedere duos?*

Sen. in Hipp. *Celsos sonipedes ocyus subigit iugo,*
Et ora frœnis domita substricti ligat.

Ouid. 1. Fast. *Nec bellatoris terga premuntur equi.*

Ouid. 2. Fast. *Iamq; coronatis fulgeat altus equis.*

Oui. 1. de Pō. *Collaq; velocis flectere doctus equi,*

— *niue candidioribus ambo Vectebantur equis,*

Quid. 8. Met. — *tergumq; premebat Acris equi.*

Oui 13. Met. *Quum vectaris equo, simulacraq; Martia ludis,*
Quis molles sinuare fugas quis tendere contum

Cla. in cos. 4. Honor. *Acrior? aut subitos melior flexisse recursus?*
Non te Massagetæ, non gens exercita campo
Thessula, non ipsi poterunt æquare bimembres
Vix comites alæ, vix te suspensa sequuntur
Agmina feruentesq; tument post terga Dracones.
Vtq; tuis primum sonipes calcaribus arsit,
Igneſcunt patulæ nares, non sentit arenas
Vngula, discussáq; iubæ sparguntur in armos,
Turbantur phaleræ, spumosis morsibus aurum
Fumat, anhelanteis exudant sanguine gemmæ:
Ipse labor, puluisq; decet, confusaq; motu
Cæsaries: vestis radiato murice solem
Combibit, ingesto crispatur purpura venzo:
Si dominus legeretur equis, tua posceret vltro
Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion,
Seruiretq; tuis contempto Castore frœnis
Cyllarus, & flauam Xanthus spreuisset Achillem
Ipse tibi famulas præberet Pegasus alas,
Portaretq; libens, melioraq; pondera passus
Bellerophontæas indignaretur habenas:
Quin etiam velox Aurora nuntius Æthon.
Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur
Lucifero, quoties equitem te cernit ab astris,
Inuidet, inq; tuis mutuit spumare lupatis.

Clau. in frat. — *hic sub iuga ferrea nectit*
Cornipedes, rigidaq; docet seruire lupatis.

Stat. 4. Theb. *Cornipedem trepidos fuctum præuertere ceruos*

Fingit

Fingit equum tenera docilem ceruice magister Hor.1. Epod.
Ire viam qua monstrat eques. Ibid.
— piger optat arare caballus. Manil.lib.5.
— moderantem quatuor ora
Spumigeris frænata lupis, & flectere equorum
Prænalidas vireis, ac torto stringere gyro. Ibidem.
Aut solo vectatus equo. Virg.11.Æne.
— aut corpore saltu Subijciunt in equos.

Vide AVRIGARE.

Eradicare, *vide* EVELLERE.

Eremita, Eremus, *vide* DESERTVM.

Errare & error in scriptis.

Si qua videbuntur chartis tibi, Lector, in istis Mart.libr.2.
Siue obscura nimis, siue Latina parum:
Non meus est error, nocuit librarius illis,
Dum properat versus annumerare tibi.
Quòd si non illum, sed me peccasse putabis:
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Ista tamen mala sunt, quasi nos manifesta negemus. Mart. lib.6.
Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis. Mart. lib.5.
Non est hic rogo, Cinna, barbarismus.
— Solæcismum, Calliodore, facis.

Vide CORRIGERE, & DELERE.

Erigere, & gi. Vir.3. Georg.
— quo me quoque possim Tollere humo. Ibid.
Inque dies auidum surgens caput altius effert, Virg.2. Æne.
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas. Ibid.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Ibid.
Roboribus textis, cœloque educere iussit Virg.3. Æneï.
— genitor, quem tollere in altos Optabat montes. Ibid.
— arcemque attollere tectis. Ibid.
— tollemus in astra nepotes. Virg.4.Æne.
— tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus Ibid.
Illa graues oculos conata attollere. Ouid.2. Met.
Ter sese attollens, cubitoque innixa leuauit. Ibid.
— resupinoque ardua collo Oui. 12. Met.
Quos potuit solos tollens ad sidera vultus.
— vtraque cœlo Brachia porrexit Virg.10.Æne.
— inq; humeros limen tellure reuulsum Hor.1. c.0.35.
Tollit onus plaustri, Virg.5.Aeneï.
— & terra subleuat ipsum
— vel imo tollere de gradu Mortale corpus. Virg.6.Aene.
Æquum q; ab humo miserans attollit amicum.

— aram.

— aramq; sepulcri

Virg.10. Aen. Congerere arboribus, cœloq; educere certant,

Ibid. — attollit in agrum se femur.

Prob.lib 2. Tollit se arrectum quadrupedes.

Prop.lib 1. — & tollere nunquam Te patietur humo.

Ouid.2. Met. Quo me fama leuat terra sublimis.

Boet.lib.5. — & erectos ad sidera tollere vultus.

Ibid. Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumen.

Qui recto cœlum vultu petis, exeris q; frontem,

Claud. In sublime feras animam quo q; ne grauata pessum

Lucre. lib. 2. Inferior sidat mens, corpore celsius leuato.

Attollant vultus.

Ouid. 4 Met. — altaq; tecta

Ouid.11. Met. Tolleret à terris procul, & consurgeret aër.

Stat.2. Theb. — oculos iam morte grauatos Pyramus erexit,

Tollit humo saxum.

— fratris moribunda leuabat Membra solo.

Esse in aliquo loco, vide HABITARE.

Euadere.

Virg.4. Geor. — atq; ita vinclis

Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Ibid. Iamq; pedem referens casus euaserat omnes.

Virg. 1. Æneï. Namq; tibi reduces socios, classemq; relatam

Nuntio & in tuto versis Aquilonibus actam.

Ibid. Si datur Italiam socijs & rege recepto Tendere.

Ibid. Omnia tuta vides, classem, socioso q; receptos,

Troius Æneas Libycis ereptus ab vndis.

Ibid. Ilidcis erepta ruinis,

Virg.2. Æne. Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi.

Ibid. Ille simul manibus tendit diuellere nodos.

Ibid. Heu fuge nate dea teque his, ait eripe flammis.

Ibid. Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuum.

Ibid. — diuellimur inde Iphitus, & Pelias mecum.

Ibid. Ecce autem elapsus Pirrhi de cade Polites

Ibid. Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum.

Ibid. — omnemque videbar Euasisse viam.

Virg.3. Æneï. — iuuat euasisse tot vrbes

Argolicas medioso que fugam tenuisse per hostes.

Ibid. — Italique hanc littoris oram Effuge.

Ibid. — satis est gentem effugisse nefundam.

Ibid. — qua prima pericula vito.

Ibid. Et quo quemque modo fugiasque, ferasque laborem.

Hor.1.c.o.17. — hic in reducta valle Canicula Vitabis æstus,

Quid

Quid quisq; vitet nunquam homini satis Ho. 2. c. o. 15.
Cautum est in horas. Hor. 5. c. o. 14.
— non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
— iamq; imprudens euaserat hostes: Virg. 9. Æneï.
— quid pestem euadere belli Virg. 10. Æne.
Iuuit & Argolicos medium fugisse per ignes,
Totq; maris, vastaq; exhausta pericula terra? Ouï. 1. de art.
Non auis vtiliter viscatis effugit alis,
Non bene de laxis cassibus exit aper. Ouï. 14. Met.
Vixq; fuga quæsita salus. Stat. 3. Achill.
Quæ potuit nostras possessa euadere flammas.

Euaginare.

— vaginaq; eripit ensem. Virg. 4. Geor.
— ensemq; recludit Dardanium. Ibid.
Deq; sagittifera prompsit duo tela pharetra. Ouid. 1. Met.
— vaginaq; ripe ferrum Virg. 6. Æneï.
Pars gladios stringunt manibus. Virg. 12. Æne.
— aurata volucrē Threissa sagittā Deprompsit pharetra. Vir. 11 Aene.
At Pallas magnis emittit viribus hastam, Virg. 10. Æne.
Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem.
— depromunt tela pharetris, Virg. 5. Æneï.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum Virg. 6. Æneï.
Æneas, strictamq; aciem venientibus offert.
— simul ense recluso Ibat in Eurialum. Virg. 9. Æne.
Ense leuis nudo. Ibid.
— strictum rotat acer Lycagus ensem. Virg 10. Æne.
— strictumq; coruscat Mycenem. Ibid.
— ocyus ensem Ibid.
Æneas, viso Thirrheni sanguine lætus,
Eripit à femore & trepidanti feruidus instat, Ouid. 6. Met.
Quo fuit accinctus, vagina liberat ensem. Statius.
Ensisque vagina quiescit,
Stringere ni iubeant amici
— sæuum distringere ferrum. Luc. 7. Pharſ.
— dum vagina ducitur ensis. Lucret. lib. 8.
Tum strictum properè vagina detegit ensem. Sil. Ita. lib. 13.
Eductumque tenet vagina interritus ensem. Ibid.
— ac strictum vndique Micare ferrum. Sen. in Thye.
— aptam impiam capulo manum, Ensemque ducit. Sen. in Oedi.
Nudarunt gladios. Ouid. 2. Fast.
— auratum vagina liberat ensem, Ibid.
— aperto Ense vocat socios. Stat. 6. Theb.

— exue

Stat. 9. Theb. — exuerat vagina turbidus ensem.

Vide Ensis.

Euanescere.

Virg. 4. Geor. Iamque vale feror ingenti circumdata nocte
Inualidasque tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit & ex oculis subito, ceu fumus in auras
Commistus tenues, fugit diuersa, neque illum
Prensantem nequicquam vmbras, & multa volentem
Dicere præterea vidit, nec portior Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Dixerat & spissis noctis se condidit vmbris.
Virg. 2. Æneï. — deseruit, tenuesq; recessit in auras.
Ibid. Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno
Virg 4. Aene. Mortales visus medio sermone reliquit.
Ibid. His medium dictis sermonem abrumpit, & auras
Aegra fugit seque ex oculis auertit & aufert.
Ibid. — si fatus nocti se immiscuit atræ.
Ouid. epist. 1. — tenues vanescat in auras.
Virg 5. Æneï. — tenuesq; recessit Consumpta in ventos.
Ibid. Iamq; vale, torquet medios nox humida cursus,
Et me sauus equis oriens afflauit anhelis:
Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.
Virg. 9. Æne. Mortales medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Ouid. 6. Met. — subitusq; inuitâ notabit
Ora rubor, rursusq; euanuit, vt solet aër
Purpureus fieri, cum primum Aurora mouetur.
Prop. lib. 4. Et breue post tempus candescere solis ab ortu
Ouid. 2 de rē. Inter complexus excidit vmbra meos.
Luca. 3. Phar. — & in tenues euanidus exeat auras.
— sic fata refugit
Sil. Ital. lib. 8. Vmbra per amplexus trepidi delapsa mariti.
Ouid. 2. Fast. Sic fata in tenuem Phœnissa euanuit auram.
Ouid. 14. Met. — & in tenuis oculis euanuit auras.
Tabuit inque leues paulatim euanuit auras.
— corpus mortale per auras.
Dilapsum tenueis, vt lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere cœlo.

Euellere.

Virg. 4. Geor. Transuersas salices.

Ille

Ille etiam serat in versum distulit vlmos Ibid.
Quin age, & ipsa manu felices erue syluas. Ibid.
Et nemora euertit multos ignaua per annos. Vir. 2. Georg.
Antiquasque domos auium cum stirpibus imis Eruit.
— *disiectas moles, auulsaq; saxis Saxa vides.* Ibid.
— *traxit q; iugis auulsa ruinam* Ibid.
— *viridem q; ab humo conuellere syluam, Conatus,* Ho. 3. ca. o. 8.
— *qua prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur.* Ibid.
— *lentum conuellere vimen.* Ibid.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu Ibid.
Aggredior, genibusq; aduersa obluctor arenæ. Ibid.
Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina. Virg. 4. Æneï.
— *& vulsis pascunt radicibus herbæ.*
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes. Virg. 1. Geor.
Aut tempestiuam syluis euertere pinum Ibid.
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent.
Quid quod vsq; proximos Reuellis agri terminos, Ho 2. c o. 18.
— *& comam vellit.* Mart lib. 2.
— *limen tellure reuulsum.* Ouid. 12. Met.
— *duroque sudem vix osse reuellit.* Ibid.
Vidi ego Petræum conantem euellere terra Ibid.
Glandiferam quercum, quam dum complexibus ambit,
Et quatit huc illuc, labefactaq; robora iactat,
solido q; reuellere dumo Ibid.
Annosam pinum magno molimine tentat.
— *vt quondam caua concidit aut Erymantho,* Virg 5. Æneï.
Aut Ida in magna radicitus erutapinus.
Aureum cuius locuplete ramum Auctor.
Si quis obnixu manuum reuellat.
Haud ita frumentis nocuam sudante reuellit Idem.
Colonus herbam sarculo.
— *simul arripit ipsum* Virg. 9. Æne.
Pendentem & magna muri cum parte reuellit.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant. Virg. 12. Æn.
Incubuit, voluit q; manu conuellere ferrum. Ibid.
Nam q; diu luctans lentoq; in stirpe moratus
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Æneas.
— *rupiq; capillos* Ouid. 5 Met.

— *inor-*

Ouid.epist.3. — inornatos lanauit diua capillos.
Ibid. Neue meos coram scindi patiare capillos
Ouid.epist.12. Sertaque compositis demere rapta comis.
Catullus. Quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum
Indomitus turbo contorquens flamine, robur
Eruit, illa procul radicibus extirpata
Luc.4 Pharf. Prona cadit, lateq; & cominus omnia frangit.
— spoliabat gramine campum
Miles & attonso miseris iam dentibus aruo.
Luc.6. Pharf. Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.
Ibid. Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas.
Lucr.lib.6. Telaque confixis certant euellere membris,
— in terra cum tamen alta
Arbusta euolens radicibus hausit ab imis.
Sil.Ital.lib.6. — arcte Arboris abstraxit molem, penitusque reuulsam:
Euertit fundo, & radicibus eruit imis.

Vide DIRVERE, & COLLIGERE.

Euertere, *vide* DIRVERE.

Euitare, *vide* EVADERE.

Euomere.

Virg.2. Geor. Et bibit humores, & cum vult se ipsa remittit.
Virg.4. Geor. & mistum spumis vomit ore cruorem.
Virg.4 Geor. — sicco terram spuit ore viator.
Virg.3. Geor. — auulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat.
Ibid. saniem eructans ac frusta cruento
Per somnum commista mero.
Ouid.12.Met. Sanguinis ille globos pariter cerebrumque merumque
Vulnere & ore vomens.
Virg.5.Æneid. — crassumque cruorem Ore reiectantem.
Virg.7. Æne. — æneos efflantem faucibus ignes.
Virg.8.Aene. Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Euomit
Ibid. — spirantemque ignibus ipsum.
Ouid.6.Met. — reserato pectore diras
Egerere inde dapes, emersaque viscera.
Ouid.5.Met. — resupinus arenas
Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhœus.
Ou.2.de rem. Hoc vomit epotas dira Charybdis aquas.
Ti.lib.3. Nec flammam voluens ore Chimæra fero.
Ou.2.de rem. Non semel est stomacho nausea facta meo.
Ouid.4.Met. — eiectantemque cruentas
Ore dapes, & frusta mero glomerata vomentem.

Eu-

Europa.

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus Mart.
Mæonis elusam designat imagine tauri
Europam. Ouid. 6 Met.
Europa atq; Asia pulsus.

Exaudire.

Talibus orantem dictis arasq; tenentem Virg. 4. Æneï.
Audiit omnipotens, oculoſq; ad mœnia torsit.
Mota dea eſt. Oui. 1. Met.
— laborantes vtero puellas. Ho. 3. c. o. 22.
Ter vocata audis, adimisq; letho.
Ipſe meas æther accipe ſumme preces: Oui in Ibin.
— Arcadij quæſo miſereſcite regis. Virg. 8. Æneï.
Et patrias dudite preces,
— diuæ prece vincit vrbis Auctor.
Sixtus audita ſuperis amicus.
— ſi quis ab alto Ouid. epiſt. 6.
Iuſtus adeſt precibus Iuppiter ipſe meis.
Iam prece Pollucis, iam Caſtoris implorata. Catullus.
At ſi pro dulci reditu quæcunq; vouentur, Tib. lib. 3.
Audeat auerſa non meus aure Deus.
Intentaq; tuis precibus ſe præbuit aure, Tib. lib. 4.
Cunctaq; veraci capite annuit additus aris.
Non ſemper placidus periuros ridet amicos Prob. iib. 2.
Iuppiter, & ſurda negligit aure preces.
— Deus exorabilis ille eſt, Ibid.
Si modo præſentes viderit eſſe preces.
Panditur ad nullas ianua nigra preces. Prop. lib. 4.
Exaudite preces. Luc. 6. Pharſ.
Noſti tempora tu Iouis ſereni, Mart. lib. 5.
Cum fulget placidus, ſuoq; vultu,
Quo nil ſupplicibus ſolet negare,
Annuit oranti. Ouid. 3. Faſt.
Nunc quoq; votorum nulla eſt pars vana meorum, Ouid. 9. Met.
Diiq; mihi faciles, quicquid voluere dederunt.
Annuit optatis. Ouid. 2. Met.
— votis vt præbeat aurem. Ho. 1. ſe. ſat. 1.
Annuit, & motu ſigna ſecunda dedit. Ouid. 3. Faſt.
— mouit caput æquoreus rex. Ouid. 2. Met.
Concuſſitq; ſuis omnes aſſenſibus vndas.
Annuit his, capitisq; ſui pulcherrima motu Ibid.
Conceſſit grauidis oneratos meſſibus agros.
Iuppiter annuerat, nutu tremefactus vterq;
Et polus, & cœli pondera mouit Athlas.

Stat. 1. Theb. *Exaudi si digna precor.*

Excellere super omnes.

Virg. 1. Aenei. — *gradienſq; deas ſupereminet omnes.*
Vir. 4. Ænei. — *ipſe ante alios pulcherrimus omnes*
Ouid. 1. Met. *Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas*
Naias vna fuit:
Virg Eclog. 1. *Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,*
Quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
Virg. Eclog. 5 *Lenta ſalix quantùm pallenti cedit oliuæ,*
Puniceis humilis quantùm ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas.
Ho 1. c. 0. 12. *Vnde nil maius generatur ipſo,*
Nec viget quicquam ſimile, aut ſecundum.
Jbid. *Creſcit occulto velut arbor æuo,*
Fama Marcelli micat inter omnes
Iulium ſidus, velut inter ignes Luna minores.
Mart. lib 4. *Atq; inter Latias gloria prima nurus.*
Virg. 9. Ænei. — *medio dux agmine Turnus*
Vertitur, arma tenens & toto vertice ſupra eſt:
Virg. 8. Æne. *Pegaſis Oenone Phrygijs celeberrima ſyluis.*
Ibidem. — *ſed cunctis altior ibat Anchiſes,*
— *ipſe agmine Pallas*
In medio, chlamyde, & pictis conſpectus in armis,
Ouid. 3. Met. — *tamen altior illis*
Ipſa dea eſt, colloq; tenus ſupereminet omnes,
Prop. lib. 2. *Et tibi Mœonidas, interq; Heroidas omnes*
Primus erit nulla non tribuente locus.
Luc. 1. Pharſ. *Et celſus medio conſpectus in agmine Cæſar.*
Luc. lib. 1. — *quem tu, dea, tempore in omni*
Omnibus armatum voluiſti excellere rebus,
Sil. Ital. lib 3. — *celſumq; caput ſuper agmina tollit*
Ibid. *His rector fulgens oſtro ſuper altior omneis*
Germanus nitet Hannibalis.
Oui. 3. de Pō. *Qua nihil in terris ad finem ſolis ab ortu*
Eleg. 1. *Clarius excepto Cæſare mundus habet.*
Ou. 4. de Pōt. *Sed tantùm virtus alios tua præterit omnes,*
Ante citus quantùm Pegaſus ibat equos.

Excitare à morte, *vide* RESVRGERE.

Excoriare.

Virg. 4 Geor. *Tonſa per integram ſoluuntur viſcera pellem.*
Virg 2. Æne. *Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.*
Oui. in Ibin. *Nudave directa pateant tua viſcera pelle.*
Virg. 12. Æne. — *iugulant pecudes, & viſcera viuis Eripiunt.*

Cla-

Clamanti cutis est summos direpta per artus. Virg. 6. Æne.
Ne quicquam nisi vulnus erat cruor vndiq; manat
Detectiq; patent nerui, trepidæq; sine vlla
Pelle micant venæ, salientia viscera possis,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Casa recesserunt à cute membra sua. Ouid. 6. Fast.

Excubiæ, *vide* Custodiæ, & Vigilare.

Exilium, *vide* Exulare.

Exire.

— regnis excussit auitis. Virg. 3. Geor.
Exilit in siccum. Mane ruunt portis. Vir. 4. Georg.
— summa flauum caput extulit vnda. Ibid.
— & egressus syluis. Virg. 1. Æneï.
— & venti velut agmine facto. Quà data, portarunt. Ibid.
— letiq; cauo se robo. è promunt. Virg. 2. Æneï.
Menè efferre pedem genitor te posse relicto? Ibid.
— meq; extrà tecta ferebam. Ibid.
Est vrbe egressis tumulus. Ibid.
— nota excredo regione viarum. Ibid.
Qua gressum extuleram repeto Ibid.
— & ira Deum stygijs sese extulit vndis. Virg. 3. Aeneï.
— cum sese à mœnibus heros Ibid.
Cum subitò è syluis procedit. Ibid.
It portis iubare exorto delecta iuuentus. Virg. 4. Aene.
Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis. Virg. 8. Æne.
Prodeas noua nupta. Catullus.
Non vt marmorei prodirem è limine tecti. Tib. lib. 3.
Si tamen alto saliens tecto. Boet. lib. 3.
— patrios excedere muros. Luc. 1. Pharſ.
Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille. Luc. lib. 3.
— propera tectis Efferre gradus, linque crudeles Principis aulam. Sen. in Octa.
— & charo raptim se limine profert, Stat. 2. Theb.
— arcana sic fama erumpere porta Calicolas. Ibid.

Excusare.

Excusatum habeas me rogo. Mart. libr. 2.
Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces: Mart. lib. 3.
Cum te excusaris, Maxime, quid recitus?
— & timidè verba excusantia dicit. Ouid. 9. Met.

Excusationes Variæ poëtarum.

Audet facundo qui carmina mittere Nerua, Mart. lib. 9.
Pallia donabit Glaucina Cosme tibi:
Pæstano violas & cana liguſtra colono,

Hyblæis apibus Corsica mella dabit.
Sed tamen & paruæ nonnulla est Gratia musæ:
Appetitur posito vilis oliua lupo.
Nec tibi sit mirum, modici quòd conscia vatis
Iudicium metuat nostra Thalia tuum.
Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Lasciuum iuuenis cùm tibi lusit opus.

Mart. lib. 14. *Diuitis alternas & pauperis accipe sortes*
Præmia conuiuæ det sua quisq; suo.
Sunt apinæ, tricæq;, & si quid vilius istis
Quis nescit? vel quis tam manifesta negat?
Sed quid agam potius madidis, Saturne, diebus
Quos tibi pro cœlo filius ipse dedit?
Vis scribam Thebas Troiamq; malas q; Mycenas?
Lude, inquis, nucibus, perdere nolo nuces.
Quouis cunq; loco potes hunc finire libellum,
Versibus explicitum est omne duobus opus.

Id. lib. 9. *Non te celabis, sublimi pectore vates,*
Cui referet serus præmia digna cinis.
Hoc tibi sub nostra breue carmen imagine viuat:
Quam non obscuris iungis, Auite, viris.
Ille ego sum nulli nugarum laude secundus:
Quem non miraris, sed, puto, Lector, amas,
Maiores maiora sonent: mihi parua loquuto
Sufficit in vestras sæpè redire manus.

Auctor. *Parce, pubesco, iuuenisq; mollis*
Contegit lanugo genas, acuta
Tonsor incautum nec adhuc totondit
Cuspide mentum.
Saltibus crescit minor in profundis
Consenescentes, rubus inter vlmos
Dura nec truncum gracilem securi
Brachia scindunt.

Vide Nvgæ & Cvcvllvs.

Exequi.

Ouid. 6. Fast. *Dicta fides sequitur.*
Ouid. 4. Met. *— Res dicta sequuta est.*
Ouid. 8. Met. *Vota fides sequitur.*
Virg. 4. Geor. *Protinus aërij mellis cælestia dona*
Exequar.
Ouid. *adde fidem dictis.* Vide Finire.

Exheredare.

Mart. lib. 3: *Exheredauit te, Philomuse, pater.*

Exo-

Exorare, & Exorabilis, *vide* BENIGNVS, FLECTERE & PLACARE IRAM.

Expandere & di.

— latè ramos, & brachia tendens. Virg.2. Geor.
Huc illuc media ipsa ingentem sustinet vmbram.
— quercus Ingentes tendat ramos, Virg.3. Geor.
— & alas Pondere ad æstiuum solem. Virg.4. Geor.
— dederat q; comas diffundere ventis. Virg.1. Æneid.
— ibant Crinibus Iliades passis. Ibid.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt. Ibid.
— & leni recreare vento. Hor.3.c.o.20
Sparsum odoratis humerum capillis.
— mouens q; decoro. Ouid. 6. Met.
Cum capite immissos humerum per vtrum q; capillos. Ouid.1. de art.
— sparsis in terga capillis. Oui.epist.12.
Ecce iacent collo sparsi sine lege capilli. Luc. 1. Pharf.
— nudos q; per æra ramos Effundens. Sen.in Troia.
Solutte crinem, per colla fluant Mœsta capilli, Cla.2.de rap.
— leuibus proiecerat auris Indociles errare comas. Pro.

Expergefacere & Expergisci.

— somnos abrumpit cura salubres. Virg.3. Geor.
Excutior somno. Corripio è stratis corpus. Virg.2.Æneid.
— stratis q; relictis Corripio è somno corpus. Virg.4. Æne.
Nec tibi somnos adimunt. Hor.1.ca.o.2.
— tacitis ego noctis in vmbris Oui.in Ibin.
Excutiam somnos.
— vbi prima quies medio iam noctis abacta Virg.6.Æneid.
Curriculo expulerat somnum.
— nox Æneam, somnus q; reliquit, Ibid.
Surgit, & ætherij spectans orientia solis Lumina.
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma, Ibid.
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
— aurora rubescere primo Cœperat, exurgo. Ouid.3 Met.
Excussere metus somnum, conterrita surgo Oui epist. 10.
Territus exurgit, fugit omnis inertia somni. Oui.epist.14.
Expulerant somnos hæc mea verba tuos. Ibid.
— certos non rumpunt classica somnos. Manil. libr.1.
— orta dies sopitas excitat vrbeis Catullus.
Vtpote fallaci quæ tum primum excita somno. Tib. lib.3.
— & ignauus defluxit corpore somnus, Statius.
Fugit pigra quies, inersq; somnus. Oui.epist.21.
Tam cito me somnos destitu isse queror. Luc. 3. Pharf.

Luc. 5. Pharſ. *Dum non ſecuros liceat mihi rumpere ſomnos.*
Luc. lib. 3. *— pulſo torpore quietis.*
Jbid. *Corripere ex ſomno corpus.*
Lucr. lib. 4. *Quin correptus homo ex ſomno ſe colligit ipſe,*
Quæ nos horrificè languenteis ſæpe ſopore Excierant.
Jbid. *— ſæpè leuem ex oculis, volucremq; ſoporem*
Juuen. Sat. 3. *Diſcutere, & corpus de terra corripere inſtant,*
Ouid. 7. Met. *Eripiunt ſomnum Druſo. Somnus abit.*
Sen. in Troia. *Mihi gelidus horror, ac tremor ſomnum excutit.*
Sen. in Oct. *Tandem quietem magnus excuſſit timor.*
Ouid. 3. Faſt *Somnus vt abſceſſit. Depelle ſomnos.*
Oui. 3. de Pō. Eleg. 3. *Territus in cubitum releuo mea membra ſiniſtrum.*
Pulſus & à trepido pectore ſomnus abit.
Clau. in Epithalam. *— ſtreptu excita recedit*
Vt reliquum nitido deterſit pollice ſomnum.
Stat. 2. Theb. *Illi rupta quies attollit membra, toroq; Erigitur.*
Ibid. *— ſomnoſq; excuſſit inerteis.*
Stat. 2. ſyl. *Quis matutinos abrumpet murmure ſomnos?*
Hor. 1. epiſt. *Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.*
Vt te ipſum ſerues, non expergiſceris?

Experiri.

Vir. 3. Georg. *— tentanda via eſt.*
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Virg. 4. Geor. *Audet, & ignoto ſeſe committere ponto.*
Virg 3. Æneï. *Vnde noua ingreſſus hominum experientia cœpit.*
Virg 4 Aene. *— & terras tentare repoſtas.*
Ibid. *— tibi fas animum tentare precando.*
Ibid. *Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat,*
Ouid 1. Met. *Mox, ait, experiar.*
Jbid. *— hæc illi placet experientia veri.*
Jbid. *— ſed quid tentare nocebat?*
Ibid. *Cuncta prius tentanda.*
Matt. lib 1. *Per varios vſus, artem experientia fecit.*
Ouid. 2. Met. *Vires expertus Equorum*
Mart. lib. 12. *Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.*
Ouid. 7. Met. *— Meditataq; pene reliqui tentamenta.*
Ibid. *— quoties tentamina noſtra pudici*
Reppulerint mores.
Ouid. 1. Met. *Mox ait experiar Deus hic diſcrimine aperto,*
An ſit mortalis, nec erit dubitabile.
Jbid. *— Hæc illi placet experientia veri.*

Vide Conari & Aggredi, Difficile.
Explicare, *vide* Narrare & Manifeſtare.
Extemporalis, *vide* Componere ex tempore.

Externa regio, & longinqua.

— quid si non arua aliena, domosque Ignotas peteres. Virg. 4 Ænei.
— & nos fas extera quærere regna. Ibid.
— quid terras alio calentes Sole mutamus. Ho. 2. c. o. 16.
— qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis. Hor. 4. c. o. 4.
Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Virg. Eclog. 2.
— in vltimos Orbis Britannos. Ho. 1. ca. o 35.
— longinquis mittit ab oris Mart. lib. 4.
— ignotis repetens compendia terris. Tib. lib. 1.
— ignotis error perpessus in oris. Prop. lib. 1.
Atq; alio sub sole nouas exquirere prædas. Manil. lib. 4.
Cuncta peregrinos orbeis animalia quærunt. Auctor.
— in longo Scythiæ colatur Amne Mecænas. Idem.
Sume tunc Syrtes iter ad remotas.

Vide PEREGRINARI, & DISTARE.

Extinguere, & gui ignem.

— crinemq; flagrantem Virg. 2 Ænei.
Excutere & sanctos restinguere fontibus ignes.
Saucius hirsutis auidum de crinibus ignem Excutiet. Oui. 12. Met.
Magnaq; subducto stipite flamma perit. Ou. 2. de rem.
Vt leuis absumptis paulatim viribus ignis Oui. 2. de art.
Ipse latet, summo candet in igne cinis.
— paulatim extinguitur ignis. Ou 2. de rem.
Nutritur vento, vento restinguitur ignis. Ibid.
Lenis alit flammas grandior aura necat.
Flammaque non fiat frigidus illa cinis. Oui. epist. 18.
Vtque perit magnus nullis obstantibus ignis, Luc. 3. Pars.
Nec flammas superant vndæ, Ibid.
Hic recipit fluctus, extinguat vt æquore flammas. Ibid.
— gelidis restinguere fontibus igneis Sil. Ita. lib. 16.

Exuere, *vide* NVDARI.

Exulare, & Exilium.

Vide IMPEDIRE.

Atque ideo Tauros procul atque in sola relegant Virg. 3. Geor.
Pascua post montem oppositum, & trans flumina lata. Ibid.
— sed alter Victus abit, longè ignotis exulat oris,
Troiæ qui primus ab oris Virg. 1. Æne.
Italiam fato profugus, Lauinaque venit
Littora, multum ille & terris iactatus & alto,
Vi superum, sæua memorem Iunonis ob iram Ibid.
— quibus tot funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. Ibid.
Ipse ignotus egens Libyæ deserta peragro,

Ibid. *Europa, atq; Assia pulsus.*
Si quibus eiectus syluis, aut vrbibus errat.
Virg. 2. Æne. *Finibus expulsum patriis noua regna petentem.*
Ibid. *— fracti bello, fatisq; repulsi.*
Ibid. *Exiliumq; pati.*
Ibid. *Longa tibi exilia, & vastum maris aquor arandum.*
Virg. 3. Æneï. *Diuersa exilia, & desertas quærere terras.*
Vir. Eclog. 1. *Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.*
Nos patria fugimus.
Virg. 2. Geor. *Exilioq; domos & dulcia limina mutant,*
Atq; alio patriam quærunt sub sole iacentem.
Virg. 3. Geor. *— regnis excessit auitis.*
Auguriis agimur diuum.
Ibid. *Littora tum patriæ lacrymans, portusq; relinquo,*
Et campos vbi Troia fuit, feror Exul in altum cum sociis.
Ibid. *Fama volat pulsum regnis cessisse paternis*
Idomenea ducem, desertaq; littora Cretæ.
Ho. 3. c. o. 12. *Me vel extremos Numidarum in agros Classe releget.*
Mart. lib. 2. *Si iubeat patria damnatum excedere terra,*
Per freta, per scopulos exulis ibo comes.
Oui. in Ibin. *Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus*
Non sinit exilio delituisse meo.
Ibid. *Nititur vt profugæ desint alimenta senectæ.*
Ibid. *Ecul inops erres, alienaq; limina lustres.*
Mart. lib 1. *Exulat Ausonia profugus delator ab vrbe.*
Virg. 5 Æneï. *— Getulis agerem si Syrtibus exul*
Argolicóve mari deprensus, & vrbe Mycenæ.
Virg. 7. Æne. *— pulsi regnis,*
Ibid. *— memoriq; relegat,*
Virg. 8. Aene. *Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum Exigeret.*
Ibid. *— & regnis exul ademptis.*
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem,
Ouid 6. Met. *Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum His posuere locis.*
Ouid. 3. Met. *Exul erat mundi*
— qui Tusca pulsus ab vrbe
Ouid. epist. 6. *Exilium diræ pœnam pro cæde luebat:*
Oui. epist. 7. *Exulet, & toto quærat in orbe fugam:*
Exul ago (cineresq; viri, patriamque relinque.
Oui. epist. 9. *Et feror in duras hoste sequente vias.*
Oui. Epist. 14. *Exulat ignotis Tydeus germanus in oris.*
— regnoque, domoque
Pellimur, eiectas vltimus orbis habet.
Catullus. *Aliena petentes pede velut exules loca celeri.*

Pelli-

Pellimur è patrijs laribus, patimurq; volentes Exilium. Luc.1.Pharſ.
Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis Vir. 11. Æneid.
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus aruis.
— quos improbus aduena bello Ibid.
Territat, inualidas vt aues.
— vagus exul in orbe Sil.Ital. lib.2.
Errabit toto patrijs eiectus ab oris.
— patriam pulſus, dulceiſque penateis Sil.Ita.lib.17.
Linqueret, & triſteis exul traheretur in oras.
— per omneis exul errauit plagas. Sen.Hefur.
Vt exul errat natus, & patria caret. Sen. 1. Theb.
Vt profugus errem ſemper, vt patria arcear, Ibid.
Opemque gentis hoſpes externa ſequar. Ouid.1. Faſt.
Paſſus idem. Tyrius qui quondam pulſus ab oris
Cadmus, in Aonia conſtitit exul humo.
— offenſo pulſus & vrbe deo. Ibid.
Vltima perpetior medios eiectus in hoſteis, Ouid.2.Triſt.
Nec quiſquam patria longius exul abeſt,
Qui procul extremo pulſus in orbe latet. Oui. 3. Triſt.
Mitius exilium faciunt loca triſtior iſta Eleg,1.
Eſt aliquid patriis vicinum finibus eſſe, Eleg.7.
Vltima me tellus, vltimus orbis habet.
— ignota per oppida triſtes Exul agit caſus. Stat.2. Theb.

Fabula, fabulari.

— quod pauendum vanula Prudent.
Edentularum cantilena ſuaſerint.
Dicis licenter hæc poetas fingere
Ficta Iunoni ſtatuunt ſacratum Arborē vatis monumenta: Auctor.
— velut ægri ſomnia vana Horat.
Fingentur ſpecies, vt nec pes nec caput vni
Reddatur formæ. Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas Prudent.
Hæc ſi quis amens fabuloſa exiſtimet Idem.
— poëtica fabula præſtet. Vide MENTIRI.

Facere quid, *Vide* AGERE, AGGREDI, ARDELIO & EXEQVI.

Facilis.

— facilis quærentibus herba, Virg.4. Geor.
— nanq; ipſe volens, faciliſque ſequetur, Virg.6. Geor.
— quod minimum facillimumque eſt, Catullus.
Res non difficilis mihi videtur. Mart.lib 5.

Se. in He. fur. *Non est ad astra mollis è terris via.*
Mart. lib. 1. *Omnis ad accessus Helyconis semita trita est.*
Virg. 2. Æne. *— facilis iactura sepulcri.*
Ouid. 8. Met. *— paupertatemq; ferendo*
Effecere leuem iniqua mente ferendam.
Idem. *Res non operosa volenti.*
Mart. lib. 12. *Qui suæ metitus pondera ferre potest.*

Fallere, *vide* DECIPERE.

Falx, & Falce secare.

Virg. 2. Geor. *Ipsa acies falcis nondum tentanda.*
Ibid. *Ante reformidant ferrum.*
Ibid. *Procuruam expectant falcem.*
Virg. 3. Geor. *Florentesque secant herbas.*
Virg. 4. Geor. *Ille comam mollis iam tum tendebat achanti.*
Ibid. *Falcibus, & messa ad lunam quæruntur ahenis*
Pubentes herbæ.
Virg. 1. Geor. *— nocte arida prata Tondentur.*
Ibid. *— neque ante Falcem maturis quisquã supponat aristis.*
Ibid. *Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.*
Catullus. *Non falx attenuat frondatorum arboris vmbram,*
Tib. lib. 1. *Hic viridem dura cadere falce comam.*
Oui. de nu. *Non mihi falx nimias Saturno deputat vmbras.*
Iuuen. Sat. 14. *Exigui ruru pauciſſima farra secantem*
Ouid. 7. Met. *Partim succidit curuamine falcis ahenæ.*
Oui. 15. Met. *Serta nec vnquam Falcifera secuere manus.*

Fama pro rumore, & illius descriptio.

Virg. 4 Geor. *—vt fama est.*
Vir. 1. Aenei. *Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem.*
Virg. 1. Æne. *— ea fama vagatur. Fama volat.*
Ibid. *Hic incredibilis rerum fama occupat aures*
Ibid. *— si vera est fama.*
Virg. 4. Æneï. *Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes.*
Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate vrget, viresque ac quirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens ira irritata deorum
Extremam (vt perhibent) Cœo, Enceladoq; sororem
Progenuit pedibus celerem, & pernicibus altis:
Monstrum horrendum, ingens, cui, quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter, (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures,
Nocte volat cœli medio, terraq; per vmbram

Cul-

Fortunat.

Cultoris domini toto sonus exiit orbe,
Nec locus est, vbi se gloria celsa neget.
Stridens: nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, aut magnas territat vrbes
Tam ficti, praui q; tenax quàm nuntia veri.
Hac tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat,
Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum,
Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido,
Hac passim dea fœda virum diffundit in ora,
— eadem impia fama furenti Detulit.
— concussam bacchatur fama per vrbem.
Neve operis famam posset delere vetustas:
— arbitrio popularis aura.
— & facta nondum vulgata recenti.
Cæcilium tota ramor in vrbe sonat,
Orbe locus medio est inter terras q; fretum q;
Cæleste q; plagas triplicis confinia mundi,
Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur penetrat q; cauus, vox omnis ad aures:
Fama tenet, summa q; domum sibi legit in arce,
Innumeros q; aditus ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis:
Nocte dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, vocesque refert, iterat q; quod audit:
Nulla quies intus, nulla q; silentia parte:
Nec tamen est, clamor, sed parua murmura vocis:
Qualia de pelagi si quis procul audiat, vndis
Esse solent qualemve sonum, cum Iuppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, eunt q;,
Mista q; cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusa q; verba volutant:
Equibus hi vacuas implent sermonibus aures
Hi narrata ferunt alio, mensura q; ficti
Creſcit, & auditis aliquid nouus adijcit author,
Illic credulitas, illic temerarius error,
Vana q; lætitia est, consternati q; timores,
Seditio q; recens dubio q; authore susurri:
Ipsa quid in cœlo rerum, pelagoque geratur
Et tellure videt, totum que inquirit in orbem,
— ita fama ferebat.

Ibid.
Ibid.
Ouid 1. Met.
Hor. 3. c. od 2.
Ouid 1. Met.
Mart. lib. 2.
Ouid 12. Met.

Ibid.

Vera

Sil. Ital. lib. 4. *Vera ac ficta simul spargebat fama per vrbem.*
Virg. 7. Æne. *Sed circũ late volitans iam fama per vrbes Ausonias tulerat.*
Ibid. *Ducitur hic subito Troiana per agmina rumor.*
Ibid. *Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.*
Virg. 8. Æne. *Fama volat paruam subito vulgata per vrbem.*
Virg. 9. Æne. *Interea pauidam volitans pennata per vrbem*
Nuntia fama ruit, matrisq; allabitur aures Euryali.
Et iam fama volans tanti prænuncia luctus
Virg. 11. Æne. *Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet.*
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem.
Virg. 12. Æne. *— Phrygiæq; per oppida facti*
Ouid. 6. Met. *Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem.*
Ouid. 5 Met. *Fama noui fontis nostras peruenit ad aures.*
Boet. lib. 2. *Licet remotos fama per populos means*
Diffusa linguas explicet.
Oui. epist. 14. *— volucris præconia famæ.*
Luca. 1. Phar. *Vana quoq; ad veros accessit fama timores,*
Irrupitq; animos populi, clademq; futuram
Sil. Ital. lib. 8. *Intulit, & velox properantis nuncia belli*
Ouid. 6. Fast. *Innumeras soluit falsa in præconia linguas.*
Oui. 2. de Põ. *Iamq; ferebatur vicina per oppida rumor.*
Eleg. 9. *Rumor, vt est velox, agitatis peruolat alis,*
Estq; frequens Ino nomen in ore tuum.
Fama loquax vestras si iam peruenit ad aureis.
Ouid. 9. Met. *— Cum fama loquax peruenit ad aures*
Deianira tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.

Fama pro laude.

Hor. 3. c. o. 9. *— late nomen in vltimas Extendet oras.*
Mart. lib. 1. *Hic est, quem legis, ille, quem requiris*
Mart. lib. 3. *Toto notus in orbe Martialis:*
Ore legor multo, notumq; per oppida nomen
Mart lib. 1. *Non expectato dat mihi fama rogo.*
Sil. Ital. lib. 9. *Summa tua Meleagre fuit quæ gloria fama.*
— ire per ora
Nomen in æternum paucis mens ignea donat.
Ouid. 6. Met. *— tamen illa per vrbes*
Quæsierat studio nomen memorabile.
Ho. 4. c o. 15. *— famaq; & imperi*
Porrecta maiestas ad ortum
Virg. 7. Æneï. *Solis ab Hesperio cubili.*
Ibid. *Namque fore illustrem fama.*
Virg. 8. Æne. *Nobilis, & fama multis memoratus in oris,*

— tua terris dedita fama. Ouid 3. Met.
Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes. Ibid.
Cognita res meritam vatis per Atheidas vrbes.
Attulerat famam, nomenq; erat auguris ingens. Oui. Epist. 15.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaque de facie nescia terra tua est. Stat. 7. Theb.
Ite alacres nunquam vestri morientur honores,
Bellaq; perpetuo memorabunt carmine Musæ. Ou. 4. de Pon.
Famaq; post cineres maior venit & mihi nomen Eleg 16.
Tunc quoque cum vestris annumerarer, erat.
Sed dicam vobis, vos porrò dicite multis Catullus.
Millibus, & facite hæc charta loquatur annus:
Omnibus inque locis celebretur fama sepulti,
Notescatq; magis mortuus, atque magis Tib. lib. 1.
Quem referunt Musæ, viuet dum robora tellus
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.
Quo me fama leuat terra sublimis & à me Prop. lib. 3.
Nata coronatis fama triumphat equis,
At mihi quod viuo detraxerat inuida turba, Ibid.
Post obitum duplici fœnore reddet honos,
Omnia post obitum fingit maiora vetustas,
Maius ab exequiis nomen in ora Venit. Ibid.
Crede mihi magnos æquabunt ista Camillos
Iudicia, & venies tu quoque in ora virum,
Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis,
Mæcenatis erunt vera trophæa fides. Boet. lib. 1.
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen literis:
Iacetis prorsus ignorabiles,
Nec fama notos efficit:
Quod si putatis longius vitam trahi,
Mortalis aura nominis, Ou. 4. de Pōt.
Carmina vestrarum peragunt præconia laudum. Eleg 8.
Neue sit actorum fama caduca cauent:
Carmine fit vinax virtus, expersque sepulcri, Clau.
Notitiam seræ posteritatis habet, Statius.
Omnibus audimur terris, mundiq; per auras Ibimus:
At tu seu rapidum poli per axem
Famæ cursibus arduis leuatus,
Quà surgunt animæ potentiores,
Terras despicis, & sepulcra rides,
Nomen ab æterna posteritate feres: Oui. epist. 15.

— fa-

Luc. 5. Pharſ. — *fama veterés laudantur Athenæ.*
Luc. 8. Pharſ. — *felix æterno nomine.*
Iuuen. Sat. 8. — *quem nobis fama ſuperbum Tradit.*
Sil Ita. lib. 16. — *ſatus inclita nomen*
Geſtat fama meum, nec eget tam preſpera laude Facta noſtra.
Mart. lib. 5. *Si poſt fata venit gloria.*
Ibid. *Sed tota legor vrbe frequens, & dicitur, hic eſt,*
Quod q̃ tinus paucis, hoc mihi vita dedit.
Ibid. *Quem chartis, fama q̃, damus populiſque loquendum.*
Mart. lib. 6 *Rem factam Pompillus habet Fauſtine legetur,*
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum.
Se. in Hec. fur. *Alium multis gloria terris*
Sen. in Oct. *Tradat, & omneis fama per vrbeis*
Ouid. 1. Triſt. *Garrula laudet, caloque parem Tollat & aſtris,*
Eleg. 8. — *cuius nomen Clarum toto fulſit in orbe.*
Donec eram ſoſpes cituli tangebar amore,
Quærendique mihi nominis ardor erat.
Ouid. 2. Triſt. *Grande tamen toto nomen ab orbe fero.*
Ouid. 1. Triſt. *Noſtra per immenſas ibunt præconia gentes,*
Eleg. 9. *Quod q̃ querar, notum, qua patet orbis, erit.*
Ibit in Occaſum quicquid dicetur ab ortu,
Teſtis & Heſperiæ vocis Eous erit,
Trans ego tellurem, trans altas audiar vndas,
Et gemitus vox eſt magna futura mei.
Ibid. Eleg 10. — *viuo, ſublime dediſti*
Nomen, ab exequiis quod dare fama ſolet.
Ouid. 5. Triſt. *Non tamen, vt laudet, vigilo, curam q̃ futuræ*
Eleg. 8. *Nominis, vtilius quod latu ſſet, ago.*
Ouid. 3. de Pō. *Fallor, & illa meæ ſuperabit tempora vitæ,*
Eleg. 2. *Si tamen à memori poſteritate legar.*
Corpora debentur meſtis exanguia buſtis.
Effugiunt ſtructos nomen, honoſque rogos.
Occidit & Theſeus, & qui comitauit Oreſten;
Sed tamen in laudeis viuit vterq̃ ſuas:
Vos etiam ſeri laudabunt ſæpe nepotes,
Mart. lib. 4 *Claraq̃ erit ſcriptis gloria veſtra meis.*
O quantum mihi nominis paratur,
O quæ gloria, quam frequens amator?
Te conuiuia, te fora ſonabunt,
Ædes, compita, porticus, taberna,
Ibid. *Vni mitteris, omnibus legeris.*
Claud. in fra. *Cæſibus hic nullis, nullis debilis annis*
Viuet, Apellæum cum morietur opus.

Quem

Quem prius aggrediar? veteris quis facta Probini
Neſciat? aut nimias laudeis ignoret Olibri?
Gloria fuſa Probi, quam nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.

Vide LAVDARE, & ÆTERNVS.

Famere, fames.

Ignauaq; fame: Virg. 4. Geor.
—fœdiſſima ventris Virg. 3. Æne.
Proluuies, uncæq; manus, & pallida ſemper Ora fame. Ibid.
Quam vos dira fames, noſtræq; iniuria cædis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. Ibid.
Obſcœnamq; famem, quæ prima pericula vito. Mart. lib. 7.
—pallet cætera turba fame. Virg. 2. Æne.
—quos improba ventris Exegit cæcos rabies. Sen. in He fur.
—& longa fame Mors protrahatur lenta. Ouid. 1. Met.
Illos longa domant inopi ieiunia victu. Mart. lib 13.
Aut inopem metuat ſordida blatta famem. Mart. lib 2.
Tres pateris natos Galla perire fame. Ibid.
—eſurit, atq; ſitit. Ouid. in Ibin.
Sit frigus mortis cauſa famesq; tua. Ibid.
—inextincta conficiare fame. Ibid.
Inuiſus pereas deficiente cibo. Mart. lib. 1.
Aut torſit lenta triſtia fata fame. Ibid.
—abiſti In tantam miſer eſuritionem. Ibid.
Hoc ſi contigerit fame peribis. Catullus.
—& famem tuliſtis. Luc. 7. Pharſ.
Inſanamq; famem, Juuen. Sat. 15.
Cogebat vacui ventris furor, hoſtibus ipſis
Pallorem, ac maciem, & tenues miſerantibus artus,
Membra aliena fame lacerabant.
—ciborum Ambitioſa fames. Lucre. lib. 4.
—fractus morboq; fameq;. Ouid. 13. Met.
—& male ſuada fames. Virg. 6. Æne.
—ille fame rabida tria guttura pandens, Ibid.
Cum te nate fames ignota ad littora vectum Virg. 7. Æne.
Acciſis coget dapibus conſumere menſas.
—collecta fatigat edendi Virg. 9. Æne.
Ex longo rabies & ſicca ſanguine fauces.
Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim veſana fames) manditq; trahitq; Molle pecus Ibid.
Extimulata fame. Ouid. 1. Met.
Ipſa fame ſtimulante furens, oſcaq; ſepulchris Tib. lib. 1.

Quæ-

Quærat, & à sæuis ossa relicta lupis.

Ouid. 5. Met. *Iamq; comes semper magnorum prima malorum*
Sæua fames aderat, nullocq; obsessus ab hoste
Miles eget, toto censu non prodigus emit
Exiguam Cererem, pro lucri pallida tabes.
Non deest prælato ieiunus venditor auro.

Ibid. *— nec languida fessi*
Corpora sustentant epulis, mensæque perosi
Auxilium facere famem.
— grauis hinc languore profundi

Luc. 5. Pharſ. *Obsessis ventura fames*
Sed paritur sæuam, veluti circumdatus arte

Luc. 6. Pharſ. *Obsidione, famem, nondum surgentibus altam*
In segetem culmis, cernit miserabile vulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos,
Et morsu spoliare nemus, lethumq; minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Quæ mollire queunt flamma, quæ frangere morsu,
Quæq; per abrasas vtero demittere fauces,
Plurimaque humanis antehac incognita mensis
Diripiens miles saturum tamen obsidet hostem,

Sil. Ital. lib. 2. *— & exurit siccatas sanguine venas*
Per longum celata fames
— rabidi ieiunia ventris
Insolitis adigunt vesci, resolutaq; nudos

Ibid. *Linquentes clypeos, armorum tegmina mandunt.*
— moritur tibi vulgus, & vna

Ouid. 1. Faſt. *Te matres, vincente fame, te mœsta virorum*
Eleg 5. *Ora vocant.*
Vtq; rapax stimulante fame, cupiduſque cruoris

Ouid. 8. Met. *Incustodi tum captat ouile lupus,*
— petit ille dapes sub imagine somni,
Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat,
Exercetq; cibo delusum guttur inani,
Progq; epulis tenuis nequicquam deuorat auras:
Vt vero est expulsa quies furit ardor edendi,
Perq; auidas fauces, immersaq; viscera regnat,
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat æther
Poscit, & appositis queritur ieiunia mensis,
Inque epulis epulas quærit, quodque vrbibus esse
Quodque satis poterat populo, non sufficit vni,
Pluſque cupit quo plura suam demittit aluum:
Vtque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec satiatur aquis, peregrinosque ebibit amneis:

Vtq

Vtque rapax ignis non vnquam alimenta recusat,
Innumerasque faces cremat, & quo copia maior
Est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est:
Sic epulas omneis Erisichthonis ora profani
Accipiunt poscuntque simul, cibus omnis in illo
Causa cibi est, semperque locus sit inanis edendo:
Iamque fame patrias, altique voragine ventris
Attenuarat opes, sed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames, implacataque vigebat
Flamma gulæ, tandem demisso in viscera censu
Filia restabat non illo digna parente,
Præbebatque auido non iussa alimenta parenti:
Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
Materiam, dederatque graui noua pabula morbo:
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat. Ouid. 11. Met.
Copia nulla famem releuat. Cla. 1. in lau.
— hinc frugibus atra negatis Stil.
Vrgebat, trepidamque fames obsederat vrbem, Cla. de Mag.
Hoc absente perit, tristi morientia torpent Membra fame.

Fastidire, fastidium

Vel mea quam sanis agitat fastidia verbis. Ho. Epod. 12.
Aut si versus amor tuus est in tædia nostri. Ouid. epist. 3.
Et quoties mutare locum fastidia cogunt. Auson.
— cum longæ venerunt tædia vitæ Oui. de nucc.
Si non est graue, nec nimis molestum. Mart. lib. 5.
Os hebes est, positæque mouent fastidia mensæ, Oui. 1. de Pōt.
Et queror inuisi cum venit hora cibi. Eleg. 11.
Magna mouent stomachō fastidia. Ho. 2. se. sat. 4.

Vide CONTEMNERE.

Fatigare, *vide* DEFATIGARI.

Fauere, *vide* ADIVVARE.

Febris, *vide* ÆGROTARE.

Felix, & fortuna felix.

O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas. Vir. 2. Georg.
— ô terq; quaterq; beati. Virg. 1. Æne.
Aspirat primo fortuna labori. Virg. 2. Æneid.
— possisq; sinus implere secundos. Virg 3. Æneid.
— cursusq; dabit venerata secundos. Ibid.
Viuite felices, quibus est fortuna peracta. Ibid.
Crebrescunt optatæ auræ. Ibid.
Felix heu nimium felix. Virg. 4. Æneid.
Dijs equidem auspicibus reor, & Iunone secunda. Ibid.

Ibid. — & qua molliſſima fandi
Tempora, quis rebus, dexter modus.
Clau. in frat. — nunquamne leuantibus alte Intumuit rebus
Virg. Eclog. 1. Fortunate ſenex Felices ter, & amplius.
Ho. 1. c. o. 43. — fortunaq; dulci Ebrius:
Ibid. od. 37. — nihil eſt ab omni parte beatum.
Ho. 2. c. o. 16. Perſarum vigui Rege beatior.
Hor. 3. c. o. 9. Ecquid te ſatis æſtimas beatum. Nemo malus felix
Mart. lib 11. Auſpicio felix totus vt annus eat.
Juuen. Sat. 4. O ter, quaterq; proſpero fato dati.
Ouid. 1. Faſt. Felix, ille tamen coruo quoq; rarior albo.
Sen. in Hipp. Sum felix; quis enim neget hoc? felixq; manebo.
Juuen. Sat. 7. — ſed ſcilicet vltima ſemper
Ouid. 6. Met. Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ouid 3. Met. Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.
Clau. in Ruff. Deſinat elatis quiſquam confidere rebus.
Catullus. — nam fat es beatus,
Idem. Exquid ſolutis eſt beatius curis?
Tib. lib. 2. Omine quo felix & ſacer annus eat.
Tib. lib. 3. O niueam, quæ te poterit mihi reddere lucem,
O mihi felicem terq; quaterq; diem.
Ibid. Venit poſt multos vna ſerena dies.
Boet. lib. 1. Quiſquis compoſito ſerenus æuo.
Boet. lib. 2. Tu conditus quieti Felix robore valli
Duces ſerenus æuum.
Luc. 1. Pharſ. — cum fortuna ſecundis, Mecum rebus agat.
Sen. in Thyc. Nunquam rebus credere lætis,
Redeat felix fortuna licet.
Sen. in Hipp. Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis, Fluit q; luxu.
Sen. in Troia. O tumide, rerum ſecundarum ſtatus Extollit animos.
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna ſereno.
Oui. 1. Triſt. Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
Eleg. 4. Donec eris felix multos numerabis amicos.
Ibid. Eleg. 7. Dum flauit velis aura ſecunda meis.
Oui. 2. de Pō. Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt.
Eleg. 3. Aſpiciat ne quis nimium ſublata ſecundis Colla gerat,
Cl. 2. de Ruff. Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam
Hor. 1. Epiſt. Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.
Ibid. — & vultum ſeruat fortuna benignum.

Feneſtra.

Virg. 4. Geor. — & quatuor addunt
Quatuor à ventis obliqua luce feneſtras
3. Ænei. Plena per inſertas fundebat luna feneſtras.

Par-

Parcius iunctas quatiunt fenestras, Ho 1.ca.o 25.
Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis Addidit, Ou. 12. Met.
Nocte patent vigiles. te prætereunte fenestræ Juuen. Sat. 3.
— biforeis intrabat luna fenestras. Oui. 3. de Pō.
— lato dedit ore fenestram. Eleg. 3.

Feræ, *vide* BESTIÆ. Virg 2. Ænei.

Ferculum, *vide* EPVLÆ.

Ferre.

Cum foret Æneæ ceruix subiecta parenti. Ou. 5. de Pon.
Et posse cælum viribus vinci suis Eleg. 1.
Didicit ferendo, subdidit mundo caput: Sen. in Oct.
Nec flexit humeros molis immensæ labor,
Mediusque collo sedit Herculeo polus.
Immota ceruix sidera & cælum tulit. Ibid.
Nullo premetur onere, qui cælum tulit. Virg. 1. Ænei.
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. Ibid.
— populumq; ferebant, Ibid.
— illa pharetram Fert humero. Ibid.
Virginis os habitumq; gerens. Ibid.
— & dona cupido Regia portabat. Virg. 2. Ænei.
— quem tollere in altos Optabam primum montes. Ibid.
Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ,
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.
Hæc fatus latos humeros, subiectaq; colla
Veste super, fuluiq; insternor pellè leonis, Succedoq; oneri. Ibid.
— sublato montem genitore petiui. Virg. 3. Ænei.
Quos mecum à Troia, mediisq; ex ignibus vrbis Extuleram. Ibid.
— clypeum magni gestamen Abantis. Vir. 4. Ænei.
Cui pharetra ex humero Tela sonant humeris. Ibid.
& latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit. Ibid.
— pars grandia trudunt Obnixæ frumenta humeris. Sil. Ita. lib. 10.
— languentia membra
Ipse leuabo humeris, & dorso tuta locabo. Stat. 2. Thab.
— dein' toto sanguine nixus sustinet. Virg. 4. Æne.
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Ibid.
Quem secum patrios aiunt portare penates,
Quem subijsse humeris confectum ætate parentem. Hor. 1. ca. o. 9.
— sustineant onus Syluæ laborantes Hor. 2. c. o. 5.
Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice, nec tauri tolerare pondus. Oui. 12. Met.
— inq; humeros limen tellure reuulsum
Ponit onus plaustri.

Ibid. — congesta que robora duris Fert humeris.
Virg. 5. Ænei. Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq; ferebant
Multiplicem connixi humeris.
Auctor. Si pontus alti sideris æmula
Tirinthij vis haud leue torserit:
Num fascis orbem præpotenti
Robore fers onerosiorem?
Virg. 10. Ænei. Fert ingens toto connixus corpore saxum.
Virg. 12. Ænei. — saxum circumspicit ingnes,
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent.
Ouid 6. Met. — atherium qui fert ceruicibus axem.
Oui. epist. 9. Collo cui cœlum sarcina parua fuit.
Tib. lib. 2. — humeris retia ferre neges.
Ibid. — & captos sustinuisse lares.
Prop. lib. 3. Turpe est quod nequeas capiti committere pondus
Et pressum inflexo mox dare terga genu.
Prop. lib. 4. — tergo qui sustulit orbem.
Boet. lib. 4. Vltimus cælum labor irreflexo Sustulit collo.
Clau. Contentus læua sustinuisse patrem.
Idem. Qui sua materno colla dedere iugo.
Ouid. 2. de ar. Nec iubeo collo retia ferre tuo.

Ferrum, *vide* CVDERE.

Fertilitas, & fertilis tam quo ad agros. quam pecudes.

Virg. 2. Geor. — ditissima terra.
Ibid. Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas,
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos
Ibid. Salue magna parens frugum Saturnia tellus.
Ibid. At qua pinguis humus, dulcique vligine læta,
Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus.
Ibid. Nigra fere, & presso pinguis sub vomere terra
Et cui putre solum (namq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis.
Ibid. — optima putri Arua solo.
Ibid. — iuuat arua videre,
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ibid. Viminibus salices fœcundæ.
Virg. 3. Geor. Cetera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Virg. 4. Geor. — nec fertilis illa iuuenis.
Virg. 3. Ænei. — vberrima regna.
Ibid. Terra antiqua potens armis, atq; vbere glebæ,
Oui. 1. Met. Terra ferax.
Ho. Epod. 16. — beata Petamus arua diuites & insulas.

Red.

Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis.
Et imputata floret vsque vinea,
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ:
Suamq; pulla ficus ornat arborem,
Mella caua manant ex ilice, montibus altis
Leuis crepante lympha desilit pede.
Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertq; tenta grex amicus vbera
Pluraq; felices mirabimur, vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus:
Pinguia nec siccis vrantur semina glebis,
Vtrumque rege temperante cælitum, Virg. 4. Geor.
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis. Virg. 1. Geor.
Quid faciat lætas segetes. Ibid.
— ipsaq; tellus Omnia liberius, nullo poscente, ferebat. Hor. 1. c. 0. 17.
— hic tibi copia Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu. Ho. in ca. sæc.
Fertilis frugum pecorisq; tellus. Ouid. 1. Met.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis. Ibid.
Ipsa quoque immunis, rastroque intacta nec vllis
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus. Auctor.
Terras nunc rutilis messibus vberes, Virg. 9. Æneï.
— arua fertilis Ausoniæ. Ouid. epist. 5.
graminibus tellus fœcundia creatis Catullus.
Nicææq; ager vber æstuosæ. Tib. lib. 2.
Omine quo felix, & sacer annus eat:
Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni,
Distent et spicis horrea plena Ceres:
Oblitus & musto feriet pede rusticus vuas:
Dolia, dum magni deficient q; lacus. Tib. lib. 3.
Et magnas messes terra benigna daret. Prop. lib. 1.
Proxima supposito contingens vmbria campo
Me genuit terris fertiles vberibus. Ouid. de arc.
— nocet esse feracem Luc. 3. Pharſ.
Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis,
Nec plus Hesperiam longinquis messibus vllæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ. Boet. lib. 3.
Ruraque centeno scindat opima boue. Se in He. fur.
— tellus Cereris, aut Bacchi ferax. Ouid. 1. Fast.
Interea crescat scabra rubiginis expers,
Nec vitio cœli palleat ægra seges:
Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo

Diuitis pereat luxuriosa suis.
Et careant lolijs oculos vitiantibus agri,
Nec sterilis culto surgat auena solo
Ou.1. de Pōt. *Triticeos fœtus, passuraq; farra bis ignem,*
Eleg.6. *Hordeaq; ingenti fœnore reddat ager.*
Cla.1. de Rap. *Et sata cum multo fœnore reddit ager,*
Pro. *Sponte tuus florebit ager, cessante iuuenco*
Cla.2. in lau. *Ditior oblatas mirabitur incola messeis.*
Stil. *— hilares Baccho, frugumq; feraces.*
Stat.5. Theb. *Insecla diues agris,*
Manil. lib.1. *Fragiferum reddunt sub se mortalibus orbem.*
Manil.lib.4. *— quæ fuerant steriles ad semina terræ,*
Post noua sufficiunt, nullo mandante, tributa.

Festinare, *vide* CELERARE.

Feruere.

Virg.7.Aene. *— magno veluti cum flamma sonore*
Virgea suggeritur costis vndantis aheni.
Exultant q; æstu latices, furit intus aqua vis,
Virg.6. Æne. *Fumidus atq; alto spumis exuberat amnis,*
Luc.9. Pharſ. *Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras*
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Iuuen.Sat.14. *Expediunt.*
Quid.7.Met. *Spumeus accenso non sic exundat aheno Vndarum cumulus.*
— & grandes fumabant pultibus ollæ.
Interea calido positum medicamen aheno
Feruet & exsultat, spumusq; tumentibus albet:
Vt multo accensis feruore exuberat vndis
Sil.Ital. lib.5. *Clausus, vbi exusto liquor indignatur aheno.*

Vide COQVERE.

Festum.

Fortunat. *Illuxit festiua dies.*
Iuuenalis. *— Iudæis aderant solennia Paschæ.*
Prudent. *Beate martyr prospera diem triumphalem tuum,*
Quo sanguinis merces tibi Corona vincenti datur:
Hic te ex tenebris seculi Tortore victo & iudice
Euexit ad cœlum dies Christoq; ouantem reddidit.
Virg.3. Geor. *— iam nunc solemnes ducere pompas*
Ad delubra iuuat.
Virg.1.Æne. *Hunc latum Tirijsq; diem, Troiaq; profectis Esse velis.*
Virg.2.Æneï. *Nos delubra Deum miseri quibus vltimus esset*
Ille dies festa velamus fronde per vrbem.
Virg.1 Geor. *— festis quædam exercere diebus.*
Hor.3.Cod.8. *Hic dies anno redeunte festus*

Hic dies verè mihi festus. Ibid. od. 14.
Festosq; lusus & licentiam vulgi. Matt. lib. 2.
Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa. Matt. lib. 4.
Conscia Dictæum quæ tulit Ida Iouem,
Lux tibi post Idus numeratur tertia Maias, Matt. lib. 3.
Marcelline tuis bis celebranda sacris,
Illo festa die dum sua sacra facis. Quid. 3. Fast.
Festa dies aderat. Ouid. 12. Met.
Festaq; confusa resonabat regia turba. Ibid.
—festum celebrare sacerdos Iusserat. Ouid. 4. Met.
Sæculo festas referente luces. Hor. 4. c. 6.
Iure solennis mihi sanctiorq; Pene natali proprio. Ibid. o. 11.
—profectis lucibus & sacris, Ibid. od. 15.
—festosq; dies de nomine Phœbi: Virg. 6. Æne.
Vrbi festus erat, dixere Palilia patres, Prop. lib. 4.
Hic primus cœpit mœnibus esse dies. Ouid. 1. Fast.
Et quoscunque sacris addidit ille dies.
Ex illo celebratus honos, latiq; minorem Seruauêre diem. Virg. 8. Æne.
Forte die solennem illo rex Æneas honorem Ibid.
Amphitrioniada magno, diuisq; ferebat.
Annua dum festis venissent sacra diebus. Catullus.
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator. Tib. lib. 2.
Et graue suspenso vomere cesset opus:
Omnia sint operata deo. Ibid.
—non festa luce madere Est rubor. Tib. lib. 3.
Martis Remani festa venere calendæ,
Et vaga nunc certa discurrunt vndique pompa Munera. Prop. lib. 3.
Annua soluamus Musis solennia nostris. Iuuen. Sat. 6.
—sacris obseruandisque diebus. Se. in Hc. fur.
Thebis lata dies adest, Aras tangite supplices,
Pingueis cedite victimas, Permissa maribus nurus
Solemnes agitent choros,
Cessent deposito iugo Auri fertilis incolæ. Sen. in Thye.
—festumque vetas Celebrare diem. Ibid.
Festum diem germani consensu pari Celebremus. Ouid. 1 Fast.
Prospera lux oritur, linguisque animisque fauete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die. Ibid.
Salue festa dies meliorque reuertere semper
A populo rerum digna potente coli. Ouid. 2. Fast.
Forte Ioui Phœbus festum solemne parabat. Ho. 2 se. sat. 2
Sine diem festum rediens aduenerit annus.
Sacra die peragenda sacra.

Ficus.

Mart. lib. 1. *Cum dixi ficus, rides, quasi barbara verba:*
Et dici ficos Ceciliane, iubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci:
Dicemus ficos Ceciliane, tuos.

Mart. lib. 7. *Ficosa est uxor, ficosus & ipse maritus*
Filia ficosa est, & gener atq; socer:
Nec dispensator, nec villicus ulcere turpis
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget:
Cùm sint ficosi pariter iuuenesq; senesq;.
Res mira est: Ficos non habet unus ager.

Fidere, vide confidere.

Fimus.

Virg. 2. Geor. *Spargere fimo pinguí.*

Virg. 4. Geor. *—leui rimosa cubilia limo.*
Vt fouens circum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Stix interfusa coercet.

Virg. 2. Æne. *Limosoq; lacu per noctem obscurus in ulua Delitui.*

Ouid. 1. Met. *— limosaq; flumina potat,*

Virg. 1. Geor. *— & obducto latè tenet omnia limo.*

Vir. Ecl. g. 1. *Limosoq; palus obducat pascua iunco.*

Virg. 5. Ænei. *— & vdo Turpia membra fimo.*

Ibid. *— in ipso Concidit immundoq; fimo.*

Virg. 6. Ænei. *Turbidus hic cœno, vastaq; voragine gurges Æstuat.*

Ibid. *Informi limo, glaucaq; exponit in ulua.*

Auctor. *Terras adde niger quas inamabili*
Pratexebat arundine limus.

Virg. 10. Æn. *Canitiem immundo deformat puluere.*

Virg. 6. Æne. *— ipsos etiam pedibusq; manuq;*
Turbauêre lacus, imoq; è gurgite mollem

Catullus. *Huc illuc limum saltu mouere maligno.*

Tib. lib. 1. *Canitiem terra, atq; infuso puluere fœdans.*

Boet lib. 1. *Pocula de facili composuit q; luto.*

Statius. *Nox resoluto Sordida cœno.*
Nec sordere finis, malumq; latè
Deterges sterilis sole putorem,
Nec me pulueream, grauemq; cœno

Idem. *Tyrrheni sinus obruat profundi.*

Luc. 2. Pharf. *— vel lutosa cœno.*

Luca. 4. Phar. *— limosa Marius caput abdidit ulua.*
— nigro si turbida limo. Colluuies immota iacet.

— mol-

— mollisq; luti concrescere crustas. Lucr. lib. 6.
— nec stercore fœda canino Iuue. Sat. 14.
Atria displiceant oculis venientis amici, Mart. lib. 9.
Ne perfusa luto sit porticus. Mart. lib. 11.
Et mordere luto putre, vetusq; solum. Stat. 4. Theb.
Quàm vetus à crassa calceus vdus aqua. Auso. in Mos.
— iam crassus cœnoq;, & puluere torrens.
Tu neq; limigeris ripam prætexeris vlnis,
Nec piger immundo perfundis littora cano: Ho. 1. se. sat. 1.
— limo Turbatam haurit aquam.

Findere.

— & altè Finditur in solidum cuneis via. Virg. 2. Geor.
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Virg. 1. Geor.
Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem, Virg. 9. Æne.
Et medium ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immani vulnere malas:
Collapsos artus, atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens, atq; illi partibus æquus
Huc caput, atq; illuc humero ex vtroq; pependit.
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis Virg. 7. Æne.
Scindebat, rapta spirans immane securi.
— nec findi in bina secando, Lucret. lib. 1.

Vide Dividere, & Scindere.

Finire, finis.

Inceptos olim, promissum carmen Iambos Ho. Epod. 14.
Ad vmbilicum adducere.
— seraq; coronide longus Esse liber. Mart. lib. 10.
Quouiscunq; loco potes hunc finire libellum, Mart. lib. 14.
Versibus explicitum est omne duobus opus.
Sexta quies lassis, septima finis erit. Mart. lib. 4.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius, Oui. in Ibin.
Horaq; erit tantis vltima nulla malis. Ouid. epist. 2.
Exitus acta probat. Vix bene desierat. Ouid. 2. Met.
— finem dedit ore loquendi. Virg. 6. Æne.
His demum exactis, perfecto munere diuæ: Ibid.
— hæc nos suprema manebant Exitijs positura modum. Virg. 7. Æne.
Quem tamen inueniet tam longa potentia finem, Luc. 1. Phars.
Quis scelerum modus est?
— hic fi bit ciuilibus exitus armis. Luc. 2. Phars.
Iam statue tandem grauibus arumnis modum, Se. in He. fur.
Finemq; cladi.
— finiat genitor tuos Ibid.

Sen. in Agga. *Opta laboreis, detur aliquando otium, Quieſq; feſſis:*
Ouid. 1. Faſt. *Optatus ille portus erumnis adeſt.*
Sed iam prima mei pars eſt exacta laboris,
Cumq; ſuo finem menſe libellus habet.
Ouid. 2. Faſt. *Venimus in portum, libro cum menſe peracto.*
Virg. Eclo 9. *Deſine plura puer, & quod nunc inſtat, agamus:*
Virg. 1. Aenei. *— quem das finem Rex magne laborum?*
Virg. 2. Æne. *Hic finis Priami fatorum hic exitus illum*
Ibid. *Sorte tulit.*
Virg. 10. Aen. *Perficere eſt animus, finemq; imponere curis.*
nec veſtra capit diſcordia finem.
Ouid. 6. Faſt. *Pierides cœptis addite ſumma meis.*
Manil. lib 1. *Nec priùs impoſuit rebus finemq; modumq;*
Manil. lib. 5. *Hic alius finiſſet opus,*
Virg. 1. Geor. *Exactum ad menſem. Et iam finis erat, &c.*
Mart. lib. 11. *Explicitum nobis vſque ad ſisa cornua librum*
Et quaſi perfectum, Septiniane, refers.
Mart. lib. 4. *ôhe iam ſatis eſt, ôhe libelle:*
Iam peruenimus vſque ad vmbilicos.
Tu procedere adhuc, & ire quaris,
Nec ſumma potes in ſceda teneri:
Sic tanquam tibi res peracta non ſit,
Quæ prima quoq; pagina peracta eſt.
Ouid. 8. Met. *— poſtquam manus vltima capto*
Impoſita eſt.

Vide CESSARE.

Fidus, *vide* CONSTANS.

Fistula.

Proper. lib. 3. *Capripedes calamo Panes hiante canent.*
Virg. 3. Aenei. *Solamenq; mali de collo fiſtula pendet,*
Ouid. 1. Met. *— & ſtructis cantat auenis.*
Ibid. *— iunctiſq; canendo*
Ibid. *Vincere arundinibus.*
Dum tibi ſuſpirat, motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemq; querenti:
Arte noua, votiſque deum dulcedine captum.
Hoc mihi colloquium tecum dixiſſe manebit:
Atque ita diſparibus calamis compagine cera
Inter ſe iunctis.
Virg. Eclog. 1 *Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena.*
Ibid. *Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.*
Virg. Eclog. 2 *Pan primus calamos cera coniungere plureis Inſtituit.*
Ibid. *Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum,*
Ibid. *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis, Fiſtula,*
Virg. Eclo. 3. *Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum,*
Ibid. *— aut vnquam tibi fiſtula cera Iuncta fuit.*

Stri-

Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Ibid.
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus, Virg. Eclog. 5
Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. Ibid.
— inflati complenit murmure buxi. Ouid. 14. Met.
Huc arguta sacra pendebit fistula pinu. Ho. 1. c. o. 17.
Vt cunque dulci Thyndari fistula
Valles & Vstica cubantis Leuia personuere saxa. Ouid. 4. Met.
— longoque foramine buxus. Hor. 4. c. o. 12.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina fistula. Auctor.
In densa gremio frondis ouantibus.
Custodes ouium ludite fistulis. Virg. 9 Æneï.
— beformem dat tibia cantum. Catullus.
Tibicen vbi canit Phrix curuo graue calamo. Idem.
Barbaraq; horribili stridebat tibia cantu. Tib. lib. 1.
Et satur arenti primum est modulatus auena Carmen. Ibid.
Garrula syluestri fistula sacra deo.
Fistula cui semper decrescit arundinis ordo?
Non calamus cera iungitur vsque minor. Tib. lib. 3.
Sed perlucenti cantus meditabar auena. Prop. lib. 1.
Quamuis ille sua lassus requiescat auena, Ouid. 2. Met.
— dispare septem fistula cannis. Lucre. lib. 4.
Vnco sæpè labro calamos percurrit hianteis
Fistula syluestrem ne cesset fundere Musam. Sil. Ita. lib. 13.
— vbi argutis longe de vertice sacro
Dulce sonat calamis, ducit stabula omnia cantu. Sen. in Aga.
Tibi multiforæ tibia buxo Solenne canit. Ouï. 5. Triſt.
— pastor iunctis pice cantat auenis. Eleg. 11.
Et leue cerata modulatur arundine carmen. Ouid 11. Met.
— platano namque ille sub alta Clau. in Epithalam. 2.
Fusus, inaquales cera texebat auenas,
Manalioq; modos, & pastoralia labris
Murmura tentabat religans arisq; recursis
Dissimili tenuem variabat arundine ventum.

Flagellare, *vide* LANIARE, & VERBERARE.

Flectere aliquem.

— non mollia possunt Ora mouere animum. Virg. 3. Geor.
— iterum maternas impulit aures Luctus Aristei. Virg. 4. Geor.
— neq; illum Orando flectes. Ibid.
Quo fletu Manes, qua numina voce mouerer? Virg. 2. Æne.
— precibus si flecteris vllis. Virg. 4 Æneï.
Mulcentem tigres & agentem carmine quercus. Ouï 1. Meta.
Vt lenita dea est. Vestra motus aget prece.

O quam-

Ho. 3. c. 0. 21. *O quamuis neq; te munera, nec preces Curuent,*
Virg. 7. Aen. *Flectere si nequeo superos Acheronta mouebo.*
Virg. 8. Aene. *Te potuit lachrimis Titonia flectere coniux.*
Auctor. *Tandem continuæ vocis olympica*
Vis commouit, aui pectora.
Ouid. 6. Met. *Quem non blanda deæ potuissent verba mouere?*
Oui. epist. 7. *— te nostra sperem prece posse moueri,*
Ibid. *Iam venti ponent, stratæq; æqualiter vndæ,*
Cæruleis Triton per mare curret equis.
Tu quoq; cum ventis vtinam mutabilis esses,
Et, nisi duritia robora vinces, eris.
Catullus. *Sed nil proficimus, nihil mouetur.*
Idem. *Nullane res potuit crudelis, flectere mentis*
Consilium, tibi nulla fuit clementia præsto.
Tib. lib. 3. *Sed flecti poterit, mens est mutabilis illi.*
Ibid. *Ergo ne dubita blandas adhibere querelas:*
Vincuntur molli pectora dura prece.
Statius. *— nec flectere Parcas.*
Aut placare mala data, aspera numina lethes:
Oui. 2. de art. *— prece motus Achilles,*
Flectitur iratus voce rogante Deus,
Oui. epist. 16. *His ego blanditijs, si peccatura fuissem*
Plecterer, his poterant pectora nostra capi:
Se. in Hippo. *Sed posse flecti coniugem iratum puta,*
Quis huius animum flectet intractabilem?
Ouid. 11. Met. *Quæ tua si flecti precibus sententia nullis*
Chare potest coniux.
Cla. ad Hadr. *Quod si nec precibus, fletu nec flecteris vllo.*
Ouid. 5. Met. *— nullosq; audet dare corpore motus.*

Vide PLACARE.

Flectere genua.

Ouid. 1. Met. *— positisq; in margine ripæ Procubuit genibus.*
Ouid. 6. Met *— positoq; genu Titania terram Pressit.*
Ouid. 3. Met. *Et genibus pronis supplex.*
Oui. epist. 12. *Nec mo-or ante tuos procubuisse pedes.*
Catullus. *— proijciet submisso poplite corpus.*
Tib. lib. 1. *Non ego, si merui, dubitem procumbere templis*
Et dare sacratis oscula liminibus.
Ibid. *Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes,*
Prop. lib. 3. *Sic cadit inflexo lapsa puella genu.*
Luc. 7. Pharſ. *— supplex voluerer ante pedes.*
Luc. lib. 1. *— terram genibus summissa petebat.*
Ouid. 4. Met. *— flexumq; genu summisit.*

— ge-

— genibusq; salutant Submissi augurium. Sil. Ital. li. 15.
— non vt inflexo genu Regnantem adores. Sc. in Hefur.
Victorem posito suspiciens genu. Jbid.
Flexo genu, iam totus ad terram ruit. Jbid.

Quem genu nixa tremuere gentes. Sen. in Hipp.
— en supplex iacet Allapsa genibus. Ouid. 2. Fast.
Suppliciter posito procubuere genu. Ouid. 3. Fast.
In terram posito procubuere genu. Ouid. 4. Fast.
Summissoq; genu. Ouid. 4. Trist.
— potesti flexo succubuisse genu. Eleg. 2.
— tum denique tellus Pressa genu nostro est. Ouid. 9. Met.
Fuluis genua inclinarat arenis. Ouid. 11. Met.
— humique Pressus vtroque genu. Stat. 6. Theb.
— geminus, semideum fatens Auson.
In terra, veneror te genibus, sacros
Amplectorque tacens pedes.

Flos, florere, florum genera.

Est locus, æstifero quamuis sit tempore feruor, Fortunat.
Quo viret assiduo flore refectus ager.
Respirant croceis depicta coloribus arma,
Fragrat odoriferis blandior herba comis, Jdem.
Florea gemnato gramine prata virent.
Flexa supinatis fluctuat herba comis. Jdem.
Lilia, narcissus, violæ, rosa, nardus, amomum.
Quicquid odorifero germine mittit Arabs. Jdem.
Hic ver perpetuum viridantia gramina gignit,
Et paradisias spargit odore rosas.
Hic tener æstiuas defendit palmitus vmbras,
Præbet & vuiferis frondea tecta comis.
Pinxeruntq; locum variato germine flores,
Pomaque vestiuit candor & inde rubor. Prudent.
Illic purpureis tecta rosariis
Omnis flagrat humus, calthaq; pinguia,
Et molles violas, & tenues crocos
Fundit fonticulis vnda fugacibus:
Illic & gracili balsama surculo
Desudata fluunt raraque cinnama
Spirant, & folium fronte quod abdito
Prælabens flumine portat in exitum,
— ornus incanuit albo Flore pyri, Virg. 1. Geor.
Nam qua se medio trudunt de cortice gemmæ Jbid.
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen

Ibid. *Includunt, vdoq; docent inoleſcere libro*
Virg. 4. Geor. *Sed irrudit gemmas, & frondes explicat omnes.*
Ibid. *— hœdiq; petulci Floribus inſultent.*
Hæc circum caſia virides, & olentia latè
Serpylla & grauiter ſpirantis copia thymbræ
Ibid. *Floreat, irriguumq; bibant violaria fontem.*
Ibid. *Purpureoſque metunt flores.*
Ibid. *Inuitent croceis halantes floribus horti.*
Vir. 1. Aenei. *Quotq; in flore nouo pomis ſe fertilis arbos Induerat?*
— vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci aſſpirans complectitur vmbra.
Virg. 4. Æneï. *— & variis florentia limina ſertis,*
Virg. 4 Geor. *— cum ſe nux plurima ſyluis*
Vir. 1. Georg. *Induet in florem, & ramos curuabit olentes.*
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Virg. Eclo. 2. *— tibi lilia plenis*
Ibid. *Ecce ferunt nimphæ calathis, tibi candida Naïs*
Pallentes violas, & ſumma papauera carpens,
Narciſſum, & florem iungit bene olentis anethi:
Tum caſiæ atq; alijs intexens ſuauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia calthæ.
Vir. Eclog. 3. *— & ſuaue rubens hyacinthus.*
Virg Eclog. 4 *Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho,*
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Virg. Eclog. 5. *Pro molli viola pro purpureo Narciſſo.*
Ibid. *— quis humum florentibus herbis Spargeret?*
Ibid. *Hic ver purpureum, varios hic flumina circum*
Fundit humus flores.
Vir. Eclo. 10. *Florentes ferulas, & grandia lilia quaſſans.*
Ibid. *Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra.*
Hor. 1. c. o. 6 *Aut flore, terræ quem ferunt ſolutæ.*
Ibid. o. 36. *Neu deſint epulis roſæ,*
Neu viuax apium, neu breue lilium.
Hor 2. c. o. 3. *Flores amœnæ ferre iubet roſæ.*
Jb. od. 11. *Non ſemper idem floribus eſt honor Vernis:*
Ho. 3. c. o. 15. *Nec flos purpureus roſæ.*
Ouid. 1. Met. *— placidique tepentibus auris*
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mart. libr. 2. *Florida per varios, & pingitur Hybla colores.*
Oui. 12. Met. *Vt modo rore maris, modo ſo violaue roſaue*
Implicet, interdum candentia lilia geſtet.
Virg. 6. Æne. *— manibus date lilia plenis,*
Purpureos ſpargam flores.

Di-

	Auctor.
Dictus antiquis Paradisus herbas	
Semper intacto fouet amne, semper	
Vere pubescit, variisq; semper Floribus halat:	
Semper Aiacis nece (fabulabor	
Semen, at verum miniabo Tempe)	
Sparsa quem tellus dedit apparatur Cesspitis ostro.	
Frons ibi dumos amat, & perenni	
Roris effulgent adamante calthæ,	
Tempus æterno madefacta pingit Gramina risu.	Idem.
Frondentes edera, mollis amaracus	
Narcissusq; rubens & topiaria	
Vos aræ meritis artibus ambiant.	Ibid.
— sertaq; lutei	
Sint, & purpureis stemmata floribus.	Ibid.
— floridulis montibus,	Ibid.
Florentesq; vagans penna per arbutos	
Inscribat variis vndiq; frondibus.	
Purpureus veluti cũ flos succisus aratro Languescit moriens.	Virg. 9. Æne.
Qualem virgineo demessum pollice florem,	Virg. 11. Æne.
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,	
Cui neq; fulgor adhuc, necdum sua forma recessit,	
Non iam mater alit tellus, viresq; ministrat.	Ouid. 5. Met.
Antraq; & innumeris distinctas floribus herbas,	Ibid.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.	Ibid.
— cum legeret vernos Proserpina flores.	Ouid. 3. Met.
— croceum pro corpore florem	
Inueniunt foliis medium cingentibus albis	Catullus.
Cinge tempora floribus Suauiolentis amaraci,	Ibid.
Talis in vario solet Diuitis domini hortulo	Ibid.
Stare flos hyacinthus	
Vt flos in septis secretus nascitur hortis,	
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,	
Quem mulcent aurę, firmat sol, educat imber,	
Multi illum pueri, multę optauere puellę:	
Idem cum tenui carptus defloruit vngui,	
Nulli illum pueri, nullę optauere puellę.	Clau. in Epithala. 2.
Floribus extruitur currus, iuga floribus halant,	
Florea purpureas aduectunt frena columbas,	Clau. de nuptiis.
— vel flore sub vno	
Ceu gemina Pæstana rosę per iugera regnat,	Tib. lib. 2.
— Seu stipes habet desertus in agris,	
Seu vetus in Triuio florida serta lapis.	Tib. lib. 3.
Vt cum contexunt amaranthis alba puellæ Lilia,	

Et cir-

Prop.lib.1. *Et circum irriguo surgebant lilia prato,*
Candida purpureis mista papaueribus,
Catullus. *Aduenit Chiron portans syluestria dona,*
Nam quoscunque ferunt campi, quos Thessala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fœcunda fauoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Queis permulsa domus iucundo risit odore,
Prop.lib.4. *Illis pompa fuit decussa Cydonia ramo.*
Et dare puniceis plena canistra rubis.
Nunc violas tondere manu, nunc mista referre
Lilia virgineos lucida per calathos.
Prop.lib.4. *Nec flos vllus hiat pratis.*
Ibid. *Flore sacella tego, verbenis compita velo.*
Ibid. *Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis.*
Ibid. *Mulcet vbi Elysias aura beata rosas.*
Boet.lib.2. *Vt terras roseis floribus ornet-*
Idem. *Nunquam purpurea manu*
Lecturus violas petas.
Boet.lib.2. *Vt nemus flatu Zephyri tepentis*
Vernis irrupuit rosis.
Auson. *Vidi Pæstano gaudere rosaria cultu,*
Exoriente nouo roscida lucifero.
Idem. *Ambigeres, raperet ne rosis aurora ruborem,*
An daret, & flores tingeret orta dies.
Idem. *— quo se nascentia florum*
Germina comparibus diuiderent spatiis.
Idem. *— ridentia calathi pate fecit honorem*
Prodens inclusi semina densa croci.
Idem. *— defluxit rutili coma punica floris.*
Catullus. *Collige virgo rosas, dum flos nouus, & noua pubes.*
Statius. *Qualia pallentes declinant lilia culmos,*
Ridentesque rosa primos moriuntur ad Austros,
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis,
Oui.1. de art. *Nec semper violæ, nec semper lilia florent,*
Et riget amissa spina relicta rosa.
Luc.lib.1. *— tibi suaueis Dædala tellus Summittit flores.*
Lucret. lib.2. *Tempora conspergunt viridanteis floribus herbas.*
Ouid.7.Met. *Vernat humus, floresque, & mollia pabula surgunt.*
Cla.2.de rap. *Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro*
Pro. *Induit, & dulci violas ferrugine pinxit.*
Manil. libr.1. *Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum,*
Pallenteis violas & purpureos hyacinthos,

Liliaq; & Tyrias imitata papauera luceis,
Vernantisq; rosæ rubicund sanguine florem:
Cæruleum foliis viridi quin gramine collem
Conseret, & veris depinget prata figuris,
Aut varios nectet floreis, sertisque locabit. Mart. lib. 6.
Vt noua dona tibi Cæsar Nilotica tellus
Miserat hybernas ambitiosa rosas:
Tantus veris honos, & odoræ gratia Floræ.
Tantaq; Præstanti gloria rursus erat
Sic quacunque vagus gressumq;, oculosq; ferebas.
Textilibus sertis omne rubebat iter. Ouid. 4. Fast.
Tot fuerant illic, quot habet natura colores,
Pictaque dissimili flore nitebat humus,
Quam simul aspexit, comites accedite, dixit,
Et mecum plenos flore referte sinus.
Præda puellareis animos oblectat inanis,
Et non sentitur sedulitate labor.
Hæc implet lento calathos è vimine nexos,
Hæc gremium, laxos degrauat, illa sinus.
Illa legit calthas, huic sunt violaria curæ,
Illa papaueras subsecat vngue comas.
Has Hyacinthe tenes illas Amaranthe, moraris,
Pars thyma, pars rorem, pars melilothon amant.
Plurima lecta rosa est, sunt & sine nomine flores, Ouid. 5. Fast.
Ipsa crocos tenueis, liliaq; alba legit. Ibid.
— vernat efflat ab ore rosas.
Prima Therapnæo feci de sanguine florem,
Et manet in folio scripta querela suo.
Tu quoque nomen habes cultos Narcisse per agros
Infelix, quod non alter, & alter eras.
Quid crocon aut Acin referam, Cyniraq; creatum,
De quorum per me sanguine surgit honor. Ouid. 4. Trist. Eleg 2.
Vndique iactato flore tegente vias. Ou. 2 de Pōt. Eleg. 4.
Calthaq; Pæstanas vincet odore rosas.
Sic in gramine floreo recliuis,
Qua geminantibus hinc, & inde riuis Mart. lib 2.
Curua calculus excitatur vnda,
Excluſis procul omnibus moleſtis,
Perfundas glaciem triente nigro
Frontem ſutilibus ruber lacertis.
Vt ſi quis violas, riguoue papauera in horto, Oui. 10. Met.
Liliaque infringat fuluis harentia linguis,
Marcida demittant ſubito caput illa grauatum. Clau. de rap.

Pratorum ſpoliatur honos, hæc lilia fuſcis
Intexit violis, hanc mollis amaracus ornat.
Hæc graditur ſtellata roſis, hæc alba liguſtris,
Te quoque flebilibus mœrens Hyacinthe figuris.
Narciſſumq; metunt, tunc inclyta gramina veris.
Præſtanteis olim pueros, tu natus Amyclis,
Hunc Helicon genuit, te diſci perculit error,
Hunc fontis decepit amor, te fronte retuſa
Delius, hunc fracta Cephyſus arundine luget:
Æſtuet ante alias auidis feruore legendi
Frugifera ſpes vna deæ, nunc vimine textos
Ridenteis calathos foliis agreſtibus implet,
Nunc ſociat floreis, ſeſeque ignara coronat.

Jbid. — *nec mollia deſunt*
Prata tibi, Zephyris illic melioribus halant Perpetui flores.

Claud. in Epithalam. 2. — *tum vere rubentes*
Deſuper inuertunt calatos, largoſq; roſarum
Imbres & violas plenis ſparſere pharetris,
Collectas veneris prato, quibus ipſe pepercit
Sirius, & teneras clementi ſydere fouit.

Vide CORONARE, & HERBA.

Fluctuare, Fluctus.

Virg. 2. Geor. — *quot Ionij veniant ad littora fluctus.*
Ibid. *Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus,*
Virg. 3. Geor. *Fluctus vt in medio cœpit cum albeſcere ponto*
Longius ex altoq; ſinum trahit, vtq; volutus
Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit: at ima exæſtuat vnda
Vorticibus, nigramque altè ſubiectat arenam.
Vt mare ſolicitum ſtridet refluentibus vndis.
Virg. 4. Geor. *Hoc geritur Zephyris primum impellentibus vndas,*
Jbid. — *quo plurima vento.*
Ibid. *Cogitur, inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.*
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.
Virg. 1. Æneid. — *& vaſtos voluunt ad littora fluctus.*
Jbid. — *obiectu laterum quibus omnis ab alto*
Jbid. *Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos,*
& vndis
Ibid. *Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.*
Ibid. *Hi ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens*
Terram inter fluctus aperit furit æſtus arenis.
Jbid. *Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus*
In puppim ferit, aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vortex.

Dextrum Scilla latus, lævum implacata Charybdis Virg.3. Ænei.
Obsidet atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat unda. Ouid. 1. Met.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
Pulsabantq; noui montana cacumina fluctus. Ibid.
— spumosis voluitur undis Ho.Epod.11.
Vt horridis utrumque verberes latus.
Auster memento fluctibus.
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, Virg.Eclog.5.
— vbi Maura semper æstuat unda. Hor. 2. c o.5.
Haud secus ac moles quam magno murmure fluctus Ouid.9.Met.
Oppugnant, Oui. 1. Trist.
Me miserum quanti montes voluuntur aquarum,
Iam iam tacturos sydera summa putes,
Quantæ deducto subsidunt æquore valles,
Iam iam tacturas tartara nigra putes,
Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab undis, Virg.5 Ænei.
Quàm graue balistæ mœnia pulsat onus.
Est procul in pelago saxum. spumantia contra Virg 6 Ænei.
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus.
— Vastaq; voragine gurges Virg.7. Æne.
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Fluctus vti primo cæpit cum albescere vento.
Paulatim sese tollit mare, & altius undas
Erigit inde imo consurgit ad æthera fundo Ibid.
Vt pelagi rupes, magno commota fragore
Quæ sese, multis circumlatrantibus undis,
Mole tenet scopuli, nequicquã & spumea circũ Saxa fremũt. Vir. 11. Ænei.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosque superiacit undam,
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, littusque vado labente relinquit.
Littus vt longè resonante Coa Tunditur unda. Catullus.
Naufraga quam vasti tunderet unda mari. Tib.lib.2.
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo, Tib.lib.4.
Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus. Proper. lib.3.
Et fluctibus minantem Curat spernere pontum. Boet. lib.2.
Nemo miratur flamina Cori Boet.lib 4.
Littus frementi tundere fluctu.
Fluctibus immodicis Adamãthidos æquora canent, Oui.Epist.17.

Vixq; manet portu tuta carina suo.
Oui. epist. 18. *— quando planguntur littora fluctu.*
Luc. 1. Pharſ. *— alternis vicibus cum funditur ingens*
Oceanus, vel cum refugis se fluctibus aufert.
Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet,
Desituatq; ferens, an sidere mota secundo
Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuet horis,
Flammiger an Titan, vt alentes hauriat vndas,
Erigat oceanum, fluctusque ad sidera tollat
Luc. 3. Pharſ. *Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis.*
Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras,
Ibid. *Vis illic ingens pelagi semperq; laborant*
Aequora, ne rupti repetant confinia montes.
Luc. 10. Phar. *Vt quoties æstus Zephyris, Euriſque repugnat,*
Huc abeunt fluctus illuc mare.
— quis te tam lene fluentem
Moturum totas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? sed cum lapsus abrupta viarum.
Excepere tuos & præcipites cataractæ,
Ac nusquam vetitis vllas obsidere cautes
Indignaris aquis spuma tunc astra lacessis,
Cuncta tremunt vndis, ac multo murmure montis.
Luc. lib. 3. *— spumans vt in æquore salso*
Ventorum validis feruescit viribus vnda.
Sil. Ital. lib. 1. *Qualis vbi Aegeo surgente ad sidera ponto*
Per longum vasto Cori cum murmure fluctus
Suspensum in terras portas mare, frigida nautis
Corda tremunt, sonat ille procul, flatuq; tumescent
Curuatis pauidas transmittit Cycladas vndis.
Sil. Ital. lib. 5. *Ceu pater oceanus cum sæuior æthere, Calpen*
Herculeam ferit, & æxesa in viscera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit vndis:
Dant gemitum scopuli, fractaque in rupibus vndæ
Audit Tatessos latis distermina terris,

Vide VENTI, & TEMPESTAS, NAVFRAGIVM, DILVVIVM.

Fluere, Fluuios.

Virg. 2. Geor. *Fluminaque antiquos subter labentia muros,*
Ibid. *— quod supra, quodq; alluit infra.*
Ibid. *— summis liquantur rupibus amnes.*
Ibid. *— dulcesque à fontibus vndæ*
Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis.
Scilicet & grandes ibunt per vimina guttæ.

In

Inter enim labentur aquæ, tenuisq; subibit Halitus. Ibid.
— tardis ingens vbi flexibus errat Mincius, Virg. 3. Geor.
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas. Ibid.
— dum amnes vlli rumpuntur fontibus. Ibid.
— non qui per saxa volutus Ibid.
Purior electro campum petit amnis.
— atq; exercita cursu Flumina. Ibid.
— & tenuis fugiens per gramina riuus. Virg. 4. Geor.
— seu profluit humor Ibid.
— Irriguumque bibant violaria fontem. Ibid.
Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Ibid.
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum. Ibid.
Sic in gramine floreo recliuis, Mart. lib. 9.
Qua gemmantibus hinc, & inde riuis
Curua calculus excitatur vnda.
Et nunc per scopulos nunc campos labitur amnis, Manil. lib. 4
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena, Vir. 4. Georg.
Et diuersa ruens septem discurrit in ora, Ibid.
Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasumque Lycumque,
Et caput vnde altus primum se erumpit Inipeus,
Vnde pater Tiberinus, & vnde Amœna fluenta,
Saxosumq; sonans Hypanis, Missus Caicus,
Et geminã auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis Virg. 1. Æneï.
In mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.
In freta dum fluuij current. Ibid.
— aut rapidus montano flumine torrens Virg. 2. Æne.
Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Ibid.
Exit, oppositasque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit.
— vbi lydius arua Ibid.
Inter opima virum leni fluit agmine Tybris.
— aruaque, & vrbes Virg. 4. Æne.
Littore deductas angusto interluit æstu. Ibid.
— ruunt de montibus amnes.
— qua totum Nereus circumsonat orbem. Ouid. 1. Met.
— per flumina iuro

Ibid. *Infera sub terras stygio labentia luco.*

Ibid. *Et defrænato voluuntur in æquora cursu.*

Ibid. *— motuq; vias patefecit aquarum.*

Expatiata ruunt per apertos flumina campos.

Moxq; amnes alij qui quà tulit impetus illos,

Hor. Epod. 2. *In mare deducunt fessas erroribus vndas.*

Ibid. *Labuntur altis interim ripis aquæ.*

Ho. Epod. 16. *Fonteſq; lymphis obstrepunt manantibus.*

Ibid. *Padus Matina lauerit cacumina.*

— montibus altis

Vir. 2. Georg. *— Leuis crepante lympha desilit pede?*

Ecce supercilio cliuoſi tramitis vndam

Ibid. *Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur*

Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.

Præsertim incertis si mensibus amnis abundans

Ibid. *Exit, & obducto latè tenet omnia limo,*

Ibid. *Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.*

Et passim riuis currentia vina repressit.

Proluit insanæ contorquens vortice syluas

Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnes

Virg. Eclog. 5 *Cum stabulis armenta tulit,*

— nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles

Hor. 1. ca. 0. 2. *Vidimus flauum Tyberim retortis*

Ibid. *Littore Hetrusco violentur vndis*

Ire deiectum monimenta regis.

— vagus sinistra

Ibid. o. 19. *Labitur ripa Ioue probante vxorius amnis,*

Ibid. *Arte materna rapidos morantem Fluminum lapsus.*

Ibid. o. 22. *Defluit saxis agitatus humor.*

Ibid. od. 29. *— vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes.*

— quis neget arduis

Ibid. od. 31. *Pronos relabi posse riuos*

Montibus, & Tyberim reuerti.

Hor. 2. c. o. 5. *Non ruera quæ lyris quieta*

Mos det aqua taciturnus amnis.

— quo obliquo laborat

Ibid. *Lympha fugax trepidare riuo.*

Hor. 3. c. od 3. *Villaq; flauus quam Tyberis lauit.*

Ibid. od. 4. *Qua tumidus rigat arua Nilus.*

Errare per lucos, amœnæ

Quos & aquæ subeunt & auræ.

Fluminaq; obliquis cinxit declinia ripis,

Quæ diuersa locus partim sorbentur ab ipsa.

In

In mare prœueniunt partim campoq; recepta Oui.in Ibin.
Liberiorq; aquæ pro ripis littora pulsant.
Quiq; per infernas horrendo murmure valles Ibid.
Imperiurat æ laberis amnis aquæ. Virg.12.Æne.
Qua caua de stygiis fluxerat vnda vadis. Ouid.9.Met.
Vel cum purpureus populari cæde Caycus Fluxit.
— dominum me cernis aquarum Virg.6. Æne.
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem. Virg.7.Aene.
Cocytuſq; ſinu labens circumfluit atro.
— hunc inter fluuio Tiberinus amœno,
Vorticib.rapidis, & multa flauus arena, In mare prorumpit. Virg.12.Æne.
Aut vbi decurſu rapido de montibus altis
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currunt.
Quisq; ſuum populatus iter.
Monte decurrens velut amnis, imbres Hor.4.c.o.2.
Quem ſuper notas aluere ripas.
Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt. Ibid.od.3.
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Virg.6.Æne.
Tartareus Phlegeton, torquetq; ſonantia ſaxa.
— vnde ſuperne Ibid.
Plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis,
Lethæumq; domos placidas qui prænatat, amnem, Ibid.
— quæ maxima ſacro Virg.7.Aen.
Fonte ſonat, ſæuumq; exhalat opaca Mephitin Ibid.
— medioq; fragoſus
Dat ſonitum ſaxis, & toto vertice torrens. Ibid.
Quoſq; ſecans infauſtum interluit Allia nomen,
Quam multi Libyco voluuntur marmore fluctus. Ibid.
Qua ſaturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas Auctor.
Quærit iter valles, atq; in mare conditus Vfens.
Vitreo campos ſubiens Moſella
Fonte natales erit? à lupane
Tybris alcorum celebrata lambens Mœnia fratrum Idem.
Chriſtallo lapidem leniter aureum
Voluentes fluuii limpidioribus
Subter labimini mœnia riuulis.
Clauſi frigoribus fonticuli ſatæ
Irrorate mero nectare.
— qua ſaxa rorantia latè Virg.10. Æn.
Intulerat torrens, arbuſtaq; dirutaripis, Sen. in Hipp.
Vbi Mæander ſuper æquales
Labitur agros piger, & ſterileis
Amne maligno radit arenas

Ouid. 6. Met. *Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor*
Marsya nomen habet Phrygiæ liquidissimus amnis.
Sic ego torrentem qua nil obstabat eunti,
Lenius, & modico strepitu decurrere vidi,
Ouid. 3. Met. *At quæcumq; trabes obstructaq; saxa tenebant,*
Spumeus, & feruens, & obice sæuior ibat.
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.
Ouid. epist. 5. *Xanthe retro propera, versaq; recurrite limphæ.*
Catullus. *Limpha quos simul irrigat Frigerans Aganippe:*
Idem. *Cum Phrygij Teucro manabunt sanguine riui.*
Jdem. *Pallidulum manans alluit vnda pedem.*
Tib. lib. 4. *Nobilis Attacia gelidos quos irrigat vnda.*
Jbid. *Curua nec assuetos egerunt flumina cursus.*
Jbid. *Et nulla incœpto perlabitur vnda liquore.*
Prop. lib. 1. *Multa prius vasto labentur flumina ponto.*
Prop lib. 2. *Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores*
Prop. lib. 3. *Et cadit in patulos lympha Anienа lacus.*
Boet lib. 1. *Quiq; vagatur Montibus altis Defluus amnis.*
Luca. 4. Phar. *Qua maris Hadriaci longas ferit vnda Salonas.*
— sinuat qua flexibus vndam
Ouid. 1. Fast. *Aufidus, & curuo circumerrat gurgite ripas.*
Ipse solum colui, cuius placidissima lauum
Clau. Apon. *Radit arenosi Tybridis vnda latus.*
Quod superat, fluuius deuexa rupe volutus
Jdem. *Egerit, & campi dorsa recurua petit.*
Acrius interius rauci, cum murmure saxi
Ou. 1. de rem. *Spumeus elisо pellitur amne vapor.*
Oui. 1. de art. *Aspice labentes iucundo murmure riuos.*
Poet. *Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros.*
Luc. 4. Pharſ. *Non habeant amnes decliuem ad littora cursum,*
Sed pelagi referantur aquis, concussaq; tellus
Luc. 6. Pharſ. *Laxet iter fluuijs.*
Ouid. 2. Met. *— amnis q; cucurrit, Non qua pronus erat.*
Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
Luc. lib. 1. *Ibat, & attritas versabat riuus arenas,*
At ciem mollis aquæ fertur natura repente
Flumine abundanti quos largis imbribus auget
Montibus ex altis, magnus decursus aquai,
Fragmina conijciens: syluarum, arbustaq; tota.
Nec validi possunt pontes venientis aquai
Vim subitam tolerare, ita magno turbidus imbri
Molibus incurrens validis cum viribus amnis
Dat sonitu magno stragem, voluitq; sub vndis

Gran-

Grandia saxa ruit, quæ quicquid fluctibus obstat. Luc. lib. 3.
— quibus exibant humore fluenta
Lucrica proluuie larga lauere humida saxa,
Humida saxa super viridi stillantia musco,
Et partim plano scatere, atq; erumpere campo. Sil. Ital. lib. 3.
Aggeribus caput Alpinis & rupe niuali
Prosilit in Celtas, ingentemq; extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proscindens gurgite campos, Sil. Ital. lib. 8.
Ac properè in pontum lato ruit, incitus alueo,
Haud procul hinc paruo descendens fronte Numicus Sen. in Hipp.
Labitur, & leni per valles voluitur amne,
— & quæ Thriasij
Vallibus amnis rapida currens verberat vnda.

Vide FLVVIVS, & VERRERE.

Fluuius, & fluuiorum nomina. Nata. Chytræi.

Dia Mosella alios inter non vltimus amnes
Saxeus educto quem pons amplectitur arcus
Salue amnis, salue Ausonij te carmina vatis
Egregijs cecinere modis, tu mœnia, Treuir
Quæ colit & Metim Selna comitante peragras. Lindeberg.
Adria, Tibris Arar, Nilus Tamesis Padus Ister
Sequana Scaldis, Anas, & quem bibit India Ganges Ier. Schoffer.
Illic innumeras inter Pegnesus arenas
Voluitur & sterilem flumine findit humum.
Pegnesus, celebri qui nomine tangit olympum, Nic. Reusneri.
Irrigat & magnas Noridos vrbis opes.
Limes erat quondam Germanæ maximus oræ
Tot famulis auctus Rhenus & Ister aquis.
Mas Rhenus dominus, coniux domina Ister aquarum
Teutonidum, quotquot vesper & ortus habent.
At nunc Teutoniæ medias intersecat oras,
Ac sibi tot passim subdita regna videt. Fauolius.
— vbi lapidis ipsa Timaui
Inter inæquales resonantia flumina valles,
In freta prorumpunt septena per ostia lapsu. Fauolius.
Vastus vbi è rigidis delabens Alpibus amplum
In mare prociduo defertur flumine Titus, Idem.
Quò modo Sardonius sinuoso gurgite Narson
Flumineam æquoreis commiscet fluctibus vndam. Idem.
Hic arbusta fluens inter Trebinius, altum
Obstrepit, & dulces inuitat murmure somnos.
Agmine enim leui per pinguia culta vadosus
Labitur & placido sensim petit æquora cursu.

Jdem. — rapidis hinc voluitur vndis
Strymon, & Emathiæ felices treminat oras.
Idem. — rapidis quà fluctibus Hebrus.
Jdem. Labitur & siccas vndis humectat arenas,
Tum Propontiacis quà commiscetur in vndis
Sil. Ital. Flexibus obliquans ripas Rhodopeius Arzus
Auson. — auriferum postponet Gallia Tarnem,
Insanumq; ruens per saxa rotantia latè
In mare purpureum, domina tamen ante Mosella
Numine adorato, Tarbellius ibit Aturrus.
Corniger extremas celebrande Mosella per oras
Nec solis celebrande locis, vbi fonte supremo
Exeris auratam taurinæ frontis honorem
Te Druna te sparsis incerta Druentia ripis
Alpiniq; colent fluuij, duplicemq; per vrbem
Qui meat & dextræ Rhodanus dat nomina ripæ
Vir. 2. Georg. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.
Jbid. — & rigui placeant in vallibus amnes.
Virg. 3. Geor. — & plena secundum flumina.
Jbid. — trans flumina lata.
Virg. 4. Geor. potis gauderent intyba riuis.
Ibid. — curua legunt prope flumina.
Vir. 3. Georg. — falsi Simoentis ad vndam.
Ibid. — & arentem Xanthi cognomine riuum.
Jbid. — secreti ad fluminis vndam.
Virg. 4. Aene. — hibernam Liciam Xanthiq; fluenta
Ouid 1. Meta. — liquidis stagnare paludibus orbem.
Ibid. — qui vaga flumina mitto.
Ibid. Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat, hic illam cursum impedientibus vndis
Virg. 1. Geor. Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes.
Ibid. — latum fundæ iam verberat amnem.
Virg. 11. Æne. — ceu saxa morantur
Cum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis,
Virg. Eclog. 1 — hic inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum,
Virg. Eclo. 3. — nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles,
Hor. 3. c. o. 7. Et præceps Anio, & Tiburti lacus, & vnda
Mobilibus pomœria riuis.
Ibid. o. 29. — prono s relabi posse riuos,
Ibid. od. 34. Non rura quæ Iyris quieta Mordet aqua taciturnis amnis.
Hor. 1. c. o. 5. — & vaga flumina.

— flu-

—flumina, grauem sonantis æstum. Ouid. 1. Met.
Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusq; Ibid.
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis. Ouid. 5. Met.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.
Inuenio sine vertice aquas, sine murmure euntes.
Perspicuas ad humum, per quas numerabilis alto
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares:
Cana soluta dabant, nutritaq; populus vnda
Sponte sua natas ripis decliuibus vmbras. Ouid 9. Met.
Calydonius amnis
Cœpit inornato redimitus arundine crines.
—vitrea te Fucinus vnda, Te liquidi fleuere lacus. Virg. 7. Æne. Auctor.
—tumidine septem Ostia Nili. Virg. 9. Æne.
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem: & mollibus extulit vndis.
—vt in mare fluminà vastum, Oui. 3. Trist.
Sic solet exigua currere riuus aqua.
Amniumq; sonantium. Catullus.
Qualis in aërij pellucens vertice montis Idem.
Riuus muscoso prosilit è lapide:
Qui cum de prona præceps est, valle volutus
Per medium densi transit iter populi:
Dulce viatori lasso in sudore leuamen.
Cum grauis æstiuos æstus hiulcat agros.
Defluit incerto lapidosus murmure riuus. Tib. lib. 1.
Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna, Ibid.
Cornuti & flaui, cærula limpha Liger:
At te Cydre canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis. Ibid.
Qualis & arentes cum findit Seirius agros
Fertilis æstiua Nilus abundat aqua. Auso. in Mus.
—& amœna fluenta
Subterlabentis tacito rumore Mosellæ,
Quasque albana sacras Tyberis per flumina sortes Tib. lib. 2.
Portarit sicco perluerit que sinu.
Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Diaspes Tib. lib. 4.
Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gindes, Ibid.
Cretais ardens aut vnda Carystia campis.
Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padaus, Prop. lib. 2.
Quaque Hebrus, Tanaisque Getas rigat, atque Mosynos:
At tu seu mollis qua tendit Ionia seu qua
Lydia Pactoli tingit aratra liquor.

—ab-

Jbid. — abiectus Tyberina molliter vnda.
Prop. lib. 2. Qua formosa suo Clitumnus flumina luco
Jdem. Intexit, & niueos obluit vnda boues.
Boet. lib. 2. Nec vaga muscosis flumina fusa iugis.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Statius. Donat, aut Hermus rutilante ripa.
Hi siccant bibulas manu lacunas,
Jdem. Et longè fluuios aguntminores.
Quibus cynitius tacente ripa
Panos Bagrada serpit inter agros.
Sed talis ferar, vt nitente cursu
Jdem. Tranquillum mare, proximamq; possim
Puro gurgite prouocare lyrim.
Albent siq; lacus, altosq; in gurgite fontes.
— & flauis Hermus transcurrere ripis.
Ou. 1. de rem. Flumina magna vides paruis de fontibus orta.
Ou. 2. de rem. Plurima collectis multiplicantur aquis.
Flumine perpetuo torrens solet altius ire,
Oui. epist. 21. Sed tamen hæc breuis est illa perennis aqua:
Luc. 1. Phars. Est nitidus, vitroq; magis perlucidus amnis, Fons sacer.
Fonte cadit modico, paruisq; impellitur vndis
Puniceus Rubicon, cum feruida canduit æstas,
Perq; imas serpit valles & Gallica certus
Jbid. Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis.
Hi vada liquerunt Isara, qui gurgite ductus
Per tam multa suo fama maioris in amnem
Jbid. Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit vndas.
— quà Cinga pererrat
Gurgite quà Rhodanus raptum velocibus vndis
In mare fert Ararim.
Jbid. — quà Nar Tiberino illabitur amni.
Luc. 2. Phars. Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisæ,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon:
Pontibus hic vastis immensos concipit amnes:
Fluminaq; in gemini spargit diuortia ponti:
In læuum cecidere latus, veloxq; Metaurus,
Crustumiumq; rapax, & iunctus Sapis Isauro,
Sennaq; & Hadriacas qui verberat Ausidus vndas.
Quoq; magis nullum tellus se soluit in amnem
Eridanus factas deuolust in æquore syluas,
Hesperiamq; exhaurit aquis, hunc fabula primum
Populea fluuium ripas vmbrasse corona.
Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis

Ægypti

Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas:
Non minor hic Istro, nisi quod dum permeat orbem
Ister, casuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non solis in undas:
Dexteriora petens montis decliuia Tybrim
Vnda facit. Rutubamq; cauum delabitur inde
Vulturnusque celer, nocturnæq; editor auræ
Sarnus, & vmbrosæ Lyris per regna Maricæ
Festiuis impulsus aquis, radensq; Salerni
Culta Siler, nullasq; vado qui Macra moratus Luc. 2. Pharſ.
Alnos, vicina percurrit in æquora luna,
Qua celer, & rectis descendens Marsya ripis
Errantem Mæandron adit, mistusque refertur,
Passaque ab auriferis tellus exire metallis
Pactolen, qua culta secat non vilior Hermus. Ibidem.
Qua colitur Ganges, toto qui solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo Jbid.
Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.
At tigrim subito tellus absorbet hiatu,
Occultosque tegit cursus, rursusq; renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat undis. Luc 5. Pharſ.
— veluti sic cuncta minentur
Flumina, quos miscent pelago subducere fontes Sil. Ital. lib. 1.
Hos, Athesis Sapisque lauant, rapidasque sonanti
Vertice contorquens undas per saxa Metaurus,
Et lauat, ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum, Narq; albe centibus undis
In Tybrim properans, Tiniæq; inglorius humor,
Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Senna
Sed pater ingenti medios illabitur amnes
Albula, & immota perstringit mœnia ripa Ouid. 7. Met.
Vade ait ad magnis vicinum Sardibus amnem,
Perque iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,
Spumigeroq; tuum fonti qua plurimus exit,
Subde caput, corpusq; simul, simul eluе crimen. Ouid. 2. Met.
Tum facta est Libyæ raptis humoribus æstu
Arida: tum nymphæ passis fontesq; lacusq;
Defluxere comis, quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen Ephyre Pyrenidas undas,
Nec sortita loco distantes flumina ripas
Tuta manent: mediis Tanais fumauit in undis.

Peneusq;

Peneusq; senex, Theuthranteusq; Caycus,
Et celer Ismenos cum Phocaico Erymantho,
Arsurusq; iterum Xanthus, flauusq; Lycormas,
Quiq; recuruatis ludit Mæander in vndis.
Mygdoniusq; Melas, & Tanarius Eurotas.
Arsit & Euphrates Babylonius arsit Orontes,
Thermodoonq; citus, Gangesq; & Phasis & Ister.
Æstuat Alpheus: ripæ Sperchiades ardent.
Quodq; suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum
Et quæ Mæonius celebrabant carmine ripas
Fluminea volucres medio caluere Caystro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitq; caput, quod adhuc latet, ostia septem
Paluere inanta vacant, septem sine flumine valles.
Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat,
Hesperiosq; amnes Rhenum, Rhodanumq;, Padumq;
Cuncta fuit rerum promissa potentia, Tybrim.

Vide FLVERE

Fodere fossa.

Virg. 2. Æne. *— & magnos scrobibus concidere montes.*
Ibid. *Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas.*
Quàm latum Infodias vitis genus.
Ibid. *Et labefacta mouens robustus iugera fossor.*
Ibid. *— aut squalentes infode conchas.*
Ibid. *Primus humum fodito.*
Ibid. *— defossoq; incubat auro.*
Virg. 3 Æneid. *Vngulibus infodiunt fruges.*
Ibid. *Sæpe etiam effossis, si vera est fama, latebris*
Sub terra fodere larem.
Virg. 1. Æne. *Hic portus alii effodiunt.*
Ibid. *— veteres tellure recludit Thesauros*
Ibid. *— & scrobibus superabit terra repletis*
Virg. 1. Geor. *Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.*
Ibid. *— sæpe exiguus mus*
Sub terris posuitq; domos, atq; horrea fecit,
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,
Ouid. 1. Met. *Inuentusq; cauis bufo.*
Ibid. *Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.*
— sed itum est in viscera terræ,
Quasq; recondiderat Stygiusq; admouerat vmbris,
Qui. 12. Met. *Effodiuntur opes irritamenta malorum.*
Nec procul hinc multo fructum sudore parantes,
Catullus. *Dura lacert oss fodiebant aruocoloni.*
— barathrum

Quod

Quod quondam casis montis fodisse medullis. Idem.
Et qui principio sub terra quærere venas
Instituit, ac ferri frangere duritiem. Boet. lib. 2.
Auri qui pondera tecti preciosa pericula fodit. Statius.
— & alto Egressus penitus cauare terras, Idem.
Mox haustas aliter replere fossas Oui. de nuce.
— aut cæco fouea deceptus hiatu Luc. 1. Pharſ.
Duratam renouat non mihi fossor humum. Luc. 4. Pharſ.
— & antiquos Curiorum passa ligones.
Iamque inopes vnda primum tellure refossa
Occultos latices, obstrusaque flumina quærunt.
Nec solùm rastris durisque ligonibus arua,
Sed gladiis fodere suis, puteusque cauati
Montis ad irrigui premitur fastigia campi. Clau. de Coſ.
Quicquid luce procul venas rimata sequaceis Manil.
Abdita pallentis fodit solertia Bessi.

Fœdare limũ, *vide* LIMVS.
Fœdus, *vide* PAX.
Fœlix, *vide* FELIX.
Fœnerare, fœnus.

Hæc vbi locutus fœnerator Alphinus Horat.
Iamiam futurus Rusticus
Omnem relegit Idibus pecuniam
Quærit calendis ponere.
— hæc omnes fœnerat vna dies. Mart.
Sextus protinus ille fœnerator. Mart. libr. 2.
Debitor vsuram pariter, sortemque negabit. Mart. lib. 4.
— diues positis in fœnore nummis. Ho. de ar. po.
Hordeaque ingenti fœnore reddat ager. Ouid. 1. Faſt.

Vide AVARITIA.

Follis.

— alii ventosis follibus auras accipiunt, reddunt que. Virg. 8. Aene.
— conclusas Hircinis follibus auras Hor. 1. ſerm.
Vsque laborantes, dum ferrum molliat ignis.
Sic vbi fabriles exercet spiritus ignes,
Accipit alterno, cohibetque foramine, ventos
Lanea fagineis alludens parma cauernis.

Fons, & Fontis deſcriptio.

Est prope purpureos colleis florenteis Hymeti Ouid. 3. de ar.
Fons sacer & viridi cespite mollis humus.
Sylua nemus non alta facit, tegit arbutus herbam
Rosmaris & laurus, nigraque myrthus olent.
Nec densum foliis buxum, fragilesque myrica,

Nec tenues cythisi, cultaque pinus abest.
Lenibus impulsæ Zephyris, auraque salubri,
Tot generum frondes herbaque summa tremit.

Oui. epist. *Est nitidus, vitroque magis pellucidus amnis,*
Fons sacer, hunc multi numen habere putant:
Quem supra ramos extendit aquatica Latos,

Ouid. 2. Fast. *Vna nemus, tenero cespite terra viret.*
— densa niger ilice lucus,

Statius. *In medio gelidæ fons erat altus aquæ.*
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,
Infirmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo.

Sc. in Hippo. *— siue fons largus citas*
Diffundit vndas, siue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.

Virg. 4. Geor. *At liquidi fontes, & stagna virentia musco*
Absint, & tenuis fugiens per gramina riuus.

Ibid. *Irriguumq; bibant violaria fontem.*

Virg. 2. Geor. *— dulcesq; à fontibus vndæ.*

Ho. Epod. 12. *Fonteſque lymphis obstrepunt manantibus.*
Somnos quod inuitet leues.

Ouid. 2. Fast. *Garrulus in primo limine riuus erat.*

Vir. Eclog. 5. *Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.*

Virg. Eclo. 7. *Muscosi fontes. Hic gelidi fontes.*

Ho. Epod. 10. *Stratus nunc ad aquæ lene caput sacræ.*

Hor. 1. c. o. 1. *Vinique fontem, lactis & vberes Cantare riuos.*

Ho. 1. c. o. 19. *Errare per lucos: amœnæ*

Ho. 3. c. o. 4. *Quos & aquæ subeunt, & auræ.*
O fons Blandusiæ splendidior vitro.

Ibid. od. 13. *Dulci digne mero, non sine floribus,*
Te flagrantis atrox hora canicula
Nescit tangere, tu frigus amabile
Fessis vomere tauris Præbes & pecori vago.
Fies nobilium tu quoq; fontium
Me dicente cauis impositam ilicem
Saxis, vnde loquaces
Nymphæ desiliunt tuæ.

Ouid. 3. Fast. *— muscoq; adoperta virenti*
Manabat saxo vena perennis aquæ.

Ouid. 1. Fast. *Oraq;, qua pollens ope sum, fontana recluſi,*
Sumq; repentinas eiaculatus aquas.

Ho. 3. c. o. 19. *Puræ riuus aquæ.*

Ouid. 1. Met. *Et petere è viuis libandas fontibus vndas.*

Et

Et quæ pumiceis fontibus antra calent. Manil. lib. 1.
— niueo de pumice fontes Cla. 1. de Rap. Pro.
Roscida mobilibus lambebant gramina riuis. Auctor.
— & aquis culmina montium Vitro limpidioribus
Humectata, labor commodius, arduis Idem.
Quas feliciter eminus Euripis repetit. Ouid. 5. Met.
Clausi frigoribus fonticuli fata
Irrorate mero nectare:
Fons sonat à dextra tenui pellucidus vnda. Ibid.
Margine gramineo patulos succinctus hiatus
Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis,
Quem neque pastores, neque pasta in monte capella
Contigerant, aliud ve pecus, quem nulla volucris.
Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus,
Gramen erat circa, quod proximus humor alebat.
Syluaq; sole locum passura tepescere nullo. Tib. lib. 4.
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores. Prop. lib. 1.
Raram sepositi quærere fontis aquam Prop. lib. 4.
Dij tibi dent alios fonteis, hæc lympha puellis
Auia secreti limitis, vna fuit, Boet. lib. 3.
Fontem visere lucidum. Clau.
Clauditur immunis conuexo tegmine riuus.
Duratisque vagus fons operitur aquis Luc. 9. Pharſ.
— inuentus medijs fons vnus arenis Largus aquæ. Luc. lib. 5.
— quam latè paruus aquat
Prata riget fons interdum campisque redundet. Manil. lib. 2.
Vndamq; occultis meditantem murmur in antris,
Quam neque durato gustarint ore volucres,
Ipse nec æthereo Phœbus libauerit ignis.

Vide FLVVIVS.

Fore, vide POSTHAC.

Formica.

— atque inopi metuens formica senectæ, Virg. 1. Geor.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua. Ibid.
Angustum formica terens iter. Virg. 4. Æneï.
Ac velut ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant hyemis memores, tectoq; reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas
Conuectant calle angusto pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris pars agmina cogunt,
Castigantque moras, opere omnis semita feruet. Ouid. 1. de Ar.
Vt redit, itque fremens longum formica per agmen,
Granifero solitum dum vehit ore cibum. Ouid. 7. Met.

Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerenteis.
Rugoſoſq; ſuum ſeruanteis cortice callem.
Ibid. *Granifer umq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis.*
Ho. 1. ſe. ſat. 1. *Parvula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,*
Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit acerno,
Quem ſtruit haud ignara, ac non incauta futuri.
Ouid. 7. Met. *Myrmidonas q; voco, nec origine nomina fraudo.*
Corpora vidiſti mores, quos ante gerebant
Nunc quoq; habent, parcum genus eſt, patiensq; laborum
Quæſtiq; tenax, & quod quæſitum reſeruet.

Formoſus, forma pro pulchritudine.

Fortunat. *Lucifer vt nitidos producit in æthera vultus*
Clarior & læto nunciat ore diem.
Ornat eundo polum terris quoq; lampada mittit,
At q; inter ſtellas lumine regna tenet.
Sic tu diffundens formoſo lumina vultu
Fœmineos vincis pulchrior ore choros.
Et tibi ſic cedit muliebris turba decore
Vt ſolis radiis lumine luna minor.
Clara ſerenatos permutat forma colores,
Lilia nunc reparans, nunc verecunda roſas.
Credite, nam ſi quis vultus conſpexerit iſtos.
Hic legit flores, quos dare verna ſolent.
Virg. 1. Æne. *Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ,*
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.
Ibid. — *ſpret æq; iniuria forma.*
Ibid. — *forma pulcherrima Dido.*
Virg. 4. Æne. — *ipſe inter q; alios pulcherrimus omnes.*
Ibid. — *tantum egregio decus enitet ore,*
Omnia Mercurio ſimilis, vocemq;, colorem q;,
Ibid. *Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.*
Ibid. — *pectus percuſſa decorum.*
Virg. 2. Æne. — *ſerenos fœdauit vultus.*
Virg. 3. Æneï. — *& pulchro pectore virgo*
Pube tenus.
Ouid. 1. Met. *Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore.*
Ibid. — *ſed te decor iſte quod optas*
Eſſe vetat, voto q; tuo tua forma repugnat.
Ibid. — *remanet nitor vnus in illa.*
Ibid. — *in q; nitentem*
Inachidos vultus mutauerat illa iuuencam:
Bos quoq; formoſa eſt ſpeciem Saturnia vaccæ
Ibid. *Quamquam inuita probat.*

— nis

— nil supereſt formæ niſi candor in illa. Virg. 1. Geor.
At ſi virgineum ſuffundere ore ruborem, Virg. Eclog. 5.
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. Ho. 1. Sat. 16
O matre pulchra filia pulchrior. Ibid. o. 19.
Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius, Ibid. o 32.
Et Lycum nigris oculis, nigroque Crine decorum. Ibid. o. 33.
Inſignem tenui fronte Hor. 2. c. o. 5.
— albo ſic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet,
Luna mari Gnidiuſve Giges.
— enitescis Pulchrior multò. Ibid. od 8.
Quamquam ſidere pulchrior ille eſt, Hor. 3. c. o. 9.
Sit niue candidior, namque in Mareotide fuſca. Mart. l. b. 1.
— Pulchrior eſt, quanto rarior ille color:
Lumina ſideribus certent, molleſq; flagellent
Colla coma, tortas non amo Flacce tortas.
Frons breuis, atque modus breuiter ſit naribus vncis, Oui 12. Met.
Præſtantis rubeant æmula labra roſis. Ibid.
Clara decore fuit.
Si modo naturæ formam concedimus illi,
Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos,
Gratus in ore vigor, ceruix humeriq;, manusq;,
Pectoraq; artificum laudatis proxima ſignis. Ibid. &5. Met.
— qua nulla decentior. — egregius formæ Virg 5. Æneı.
Eurialus forma inſignis. Ibid.
— formaq; ante omnes pulcher Iulus Virg. 7. Aen.
— ante alios pulcherrimus omnes. Ibid.
Hunc decus egregium formæ mouet, Virg. 9. Æne.
— quo pulchrior alter Non fuit Aeneadum. Ibid.
— ante omnes pulcher Iulus. Inſignis facie. Virg. 10. Aen.
Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum.
Aut collo decus, aut capiti, vel quale per artem
Incluſum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fuſos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro, Ouid. 3. Met.
Hæret, vt è Patrio formatum marmore ſignum,
Spectat humi poſitus geminum ſua lumina ſidus,
Et dignos Baccho digitos, & Appolline crines,
Impubeſq; genas, & eburnea colla, decusq;
Oris, & in niueo miſtum candore ruborem,
Cunctaq; miratur, quibus eſt mirabilis ipſe,

Ouid. epist. 3. — forma præstante puellæ.
Ouid. epist 5. Sit facies quamuis insignis.
Oui. 1. de art. pulcherrime rerum.
Oui. Epist. 15. Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaq; de facie nescia terra tua est:
Nec tibi par vsquam Phrygiæ, nec solis ab ortu.
Inter formosas altera nomen habet.
Catullus. Ne qua fœmina pulchrior claram ab Oceano diem
viderit venientem: talis in vario solet
Diuitis domini hortulo stare flos hyacinthus.
Tib. lib. 3. Non illo quicquam formosius vlla priorum
Aetas humanum nec videt illud opus,
Intonsi crines longa ceruice fluebant.
Spirabat Tyrio myrrhea rore coma:
Candor erat, qualem præfert latonia luna,
Et color in niueo corpore purpureus.
Vt iuueni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vt cum inter exunt amaranthis alba puellæ
Lilia & autumno candida mala rubent.
Prop. lib. 1. Cuius vt accensæ Dryades candore puellæ.
Statius. Insignis facie decorata cultu.
Ibid. Illic egregium formaq; animisque videbis
Marcellum, & celso præsignem vertice nosces.
Oui. epist. 17. Quanto cum radius fulges argentea puris,
Concedunt flammis sidera cuncta tuis:
Tanto formosis formosior omnibus illa est,
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Ouid. 2. Met. Quanto splendidior, quam cætera sidera fulget
Lucifer, & quantò, quam lucifer aurea Phœbe:
Tantò virginibus præstantior omnibus Herse.
Ibat, eratq; decus pompæ, comitumq; suarum.
Ouid. 4. Met. — clarissima forma.
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum
Illa, nec in tota conspectior vlla capillis Pars fuit.
Sil. Ita. lib. 12. Dilectus Pœno Cinyps, quo gratior ore
Non fuit, ac nulla nituit plus fronte decoris:
Quale micat, semperq; nouum est, quod Tyburis aura
Pascit ebur, vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis rubris aductus ab Indis.
Sil. Ita. lib. 17. Virgo erat eximia specie. Cotile bellus homo es,
Mart. lib. 5. Moribus hoc formaq; datum, quis blandior illo,
Lucr. lib. 6. Aut quis Appollineo pulchrior ore fuit?
Ibid.

Tenero, nitidi corporis cecidit decor. Sen. in Hipp.
Conferat tecum decus omne priscum Ibid.
Fama miratrix senioris aui:
Pulchrior tanto tua forma lucet,
Clarior quanto micat orbe pleno,
Cum suos igneis coëunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda hœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores,
Qualis est primas referens tenebras
Nuntius noctis modo lotus undis
Hesperus pulsis iterum tenebris Lucifer idem. Ibid.
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Memento rapitur, nullaque non dies
Formosi spolium corporis abstulit, Sen. in Troia.
Res est forma fugax. Decore felix.
— sed tamen fulgent genæ,
Magisque solito splendent extremus decor.
Vt esse Phœbi dulcius lumen solet Sen. in Oct.
Iam iam cadentis, astra cum repetunt vices. Sc. in He. oct.
— Sit licet forma eminens.
Namque vt reluxit pellicis capta decus,
Et fulsit Iole, qualis innubis dies,
Purumve claris noctibus sidus micans Ouid. 2. Fast.
Forma placet, niueusque color, flauique capilli,
Quique aderat nulla factus ab arte decor. Ouid. 4. Fast.
— facie spectabilis, Mart. lib. 7.
Cum tibi sit facies, de qua nec fœmina possit
Dicere, cum corpus nulla litura notet. Ouid. 8. Met.
Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses. Ouid. 9. Met.
Inter Phæstiadas, quæ laudatissima forma
Dote fuit virgo. Ouid 11. Met.
— dotatissima forma. Ouid 13. Met.
Candidior folio niuei Galatea ligustri,
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, riguo formosior horto. Oui. 14 Met.
Rara quidem facie. Ou. 5 Met.
— labe carens, & præstantissima forma. Cla. 3. de rap.
manet ille decor, manet ille genarum Fulgor. Pro.
quem vultus honestat. Cla. 1. in Iau.
Princeps coruſco sidere pulchrior. — non Stil.

Clau. in Epithalam. 2.
Clau. de nuptiis.

— non labra rosæ, non colla pruinæ,
Non crines aquant viola, non lumina flammæ:
Quam victo leuiter sese discrimine confert
Vmbra supercilijs miscet quam iusta pudorem
Temperies? nimio nec sanguine candor abundat
Aurea vincit digitos, humerosq; Dianæ.

Stat. 2. syl.

— procul heu cunctis puericq; virisq;
Pulchrior, & tantum domino minor, illius vnus
Ante decor, quantum præcedit clara minores
Lunæ faces, quantumq; alios premit Hesperus ignes.

Stat. 2 Achil.

Vultus adhuc visu, niueo natat ignis in ore
Purpureus fuluoq; nitet coma gratior auro.

Hor. 1. epist.

— speciosum pelle decora,

Ouid. 1. Am.

Qualis ab Europa Phrygijs aduecta carinis,
Coniugibus belli causa duobus erat:
Qualis erat Ledæ, quam plumis abditus albis,
Callidus in falsa lusit adulter aua.
Qualis Amymone siccis errauit in agris.
Cum premeret summi verticis vrna comas: Talis eras.

Stat. 2. Achil.

His decor est formæ, species permixta virili.

Vide Lvcere.

Fortuna, & illius descriptio.

Ou. 4. de Pōt. Eleg. 1.

Quid facis ah demens? cur si fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipse tuo?
Hæc dea non stabili quàm sit leuis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio & quauis incertior aura,
Par illi leuitas improbe facta tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu quæ valuere ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Cræsi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Illa Syracusa modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ipse rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; vero totus terrarum paruit orbis.
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Iugurthino clarus Cimbroq; triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit.
In cœno Marius iacuit, cannaq; palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Et certam præsens vix habet hora fidem. Sen. in Aga.
O Regnorum magnis fallax Fortuna bonis, in præcipiti,
Dubioq; nimis excelsa locas,
Nunquam placidam sceptra quietem,
Certumve sui tenuêre diem. Alia ex aliis cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempestas.
Non sic Lybicis Syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus:
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda, niuali Vicina polo, vbi cerulei Ibid.
Immunis aquis lucida versat Plaustra Bootes.
Vt præcipites regum casus Fortuna rotas. Sen. in Med.
— quicquid in altum Hor. 3. c. o. 29.
Fortuna talit, ruitura leuat.
Fortuna opes auferre, non animum potest.
Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores
Nunc mihi, nunc alij benigna. Ho. 1. c. o. 34.
— valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens hinc apicem rapax
Fortuna cum splendore acuto Mart. lib. 1.
Sustulit, hic posuisse gaudet. Bo. l. 1. met. 1.
— Dea cæca
Dum lenibus malesida bonis fortuna fauerat,
Pene caput tristis merserat ora meum:
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras. Iuuen. Sat. 3.
Si fortuna volet, fies de rhetore consul,
Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor. Hor. 1. c. o. 35.
O diua gratum quæ regis Antium,
Præsens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos. Auson.
Fortuna nunquam sistit in eodem statu,
Semper mouetur, variat, & mutat vices,
Et summa in imum vertit, ac versa erigit. Sen. in Med.
Fortuna fortes metuit ignauos premit
Tunc est probanda si locum virtus habet. Virg. 5 Æneï.
Nate dea, quo fata trahunt, retrahuntq; sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Tib. lib. 1. *Versatur celeri fors leuis orbe rota.*
Tib. lib 3. *Nam fortuna sua tempora lege regit.*
Boet. lib. 1. *Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret,*
Jbid. *Nam cur tantas lubrica versat*
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi residentcelso
Mores solio, sanctaq; calcant
Iniusta vice colla nocentes
Luc. 2. Pharſ. *— miscens aduersa secundis*
Sen. in Thyc. *Seruauit fortuna pares.*
Anxius sceptrum tenet, & monentcis
Cuncta dynastas, metuit q; casas
Mobileis rerum, dubiumq; tempus.
Vos, quibus rector maris, atq; terra
Ius dedit magnum necis, atq; vitæ:
Ponite inflatos, tumidosq; vultus.
Quicquid à vobis minor extimescit,
Maior hoc vobis dominus minatur:
Omne sub regno grauiore regnum est:
Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem:
Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis:
Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum:
Nemo tam diuos habuit fouenteis,
Crastinum vt possit sibi polliceri:
Sen. in Oedi. *Res Deus nostras celeri citatas Turbine versat.*
Vt alta ventos semper excipiunt iuga.
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta
Quamuis quieti verberant fluctus maris,
Virgil. *Imperia sic excelsa fortuna obiacent.*
ó fortuna potens quàm variabilis
Tantum iuris atrox, qua tibi vendicas,
Euertusq; bonos eligis improbos,
Nec seruare potes muneribus fidem,
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes & retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.

Quod dignis adimit transfert ad impios.
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat:
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica,
Nec quos clarificat perpetuò fouet,
Nec quos deseruit perpetuò premit.

Vide ADVERSITAS.

Frænare, frænum.

Aut neq; eos iam fræna virum, nec verbera sæua, Virg. 3. Geor.
Non scopuli, rupesq; cauæ, atq; obiecta retardant.
Flumina correptos vnda torquentia montes. Virg. 1. Æneid.
— premit ac vinclis, & carcere frænat. Ibid.
— regemq; dedit, qui fœdere certo,
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Virg. 3. Aeneid.
— & fræna iugo concordia ferre, Hor. 1. c. 08.
— Gallica nec lupatis Temperet ora frænis. Mart. lib. 1.
Mordent aurea quod lupata cerui.
Quod fræno Lybici domantur vrsi.
Paret purpureis aper capistris.
— tu bijugum pictis insignia frænis Ouid. 4. Met.
Colla premis lyncum.
— & vanti fræna licentia Iniecit, Oui. epist. 15.
— tibi nec coruscis Auctor.
Ora contorques equitum Sicamber Spumea frænis.
Non domito frænos ore momordit equus Tib. lib. 1.
Aut quis equum celeremve arcto compescere fræno Possit. Tib. lib. 4.
Qua iam præcipitem fræna cupidinem Boet. lib. 2.
Certo fine retentent. Oui. 1. de art.
Frænaq; magnanimi dente teruntur equi. Ibid.
— Tempore lenta pati fræna docentur equi. Oui. epist. 18.
Flectitis aut fræno colla fugacis equi. Luc. 4. Pharſ.
— rigidos vexantia frænos Ora tenent. Ibid.
Siccaq; sanguineis durescit spuma lupatis. Luc. 7. Pharſ.
Auget eques stimulos, frænorumq; optat habenas. Ouid 3. Met.
Quadrupedes ducunt, adduntq; sonantia fræna. Sen. in Hipp.
Celsos sonipedes ocyus subigit iugo.
Et ora frænis domita, substrictis ligat. Ouid. 4. Triſt.
Tempore paret equus lentis animosus habenis, Eleg. 5.
Et placido duros accipit ore lupos. Clau. in frat.
— sub iuga ferrea nectit
Cornipedes, rigidisq; docet seruire lupatis.

Vide EQVVS.

Frangere, & gi.

Franguntur remi. Vir. 1. Aeneid.

Ibid. *Quassatam ventis liceat subducere classem.*
Virg. 3. Æneï. *— ruptis flammam exprimere caminis.*
Ibid. *Vidi egomet duo de numero cum corpora nostro*
Prensa manu magna medio resupinus in antra
Frangeret ad saxum.
Virg. 2. Æneï. *Ipse inter primos correpta dura bipenni*
Limina perrumpit, postesq; à cardine vellit
Æratos, iamq; excisa trabe firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Ibid. *Instat vi patria Pyrrhus nec claustra, nec ipsi*
Custodes sufferre valent labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes,
Fit via vi, rumpunt aditus.
Ho. Epod. 10. *Fractosq; remos differat.*
Ibid. *Noto carinam ruperit. Quassataq; rates.*
Ho. Epod. 11. *Limina dura quibus lumbos & infregit latus.*
Virg. Eclo. 3. *— cum Daphnidis arcum Fregisti & calamos*
Hor. 1. c. o. 4. *— mox reficit rates Quassas.*
Ibid. *Seu rupit teretes Marsus aper plagas,*
Ibid. od. 14. *Et malus celeri saucius Africo, Antennaq; gemuna*
Ibid. *— non tibi sunt integra lintea.*
Ibid. od. 25. *Parcius iunctas quatiunt fenestras*
Ictibus crebris iuuenis proterui,
Nec tibi somnos adimunt, amatq; Ianua limen.
Ouid. 12. Met. *Loricamq; simul subiectaque pectora rupit.*
Ibid. *Lampadibus densum rapuit funale coruscis,*
Elatumq; altè, veluti qui candida tauri
Rumpere sacrificâ molitur colla securi,
Illi sit fronti Lapithe Celadontis, & ossa
Non agnoscendo confusa reliquit in ore.
Ibid. *— dextraque à parte Charaxi*
Tempora perfringit fulua protecta capillo.
Ibid. *Terque quaterque graues iuncturas verticis ictu*
Rupit, & in liquido sederunt ossa cerebro.
Ibid. *Decidit in preceps, & pondere corporis ornum*
Ingentem fregit, suaque induit ilia fracta,
Ibid. *cubitique ingentia fregit Ossa.*
Ibid. *Oppositique genu costis, prensamque sinistra*
Cæsariem retinens, vltimum, minitantiaque ora
Robore nodoso, praduraque tempora fregit,
Ibid. *Fraxineam misit amentis quoque viribus hastam,*
Quæ laterum cratem perrupit.
Ibid. *— Phonoleniden à summo vertice fregit.*

Fra-

Fracta volubilitas capitis latissima, perque os
Perque cauas nares, oculosque auresque crebrum Molle fuit. Virg.7. Aene.
— morantes Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes, Virg.9. Ænei.
Portam vi multa conuerso cardine torquet
Obnixus latis humeris. Virg.12. Æne.
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit, fulua resplendent fragmina arenæ. Ouid 6. Met.
— portasque refringit. Ouid. 5. Met.
Non circum spectis exactum viribus ensem
Fregit & extrema percussæ parte columnæ
Lamina dissiluit, dominique in gutture fixa est. Prop. lib 4.
— ille humeris postes concussit opacos. Oui. 2. de art.
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus,
Franges, si vires experiere tuas. Luc.3. Pharſ.
— & vi perfringere portas. Sil. Ita. lib.13.
— nunc coniunctas adstringere nobis
Instabat, ferroque trabeis, quo frangeret altos
Portarum posteis, quateretq; morantia claustra. Sen. in Hipp.
Nec torta clausas fregerat saxo graui Balista portas.

Frater.

— fraterni sanguinis illum Conscius horror agit, Sil. Ital. lib. 4.
Fratresq; vnanimes, Catullus.
Stant gemini fratres, fœcundæ gloria matris, Luc. 3. Pharſ.
Quos eadem varijs genuerunt viscera fatis Jbid.
— fraternaque pectore nudo Arma tegens. Sil. Ital. lib. 3.
Germanus nitet Hannibalis, Ouid.
— fratrum quoque gratia rara est.

Frigere, Frigus.

— glacies ne frigida lædat Molle pecus. Virg. 2. Geor.
Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis Virg. 3. Geor.
Corpora magna boum. Virg. 4 Geor.
— & contracto frigore pigræ. Virg. 1. Ænei.
Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. Virg. 1. Geor.
— aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Vir. Eclo. 10.
— ah te ne frigora lædant,
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. Manil. lib. 4.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Oui. in Jbin.
Sic frigus mortis causa, famesq; tuæ, Mart. libr. 12.
Hic tibi brumali gaudentia frigore rapa. Auctor.
— inter gelidis vsta rigoribus
Caulæ fœna sato Ouid. 3. Met.
— gelidusque trementi Corpore.

— fri-

Ouid.epist.9. —frigusq; perambulat artus.
Catullus. Satisne cum isto
Virg. Eclo 2. Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant.
Virg.12. Æne. —gelidus concreuit frigore sanguis.
Vappa frigoraq; & famem tulistis
Tib. lib.1. Non mihi pigra nocent hiberna frigora noctis,
Tib.lib.4. Atq; duæ gelido vastantur frigore semper.
Auson. —& blando mordentia frigora sensit
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Ou.1. de arte. Frigidus in nuda sæpe iacebis humo.
Ibid. Cum modo frigoribus premimur.
Oui. epist.17 Frigora ne possim gelidi sentire profundi.
Oui. epist.21. Astrictum gelido frigore pectus erat.
Oui. epist.20. —gelidæ frigore pallet aquæ.
Ouid. 2. Met. Tristis & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne vacet semper.
Ibidem. —frigusq; per vngues
Labitur & pallent amisso sanguine venæ:
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
Luc.9. Pharſ. Vitalesq; vias, & respiramina clausit Ipsa coloris egens.
Luc.lib.1. —rigidum permanat frigus ad ossa:
Lucret. lib.5. Frigus enim nudas sine pellibus excruciabat.
Sil.Ital. lib.2. —gelido torpentia frigore membra.
Sil.Ital lib.4. —multoq; gelu torpentia neruos.
Stat.6 Theb. Concurrit summos animosum frigus in artus.
Ho.2.se.sa.16. Matutina parum cautos iam frigora mordent.
Ouid.11.Met. —cui protinus intima frigus
Ossa receperunt.

Vide HYEMS, GELARE.

Frons frondis, froudescere.

Virg.1. Geor. Carpendæ manibus frondes.
Ibid. —tunc stringe comas tunc brachia tonde.
Ibid. Frigidus & siluis Aquilo decussit honorem.
Ibid. —folia haud vllis labentia ventis.
Virg.3. Geor. Iubeo frondentia capris Arbuta sufficere.
Virg.4. Geor. Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos.
Virg.3. Ænei. —ramis tegerem vt frondentibus aras.
Virg.4. Ænei. —mollique fluentem Fronde premit crinem.
Ouid.2. Met. —arbor mea semper habebit Te coma.
Sic quoq; perpetuos semper gere frondis honores.
Vir. Eclog.3. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent syluæ,
Ho.3. c.o. 13. Seu si mobilibus veris inhorruit Aduentus foliis.
Ho.1.c.o.9. Et foliis viduantur orni.

Spar-

Spargit agrestes tibi sylua frondes. Ho.3. c.o.18.
Et spissa nemorum coma. Ho.4.se.sat.5
Quale solet sylua brumali frigore viscum Virg.6. Æne.
Fronde virere noua Comata sylua Auctor.
Frons tibi dumos amat. Idem.
Intemerata tibi frontem qua laurus obumbrat. Catullus.
Frigoribus vincto non agit imbre comas. Idem.
Floridis velut enitens Idem.
Myrtus Asia ramulis. Idem.
Vestibulum vt molli velatum fronde vireret Statius.
Nunc cuncta veris frondibus annuis Crinita arbos. Ouid. de art.
— ceu nesci falcis Sylua comas tollit. Ibid.
Cœpimus in patulas luxuriare comas. Ouid. 1. Fast.
Frondibus intactis cætera turba viret. Ouid. 3. Fast.
Et modo formatis operitur frondibus arbos.
Arboribus redeunt deposæ frigore frondes.

Vide Flos.

Fructus minuti, *vide* Pomvm & Convivivm.

Fiustra, *vide* Terere Tempvs, & Vanvs.

Fucare.

— hyali saturo fucata colore. Virg.4. Geor.
Formosam faciem nigro medicamine calas, Mart. lib.1.
Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina compti. Ouid. epist.4.
Fine coli modico forma virilis amat. Tib. lib.2.
Illi sint comites luci quos India torret. Ouid.1. de rem.
— compositis sua cum linit ora venenis. Lucret. lib.2.
— nullo circumlita fuco Iuuen. Sat.7.
Ad mœchum veniet lota cute. Ibid.
Sed qua mutatis inducitur, atq; fouetur Iuuen. Sat.9.
— tota nitor in cute, qualem
Præstabat calidi circumlita fascia visci. Mart. lib.6.
— & hirsutas excoluisse genas. Ouid.2. Trist.
Composita est aliis fucandi cura coloris. Clau in Cons.
Ac velut effeius trepidantibus ora puella Honor.
Spe propiore tori mater solertior ornat
Aduenientè proco vestesq; & cingula comit
Sæpe manu viridique angustat iaspide pectus,
Substringitque comam gemmis & colla monili
Circuit: & baccis onerat candentibus aureis. Clau. in Iau.
— fucata genas & anima dolosis Illecebris. Stil.
Bissula nec ceris, nec fuco imitabilis vllo. Auson.
Naturale decus ficta non commodat arti,
Sandix & cerussa alias simulata puellas.

Tem-

Stat.1.Syl. *Temperiem hanc vultus nescit manus.*
— nec colla, genasq;
Comere, nec pingui crinem deducere Amomo.
Cessauit mea, nate, manus.

Ouid. 1. Am. *Vtraq; formosa est, operosa cultibus amba.*
Artibus, in dubio est, hæc sit, an illa prior.

Manil.libr.5. *Illis cura sui vultus, frontisq; decora*
Semper erit, tortosq; in plexum ponere crineis.

Epigramma in fucatos.

Owenus. *Quæ pictas geritis facies, vos iure potestis*
Dicere cum Flacco: Puluis & vmbra sumus.

Vide VNGVENTVM.

Fugere.

Virg.3. Geor. *Fidentemq; fuga Parthum, versisq; sagittis.*
Ibid. *Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes.*
Ibid. *— & acri Carpere prata fuga.*
Ibid. *— quo tota exterrita syluis Diffugiunt armenta.*
Ibid. *Ille volat simul arua fuga, simul æquora verrens*
Ibid. *Saxa per, & scopulos & depressas conualles Diffugiunt.*
Ibid. *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.*
Vir.4. Georg. *Aut hos versa fuga victor dare terga coegit,*
Ibid. *— dum te fugeret per flumina præceps.*
Virg.1. Aenei. *Maturate fugam,*
Ibid. *— volucremq; fuga prætertitur Hebrum.*
Ibid. *Tum celerare fugam, patriaq; excedere suadet.*
Virg.2. Æneï. *Hæc fugerent Graii, premeret Troiana iuuentus.*
Ibid. *Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta Moliri.*
Ibid. *Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.*
Sil.Ita. lib.10. *Eripe nate fugam Vos agitate fugam.*
Virg.3 Æneï. *— pone atq; in terga ruentes.*
Ibid. *— celeriq; fuga sub sydera lapsa.*
Ibid. *— medioq; fugam tenuisse per hostes.*
Vir. 4. Æneï *Sed fugite ô miseri fugite, atq; ab littore funem Rumpite.*
Ibid. *— illa fuga syluas saltusq; peragrat.*
Ouid.1.Met. *Ardet abire fuga Festinare fugam.*
Ibid. *Territus ipse fugit. Fugit ocyor aura,*
Illa leui, neq; ad hæc reuocantis verba resistit.
— sic agna lupum, sic cerua leonem
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ,
Hostes quæq; suos.
Ibid. *Curre fugamq; inhibe.*
Ibid. *— rapido Peneia cursu Fugit.*
Ibid. *— seseq; exterrita fugit.*

— præfugit execrata ciuitas. Ho.Epod.16.
Quam tu ceruus vti vallis in altera Ho.1.c.0.15.
Visum parte lupum graminis immemor
Sublimi fugies mollis anhelitu
Namq; me silua lupus in Sabina fugit inermem. Ibid.o.22.
Vitas hinnuleo me similis Cloe Jbid.od.23.
— ab Italia volantem Remis adurgens. Ibid.od.37.
— fugaces Terret equos. Hor.2.c.0.13
— aduersum tu quoq; quamuis Ouid.12.Met.
Terga fuga dederas, vulnus Cenea tulisti.
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum. Jbid.
— Latio dare terga sequaci. Virg.10.Æne.
— & neq; terga Ira dare, aut virtus patitur, Virg.9.Æne.
Bis conuersa fuga per muros agmina vertit. Ibid.
— omnis eo terrore Ægyptus, & Indi, Virg.8.Æneis
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
— auolat ipse, Virg.11.Æne.
Haud mora conuersisque fugax aufertur habenis.
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
Et nunc terga fuga nudant Virg.5.Æne.
Tandem proripuit sese, atque inimica refugit, Virg 6. Æne.
— pars vertere terga. petet ille fugam. Ibid.
— fugit ilicet ocyor Euro. Virg.8. Æne.
Sed celerare fugam in syluas. Virg.6.Æne.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes, Ibid.
Inter & arma fuga muros tenet, Jbid.
Agminibus totis aut versi terga dedere. Jbid.
Immisit q; fugam Teucris, atrumq; timorem, Ibid.
Diffugiunt versi trepida formidine Troes. Sil.Ital.lib.2.
— fugam percussa repente
Ad muros trepido conuertunt agmina cursu. Sil.Ital.lib.4.
Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis. Virg 10.Æne.
— illa dato vertit vestigia tergo. Virg. 11.Æne.
Hi fugiunt penitusq; datis referuntur habenis, Ibid.
Turbati fugiunt Rutuli fugit acer Atinas,
Tuta petunt & equis auersi ad mœnia tendunt,
Quadrupedem q; putrem sonitu quatit vngula campum. Ibid.
— versiq; vicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros. Jbid.
Alipedum q; fugam cursu tentauit equorum. Ibid.
Terga dabo? & Turnum fugientem hac terra videbit? Jbid.
— dum terga dabant palantia Teucri. Ibid.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus,

— cum-

— cunctosq; dedisse Terga fugæ.

Ouid. 5 Met. Hunc in famis amor ver sis dare terga carinis
Prop. lib. 1. Iussit, & externo quærere in orbe fugam.
Prop. lib. 4. Atq; hostes turpi terga dedisse fugæ.
Oui. 1. de art. Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbæ,
Vtq; fugit visos agna nouella lupos,
Ibid. Manalius lepori det sua terga canis.
Sc. in Hippo. Fugit insanæ similis procellæ
Ocyor nubeis glomerante coro,
Ocyor cursum rapiente flamma,
Stella cum ventis agitata longos Corripit igneis,
Stat. 2. Theb. — fuga tremefactum protinus agmen Excutitur.
Stat. 4. Theb. — fugit syluas pernicior alite vento
Saxa per, & plenis obstantia flumina ripis.

Fulcire, vide I ERRE.

Fulgurare nubes.

Luc. lib. 6. Fulgit item nubes ignis cum semina multa
Excussere suo concursu, ceu lapidem si
Percutiat lapis, aut ferrum: nam tum quoq; lumen
Exsilit, & claras scintillas dissipat ignis:
Sed tonitrum sit, vti post auribus accipiamus,
Fulgere quam cernant oculi, quia semper ad aureis
Tardius aduenient, quàm visum quæ moueant res:
Id licet hinc etiam cognoscere, cædere si quem
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum,
Ante fit, vt cernas ictum, quam plaga per aureis
Det sonitum, sic fulgorem quoq; cernimus ante
Quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni
E simili causa, & concursu natus eodem.
Hoc etiam pacto volucri loca lumine pingunt
Nubes, & tremulo tempestas impete fulgit:
Ventus vbi inuasit nubem, & versatus ibidem
Fecit vt ante cauam docui, spissescere nubem,
Mobilitate sua feruescit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardescere: plumbea verò,
Glans etiam longo cursu voluenda liquescit.
Ergo feruidus hic nubem cum perscidit atram.
Dissipat ardoris quasi per vim expressa repente
Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ:
Inde sonus sequitur, qui tardius adlicit aureis,
Quam quæ perueniunt oculos ad lumina nostros.

Sil. Ital. lib. 1. — ruptoq; polo micat igneus æther.
Virg. 1. Æneï. — & crebris micat ignibus æther.

— ingeminant abruptis nubibus ignes. Virg.3.Æneï.
— cæcique in nubibus ignes Terrificant animos. Virg.4.Æneï.
— namq; dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens. Ho.1.c.o 34.
Heu mihi quam celeri micuerunt nubila flamma. Oui.1.Triſt.
— tonitru cum rupta coruſco Virg 8.Æneï.
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes. Ouid 6.Met.
— & ignis Lucret. lib.6.
Semina conuoluunt è nubibus, atque ita cogunt
Multa, rotantq; cauis flammam fornacibus intus,
Donec diuulſa fulſerunt nube coruſci
Hac etiam fit, vti de cauſa, mobilis ille
Deuolet in terram liquidis color aureus ignis,
Semina quod nubeis ipſis permulta neceſſe eſt
Ignis habere: etenim cùm ſunt humore ſine vllo,
Flammeus eſt plerumque colos, & ſplendidus ollis:
Quippe etenim ſolis de lumine multa neceſſe eſt
Concipere, vt meritò rubeant, igneiſq; profundant:
Has igitur cum ventus agens contruſit in vnum,
Compreſſitq; locum cogens, expreſſa profundum
Semina quæ faciunt flammæ fulgere colores.
Fulgit item, cum rareſcunt quoque nubila cœli:
Nam cùm ventus eas leuiter diducit euntes,
Diſſolbitq; cadant ingratis illa neceſſe eſt
Semina quæ faciunt fulgorem, tum ſine tetro
Terrore, & ſonitu fulgit, nulloq; tumultu.
— excidunt ignes tamen, Sen. in Aga.
Et nube dirum fulmen eliſa micat.
Hinc tonat, hinc miſſis abrumpitur ignibus æther. Ouid.2.Faſt.
— abrupta tremiſcunt Stat.2.Theb.
Fulgura, & attritus ſubita face rumpitur aër.
Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen Manil. lib.1.
Imbribus in mediis, & cœlum fulmine ruptum.

Fulmen.

Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem. Virg.1.Æneï.
Diſiecitq; rates, euertitq; æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto,
— & fulmine terres. Ibid.
His ego nigrantem commiſta grandine nimbum Virg.4 Æneï.
Deſuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.
— cum fulmina torques. Ibid.
Iamq; erat in totas ſparſurus fulmina terras. Ouid.1.Met.

Jbid. *Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.*
Virg.1. Geor. *Ter pater extructos disiecit fulmine montes.*
Ibid. *Ipse pater, media nimborum in nocte, coruſca*
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis ſtrauit pauor, ille flagranti.
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deijcit.
Jbid. *Aut Boreæ de parte trucis cum fulminat.*
Ibid. *Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno Fulgura.*
Ho. 2. c.o.10. *— feriuntq; ſummos fulmina montes.*
Hor.2. c.o.5. *Neq; per noſtrum patimur ſcelus*
Iracunda Iouem ponere fulmina
Ibid.o.12. *Tu parum caſtis inimica mittes Fulmina lucis.*
Hor.3. c.o. 3. *Nec fulminantis magna manus Iouis,*
Si fractus illabatur orbis,
Ibid.od.4. *Impauidum ferient ruinæ.*
— immunemq; turmam Fulmine ſuſtulerit caduco.
Ouid.1. Met. *Et cum fulminibus facientes frigora ventos.*
Ibid. *Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum*
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.
Oui.in Jbin. *Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco.*
Ibid. *Vt Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis,*
Sic precor ætherei vindicis igne cadas.
Virg.5 Ænei. *Vel tu, quod ſupereſt, in feſto fulmine morti,*
Si mereor, demitte, tuaq; hic obrue dextra.
At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Virg.6.Aene. *Contorſit, non ille faces, nec fumea tædis*
Lumina, præcipitemq; immani turbine adegit.
Virg.8.Ænei. *— vidiſſe Iouem, cum ſæpè nigrantem*
Ægida concuteret dextra, nimboſq; cieret.
Ibid. *Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo*
Deijcit in terras. Fulmine deiecti.
Ibid. *Namq; improuiſo vibratus ab æthere fulgor*
Cum ſonitu venit, & ruere omnia viſa repente,
Ouid. epiſt.3. *Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer.*
Prop. lib.2. *Fulminaq; ætherea deſiluiſſe domo:*
Non hæ Pleiades faciunt, neq; aquoſus Orion,
Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.
Boet.lib.1. *Aut celſas ſoliti ferire turres,*
Ardentis via fulminis mouebit.
Plurima communi pereunt, ſi fulminis ictu.
Auſon. *Aut valido miſſi fulminis igne peti.*

Qua-

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen — Oui. de nuce.
Ætheris impulsi sonitu, mundiq; fragore — Luc. 1. Pharſ.
Emicuit, rupitq; diem, populosque pauentes
Terruit, obliqua præstinguens lumina flamma,
In sua templa furit, nullaq; exire vetante
Materia, magnamque cadens magnamq; reuertens
Dat stragem latè, sparsosque recolligit ignes.
Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno
Et varias ignis denso dedit aëre formas: — Luc. 2. Pharſ.
— collapsus in ignes.
Plurimus ad terram per flumina decidat æther. — Ibid.
Fulminibus propior terræ succenditur aër. — Luc. 3. Pharſ.
— excussaq; nubibus atris Fulgura. — Luc. 7. Pharſ.
— totus venientibus obstitit æther,
Inque oculis hominum fregerunt fulmina nubes. — Ouid. 2. Met.
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. — Lucre. lib. 1.
— nec fulmina, nec minitanti Murmure cõpressit cœlũ. — Lucret. lib. 2.
Transuersosque volare per imbreis fulmina cernis.
Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concurrant, cadit in terras vis flammea vulgo. — Ibid.
— tum fulmina mittat, & ædes
Sæpè suas disturbet, & in deserta recedens
Sæuiat exercens telum. — Lucr. lib. 3.
At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaetontã repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram. — Ibid.
Fulminis horribili cum plaga torrida tellus
Concremit, & magnum percurrunt murmura cœlum. — Lucr. lib. 6.
Quod superest, quali natura prædita constent
Fulmina declarant ictus, & mista vapore
Signa notæq; graueis halantes sulfuris auras:
Ignis enim sunt hæc non venti signa, neq; imbris
Præterea per se accendunt quoque tecta domorum,
Et celeri flamma dominantur in ædibus ipsis;
Hunc tibi subtilem cum primis ignibus ignem
Constituit natura minutis, mobilibusq;
Corporibus, cui nil omninò obsistere possit:
Transit enim validè fulmen per septa domorum
Clamor vti, ac voces, transit per saxa per æra:
Et liquidum puncto facit æs in tempore, & aurum:
Curat item vt vasis integris vina repente
Diffugiant, quia nimirum facilè omnia circum

Conlaxat, rareq; facit lateramina vasis,
Aduenies calor eius vt insinuatur in ipsum, &
Mobiliter soluens differt primordia vini:
Quod solis vapor ætatem non posse videtur
Efficere, vsque adeo pollens feruore coruscо:
Tanto mobilior vis, & dominantior hæc est.
Nunc ea quo pacto gignantur, & impete tanto
Fiant, vt possint ictu discludere turreis,
Disturbare domos, auellere ligna, trabesque,
Et monumenta virum demoliri, atq; ciere,
Exanimare homines, pecudes prosternere passim,
Cætera de genere hoc, qua vi facere omnia possint,
Expediam, neque te in promissis plura morabor:
Fulmina gignier è crassis, alterque putandum est
Nubibus extructis, nam cœlo nulla sereno,
Nec leuiter densis mittuntur nubibus vnquam:
Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res,
Quod tunc per totum concrescunt aëra nubes
Vndiq;, vt tenebras omneis Acheronta reamur
Liquisse, & magnas cœli complesse cauernas:
Ibid. Vsque adeo tetra nimborum nocte coorta
Impendent atræ formidinis ora supernè,
Cum commoliri tempestas fulmina cœptat.
His igitur ventis, atque ignibus omnia plena.
Sunt ideo passim fremitus, & fulgura fiunt.
Quippe etenim supra docui, permulta vaporis
Semina habere cauas nubeis, & multa necesse est
Concipere ex solis radiis ardoreq; eorum:
Hic vbi ventus, eas idem qui cogit in vnum
Fortè locum quemuis, expressit multa vaporis
Semina, seque simul cum eo commiscuit igni:
Insinuatus ibi vortex versatur in alto,
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus:
Nam duplici ratione accenditur, ipse sua nam
Mobilitate calescit, & è contagibus ignis:
Inde vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis
Impetus ignescit, maturum tum quasi fulmen
Perscindit subitò nubem ferturque coruscus
Ibid. Omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.
Est etiam cum vis extrinsecus incita venti
Incidit in validam maturo fulmine nubem,
Quam cum perscidit, extemplo cadit igneus ille
Vortex, quod patrio vocitamus nomine fulmen.

Mo-

Mobilitas autem sit fulminis, & grauis ictus. Jbid.
Et celeri ferme pergunt sic fulmina lapsu,
Nubibus ipsa quod omnino prius incita saeuis
Colligit, & magnum conamen sumit eundi:
Inde vbi non potuit nubes capere impetus auctum,
Exprimitur vis, atque ideo volat impete miro,
Vt validis quae de tormentis missa feruntur. Jbid.
Cur, quibus incautum scelus auersabile cunque est.
Non faciunt, icti flammas vt fulguris halent
Pectore perfixo documen mortalibus acre?
Et potius nulla sibi turpis conscius rei
Voluitur in flammis innoxius, inque peditur.
Turbine caelesti subitò correptus & igni? Jbid.
Denique, cur nunquam caelo iacit vndique puro
Iuppiter in terras fulmen sonitumque profundit?
An simul ac nubes succedere ipse in eas tum Sil. Jtal. lib. 1.
Descendit, prope vt hinc teli determinet ictus?
Torquentem cum tela Iouem, permixtaque nimbis
Flumina, & excussos ventorum ex flatibus igneis
Turbato transiret equo. Sil. Ital. lib. 5.
Ac super haec diuum genitor, terrasque, fretumque
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Flumina, Tyrrhenas Trunsmeni torsit in vndas,
Littus & aetherea per stagna patentia flamma
Fumauit lacus, atque arserunt fluctibus ignes. Sil. Jtal. lib. 6.
— quater inde coruscum
Contorsit dextra fulmen, quo tota reluxit
Maeonidum tellus, atramque per aethera voluens
Abrupto fregit caelo, super agmina nubem. Sil. Ita. lib. 10.
— ceu fulmine celsa
Aesculus, aut proauis ab origine cognita quercus
Ceu fumat percussa Ioui, sacrosque per auum
Aethero ramos populantur sulphure flammae. Sil. Ita. lib. 17.
Vt cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant, summique labat domus alta parentis,
Omne hominum in terris trepidat genus, ipsaque oborta
Lux atrox micat, & praesens astare viritim
Creditur intento perculsis Iuppiter igne. Sen. in Aga.
Libratur aliud fulmen, hoc toto impetu
Certum reducta Pallas excussit manu
Imitata patrem, transit Aiacem, & ratem, Sen. in Oct.
Ratisque partem secum, & Aiacis tulit.
Vtinam nefandi principis dirum caput.

Obruere flammis calitum rector paret,
Qui sæpe terras fulmine infesto quatit,
Menteisq; nostras ignibus terret sacris.

Ouid. 4. Fast. — *tonitru dedit omina læuo.*
Iuppiter, & læuo fulmina missa polo.

Cla. ad Hadr. *Incubuit nunquam cælestis flamma salictis,*
Nec parui frutices iram meruere tonantis:
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.

Fumare, & fumus.

— *erigit atro.*

Sil. Ital. lib. 2. *Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem,*
Ouid. 12. Met. — *& ignibus atria fumant. altaria fumida.*
Ibid. *Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram*
Virg. 2. Geor. *Ad cœlum picea crassus caligine nubem.*
— *& assidua postes fulgine nigri.*
Oui. in Ibin. — *fumantes incoquet igne genas.*
— *cælum subtexere fumo.*
Ouid. 5. Met. — *qui media positas fumabat in ara.*
Virg. 3. Ænei. *Interdum q; atram prorumpit ad æthera nubem*
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.
Virg. 8. Æne. *Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,*
Euomit, inuoluit q; domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
Fumiferam noctem, commistis igne tenebris.
Virg. 12. Æn. *Voluitur ater odor, vacuas it fumus ad auras.*
Virg. 11. Æne. — *subiectisque ignibus atris,*
Virg. 9. Ænei. *Conditur in tenebras altum caligine cœlum.*
Interrupti ignes ater que ad sydera fumus Erigitur.
Virg. Eclo. 1. *Et iam summa procul villarum culmina fumant.*
Hor. 3. c. o. 6. *Fœda nigro simulacra fumo.*
Luc. lib. 4. *Robora ceu fumum mittunt, igneque vaporem.*
Ho. 4. c. o. 11. *Sordidum flamma trepidant rotantes Vertice fumum.*
Virg. 7. Aen. *Fumidus atque altè spumis exuberat amnis.*
Nec iam se capit vnda volat vapor ater ad auras.
Ibid. *vdo sub robore viuit*
Stipa vomens tardum fumum, lentusque carinas Est vapor.
Virg. 6. Ænei. — *nec fumea tædis lumina*
Vir. 7. Ænei. *tum fumida lumine fuluo Incolui,*
Boet lib. 1. *Nec ruptis quoties vagus caminis*
Torquet fumificos Vesuus ignes,
Statius. *An qua graminea suscepta crepidine fumant Balnea,*
Luca. 3. Phar. — *nigri spatiosa volumina fumi*
Luc. 4. Phar. — *fumant sudoribus artus.*

— *ca-*

— calidoque inuoluitur vndique fumo, Ouid. 2. Met.
— quà plurimus vndam Virg. 8. Æne.
Fumus agit, nebulaque ingens specus æstuat atra. Luc. lib. 6.
— & crassa voluit caligine fumum. Sil. Ital. lib. 2.
— densum quæ turbine nigro
Exundat fumans piceus caligine vertex. Sil. Ital. lib. 4.
Dum tacitas vires, & flammam colligit ignis,
Nigranti piceus sensim caligine vertex
Voluitur, & pingui contorquet nubila fumo. Sil. Ita. lib. 14.
Sulphureum vomit exeso de vertice fumum. Ibid.
Implentur fumo, & nebula caliginis atræ.
— piceus ignis in fumos abit, Sen. in Thye.
Et ipse fumus tristis, ac nebula grauis
Non rectus exit, seque in excelsum leuat.
Ipsos penates nube deformi obsidet. Sen. in Oedi.
Ambitque densus regium fumus caput.
Ipsosque circa spissior vultus sedet,
Et nube densa sordidam lucem abdidit. Sen. in Troia.
— nec cælum patet.
Vndante fumo, nube ceu densa obsitus Ibid.
Ater fauilla squalet Iliaca dies.
— vbi fumus aliò Auso. in Mos.
Serpit in cœlum, nebulaque turpes
Quia quæ flumineo substructa crepidine fumant
Balnea feruenti cum Mulciber haustus operto
Voluit anhelatas tectoria per caua flammas
Incluſum glomerans æstu expirante vaporem.

Funambulus.

Certa per extentos ponit vestigia funes, Manil. lib. 3.
Et cæli meditatur iter.

Funda.

— cum Balearica plumbrum Funda iacit, Ouid. 2. Met.
— excussa Balearis torto habena Luc. 3. Pharſ.
Glande petens, solido fregit caua tempora plumbo.
Amplius aut signata cita loca tangere funda. Tib. lib. 4.
Strident em fundam positis Mezentius armis, Virg. 9. Æneci.
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Virg. 1. Geor.
Stupea contorquens Balearis verbera funda Virg. 11. Æne.
Et fundam tereti circum caput egit habena. Prop. lib. 4.
Plumbea cum torta sparguntur pondera funda. Sil. Ital. lib.
— & torta Balearis sæuus habena.

Sil. Ita. lib. 10. — *quem funda procul per inane voluta Sopierat.*
Ou. 10. Met. — *vt latè plumbea funda*
Missa solet medio glans intabescere cœlo.
Clau. in Coss. — *nunc glandeis Balearis spargere funda.*
Hono. Aug. — *teretes pars vertere fundas*
Stat. 4. Theb. *Assueti, vacuoq; diem præcingere gyro.*
Stat. 8. Theb. — *stridentia funda*
Stupea torquentem balearis verbera fundæ.
Saxa pluunt, volucres imitantur fulgura glandes.
— *& flexa balearicus author habenæ,*
Stat. 2. Achil. *Quo suspensa trahens libaret vulnera tractu,*
Inclusum quoties distringeret æra gyro.

Fungus, *vide* BOLETVS.

Funis.

Virg. 1. Æneï. — *stridorq; rudentum.*
Virg. 2. Æneï. — *& stupea vincula collo Intendunt.*
Virg. 3. Æneï. — *littore funem.*
Diripere excussosq; iubet laxare rudentes.
Virg. 4. Æne. — *tortosq; incidere funes*
Iuuen. Sat. 10. — *restemq; sequuntur.*
Virg 5. Æneï. — *nodos & linea vincula rupit.*

Funus, *vide* MORS.

Furari, fur.

Prudent. *Fur ante lucem squalido*
Impune peccat tempore
Sed lux dolis contraria
Latere furtum non sinit.
Tum certare odijs: tum res rapuisse licebit.
Virg Eclo. 10. — *nunquam custodibus illis*
Virg 3. Geor. *Nocturnum stabulis furem, incursusq; luporum.*
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Virg. Eclog 3 *Non ego te vidi Damonis pessime caprum*
Excipere insidiis, multum latrante Lyciscæ?
Virg. 1. Æene. *Non nos aut ferro Lybicos populare penates*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
Virg. Eclo. 9. *Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros*
Auertit, totidem formæ præstante iuuencas.
Virg 4. Geor. — *rapta grauiter pro coniuge sæuit.*
Ibid. — *quos durus arator*
Obseruans nido implumes detraxit.
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Virg. 2. Æne. *Palladium cæsis summæ custodibus arcis.*
Corripuere sacram effigiem, manibusq; eruentis

Virgi-

Virgineas ausi Diuæ contigere vittas. Virg. 3. Aenei.
Diripiuntq; Dapes. — vncaq; manus. Ibid.
Coniugis ereptæ. Ibid.
— nec ego hanc abscondere furto Speraui. Virg. 4. Æneï.
Post ignem æthereæ domo subductum. Hor. 1. c. o. 1.
Fur nocturnus Manil. lib. 6.
Furtis aptæ manus. Hor. 1. c. o. 10.
Compilare Cilix volebat hortum. Ouid. 1. Met.
— boues olim nisi reddidisses Per dolum amotas. Mart. lib. 1.
Templa vel arcano demens spoliauerat auro. Virg. 8. Aene.
Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ. Ouid. epist. 7.
Viuitur ex rapto. Virg. 9. Æneï.
Aut si quis rapiat stabulis armenta recluſis.
— semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto. Catullus.
Nocte latent fures. Ouid. de nuce.
Si licet hoc oleæ distringite, cædite messes,
Improbe vicinum carpe Viator olus.
Intret & vrbanas eadem petulantia portas,
Sitq; tuis muris Romule iuris idem.
Quilibet argentum primæ de fronte tabernæ
Tollat, & ad gemmas quilibet alter eat.
Auferat hic aurum, peregrinis ille lapillos,
Et quascumq; potest tollere, tollat opes.
Sed neq; tolluntur, nec dum regit omnia Cæsar, Luc. 3. Pharſ.
Incolumis tanto præside raptor erit. Marc. lib. 5.
— tristi spoliantur templa rapina. Hor. 1. Epist
Callidus effracta nummos fur auferet arca.
Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. Vir. 2. Georg.
— furcasq; bicornes Ouid. 12. Met.
— ramum prior ille bifurcum Gesserat.

Furca.

Quid aptius hâc furem post furta sequatur?

Furere, & furens.

In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem. Virg. 3. Geor.
Tempore non alio catulorum oblita leæna Ibid.
Sæuior errauit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi, stragemq; dedere
Per syluas, tum sæuus aper, tum pessima tigris. Ibid.
Hinc canibus blandis rabies venit. Ibid.
— furiisq; refecti Ardebant. Vir. 1. Aeneï.
— furor impius intus Ibid.
Sæua sedens super arma, & centum vinctus aheneis Virg. 2. Æneï.
Post tergum nodis fremit horridus ore cruento.

Penteſilea furens mediis in millibus ardet.
Idem. — *quæ tanta inſania ciues:*
Ibid. *Sic animis iuuenum furor additus.*
Ibid. — *furiata mente Corabus,* — *Cæcique furore.*
Ibid. — *vidi ipſe furentem Cæde Neoptolemum.*
Ibid. — *& furiata mente ferebar, Quid furis?*
— *tectis ſine fine furenti.*
Virg. 3. Ænei. — *& ſcelerum furiis agitatus Oreſtes,*
Virg. 4. Æne. — *eſt mollis flamma medullas.*
Interea tacitum viuit ſub pectore vulnus,
Vritur infœlix Dido, totaque vagatur Vrbe furens,
Ibid. *Sæuit inops animi, totamque incenſa per vrbem Bacchatur.*
Ibid. *Heu furiis incenſa feror.*
Ibid. — *agit ipſe furentem In ſomnis ferus Aeneas.*
Ibid. *Ergo vbi concepit furias euicta dolore,*
Ibid. — *nec tantos mente furores Concipit.*
Ibid. *Quid loquor, aut vbi ſum, quæ mentem inſania mutat?*
Ibid. *Conſcendit furibunda rogos.*
Ouid. 1. Met. — *ſubitoque accenſa furore Colligit os rabiem,*
Ibid. *Horriferamque oculis, animoque obiecit Erinnym*
Pellicis Argolicæ ſtimulosque in pectore cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Hor. Epod. 7 *Furorne cæcus, an rapit vis acrior. Inſanire iuuat.*
Luc. lib. 3. — *delirat linguaque mensque.*
Ouid. 5. Met. — *quæ te germane furentem Mens agit in facinus?*
Virg. 5. Ænei. *miſtoque inſania luctu, Et furiis agitatus amor.*
Virg. 6 Æne. *Et rabie fera corda tument.*
Virg. 12. Aen. *His agitur furiis, totoque ardentis ab ore*
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.
Virg. 6. Æne. *Os rapidum fera corda domans.*
Virg. 7. Aene. *Nec dum animus toto percepit pectore flammam,*
Ibid. *Tum verò infœlix, ingentibus excita monſtris,*
Immenſam ſine more furit limphata per vrbem.
Ibid. — *furiisque accenſas pectore matres.*
Virg. 6 Ænei. — *ouantes orgia circum Ducebat Phrygias.*
Virg. 7. Æne. *Hic ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo Obiicit.*
Virg. 10. Æne. *Acta furore graui.*
Virg. 12. Æne. — *quæ mentem inſania mutat?*
Ouid. 3. Met. *Acrior admonitu eſt, irritaturque retenta,*
Et creſcit rabies. At furiis Cæci mens effera.
Ouid. epiſt. 4 *Vt Bacchi furiis Eleides actæ.*
Catullus. *Stimulatus vt furenti rabie, vagus animi.*
Ibid. *Indomitos in corde ferens Ariadna furores.*

Co-

Cogor inops, ardens, amenti cæca furore. Ibid.
— passim limphata mente furebant. Ibid.
Rabie cordis anhelos.
— sic turba per vrbem Præcipiti limphata gradu. Boet. lib. 4.
Spumea tunc primum rabies vesana per ora Effluit. Ouid. 4. Met.
— tum denique concita mater Se. in He. fur.
Exululat, passisq; fugit malè sana capillis.
venias inuisum scelus,
Suumq; lambens sanguinem impietas ferox,
Erroq;, & in se semper armatus furor,
Hoc, hoc ministro noster vtatur dolor,
Incipite famulæ Ditis, ardentem incita
Concutite pinum, & agmen horrendum anguibus
Megæra ducat, atq; luctifica manu
Vastam rogo flagrante corripiat trabem:
Hoc agite, pœnas petite Violata stygis,
Concutite pectus, acrior mentem excoquat,
Quàm qui caminis ignis atnæis furit.
Vt possit animo captus Alcides agi
Magno furore percitus, nobis prius
Insaniendum est: Iuno cur nondum furit?
Me, me sorores monte deiectam mea Versate primam. Sen. in Thye.
— mentes cæcus instiget furor,
Rabies parentum duret. Ibid.
— non satis magno meum
Ardet furore pectus, impleri iuuat Maiore monstro.

Furiæ, & furiarum nomina.

Inuidia quondam stimulis incanduit atrox Cla. 1. in Ruff.
Alecto, placidas latè cum cerneret vrbeis:
Protinus infernas ad limina tetra sororeis
Concilium deforme vocat, glomerantur in vnum
Innumeræ pestes Erebi, quascunq; siniſtro
Nox genuit fœtu, nutrix discordia belli.
Imperiosa fames, letho vicina senectus.
Impatiensq; sui Morbus, liuorq; secundis
Anxius, & scisso mœrens velamine luctus,
Et timor, & cœco præceps Audacia vultu,
Et luxus populator opum, cui semper adhærens
Infelix humili gressu comitatur Egestas,
Fœdaq; Auaritia complexæ pectore matris.
Insomnes longo veniunt examine curæ
Quare facta virum mulctantes vindice pœna Catullus.
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras.

Iam

Tib. lib. 1. *Iam ciet infernas magico stridore cateruas*
Tib. lib. 3. *— & diris non habitanda domus.*
Ibid. *At mihi Persephone nigram denunciat horam,*
Prop. lib. 2. *Tunc me vel Tragicæ vexetis Erynneis.*
Proper. lib. 3. *Thysiphones atro si furit angue caput.*
Ibid. *Vltrices scelerum deæ.*
Luc. 1. Pharſ. *— aut sæui contorsit tela Lyeurgi*
Eumenis aut qualem iussu Iunonis iniquæ
Horruit Alcides viso iam Dite Megaram.
Luc. 6. Pharſ. *— Thysiphonæ, vocisq; meæ secura Megæra*
Ouid. 4. Met. *illæ sorores*
Nocte vocat genitas, graue & implacabile numen.
Se in He. fur. *Adsint ab imo Tartari fundo excitæ*
Eumenides, ignem flammea spargant comæ,
Viperea sæua verbera incutiant manus.
Ibid. *Incipite famulæ Ditis, ardentem incitæ*
Concutite primum, & agmen horrendum anguibus
Luc. 6. Pharſ. *Megæra ducat. Stygioq; canes*
Virg. 3. Æneï. *— vobis furiarum ego maxima pando.*
Ibid. *— quas dira Celæno, Harpiæq; colunt aliæ.*
Virg. 4. Æneï. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,*
Armatam furiis matrem, & serpentibus atris,
Oui. 1. Meta. *Horriferamq; oculis, animoq; obiecit Erinnym.*
Virg. 1. Æneï. *Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum.*
Infernisq; ciet tenebris.
Ibid. *Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis.*
Virg. 6. Æne. *Continuo sontes vltrix accincta flagello*
Thysiphone quatit insultans toruoq; sinistra
Virg. 1. Æneï. *Odit & ipse Pater Pluton odere sorores Tartariæ monstrum.*
Virg. 7. Æneï. *Intentans angues vocat agmina sæua sororum.*
— Cocytia virgo.
Virg. 8. Æne. *— triste q; ex æthere Diræ.*
Virg. 12. Æne. *Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ:*
Quas, & Tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit
Ibid. *Serpentum spiris, ventosasq; addidit alas.*
Ouid. 6. Met. *Talis se sæta Nocte tulit.*
Oui. epist. 11. *Viperea sq; ciet Stygia de valle sorores,*
Sen. in Thye. *Ferte faces in me, quas fertis Erynnies atræ.*
— dira furiarum cohors.
Discors q; Erynnis veniat, & geminas faceis
Megæra quatiens.

Galea, *vide* ARMA.

Gallus

Gallus Gallinaceus.

Ales diei nuntius lucem propinquam præcinit: Prudent.
Vox ista quà strepunt aues stantes sub ipso culmine
Paulò ante quàm lux emicet Nostri figura est Iudicis,
Nondum cristati rupêre silentia galli. Mart.
Iam dederat cantum lucis prænuncius ales, Ouid. 2. Fast.
Quæ vis sit huius alitis Saluator ostendit Petro, Prudent.
Ter antequam Gallus canat sese negandum prædicans.
— præco lucis proximæ. Ibid.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris Ouid. 11. Met.
Euocat auroram.
Iam nox hybernas bis quinq; peregerat horas, Virg. in Mor.
Excubitorq; diem cantu prædixerat ales.

Gallia.

— non pauentis funera Galliæ. Hor. 4. c. o. 14
— Gallumq; rebellem Virg. 6. Æne.
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant. Virg. * Ænei.
Aurea cæsareis ollis, atq; aurea vestis.
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur.
— humili Franco tristiq; Sueuo Perfruor. Clau. in Eut.
Ad quid inuictam moderante Sixto Auctor.
Galliam demens Alemane tentas?
Eubyo possis comitante leges Ponere Francis.
Gallæ Cibelles nemora. Catullus.
Gallicus Iliacis miles in aggeribus. Prop. lib. 2.
— & Gallica certus Luc. 2. Pharſ.
Limes ab Ausonius disterminat arua colonis.
O male vicinis hac mœnia condita Gallis. Ibid.
— feroces Gallorum populi Ibid.
— profugiq; à gente vetusta Gallorum Celtæ. Luc. 2. Pharſ.
— per Celtica rura. Gallicus axis. Sil. Ital. lib. 1.
Inde truces flauo comitantur vertice Galli, Clau. in Ruff.
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
Et quos nascenteis explorat gurgite Rhenus,
Quosque rigat retro pernicior vnda Garumnæ,
Oceani pleno quoties impellitur æstu.
— tum flaua repexo Cla. 2. in lau.
Gallia crine ferox, euinctaq; torque decoro, Stil.
Binaq; gesa tenens.

Galliæ diuersi populi & vrbes.

— gaudetq; amoto Santonus hoste Sil.
Et Bituriæ, longisq; leues Axones in armis.
Optimus excusso Leucus, Rhemusq; lacerto

Optima

Auſon. *Optima gens flexis in gyrum Sequana franis.*
Nec tu Martie Narbo ſilebere, nomine cuius
Fuſa per immenſum quondam prouincia regnum,
Obtinuit multos dominandi iure colonos
Inſinuant quà ſe Sequanis Allobrogis oris:
Excludunt q; Italos Alpina cacumina fines,
Pande duplex Arelate tuos blanda hoſpita portus.
Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Jdem. *Accollit Alpinis opulenta Vienna colonis.*
— *Tholoſam*
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens
Auſon. *Per q; latus pulcrō prælabitur amne Garumna*
Auſonij natāle ſolum.
Quadrua murorum ſpecies, ſic turribus altis
Ardua, vt aëreas intrent faſtigia nubes.

Gaudere, gaudium.

— *hinc neſcio qua dulcedine lætæ.*
Virg. 4. Geor. *Ibat enim vaſti circum gens humida Ponti Exultans.*
Ibid. — *lætantes agmine cygnos*
Virg. 1. Aenei. *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.*
Jbid. — *talem ſe læta ferebat.*
Jbid. *Hunc lætum Tyriiſq; diem, Troiaq; profectis*
Jbid. *Ingeminant plauſum Tyrij.* *Eſſe velis.*
Ibid. — *funemque manu contingere gaudent.*
Virg. 2 Æneid. — *exultans ſucceſſu, animiſque Corabus,*
Jbid. — *miſtoque ingens exorta tumultu Lætitia.*
Virg. 3. Æne. — *dictis parerimus ouantes.*
Ibidem. *Emicat exemplo lætus poſt talia.*
Ouid. 1. Met. — *ſtudio geſtire lauandi.*
Virg. 1. Geor. *Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti,*
Jbid. *Et lætæ pecudes & ouantes gutture corui.*
Jbid. *Aſpice venturo lætentur vt omnia ſeclo.*
Virg. Eclo. 4. *Ipſi lætitiæ voces ad ſidera iactant.*
Vir. Eclog. 5. — *datus in theatro Cum tibi plauſus,*
Ho. 1. ca. 0. 20 *Muſis amicus triſtitiam, & metus*
Ibid. o. 26. *Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.*
Luc. 6. Pharſ. — *lætus fragor æthera pulſat Victorum.*
Mart. lib. 1. *Veroque fruere non ſuperbus gaudio.*
Ouid. 12. Met. *Gaudia nec retinet Rhœtus.*
Ibid. — *aſſiduo ſucceſſu cædis ouantem.*
Mart. lib 8. *Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos.*
Ouid. 5. Met. *Hic patris Aneæ ſuſpenſam blanda viciſſim*
Gaudia pertentant mentem.

Lætitia.

Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant, Virg. 8. Æne.
Quantis è rutilo sidere mens Pij Auctor.
Gestit, Pontificum maxime, gaudiis.
Lætitiaque fremunt, animosque ad sidera tollunt, Virg. 9. Æne.
Exultatque, & vix animo sua gaudia differt, Ouid. 6. Met.
— oppletur lætanti regia tatu, Catullus.
Dona ferunt, præse declarant gaudia vultu.
— vt lata gaudia mente Agnoscam. Idem.
Omnia tecum vnà perierunt gaudia nostra Idem.
Quæ tuus in vita dulcis alebat amor. Tib. lib. 3.
Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa,
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore.
Dum me lætitia tumefactum fallis inani. Prop. lib. 3.
— qua mente reporto Gaudia? Statius.
Littora cum plausu clamor, superasque deorum Ouid. 4. Met.
Impleuêre domos, gaudent, generumque salutant.
Certatim ingenti celebrant noua gaudia plausu. Sil Ita. lib. 11.
Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum, Ouid. 4. Trist.
vndique iactato flore tegente viæ. Eleg. 4.
Tempora Phœbea lauro cingentur, loquæ
Miles Io magna voce triumphe canet.

Gelare, & gelascere, & gelu.

— geluque Flumina constiterint acuto. Hor. 1. c. o. 9.
— stat glacies iners Mensis per omnes. Hor. 3. c. o. 9.
— positas vt glacie niues, Hor. 3. c. o. 10.
— & ventis glacie astricta pependit. Ouid. 1. Met.
Rura gelu tum claudit hyems. Vir. 2. Georg.
Frigora nec tantum cana concreta pruinæ Ibid.
— glacies ne frigida lædat Molle pecus. Ibid.
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Virg. 2. Geor.
Terra gelu latè, septemq; assurgit in vlnas.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ, Ibid.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes,
Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris.
Æraq; dissiliunt vulgo, vestesq; rigescunt
Indutæ, cæduntque securibus humida vina,
Et tota solidam in glaciem vertere lacunæ,
Stiriaque impexis induruit horrida barbis:
Intereunt pecudes stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum. Ibid.
— vbi frigidus imber Oui. 5. Trist.

Al-

Eleg.12. *Altius ad vsum persedit & horrida cano Bruma gelu.*
Virg.4.Geor. *— ter frigore constitit Ister,*
Pecta est Euxini dura ter vnda maris,
Ibid. *Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa*
Virg.1.Geor. *Rumperet & glacie cursus frænaret aquarum.*
Ibid. *Arua, Riphais nunquam viduata pruinis.*
Virg.Eclo.10 *Cærulea glacie concreta, atque imbribus atris.*
Mart.lib.4. *— glaciem cum flumina trudunt.*
Ibid. *Ah tibi ne teneras glacies secet asperа plantas,*
Mart. lib.1. *Concretas pigro frigore rides aquas*
Ibid. *— hiberno prægrauis vnda gelu,*
Herculeos colles gelida vos vincite bruma,
Ho.4.c.o.12. *Concreto riguit cincta repente gelu*
Auctor. *Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt Hiberna niue turgidi.*
Tib.lib.1.4. *Frigoribus vincto non agit imbre comas,*
Atque dura gelido vastantur frigore semper,
Prop.lib.3. *Et nulla incepto prolabitur vnda liquore,*
Prop.lib.4. *Sed durata riget densam in glaciemq; niuemq;*
Nox erat, & sparso triste cubile gelu
Boet.lib.4. *Nec me tardarent Scythiæ iuga, cum pater altas*
Clau. *Africus in glaciem frigore nectit aquas.*
Idem. *Nec niuis duram frigore molem,*
Vel concreta fuit, vel resoluta gelu.
Hic nullum Boream, nec brumam sentit opacus,
Humor, sed varias itq; reditque vias.
Idem. *Non illum constrinxit hyems, non Syrius axis.*
Auson. *Candescat Geticus Meroe conuersa pruinis.*
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere, aut olerum stare cacuminibus.
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et cœlestis aqua pondere tunc grauidas:
Rara pruinosis canebat gemma frutetis,
Ad primi radios interitura die.
Luc.3.Pharſ. *Cum glacie retinente fretum non impulit Ister,*
Immensumque gelu tegitur mare.
Sil.Ital.lib.5. *Cuncta gelu, canaque æternum grandine tecta,*
Atque aui glaciem cohibent, riget ardua montis
Aerherij facies, surgentique obuia Phœbo
Duratas nescit flammis mollire pruinas.
Ibid. *Tum qua durati concreto frigore collis*
Lubrica frustratur canenti semita cliuo
Luctantem ferro glaciem premit.
Oui.2.Trist. *Et maris astricto qua coit inde gelu.*

Se-

Sæpe sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitent inducto candida barba gelu:
Nudaque consistunt formam seruantia testæ
Vina nec hausta meri sed data frusta bibunt:
Quid loquar, vt cuncti concrescant frigore riui?
Deq; lacu fragiles effodiantur aquæ?
Ipse papyrifero qui non angustior amne.
Miscetur vasto multa per ora freto,
Cæruleos ventis laticeis durantibus Ister
Congelat, & tectis in mare serpit aquis.
Quaque rates ierant pedibus nunc itur, & vnas
Frigore concretas vngula pulsat equi
Perq; nouos ponteis subter labentibus vndis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.
Vidimus ingentem glacie consistere pontum,
Lubricaque immotas terra premebat aquas,
Nec vidisse sat est, durum calcauimus æquor,
Vndaque non vdo sub pede summa fuit.
Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset.
Non foret angusta mors tua crimen aquæ.
Tum neque se pandi possent delphines in auras
Tollere conantes dura coercet hyems:
Et quanquam Boreas iactatis insonet alis,
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit,
Inclusæque gelu stabunt vt marmore puppes,
Nec poterit rigidas scandere remus aquas,
Vidimus in glacie pisceis hærere ligatos,
Sed pars ex illis tum quoque viua fuit.
Ipse vides certo glacie concrescere pontum, Ou. 4. de Pon. Eleg 7.
Ipse vides rigido stantia vina gelu. Ibid. Eleg 5.
— an coeat duratus frigore pontus,
Et teneat glacies ingera multi freti.
— sed cum tot is iam bruma rigeret Virgil.
Imbribus, & solidis hærerent flumina lymphis. Claud. in Iau. Ner.

Vide HYEMS, FRIGVS.

Gemmæ, & Gemmarum nomina.

Brachia nobilium lapidum fulgore coruscant Fortunat.
Inque loco tunicæ pulcra Smaragdus erat
Quin etiam totidem gemmarum insigna textis Prudent.
Parietibus distincta micant, animasq; colorum
Viuentis liquido lux euomit alta profundo:
Ingens Chrysolitus, natiuo interlitus auro,

Hinc sibi Sapphyrum sociauerat, inde Beryllum,
Distantesq; nitor medius variabat honores:
Hinc Chalcedon hebes perfunditur ex Hyacinthi
Lumine vicino, nam forte cyanea propter
Stagna lapis cohibens astro fulgebat aquoso.
Sardonychen pingunt Amethystina, pingit Iaspis
Sardonium iuxta appositum, pulcherq; Topazon:
Has inter species Smaragdina gramine verno
Prata virent, voluitq; vagos lux herbida fluctus.
Te quoq; conspicuum structura interserit ardens
Chrysoprase. & sydus saxis stellantibus addit:
Stridebat grauidus funalis machina vinclis
Immmensas rapiens alta ad fastigia gemmas:
Boet. lib. 3. *Candidis miscens viridet lapillos.*
Virg. 1. Ænei. *— colloq; monile*
Baccatum, & duplicem gemmis, auroq; coronam.
Ibid. *Hic regina grauem gemmis, auroq; popposcit,*
Impleuitq; mero pateram,
Virg. 4. Ænei. *— at q; illi stellatus Iaspide fulua Ensis erat.*
Ouid. 1. Met. *— & gemis baudam stellantibus implet.*
Hor. Epod. 8. *Nec sit marita quæ rotundioribus*
Onustis baccis ambulet.
Mart. lib. 2. *Cuius & hinc lucet Sardonyca tacta manus.*
Ibid. *Tu Lybico Indis suspendis deutibus orbes,*
Mart. lib. 1. *Fluxit in obstantem succina gemma feram.*
Ibid. *Duasq; similes fructibus maris gemmas.*
Ouid. 2. Met. *— flammasq; imitante pyropo.*
Iuuen. Sat. 1. *— & qui longa domi redimicula sumunt*
Frontibus, & toto posuere monilia collo.
Iuuen. Sat. 6. *Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum*
Auribus externis magnos committit elenchos.
Ouid 2. Met. *— in solio claris lucente Smaragdis.*
Ouid. 5. Met. *— ornabant aurata monilia collum.*
Prop. lib. 1. *Nec minus Eois pectus variare lapillis.*
Prop. lib. 3. *Comeret & niueis lapillis*
Prop. lib. 4. *Mox vbi bulla rudi demissa est aurea collo.*
Ho. 4. c. 0. 13. *Nec Coa referunt iam sibi purpura,*
Nec clari lapides tempora
Virg. 5. Ænei. *— & tereti subnectit fibula gemma*
Virg. 7. Æne. *— coronam insignem gemmis;*
Ibid. *Aurea pectoribus demissa monilia pendent.*
Auctor. *Blando Gorgoniam carula gurgite,*
Et saxoq; fluens promite succinum,

Et pulchro niteant ordine margines. Idem.
— puro manus haud renidet Cincta Beryllo. Virg.10.Æne.
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus aut capiti, vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Lucet ebur.
Vidit in Herculeæ suspensa monilia collo. Ouid.epist.9.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos, Ibid.
Et solidis gemmas apposuisse toris.
Nec tibi gemmarum quicquid felicibus vndis Tib.lib.2.
Nascitur, Eoi, quà maris vnda rubet.
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas, Prop. lib.2.
Et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.
— quoscunque smaragdos, Ibid.
Quosve dedit flauo lumine Chrysolitos,
Et solitum d gito Beryllon adederat ignis. Prop.lib.4.
Oneret q; baccis colla rubriq; littoris. Boet.lib.3.
— aut dignas digitis contingere gemmas. Statius.
Vos quoque non cariis aures onerate lapillis, Oui.1.de art.
Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
Nec premit articulos lucida gemma meos. Oui. epist.21.
Per iuga Chrysoliti, positæque ex ordine gemmæ Ouid. 2.Met.
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
— nec Eois splendent donaria gemmis. Luc.9. Phars.
— stabatq; sibi non segnis Achates, Luc.10.Phar.
Purpureusq; lapis, totaque effusus in aula Calcabatur onyx
— crebro maculas distincta Smaragdo Ibid.
Fulget gemma toris, & Iaspide fulua supellex, Ibid.
Plena maris rubri spoliis, colloq; comisq;
Diuitias Cleopatra gerit cultuq; laborat. Lucret. lib.2.
— rubro sit clara pyropo. Ibid.
Inter cæruleum virides miscere Smaragdos: Lucr. lib.4.
Scilicet & grandes viridi cum luce Smaragdi
Auro includuntur.
— maioris pondera gemmæ. Iuuen. Sat.1.
Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus Iuuen. Sat.6.
Murrhina, deinde adamas notissimus, & Berenices
In digito factus precioſior.
— gemmaq; princeps Iuuen. Sat.13.
Sardonychus, loculis quæ custoditur eburnis.
— & aurato fulgebat gemma monili. Sil.Ital.lib.7.
— & fuluo micat ignea gemma monili, Sil.Ital.lib.8.
— qui miro candoris honore Sil.Ita.lib.10.
Lucet in aure lapis, rubris aduectus ab vndis. Sil.Ita. lib.14.

— *munera rubri Præterea ponti.*

Sil.Ita.lib.15. *Ardebat gemma Garamantide cærula vestis,*
Vt cum sparsa micant stellarum lumina cœlo.

Mart. lib. 5. *Sardonychas, Smaragdos, Adamanthas, Iaspidas vno*
Portat in articulo Stella Seuere, meus
Multas in digitis, plures in carmine gemmas

Sen.in Hipp. *Inuenies, inde est hæc puto culta manus.*
Ceruix monili vacua, nec niueus lapis
Deducat aureis, Indici donum maris.

Sen.in Med. — *pignus Acetæ datum*
A sole gemmis est, & auro textili
Monili fulgens, quodque gemmarum nitor

Sen. in Oct. *Distinguit aurum: quo solent cingi comæ,*
Non disposito clara monili
Gestat pelagi dona rubentis,
Nec gemmiferas detrahit aureis
Lapis Eoa lectus in vnda,

Mart.lib.9. *Nomen, Erythreis quod litera facta lapillis,*
Gemma quod Heliadum pollice trita notet.

Mart. lib.10. *Caris littoris Indici lapillis.*

Mart.lib.11. *Senes Charinus omnibus digitis gerit.*
Nec nocte ponit annulos.

Oui. 10. Met. *Pendebant tereti gemmata monilia collo*
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur, parilesq; ætate nitebant
Auribus à geminis, circum caua tempora, bacca

Ibid. *Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.*

Cla.3.in Cos. Honor. *Aure leues baccæ, redimicula pectore pendens.*
— *asperat Indus*
Velamenta lapis, preciosaque fila Smaragdis
Ducta virent, Amethystus inest, & fulgor Iberus
Temperat arcani Hyacinthi cærula flammis.

Ibid. — *multaque ornatur Iaspide vultus,*
Et variis spirat Atreia bacca figuris.
Inuia quis calidi scrutatus stagna profundi

Ibid. *Tethyos inuasit gremium? quis diuitis algæ*
Germina flagranteis inter quæsiuit arenas?
Quis iunxit lapideis ostro, quis miscuit igneis
Sidonij, rubriq; maris?

Cla.3. in Cos, Hono. — *viridiq; angustat Iaspide pectus,*
Substringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures.
— *& cingula baccis*

Aspe-

Aspera, gemmataſque togas, virideisque Smaragdos. Cla. 2. in lau. Stil.
Loricas, gelasque renidenteis hyacinthis,
Geſtatoſque patri ſcapulis radiantibus enſeis.
Et vario lapidum diſtinctas igne coronas Diuidis ex æquo.
— ſolitam conſurgere gemmis, Claud. in lau. fere.
Aut rubro radiari mari.
Lemnius hæc etiam gemmis extruxit, & auro, Clau. de nuptiis.
Admiſcens artem precio, grauibusque Smaragdis
Suppoſuit cæſas Hyacinthi rupe columnas:
Beryllo paries, & Iaſpide lubrica ſurgunt
Limina, deſpectusque ſolo calcatus Acathes,
— venerem Magneſica gemma figurat, Cla. de Mag. Stat. 2. Theb.
— arcano florenteis igne Smaragdos
Cingit, & infauſtas percuſſum adamanta figuras,
Gorgoneoſque orbeis.
Cum virideis algas & rubra corallia nudat Auſo. in Moſ.
Artus, & albenteis concharum germina baccas,
Delitiasque hominum locupletes, quæque ſub vndis
Aſſimilant noſtros imitata monilia cultus.
Et pellucenteis cuperet penſare lapillos. Manil. lib. 5.
Gemmarumq; illi radiantes lucibus ignes Ibid.

Genæ, *vide* membra in tit. GLVTEN.

Genu, *vide* FLECTERE.

Gigas, & Gigantum nomina.

— vaſtosque ab rupe Cyclopas Virg. 3. Aenei.
— vaſta ſe mole mouentem Paſtorem Poliphemum. Ibid.
Aetneos fratres cœlo capita alta ferentes. Ibid.
Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes: Oui. 1. Meta.
— qua centum quiſque parabat Ibid.
Inijcere anguipedam captiuo brachia collo.
— domitoſque Herculea manu Hor. 1. c. o. 11.
Telluris iuuenes vnde periculum
Fulgens contremuit domus Saturni.
— cum perentis regna per arduum Ibid. od. 19.
Cohors gigantum ſcanderet impia.
Impios Titanas, immanemque turmam. Hor. 3. c. o. 4.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui Ibid.
Fidens iuuentus horrida brachiis,
Fratreſque tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe olympo:
Sed quid Typhœus, & validus Mimas
Aut quid minaci Porphirion ſtatu,

Ibid. *Quid Rhetus, euulsisq; truncis*
Jbid. *Enceladus iaculator audax.*
Centimanus Gigas.
Iniecta monstris terra dolet suis,
Mœretq; partas fulmine luridum
Ouid. 7. Met. *Missos ad Orcum.*
Virg. 6. Æneï. *Terrigenasq; feros.*
Jbid. *Hic genus antiquum terræ, Titania pubes.*
Auctor. *Hic & Aloidas geminos, immania vidi, Corpora.*
Tot pertinaci si tremendos
Prop. lib. 1. *Pondere contuderit gigantas.*
Luc. 3. Pharſ. *Non ego Titanas canerem,*
Sc. in Hercur. *Aut si terrigenæ tentarent astra Gigantes.*
Manil. lib. 1. *Titanas ausos rumpere imperium Iouis.*
— vastos tum terra Giganteis
In cœlum furibunda tulit.

Gignere, gigni.

Juuenc. *— cara tibi mox de coniuge natum*
Promittit, grandis rerum cui gloria restat,
Plurima qui populis nascendo gaudia quæret,
Sobrius æternum, clausum quem spiritus ipsis
Visceribus matris complebit numine claro.
Nam tua concipient cœlesti viscera iussu
Natum, quem regnare Deus per sæcula cunctis,
Et propriam credi sobolem gaudetq; iubetq;
Huic, vbi sub lucem dederis sit nomen Iesus.
Idem. *Illic virgo nouum completo tempore fœtum Edidit.*
Virg. 4. Æneï. *— adultos Educunt fœtus.*
Jbid. *— & aut fœtus vitibus edunt,*
Verum ipsæ foliis natos & suauibus herbis Ore legunt.
Ibid. *— quoq; modo cæsis iam sæpe iuuencis*
Insincerus apes tulerit cruor.
Jbid. *— quid me præclara stirpe deorum*
(Si modo quem perhibes, pater est Thymbreus Apollo)
Inuisum fatis genuisti?
Virg. 1. Æne. *— & pulchra faciat te prole parentem.*
Ibidem. *— donec regina sacerdos*
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Jbid. *— quæ te iam læta tulerunt*
Sæcula, qui tanti talem genuêre parentes?
Ibid. *Tûne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ*
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad vndam?

— qua

— quæ vos à stirpe parentum Prima tulit tellus. Virg. 5. Æneï.
sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Ibid.
Albæ solo recubans, albi circum ubera nati.
— gnatos quatuor edidimus. Auson.
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum? Juuen. Sat. 8.
Extremam (vt perhibent) Ceo, Enceladoq; sorore Progenuit, Virg. 4. Æneï.
Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula Ibid.
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.
Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæq; admorunt vbera tigres.
Cætera diuersis tellus animalia formis Sponte sua peperit. Ouid. 1. Met.
Quippe vbi temperiem sumpsêre humorq; calorq;, Ibid.
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq; sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus, omnes
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
Edidit innumeras species, partimq; figuras Ibid.
Rettulit antiquas, partim noua monstra creauit.
— sed te quoq; maxime Pyton Tum genuit. Ibid.
— è terra genitam, Ibid.
— quem lacida partu Pleias enixa est. Ibid.
— cum partu terra nefando Virg. 1. Geor.
Coeumq; Iapetumq; creat saeuumq; Typhœa
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
Ætas parentum peior auis, tulit Hor. 1. c. o. 6.
Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem. Boet. lib. 3.
Mortales igitur cunctos Edit nobile germen. Ouid. 9. Met.
— prolem est enixa gemellam. Hor. 1. c. o. 14.
Vnde nil maius generatur ipso. Ouid. 1. Met.
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt, calidumq; animasse cruorem.
Et ne multa suæ stirpis monimenta manerent,
In faciem vertisse hominum, sed & illa propago Mart. lib. 1.
Contemptrix superum.
Sus fera iam grauior maturi pignora ventris
Emisit fœtum vulnere facta parens. Ouid. 2. Met.
— & Clymene veros, ait, edidit ortus. Hor. 4. c. o. 3.
Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, ne imbellem feroces

Jbid.od.5. *Progenerant aquilæ columbam.*
Virg 6. Æne. — *Germania quos horrida parturit fœtus.*
Virg.7. Æneï. — *Assarici quem sanguinis Ilia mater Educet.*
Collis Auentini syluaquem Rhea sacerdos.
Virg. 8. Aene. *Furtiuum partu sub luminis edidit auras,*
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & auctor,
Electra, vt Graïj perhibent, Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas,
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit:
At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas
Idem Atlas generat, cœli qui sidera torquet:
Jbid. *Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.*
— *castum vt seruare cubile*
Coniugis, & possit paruos educere natos.
Ouid.3. Fast. *Sed quia bisquino femina mense parit.*
Virg 9. Æneï *Diis genite, & geniture deos.*
Virg.12. Æne. *Quas, & Tartaream nox intempesta Megæram*
Vno eodemq; tulit partu.
Ouid.6. Met. *Et genitrix facta est, partus enixa gemellos,*
Ouid. 3. Met. — *enixa est vtero pulcherrima pleno Infantem.*
Ouid.epist.4. *Pasiphaæ mater decepto subdita tauro,*
Enixa est vtero crimen onus q; suo.
Ouid.epist.6. *Felix in numero quo q; sum, prolemq; gemellam,*
Pignora Lucina bina fauente dedi.
Catullus. *O Latonia Maximi Magna progenies Iouis.*
Jdem. *Nulla quit sine te domus Liberos dare, nec parens*
Stirpe dicier.
Jdem. *Quænam te genuit sola sub rupe lęna?*
Quod mare conceptum spumantibus expuit vndis?
Tib. lib.3. *Nam te nec vasti genuerunt æquora ponti,*
Ouid. 15. Met. *Nec te conceptum saua lea: atulit.*
— *fuit illa dies, qua semina tantùm,*
Spesq; hominum primæ, matrisq; habitauimus aluo.
Artificeis natura manus admouit, & angi
Corpora visceribus distenta condita matris
Noluit, atq; domo vacuas emisit in auras:
Editus in lucem iacuit sine viribus infans.

Glacies, *vide* GELARE.

Gladius, *vide* ENSIS.

Gleba.

Virg.3. Geor. — *glebas constanteis, crassaq; tergia.*

— *po-*

— potens terris, atq; vbere glebæ. Vir. 1. Aenei.
— raſtris glebas qui frangit inerteis. Virg. 1. Geor.
— ſiccis arentia glebis. Ouid. de rem.

Glomerare, & ri.

— tardusq; trahit ſinus vltimus orbes, Vir. 2. Georg.
— magnum mixta glomerantur in orbem. Virg. 1. Æneï.
— quam mille ſecutæ Ibid.
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades. Virg. 2. Æne.
— immenſis orbibus angues. Ibid.
— ſinuatq; immenſa volumine terga. Ouid. 3. Met.
Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus, Ibid.
Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbem Cingitur. Manil. lib 2.
Nec patulus diſtenta plagas, ſed condita in orbem. Ibid.
— terrarum forma rotunda. Ibid.
Vtq; ſuos arcus per nubila circinat Iris. Ibid.
— per teretem deducta eſt terra tumorem. Ibid.
— voluatur in orbem. — ſe conuertere in orbem. Ibid.
— nodos, ſinuatq; terga per orbeis. Ibid.
Flexa per ingenteis ſtellarum flumina gyros. Manil. libr. 1.
Quam teretis Natura ſoli decircinat orbem In tumidum. Ibid.
— tereteis facit eſſe figuras.

Gluten.

Narciſſi lachrimam, & lentum de cortice gluten. Virg. 4. Geor.

Græcus.

— Graij meminêre poëtæ. Virg 3. Geor.
— reliquias Danaum, atq; Immitis Achilli. Virg 1. Æneï.
Quicquid id eſt, timeo Danaos & dona ferentes. Ibid
Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. Ibid.
— ferus omnia Iuppiter Argos Virg. 2. Æne.
Tranſtulit. incenſa Danai dominantur in vrbe
Millia quod magnis nunquam venere Mycenis.
— Iliacis occumbere campis. Ibid.
— mediis elapſus Achiuis. Ibid.
— victis dominabitur Argis, Regeſq; Pelaſgi. Ibid.
— Argolicas fœdare latebras. Virg. 2. Æne
— neq; me Argolica de gente negabo. Ibid.
Stirpis Achilleæ faſtu. Graiugenumq; domos. Virg 3. Æneï.
— Ionios fluctus æquare. Ibid.
— exuere claſſem Argiuum. Virg. 1. Æneï.
— Vergilium finibus Atticis reddas. Hor. l. c. o. 3.
Theſſaloſq; ignes. — Achaicus ignis. Ibid. od. 10.
— pugnaces Achiui. Ibid. od. 15.

Hor.3. c.o. 3. *Argiuas generatus inter vrbes.*
Mart. lib.1. — *Argiua robora pubis.*
Catullus. *Graiugenasq; domos, ac mœnia Lariſſæa.*
Idem. *Feruere & Hectoreæ Doricæ caſtra facæ.*
Prop. lib.2. — *per vrbeis ducit Argolicas canem.*
Se in He.fur. — *it Doricus ordo ſub armis.*
Stat.4. Theb. *At Danaum proceres Agamemnoniæq; phalanges.*
— *Bœotaq; tellus*
Qui.12. Met. *Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.*
Statius. *Primaq; rates Danaas Hecaſtiea congregat Aulis.*

Grandinare, & Grando.

Virg.1. Geor. *Heu malè tum vites defendet Pampinus vuas,*
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Qui. in Ibin. *Quàm multa fiet grandine canus Athos.*
Virg.10. Æne. *Ac velut, effuſa ſi quando grandine nimbi*
Præcipitant, omnis campis diffugit arator.
Hor.1. ca.o.2. *Iam ſatis terris niuis, atq; diræ Grandinis miſit pater.*
Hor.3. ca.o.1. *Non verberatæ grandine vineæ.*
Virg.1. Aenei. — *quum multa grandine nimbi*
Culminibus crepitant.
Virg 9. Æne. *Verberat imber humum, quam multa grandine Venti*
In vada præcipitant.
Virg.10. Æn. — *effuſa ſi quando grandine nimbi Præcipitant.*
Ouid.6. Met. *Induroq; niues, & terras grandine pulſo.*
Oui.de nuce. — *grando duris inuiſa colonis.*
Luc.3. Pharſ. — *vt grandine tecta Innocua percuſſa ſonant.*
Sil.Ital.lib.3. *Imbriferamq; hyemem permixtam grandine torquet.*
Sil.Ita. lib.5. *Sic vbi torrentem crepitanti grandine nimbum.*
Illidit terris molitus Iuppiter altas.
Sil.Ita.lib.12. — *ac piceam cum grandine multa Intorquens nubem.*
Ouid. 5. Faſt. — *grandine læſa ſeges.*
Oui. 14. Met. — *tonitrumq; ſecuti*
Stat.8. Theb. *Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi.*
— *tanta quatitur nec grandine Syrtis,*
Ouid. 9. Met. *Cum Lybia Boreas Italos niger attulit imbreis.*
Vtq; ferunt imbres gelidis concreſcere ventis.
Inde niues fieri, niuibus quoq; mole rotatis
Aſtringi, & ſpiſſa glomerari grandine corpus.

Grandis, *vide* Altvs & Gigas.

Gratias agere.

Virg. 1. Æneï. — *grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ.*
Virg. 2 Æneï. *Perſoluant grates dignas, & præmia reddant Debita:*
Qui. in Ibin. *Huic igitur meritas grates, vbicunq; libebit,*

Ero

Pro tam mansueto pectore semper agam. Ouid. 3. Met.
Cadmus agit grates. Ouid. 5. Met.
— meritisne hæc gratia tantis Redditur? Auctor.
— sed neq; diuites,
Lictis Orchomeni, fontibus, incitam
Quæ, ceu Pleiades diffugientibus
Exortæ Boreis æthera, Gratiæ
Illustrant faciem dum tumuli minans
Huic moliris opus, te rigida sinunt
Lethæi glacie flumnis obrui.
— quas dicere grates, Quasve referre parem. Virg. 11. Æne.
— diissq; ipsi grates egere. Ouid. 6. Met.
Quare refectus maximas tibi grates Ago. Catullus.
Gratias tibi maximas Catullus Agit. Idem.
— dum carmine nostro Tib. lib. 2.
Redditur agricolis gratia cælitibus.
Sed grates ago. Statius.
— grateseq; supremas Perferat. Idem.
Dijs grates, laudemque fero. Sil. Ita. lib. 16.
Tibi grandæui, lassique senes, Compote voto reddunt grateis. Sen. in Aga.
— dignasque rependere grateis. Stat. 4. Theb.
Sufficiam, referent superi

Gratiæ & Gratiarum nomina.

— properate sorores Mant.
Gratiæ ab Orchomeno: tu primum Aglaia decoro
Lætitiam præte ore ferens, tecumque Thalia
Cincta sacrum viridi strophio caput Euphrosineque
Lata genas, læta os roseum vaga lumina læta.
— sorores nouit Acidalias. Auctor.
Tres in Acidalio charites, quæ fonte lauantur Idem.
Perpetuò faciunt nos meminisse tui.
Iunctaque Nymphis Gratiæ decentes. Horat.
Non hoc Pasithee blandarum prima sororum. Stat.

Grauida.

Surgentemque vterum, atque agros in pondere mensis Stat. 1. Achill.
Occuluit, plenis donec stata tempora metis
Attulit, & partus index Lucina resoluit. Claud. de
Quemque vtero inclusum Mariæ, mox nomine viso Christo.
Virginei tumuêre sinus, innuptaque mater
Arcano stupuit sompleri viscera partu
Auctorem paritura suum: mortalia corda
Artificem texere poli, mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuitque sub imo

Pe-

Pectore qui totum latè complectitur orbem:
Et qui non spatijs terræ, non æquoris undæ:
Nec capitur cœlo, paruos confluxit in artus.

Luc. 1. Pharſ. — *plenæq; in viſcera partu Coniugis.*
Virg. 3. Geor. — *exactis grauidæ cum menſibus errant,*
Ibid. — *& ſæpe ſine vllis*
Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu.

Ouid. 3. Faſt. — *Cœleſti tumidus pondere venter erat.*
Virg. 4. Geor. — *apibus fœtus.*
Virg. 1. Æne. *Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem:*
Ho. in ca. ſęc. — *Laborantes vtero puellas.*
Mart. lib. 1. *Sus fera ium grauior maturi pignora ventris Emiſit fœtum.*
Ouid. 3. Faſt. — *iacet illæ grauis, iam ſcilicet intra*
Viſcera Romanæ conditor vrbis erat.

Ouid. 3. Met. — *grauidamq; dolet de ſemine magni Eſſe Iouis Semelę.*
— *manifeſto crimina pleno Fert vtero.*
Ibid. — *grauida celatur in aluo.*
Ouid. epiſt. 6. *Dulce mihi grauidæ fecerat auctor onus.*
Ibid. *Forſitan & grauidam Dido ſcelerate relinquit.*
Oui. Epiſt. 7. *Parſq; tui latitat corpore clauſa meo.*
— *per decem menſium graues vteri labores.*
Sen. in Theb. *Iamq; tumeſcebant vitiati pondera ventris,*
Oui. epiſt. 11. *Ægraq; furtiuum membra grauabat onus.*
Matris adhuc vtero, partu remorante, tenebar.
Iam grauidus iuſto pondere venter erat.
Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis

Catullus. — *cum Cynaræ traheret Lucina dolores*
Prop. lib 4. *Et facerent vteri pondera lenta moram.*
Exuerat tunicas, vteri manifeſta tumore,
Ouid. 2. Faſt. *Proditur indicio ponderis ipſa ſui.*
Iuuencus. — *fœlix ó fœmina ſalue.*
Felicem geſtans vteri ſinu mine fœtum,
Sedulius. *Et dictum comitata fides, vterumq; puellæ*
Sydereum mox implet onus, rerumq; creator
Naſcendi ſub lege fugit, ſtupet innuba tonſos
Virgo ſinus, gaudetq; ſuum paritura parentem.

Vide GIGNERE, & NASCI.
Grauis, grauitas.

Mart. lib. 11. *Triſte ſupercilium, duriq; ſeuera Catonis*
Frons, & aratoris filia Fabricii:
Mart. lib. 1. *Et perſonanti faſtus & regula morum.*
Ibid. *Terrarum dominum pone ſupercilium.*
Qui loquitur Curios aſſertoreſq; Camillos,

Cuius & ipse times triste supercilium. Mart. lib. 12.
Lectores tetrici salebrosum edíscite Sanctram. Auctor.
Cocco splendidus atq; frons seuera Maiestate nitens. Tib. lib. 3.
Iam venit iratus nimium, nimiumq; seuerus. Lu. ad Ga. Pis.
Sed super ista mouet plenus grauitate serena
Vultus, & insigni præstinguit imagine visus,
Talis inest habitus, qualem ne dicere mœstum,
Nec fluidum læta sed tetricitate decorum
Possumus, ingenita stat nobilitatis in illo
Pulchri honos, & digna suis natalibus ora. Ibid.
Mira subest grauitas. Iuuen. Sat. 2.
Atq; supercilio breuior coma. Iuuen. Sat. 11.
Cum tremerent autem Fabios, durumq; Catonem
Et Scauros, & Fabricios, rigidiq; seueros
Censoris mores etiam collega timeret,
— vultuq; & veste seuerum.
Læta viro grauitas, & mentis amabile pondus, Iuue. Sat. 14.
Et sine tristitia virtus non ille rigoris Sil. Ital. lib. 8.
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,
Nec famam læuo quærebat limite vitæ.
Sis grauior Curio, Fabricioq; licet. Mart. lib. 11.
— rigidi sed plena pudoris Clau. in Coss.
Elucet grauitas fastu iucunda remoto. Manil.
— graue, & immutabile sanctis
Pondus adest verbis. Stat. 1. Theb.
Commendare meas, Instanti Ruffe, Camœnas Mart. lib. 7.
Parce precor socero: seria forsan amat.
Quòd si lasciuos admittit & ille libellos,
Hæc ego vel Curio, Fabricioq; legam.

Grauitas pro pondere, *vide* MOLES.

Gubernare, *vide* DOMINARI.

Gula, Gulosus.

— ô prodiga rerum Luc. 4. Pharf.
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ,
Discite quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat, non egerit ægros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus,
Non auro, myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro
Vita redit, satis est populis fluuiusq; Ceresq;, Iuuen. Sat. 2.
Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Ibid.
— quanta est gula, quæ sibi totos

Poscit apros, animal propter conuiuia natum.
Mart. lib. 8. — *nimiumq; gulosus.*
Claud. de Iau. *Aut indulgentem dapibus.*
Stat. — *nec desidis, dapibusve paratis*
Claud. in Eutr. *Indulgere iuuat, hec tanta licentia vitæ*
Arripit, aut mores ætas lasciua relaxat.
Hor. 1. Ser. sat. 2. — *harpyis gula digna rapacibus.*
Manil. lib. 5. *Atq; hic in luxum iam ventris longius ibit.*
Mart. lib. 1. *Dic mihi, quis furor est, turba spectante vocata*
Solus boletos, Caciliane, voras?
Quid dignum tanto, ventrique gulæque precabor?
Boletum, qualem Claudius edit, edas. Vide EBRIVS.

Habena, vide FRÆNARE.

Habitare,

Virg. 3. Geor. *Stagna colit, ripisque habitat.*
Virg. 4. Geor. *Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.*
Ibid. — *quæ gurgite huius Ima tenas.*
Ibid. — *centum quæ flumina seruant,*
Ibid. *Quam multa in syluis auium se millia condunt,*
Ibid. *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.*
Virg. 1. Æneï. *Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuêre coloni.*
Ibid. *Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam*
Posthabita coluisse Samo.
Ibid. *Qui teneant (nam incultæ videt) hominesne, ferane.*
Ibid. — *hæc demum voluit consistere terra.*
Virg. 2. Æneï. *Heu quæ nunc tellus inquit, quæ me æquora possunt Accipere?*
Ibid. *Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,*
Virg. 3. Æneï. *Incerti, quo facta ferant, vbi sistere detur.*
Ibid. *Terra procul vastis colitur Mauortia campis,*
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.
Ibid. *Sacra mari colitur medio gratissima tellus*
Nereidum matri.
Ibid. *Centum vrbes habitant magnas.*
Ibid. — *habitant vallibus imis.*
Ibid. *Mutandæ sedes, non hæc tibi littora suasit.*
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
Ibid. — *socia simul vrbe fruuntur.*
Ibid. — *cuncta malis habitantur mœnia Graïs.*
Hic & Naryciï posuerunt mœnia Locri.
Ibid. *Centum alij curuæ hæc habitant ad littora.*
Virg. 4. Æneï. — *quorum consederis aruis*
Ibid. *Quid struis, aut qua spe Libicis teris ocia terris?*
Ibid. — *Lybicæque aspectus detinet vrbis.*

Quas

Quas dedimus certè terras habitare finamus. Ouid. 1. Met.
Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni Ibid.
Amnis, in his residens facto de cautibus antro
Vndis iura dabat, nimphisque colentibus vndas.
Ferisq; rursus occupabitur solum. Ho. Epod. 16.
habitandaq; fama Apris reliquit. Ibid.
Atq; humiles habitare casas. Virg. Eclo. 2.
— *Pallas quas condidit arces,* Ibid.
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia syluæ,
— *me gelidum nemus* Hor. 1. c. 0.1.
Nimpharumque leues cum satyris chori secernunt populo.
— *seu te fulgentia signis Castra tenent.* Ibid. od. 7.
Plebs habitat diuersa locis. Ouid. 1. Met.
— *à fronte potentes* Ibid.
Cœlicolæ clarique suos posuêre penates.
— *altis habitauit fœmina syluis.* Oui. 12. Met.
Credo pudicitiam Saturno rege moratam Juuen. Sat. 6.
In terris, visamq; diu, cum frigida paruas
Præberet spelunca domos, ignemque, laremque,
Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra.
Siculisne resideret aruis. Virg. 5. Æneî.
— *quæ bello clari secreta frequentant.* Virg. 6. Æne.
Nulli certa domus, lucis habitamus opacis, Ibid.
Riparumque toros, & prata recentia riuis Incolimus.
Continuo salue fatis mihi debita tellus, Virg. 7. Aene.
Vosque ait, ô fidi Troiæ saluete penates,
Hic domus, hæc patria est.
Quique altum Præneste viri, quique arua Gabinæ Ibid.
Iunonis gelidumque Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit.
Quique rufas, Batulumque tenent, atque arua Celenna, Ibid.
Et quos malifera despectant mœnia Abella
Ego viridis algida Ida niue amicta loca colam, Catullus.
Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus,
Ego vitam agam sub altis Phrygiæ culminibus,
Illa mihi sedes, illic mihi carpitur ætas. Idem.
Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat, Luc. 1. Pharſ.
Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe. Ibid.
— *iuuat, optimum: tecum* Lu. ad Ga. Pif.
Degere, cumque tuis virtutibus omne per æuum
Carminibus certare meis.
Quas alit Hadriaco tellus circumflua ponto. Luc. 4. Phar.
Tellus colenda est, pellices cœlum tenent. Se. in He. fur.

Hactenus, *vide* OLIM.

Hæresis.

Prudent. *Arctam salutis vix viam discernere est*
Inter reflexas semitas:
Tam multa surgunt perfidorum compita
Tortis polita erroribus:
Obliqua sese conferunt diuortia
Hinc inde textis orbitis.

Idem. *Quid non libido mentis humanæ struit?*
Quid non malorum parturit?
Statum lacessunt omnipotentis Dei
Calumniosis litibus.
Fidem minutis dissecant ambagibus,
Vt quisq; lingua est nequior.
Soluunt ligantq; quæstionum vincula,
Per syllogismos plectiles,
Væ captiosis sycophantarum strophis,
Væ versipelli astutiæ.
Modos tenaces recta rumpit regula
Infesta dissertantibus
Idcirco mundi stulta delegit Deus
Vt concidant sophistica.

Idem. *Tercentum vulpes Samson capit, ignibus armat,*
Pone faces caudis circumligat, in sata mittit,
Allophilum segetesq; cremat, sic callida vulpes
Nunc hæresis flammas vitiorum spargit in agros.

Incerti. *Hæresis recti specie quietem*
Publicam turbans fera plus malorum
Quam tyrannorum rabies furentum
Vexit in orbem.

Prosp. Aquit. *Virusq; retectum est Hæretici sensus*

Idem. *— captumq; nefandi*
Dogmatis authorem constrinxit lege benigna
Commentum damnare suum.

Idem. *Tota nefandæ hæresis summa.*

Auctor. *Irrita Caluini subiget phantasmata, sectas*
Vertet, & errores dire Luthere tuos

Halitus, *vide* ANHELARE.

Hedera, *vide* HERBA.

Helena.

Virg. 1. Æneï. *Ornatus argiuæ Helenæ.*

Virg. 2. Æneï. *Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacenæ*

Ibid. *Tyndaridæ aspicio.*

Ledæamq;

Ledæamq; Helenam. Virg.7.Ænei.
Tyndaris incæsta nimium laudata rapina. Statius.

Herba, & Herbarum genera.

— muscus vbi, & viridissima gramine ripa. Virg.3, Georg.
— pascuntur virides armenta per herbas. Ibid.
— dum gramina canent, Ibid.
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herba, Ibid.
— & stagna virentia musco, Virg.4.Georg.
Et virides apio ripæ, tortusque per herbam Ibid.
Cresceret in ventrem cucumis.
— & vulsis pascunt radicibus herbæ. Virg.3.Ænei.
— terræ non semper gramen habenti, Ouid.1.Met.
— neque enim pecori fœcundior vllo Herba loco est. Ibid.
— in tenaci gramine. Hor.Epod. 2.
— atque iniussa virescunt Gramina. Virg.1.Georg.
— & amaris intyba fibris. Ibid.
Florentem cythisum carpetis. Fronde super viridi, Vir.eclog.1.
Allia, serpillumq; herbas contundit olentes. Ibid.
— viridi compellere hibisco. Virg.Eclo.2.
Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis. Ibid.
— nec graminis attigit herbam. Ibid.
— quandoquidem in molli consedimus herba, Vir.Eclo.5.
— pallentes ruminat herbas. Vir.Eclo.3.
— & somno mollior herba. Vir.Eclo 6.
Hic viuum mihi cespitem, hic verbenas pueri ponite, Vir.Eclo.7.
— bulbique salaces, Ho.1.c.o.19.
Improba nec prosunt iam satureia tibi. Mart.lib.3.
Vtere Lactucis & mollibus vtere maluis. Ibid.
— est in horto
Phylli nectendis apium coronis, Est edera vis, Ho 4.c.o.11.
— in tenero gramine.
— herbas semper intacto fouet amne. Ibid.6.12.
Tempus æterno madefacta pingit Gramina risu. Auctor.
Brassica quin passim, lolium, tristisque lupinus, Idem.
Segnesque restent cardui. Idem.
Diffusos hedera vestit pallente corymbos, Virg.Elog.3.
Errantes ederas passim cum bacchare tellus Fundet, Virg.Eclo.4.
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida Virg.12.Ænei.
Pauperibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.
Nexilibus flores ederis habet intertextos. Oui.16.Met.

Ouid.5. Meta. —& innumeris distinctas floribus herbas.
Ouid.3. Met. Impediunt edera remos, nexuque recuruo
Serpunt, & grauidis distinguunt vela corymbis.
Catullus. Vt tenax edera, hac, & hac
Arborem implicat errans
Prop.lib.4. Caeruleus, cucumis, tumidoque cucurbita ventre
Me notat, & iunco brassica vincta leui,
Ibid. Flore sacella tegi, verbenis compita velo.
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.
Pelle ederam tumulo, mihi qua pugnante corymbi.
Mollia contortis alligat ossa comis.
Oui.3.de arte. Est prope purpureos colles florentis Hyemetti
Fons sacer, & viridi cespite mollis humus.
Sylua nemus non alta facit, tegit arbutus herbam,
Rosmaris, & laurus, & nigraque myrtus olent:
Lenibus impulsa zephyris, auraque salubri,
Tot generum frondes, herbaque summa tremit.
Oui.epist.21. Cognoui pressas noti mihi cespitis herbas,
De nostro curuum pondere gramen erat.
Ibid. —tenero cespite terra viret.
Luc.4.Phars. —spoliabat gramine campum
Miles, & attonso miseris iam dentibus aruo
Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.
Luc.5. Phars. Sed sterili iunco, cannaque intexta palustri,
Et latus inuersa nudum munita fasselo.
Luc.6.Phars. —lethumque minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas.
Lucre.lib.2. Inuitant herbae gemmantes rore recenti.
Lucre.lib.5. Principio gens herbarum, viridemque nitorem
Terra dedit, circum colleis, camposque per omneis
Florida fulserunt viridanti prata colore.
—herba cubile
Prabebat multa, & molli lanugine abundans,
Oui.4. Met. —stagni tamen vltima viuo
Cespite cinguntur, semperque virentibus herbis.
Ibid. Vtue solent edera longos intexere truncos,
Iuue. Sat.3. —viridi si margine clauderet vndas Herba,
—atque antra virentia musco.
Sil Ita.lib.15. —qua rorifera mulcens aura
Zephyrus vernas euocat herbas.
Sen.in Hipp. Quaque diu latuit, nunc quasi tollat in auras,
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Ouid.3 Fast. In medio gramen, muscoque adoperta virenti

Manabat

Manabat sano vena perennis aquæ
Nunc herbæ ruptæ tellure cacumina tollunt. Ibid.
Exoneraturas ventrem mihi villica maluas Ouid. 4. Fast.
Attulit, & varias, quas habet hortus, opeis.
In quibus est lactuca sedens, & fœcule porrum, Mart. lib. 10.
Nec deest ructatrix menta, nec herba salax,
— molli tellus erat humida musco. Ouid. 8. Meta.
Collis erat, collemque super planissima campi Ouid. 10. Met.
Area, quam viridem faciebant graminis herbæ,
Gramina disponunt sparsosque sine ordine flores Ouid. 14. Met.
Secernunt calathis, variisque coloribus herbas.
Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas. Ibid.
— hic mollis panditur herba Cla. 2. in Ruf.
Sollicitum curis non abrupturа soporem.
Hercules *vide* HORTVS.
— atro delibutus Hercules Nessi cruore. Ho. in palin.
Dicam & Alciden. Ho. 1. c. o. 12.
— clauigeri Pœantius Herculis heres. Ouid. in Ibin.
Hic locus Herculeo numine clarus erat. Mart. lib. 1.
— nam maximus vltor Virg. 8. Æne.
Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus
Alcides aderat, tauroque huc victor agebat Ingentes Ibid.
Hic verò Alcidæ furiis exarserat atro
Felle dolor, rapit arma manu, nodisque grauatum Robur. Ibid.
Ecce furens animis aderat Tyrinthius, omnemque
Accessum lustrans huc ora ferebat & illuc.
Amphitryoniade magno. Ibid.
Victæ potentes exuuiis leæ Auctor.
Sternebat armos Amphitryonides.
Ausus Falsiparens Amphitryoniades. Catullus.
Vt qui pacato statuisset in orbe columnas. Prop. lib. 3.
Audistisne aliquem, tergo qui sustulit orbem? Prop. lib. 4.
Ille ego sum, Alciden terra recepta vocat:
Quis facta Herculeæ non audit fortia clauæ?
Paruus erat, manibusque suis Tyrinthius angues
Pressit, & in cunis iam Ioue, dignus erat Oui. 1. de art.
Meditusque colle sedit Herculeo polus.
— quæris Alcidæ parem? Se. in He. fur.
Quodcumque alluitur solum Ibid.
Longo Tethyos ambitu, Ibid.
Alcidæ domuit labor, Natus Alcmenæ. Sen. in Hipp.
— heros Emensus longi clauiger orbis iter. Oui. 1. Fast.

Heri.

Mart.lib.1. *Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem,*
Ibid. *Heſterna tibi nocte dixeramus:*
Tib.lib.3. *Quæ tulit heſterna peſſima nocte quies.*

Heres.

Mart.lib.3. *Idem te moriens heredem ex aſſe reliquit*
Idem.lib.4. *Nihil Amiano præter aridam veſtem*
Moriens reliquit vltimis pater cæris.
Idem.lib.9. *Sic quaſi pythagoræ loqueris ſucceſſor & heres.*
Idem.lib.10. *Heredem ſcripſit me Numa*
Idem.lib.12. *Heredem tibi me, Catulle, dicis:*
Non credam, niſi legero, Catulle
Idem.lib.9. *Heredem cum me partis tibi, Gallice, quartæ*
Per tua iuraris ſacra, caputq; tuum
Horat.2.ſerm. — *vt heres*
Iam circum loculos vel claues, lætus ouanſq; Curreret.
Ouid. — *Si proximitas, primusq; requiritur heres,* vide LEGARE.

Hermaphroditus.

Ouid.4.met. — *Hermaphroditus ait.*
Ibid. — *Semimarem feciſſe videt.*
Ibid. *Nec duo ſunt, ſed forma duplex, nec fœmina dici,*
Nec puer vt poſſit, neutrumq; & vtrumq; videtur.
Ibid. — *Exeat inde ſemiuir.*
Ibid. — *Nati rata verba biformis.*

Heros.

Virg.3.Æne. *Delectos populi ad proceres*
Ibid. *Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos.*
Virg.Eclo.4. — *diuiſque videbit Permiſtos heroas.*
Ho.1.car.o.2. *Hic ames dici pater, atque princeps.*
Ho.3.c.o.21. — *iratus trementi Regum apices.*
Ho.1.ca.o.35. *Regumq; matres barbarorum, &*
Purpurei metuunt tyranni.
Ho.4.c.o.13. — *maxime principum,*
Vir.6.Ænei. — *regem. regumq; parentem,*
Catullus. *Heroes ſaluete, deûm genus.*
Boet.libr.4. *Quos vides ſedere celſo Soli culmine reges,*
Purpura claros nitente, Septos triſtibus armis.
Claud. *Inter tot proceres. Nate Dea.* Virg.
Mart.lib.6. — *principumq; princeps.*
Mart.lib.9. *Tibi ſumme Rheni domitor, & parens orbis,*
Pudice princeps gratias agunt vrbes.

Heſiodus.

Prop.lib.2. *Tu canis Aſcræi veteris præcepta poetæ.*

— *nec*

— nec cedet honore Aſcræo famaue ſeni. Sil.Ita.lib.12.
Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo. Ou.4.de Pon.

Hieruſalem.

Qui ſanctæ Solymis auctor adoreæ Auctor.
Hoſtem mœnibus expulit.
Ni Godefridus, vbi Chriſtus requieuerat, illa Idem.
Hoſtium abactor humo.

Hinnire.

— & altum Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. Virg.3.Georg.
— tibi tollit hinnitum Apta quadrigis equa. Ho.2.ca.o.16.
Martius huic ſonipes campos hinnitibus implet. Sil.Ita.lib.15.

Hiſpania, Hiſpanus.

Vir Celtibêris non tacende gentibus, Mart. lib.1.
Noſtræq; laus Hiſpaniæ.
Ex Celtis genitus, Tagiq; ciuis. Idem. lib.10.
— Heſperia victor in vltima. Horat.

Homerus.

— æterno propior non alter Homero. Tib.lib.4.
Necnon ille tui caſus memorator Homerus Prop.lib. 3.
Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus.
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus. Hor.1. Epiſt.
Melliflui canit oris Homerus. Boet.lib 5.
Meoniumq; ſenem Romano prouocat ore. Lu. ad Cal. Pi.
— ſemper florentis Homeri. Lucre.lib 1.
Adde Helioconiadum comites, quorum vnus Homerus Luc lib.3.
Sceptra potitus.
Et ſua riſerunt ſæcula Mæonidem. Mart.lib.5.
Et qui Mæoniden Phæacida vertit. Ibid.
Dignum Mæonio Phæacida condere chartis. Ibid.
Ipſe parens vatum princeps Heliconis Homerus. Cla in alter.
— magniloquo non poſt habuiſſet Homero. Stat 5 Syl.
Maximus Iliacæ gentis certamina vates, Manil.libr.2.
Et quinquaginta regum, regemq; patremq;
Hectoreamq; facem, tutamq; ſub Hectore Troiam.
Erroremq; ducis, totidem quem fecerat annis.
Inſtantem, & bello geminata per æquora noto,
Vitimaq; in patria, capitisq; penatibus arma
Ore ſacro cecinit, patriam qui & iura petenti
Dum dabat eripuit, cuiuſque ex ore profuſo
Omnis poſteritas latices in carmina duxit.
Amnemq; in tenuis auſa eſt deducere riuos
Vnus fœcunda bonis.

Homicida, *vide* CRVDELIS.

Homo.

Virg.1. Æne. — *namque haud tibi vultus*
Mortalis, nec vox hominem sonat.
Ibid. *Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.*
Virg.1. Geor. *Quo tempore primùm*
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem
Vnde homines nati durum genus.
Vir. 1. Æne. *Quod genus hoc hominum.*
Vnde hominum pecudumque genus, vitæque volantum.
Virg. 6. Æne. *Ignous est ollis vigor & cœlestis origo, &c.*
Virg. 3. Æne. *Prima hominis facies.*
Ouid. 1. Met. *Et deus humana lustro sub imagine terras.*
Ibidem. *Est tamen humani generis iactura dolori*
Omnibus, & quæ sit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant.
— *sobolemque priori*
Ibid. *Dissimilem portulo promittit origine mira.*
O vtinam possem populos reparare paternis
Ibid. *Artibus, atque animas formatæ infundere terræ:*
Nunc genus in nobis restat mortale duobus
Hor. Epod. 5. *Sic visum est superis, hominumque exempla manemus.*
Ho. 1. car. o. 3. *Terras, & humanum genus.*
Ibid. *Gens humana ruit. Audax Iapeti genus.*
Ibid. — *ignem gentibus intulit.*
Ibid. *Nil mortalibus arduum est,*
Ouid. 1. Met. *Gentis humanæ pater.*
Ibid. *Perdendum est mortale genus.*
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ.
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est siue hunc, diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo:
Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina cœli,
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis.
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit cœlumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus:
Sic modo quæ fuerat rudis, & sine imagine tellus
Virg. 6. Æne. *Induit ignotas hominis conuersa figuras.*
Tib. lib. 3. *Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.*
Boet. lib. 2. *Animus in curas hominum genus.*

Humanum

Humanum miseras haud ideo genus
Cesset flere querelis. Boet.lib.5.
Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumen,
Atque leuis recto stat corpore, despicitque terras. Vir. 7. Æne.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ, Vir.10.Æne.
Frons hominem præfert, in Pristin desinit aluus.
Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Luc. 7. Pharſ.
— ossibus astra Misturus, Oui.2.Met.
Sors tua mortalis, non est mortale quod optas. Iuue.Sat.15.
— separat hoc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli,
Sortiti ingenium, diuinorumque capaces,
Atque exercendis, capiendis artibus apti
Sensum à cœlesti demissum traximus arce. Cla.3.de rap. Pro.
Quid mentem traxisse, polo, quid profuit altum
Erexisse caput, pecudum si more, pererrant Prosp. Aquitan.
Auia, si frangunt communia pabula glandes,
Sed terra hospitibus cæli super astra vocalis.

Honor, & Honorare, *vide* ADORARE, & LAVDARE.

Horatius.

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures, Oui.4.Trist.
Cum ferit Ausonia carmina culta lyra, Eleg.10.
Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos Sidon.
Frænis flexit equos plectrisque potentibus.
— docilis modorum Vatis Horati. Ho.4.ca.o.6.
Ausoniamque chelym gracilis patefecit Horati, Lu. ad Cal. Pi.
— calabri tentauit carmina Facci. Mart.lib. 8.

Hortari, *vide* ANIMARE.

Hortus, & horti descriptio.

— Pomona fuit, qua nulla Latinas Oui.14.Met.
Inter Hamadryadas coluit solertiùs hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus
Vnde tenet nomen, non syluas illa nec amnes,
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes:
Nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce.
Qua modo luxuriem premit, & spatiantia passim
Brachia compescit, fisso modo cortice lignum
Inserit, & succos alieno præstat alumno:
Nec sentire sitim patitur bibulæque recurrunt
Radicis fibras labentibus irrigat vndis
Hoc amor, hoc studium.

Ouid.5.Fast. *Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris*
Aura fouet, liquidæ fonte rigantur aquæ.
Oui. de nuce. *Felix secreto quæ nata est arbor in agro,*
Et soli domino ferre tributa potest,
Illa suo, quæcumque tulit, dare dona colono,
Et plenos fructus annumerare potest.
Ouid.2.Fast. *Hortus odoratis suberat cultissimus herbis,*
Sectus humum riuo lene sonantis aquæ.
Ho.4.ca.o.11. *— est in horto*
Phylli nectendis, apium coronis. Est edera vis.
Exoneraturas ventrem mihi villica maluas.
Mart.lib.10. *Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.*
In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum,
Nec deest ructatrix menta nec herba salax.
Oui.14.Met. *Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas.*
Virg.4.Geor. *Inuitet croceis halantes floribus horti.*
Auctor. *Nullo vos olitor sepiat hortuli,*
Dumo, sed grauibus poma recludite
Inter bracteolas publica ramulis.
Catullus. *Vt flos in septis secretus nascitur horti.*
Oui.10.Met. *Vt si quis violas, riguoue papauera in horto,*
Liliaq; infringat fuluis hærentia linguis.
Mart.lib.5. *Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum.*
Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis umbra supini
Mart.lib.12. *Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ.*
Pratag;, nec bifero cessura rosaria Pæsto,
Quodq; viret Iani mense, nec alget olus,
Quæq; natat clusis anguilla domestica lymphis,
Quæq; gerit similes candida turris aues.
Munera sunt dominæ: post septima lustra reuerso
Has, Marcella domos, paruaq; regna dedit.
Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.
Idem lib.10. *Non mea Massylus seruat pomaria serpens,*
Regius Alcinoi nec mihi seruit ager:
Sed Nomentana securus germinat hortis
Arbore, nec furem plumbea mala timent. Vide OLVS.

Hospitari.

Virg.7.Æne. *Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.*
Ibid. *Si iungi hospitio properet.*
Virg.8.Æne. *— ac nostris succede penatibus hospes.*
Ibid. *— hæc, inquit, limina victor*
Alcides subiit, hæc illum regia cepit.

Per

Per patris hospitium, & mensas, quas aduena adisti. Virg. 10. Æne.
Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus. Oui. 3. Mera.
Nuper ab Hæmonijs hospes mihi Thessalus oris Oui. epist. 6.
Venerat, & tactum vix heno limen erat.
Excipit hospitio iuuenes pater Æta Pelasgos, Oui. epist. 12.
Et premitis pictos corpora Graia toros.
Pandite defessis hospita tecta viris. Prop. lib. 4.
Egressum magna, me excepit Aricia, Roma Hor. 1. ser. sa. 5.
Hospitio modico.
In Mamurarum lassi deinde vrbe manemus, Ibid.
Murada præbente domum.

Hydra.

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra Virg. 6. Æne.
Lernæus turba capitum circumstetit anguis. Virg. 8. Æne.

Hydrops, & Hydropicus.

Hic homo perspicuo distentus ventre tumebat Sedulius.
Plenus aqua grauidamque cutem suspenderat aluus,
Inclusa paritura necem, iam membra fluebant
Accrescente sinu miserosque infusa per artus
Turgida per flatum macies tenuauerat ægrum,
Inque vteri spatium totus conuenerat hydrops.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda: Oui. 1. Fast.
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.
Hydrops aquosus lucido Tendit veneno intrinsecus. Prudent.

Vide ÆGROTARE.

Hymnus, *vide* CANTARE DEVM.

Hypocrysis, *vide* OSTENTATIO.

Hyems, & illius descriptio.

Brumam Capricornus inertem Manil. libr. 3.
Per minimas cogit luces, & maxima noctis
Tempora producit, diem, tenebrasq; resoluit.
Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora supplet:
Tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra,
Nec tolerant medias hyemes horrentia saxa. Ho. 1. car. o. 4.
Soluitur acris hyems. Ibid.
Iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni, Virg. 2. Georg.
Et prata canis albicant pruinis. Virg. 3. Georg.
Rura gelu tum claudit hyems.
— & horrida cano Bruma gelu, Virg. 4. Georg.
— nam frigore mella Cogit hyems. Ibid.
Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum.
Dum pelago desæuit hyems. Virg. 4. Æne.

— hiber-

Ibid. — *hiberno moliris sidere classem,*
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.
Virg. 3. Georg. — *cum frigidus olim*
Iam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno.
Ibid. *Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.*
Virg. 4. Georg. *Sin duram metues hyemem.*
Ibid. *Ternaque transierint Rutilis hiberna subactis.*
Vir. 2. Æned. *Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.*
Virg. 3. Æne. *Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.*
Hor. Epod. 2. *At quem tonantis annus hybernus Iouis*
Imbres, niuesque comparat.
— *sed gelido non aspernanda Decembri.*
Mart. lib. 4. *Cum nix alta iacet glaciem cum flumina trudunt*
Virg. 2. Georg. *Hic post decembres imminente iam bruma*
Mart. lib. 5. *Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,*
Virg. 3. Georg. *Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes,*
Puppibus illa prius patulis nunc hospita plaustris.
Aeraque dissiliunt vulgò vestesque rigescunt
Indutæ, cæduntque securibus humida vina,
Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ,
Stiriaque impexis induruit horrida barbis:
Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum.
Virg. 1. Georg. *Humida solstitia, atque hyemes orate serenas, Agricolæ*
Ibid. *Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.*
Ibid. — *& ad medias sumentem extende pruinas.*
Ibid. — *hyemis ignauæ colono,*
Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur.
Virg. Eclo. 10. *Inustat genialis hyems*
Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Scytonias que niues hyemis subeamus aquosæ.
Ouid. in Ibin. — *cum tristis hyems Aquilonis inhorruit alis.*
Mart. lib. 1. *At cum December canus, & brumæ imporens*
Aquilone rauco mugiet.
Oui. 2. Met. *Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.*
Virg. 6. Æne. — *brumali frigore.*
Sen. in Hipp. *Vt nunc cana fligora brumæ Nudent syluas.*
Mart. lib. 7. *Bruma est, & riget horridus December.*
Auctor. *Sæpius mœstis Aquilone languens*
Sternitur ripis apium, rosaque
Virg. 9. Æned. *Proximus algor viduat quot annis Frigidus agros,*
Quantius ab occasu veniens pluuialibus Hædis
Verberat imber humum, quam multa grandine nimbi

In

In vada præcipitant cum Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemem, & cœlo caua nubila rumpit, Tib.lib.1.
Aut gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster. Tib.lib.4.
Atque dua gelido vastantur frigore semper.
Illic & densa tellus absconditur vmbra,
Et nulla accepto perlabitur vnda liquore,
Sed durata riget densam in glaciemque niuemque.
Quippe ibi non vnquàm Titan superingerit ortus. Prop.lib.1.
O vtinam hibernæ duplicentur tempora brumæ. Boet.libr.1.
Tu frondifluæ frigore brumæ
Stringis lucem breuiore mora.
Hyemem defluus irrigat imber, Boet.lib.4.
Talis hyems tectis, frangunt sic improba solem Frigora. Statius.
—iam solibus arctis Idem.
Auia nimbosa reuocabunt littora bruma,
Et Aegeas hyemes, Pleiadumque niuosum Idem.
Sidus, & Oleniis dignum petisse sub astris.
Differ opus, nunc tristis hyems: tunc Pleiades instant, Ouid.1.de art.
Tunc & in aquorea mergitur Hœdus aqua.
Et qua bruma rigens, ac nescia vere remitti, Luc.1.Pharſ.
Adstringit Scythicum glaciali frigore pontum.
Pigro bruma gelu, siccisque Aquilonibus hærens, Luc. 4. Pharſ.
Aethere constricto pluuias in nube tenebat,
Vrebant montanæ niues, camposque iacentes
Non duraturæ conspecto sole pruinæ,
Atque omnis propior mergenti sidera cœlo
Aruerat tellus hiberno dura sereno.
—quam zona niualis Ibid.
Perpetuaque premunt hyemes.
—iam sparserat Aemo Luc. 4. Pharſ.
Bruma niues, gelidaque cadens Atlantis olympo:
Instabatque dies qui dat noua numina fastis,
Quique colit primus ducentem tempora Ianum.
—classas ventis brumalibus vndas, Ibid.
Inuenit, & pauidas hiberno sidere classes. Luc. 6. Pharſ.
Solibus & nullis Scythicæ, cum bruma rigeret,
Dimanuêre niues.
Frigida Saturno glacies, & zona niualis Gessit, Luc.10.Phar.
Tandem bruma niues affert pigrumque rigorem Luc.lib 5.
Reddit, hyems sequitur crepitans ac dentibus Arctis, Sil.Ita.lib.12.
Iam terra glaciale caput fœcundaque nimbis
Tempora, & austrifero nebulosam vertice frontem
Immanis condebat hyems. Sen.in Med.

Aut

Aut rigida cum iam bruma discussit decus

Ouid 3. Trist. *Nemorum, & niuali cuncta constrinxit gelu.*

Eleg. 8. *Quippe per Autumnum percussis frigore primo*

Ibid. Eleg 10. *Et color in foliis quæ noua læsit hyems.*

At cum tristis hyems squalentia protulit ora,
Terraq; marmoreò est candida facta gelu:
Dum patet & Boreas, & nix iactata sub Arcto,
Dum patet has genteis axe trementepremi:
Nix iacet, & iactam non sol, pluuiæq; resoluunt,
Indurat Boreas, perpetuamq; facit.

Oui. 15. Met. *Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu,*
Aut spoliata suos aut quos habet, alba capillos.

Iacere humi.

Virg. 2. Georg. *fusique per herbam.*

Virg. 3. Georg. *& inter Durâ iacet pernox instrato saxa cubili.*

Ibid. *Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.*

Ibid. *— aut medio procumbere campo.*

Virg. 4. Georg. *— patulæ recubant sub tegmine fagi.*

Ibid. *— stratoq; super discumbitur ostrô.*

Virg. 2. Æne. *— perq; vias sternuntur inertia passim Corpora.*

Virg. 3. Æne. *— iacebit Alba solo recubans.*

Ibid. *— medio resupinus in antro.*

Virg. 4. Æne. *— stratusq; relictis Incubat.*

Ouid. 1. Met. *Proq; toro; terræ non semper gramen habenti*
Incubat infelix.

Hor. Epod. 2. *Libet iacere modo sub antiqua ilice,*
Modo in tenaci gramine.

Vir. eclog. 1. *— viridi proiectus in antro,*

Ho. 1. ca. o. 1. *— nunc viridi membra sub arbuto*
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Ho. 2. ca. o. 7. *Longaq; fessum militia latus*
Dêpone sub lauro.

Ibid. o. 3. *Seu te in remoto gramine per dies*
Festos reclinatum beâris,
Cur non sub alta vel platano vel hac pinu iacentes.

Ibid. od. 11. *— madida resupinus arena Calcitrat.*

Oui. 12 Met. *Procubuit, teneraq; latus submisit in herba:*

Ouid. 3. Met. *— vt viridante toro consederat herbæ.*

Virg. 5. Æne. *— atque immania terga resoluit*

Virg. 6. Æne. *Fusus humi, totoq; ingens extenditur antro.*

Virg. 7. Æne. *Corpora sub ramis deponunt arboris altæ.*

Vir. 10. Æne. *— corpusq; leuabat Arboris accliuis trunco.*

Ibidem. *— ipse æger anhelans*
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam,

—opaca fusus in herba Oui.3.Meta.
Ille caput viridi fessum summisit in herba Ibid.
Aut in graminea ponere corpus humo. Ouid.epist.4.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti, Ouid.epist.5.
Mistaq; cum foliis præbuit herba torum.
Sæpe super stramen, fœnoq; iacentibus alto,
Depressa est humili cana pruina casa.
—auersaq; in ora iacentem. Oui. epist.12.
Tunc operata deo pubes discumbet in herba. Tib.lib.2.
Arboris antiquæ qua leuis vmbra cadet. Prop.lib.3.
Et caput in dura ponere iussit humo. Oui 2.de rem.
Nunc in arenosa lassa iacebat humo. Luc.6.Pharf.
Non duro liceat morientia cespite membra Ponere, Ouid.2.Met.
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis.
At tamen inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ riuum, sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucunde corpora curant.
—herba cubile Luc.lib. 5.
Præbebat multa & molli lanugine abundans. Oui. 4. Met.
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis. Sen.in Hipp.
—iuuat hic aut amnis vagi.
Pressisse ripas, cespite aut nudo leueis duxisse somnos, Ouid.1.Fast.
Lotis in herbosa sub ocernis vltima ramis,
Sic, vt erat lusu lassa quieuit humo. Ouid.3.Fast.
Ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam.
Ponitur è summa fictilis vrna coma:
Fessa recedit humo, ventosq; accepit aperto.
Pectore, turbatas restituit q; comas.
Dum sedet vmbrosæ salices volucresq; coronæ,
Fecerunt somnos, & leue murmur aquæ, Ouid.10.Met.
Datque torum cespes, libet hac requiescere tecum,
Et requieuit humo Ouid.10 Met.
—in gelida ponentem corpora ripa. Claud. in Epitha.1.
sub platani cubes virentis vmbra.
Nexa sub ingenti requiescit Gratia quercu, Claud. in Epitha.2.
Pennati passim pueri, quo quemq; vocauit Vmbra, iacent.
—terrenaq; frigora membris Ducere, Stat.2.Theb.
Non tibi digna puer genera cunabula tanti Stat.1.Theb.
Graminoos dedit herba toros.

Vide DORMIRE, & STERTERE.

Iacere, vide, CONIICERE.

Iaculari.

Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris, Virg.2.Geor.

—pecoris.

Ibid. — pectorisque magistris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo.
Virg.4.Georg. — vt neruo pulsante sagitta.
Virg.2.Ænei. Et me quem dudum non vlla iniecta mouebant Tela.
Ibid. Hic primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur.
Ibid. Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Ibid. — primoque in limine Pyrrhus Exultat telis,
Ibid. — telumque imbelle sine ictu Coniecit.
Virg.3.Æne. — hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Virg. 4. Æne. — qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum.
Vir.1. Æne. — & omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
Hor. in palin. — & in quem tela torserat.
Ouid.1. Met. Hunc deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, nisi in damis, capreisq; fugacibus vsus,
Mille grauem telis exhausta pene pharetra
Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.
Ibid. Qui dare certa fera dare vulnera possumus hosti?
Qui modo pestifero tot iugera ventre prementem
Strauimus innumeris tumidum Pithona sagittis.
Ibid. — figat
Te meus arcus, ait, quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra,
Dixit, & eliso percussis aere pennis
Impiger umbrosa Parnassi constitit arce,
Deque sagittifera prompsit duo tela pharetra
Diuersorum operum, fugat hoc, facit illud amorem:
Quod facit auratum est, & cuspide fulget acuta,
Quod fugat obtusum est, & habet sub arundine plumbum.
Ho.1.c.o.20. Hoc deus in nimpha Peneide fixit.
Ho.3.c.o.6. Doctus sagittas tendere sericas Arcu paterno.
Ouid. in Ibin. Ille Missilibus melior sagittis.
Ibid. Sic ego ter ferro nondum iaculabar acuto
Ibid. Pugnabunt iaculis dum Thraces, laziges arcu.
Ibid. — iaculis morieris adactis.
Vir.10.Æne. Sic tua coniectis fodiantur corpora telis.
Virg.2.Æne. — neruoq; aptare sagittas
Mart.lib.1. Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ibid. O quàm certa fuit librato dextera ferro

Et certos iaculo leui Sueuos. Ouid.12. Met.
Concutiensque suis vibrantia tela lacertis. Ibid.
Dixit, & hasurum clypei curuamine telum
Misit in Æacidem quod & as, & proxima rupit
Terga nouena boum, decimo tamen orbe moratum est. Ibid.
— rursusque trementia forti Tela manu torsit. Ibid.
— hastam Misit in aduersum Lycia de plebe Meneten, Ibid.
Loricamque simul, subiectaque pectora rupit. Ibid.
— Cygnumque petit, nec fraxinus errat,
Inque humero sonuit non euitata sinistro:
In iuuenem torsit iaculum ferrata que collo
Fraxinus, vt casu iacuit resupinus, adacta est. Ibid.
— validoque in Demoleonta lacerto
Fraxineam misit mentis quoque viribus hastam,
Quæ laterum cratem perrupit, & ossibus hærens Intremuit.
Telaque in hunc omnes vnum mittuntque feruntque Ibid.
Tendit in hanc nimium certos Tyrinthius arcus,
Atque inter nubes sublimi membra ferentem,
Pendentemque ferit lateri qua iungitur ala. Ibid.
— arcus obuertit in illum,
Certaque letifera direxit spicula dextra.
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis Virg.7. Æne.
Spicula contorquent.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes. Virg.12. Æne.
Procurrens sonitum dat stridula cornus, & auras Certa secat Virg.5. Æne.
Primusque Teucer tela Sydonio Direxit arcu. Ho.4.ca.0.9.
Aut iaculo incedit melior leuibusque sagittis.
In medios telum torsisti primus Achiuos. Ibid.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta Ibid.
Inuitat, qui forte velint, & præmia ponit,
Ingentique manu malum de naue Serestí
Erigit, & volucrem traiecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto:
Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris.
Primaque per cœlum, neruo stridente sagitta
Hyrtbacida iuuenis volucres diuerberat auras,
Et venit, aduersique adfigitur arbore mali:
Intremuit malus timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu:
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens, pariterque oculos, telumque tetendit:
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro

Non valuit, nodos, & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto:
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit:
Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato
Tela tenens fratrem Eurytion in vota vocauit,
Iam vacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam:
Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris
Aereis, fixamque refert delapsa sagittam:
Amissa solus palma superabat Aceste,
Qui tamen æthereas telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariterq3, arcumque sonantem.
— curuo erexit spicula cornu.

Virg. 7. Æne. *Nec dextra erranti Deus abfuit, actaque multo*
Perq3 vterum sonitu, perq3 ilia venit arundo.

Virg. 9. Æne. *En, ait, & iaculum intorquens emittit in auras.*

Ibid. *Dixerat, & toto connixus corpore ferrum*
Conijcit: hasta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq3

Ibid. *Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno,*
— sonat vna letifer arcus,
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta,

Ibid. *Perq3, caput Romuli venit, & caua tempora ferro Traijcit.*
Intendunt acres arcus, armentaque torquent:
Sternitur omne solum telis, tum scuta, cauæque
Dant sonitum flictu galeæ,
Et primum Antiphaten, (is enim se primus agebat)
Coniecto sternit iaculo, volat Itala cornus
Aëra per tenerum stomachoque infixa sub altum
Pectus abit, reddit specus atri vulneris vndam

Ibid. *Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.*
— neque enim iaculo vitam illa dedisset,
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis & auro

Ibid. *Sustinuit: collapsa ruunt immania membra.*
— Ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam:
Excepêre aurea vulnus
— tum magnam corripit hastam,
Et iacit illa volans clypei transuerberat æra

Vir. 10. Æne. *Maonis, & Thoraca simul cum pectore rumpit.*
Tum pius Æneas hastam iacit, illa per orbem

Aëre

Aere cauum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus, imaque sedit
Inguine, sed vires haud pertulit. Ibid.
— telumque intorsit in hostem,
Inde aliud super atque aliud figitque volatque
Ingenti gyro, sed sustinet aureus vmbo. Virg. 11. Æne.
— hastasque reductis
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant. Ibid.
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longè, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret aquis,
Læua aciem ferri, dextra neruoque papillam,
Extemplo teli stridorem, aurasque sonantes
Audijt ossa Aruns, hæsitque in corpore ferrum. Virg. 12. Æne.
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui partus quam felle veneni
Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit.
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras. Ibid.
Cunctanti telum Æneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet, murali concita nunquam,
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus, volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit
Loricæ & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur, incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus,
Ille quidem iaculo quamuis distantia misso Oui. 5. Meta.
Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus:
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
Perculit & fractis confudit (.i. deformauit) in ossibus ora,
— vtque manu iaculum fatale parabat Mittere. Ibid.
Oppositoque genu curuauit flexile cornu. Ibid.
Inq; cor hamata percussit arundine Ditem.
Aut tremulum excusso iaculum vibrare lacerto, Oui. epist. 4.
Seu lentum valido torques hastile lacerto. Ibid.
Ora ferox in se versa lacertus habet.
— neu conarêre Catullus.
Tela infesta meum mittere in vsque caput.
— & iam quis forsitan hostis Tib. lib. 1.
Hæsura in nostro tela gerit latere.
Qualiter aduersos hosti defigere neruos, Tib. lib. 5.

Ibid. *Quis tardamve sudem melius celeremve sagittam*
Iecerit, aut lento perfregerit obuia pilo:
Prop. lib. 1. *Te quoque si certo puer hic concusserit arcu:*
Luc. 1. Pharſ. *Et dum pila valent fortes torquete lacerti.*
Luc. 2. Pharſ. — *nec pila lacertis*
Missa tuis caca telorum in nube ferantur
Ibid. — *crebroque simillima nimbo*
Trans ripam validi torserunt tela lacerti.
Idem. — *valet in torquendo dextera pilo.*
Luc. 3. Pharſ. — *missaque tela*
Aëra texerunt, vacuumque cadentia pontum:
Idem. *Iam non excussis torquentur tela lacertis,*
Non longinqua cadunt iaculato vulnera ferro.
Idem. — *in hostem*
Caca tela manu, sed non tamen irrita mittit.
Luc. 6. Pharſ. *Quid nunc vesani iaculis, leuibusque sagittis*
Perditis haesuros nunquam vitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat,
Ouid. 2. Meta. — *flexumque à cornibus arcum*
Tendit, & illa suo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo,
Sil. Ita. lib. 1. — *verba ocyus acer*
Intorto sancit iaculo figitque per arma
Stantem pro muro, & motantem membra Vaicum,
Concidit iniecto medius per viscera telo:
Effusisque simul praerupto ex aggere membris
Victori moriens tepefactam rettulit hastam:
At multo ducis exemplum clamore sequuti
Inuoluunt atra telorum moenia nube:
Sil. Ita. lib. 2. *Tela sonante fugat neruo, liquidasque per auras*
Dirigit aligero lethalia vulnera ferro:
Cres erat arisonis Curetum aduectus ab antris
Dictaos agitare puer leuioribus annis
Pennata saltus assuetus arundine Mopsus:
Ille vagam cœlo demisit sepe volucrem,
Ille procul campo linquentem retia ceruum
Vulnere sistebat, rueretque inopina sub ictu
Ante fera incauto, quam fibila poneret arcus,
Nec se tam pharetra iactauit iustius vlla,
Eois quanquam certet Gortyna sagittis.
Sil. Ita. lib. 16. — *volucreisque vagas deprendere nube Assuetus iaculis,*
Se. in He. fur. — *excutiat leueis Neruus sagittas.*
Ibid. *Vastum coactis flexit arcum cornibus*

Phare-

Pharetramque soluit, stridet emissa impetu
Arundo, medio spiculum collo fugit Vulnera relicto.
Amentum digitis tende prioribus.
Et totis iaculum dirige viribus, Sen. in Hipp.
Tam longe dociles spicula figere
Non mittent gracilem Cretes arundinem.
Torquebas refugum Parthis mirantibus arcum. Cla. 2. in Iau.
Exclusêre diem telis, stant ferrea cœlo Stil.
Nubila nec iaculis arctatus sufficit aër: Stat. 8. Theb.
Ni pereunt missis, illi redeuntibus hastis:
Concurrunt per inane sudes, & mutua perdunt
Vulnera, concurrunt hastæ.
— & iaculum torquere lacertis. Manil. lib. 10.
Et calamum neruis. Vide OCCIDERE.

Ianus.

— Iamque bifrontis imago. Virg. 7. Æne.
Principium des Iane licet Velocibus annis Mart. lib. 8.
— pacificus ter ampliauit Ianus nomina Ibid.
Annorum nitidique sator pulcherrime mundi. Idem. lib. 10.
Quodque viret Iani mense. Idem. lib. 12.
Iane biceps anni taciti labentis origo, Oui. 1. Fast.
Solus de superis qui tua terga vides.
Quem tamen esse Deum te dicam Iane biformis Ibid.
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.
Ede simul caussam; cur de cœlestibus vnus,
Sitque quod à tergo sitque quod ante, vides, Ibid.
Inde vocor Ianus, cui cùm Cereale sacerdos
Imponit libum, farraque mixta sale.
Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem:
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt) Vir. 1. Æne.
Religione sacræ, & sæui formidine Martis:
Centum æret claudunt vectes æternaque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.

Iason.

— Æsone natus. Oui. 7. Met.
— claro sub Iasone, Ibid.
Cum videt Æsoniden. Ibid.
— auro Heros Æsonius potitur, Ibid.
Tum sic Æsonides. Ibid.

Ieiunare, Ieiunium.

Sunt etiam pergrata Deo ieiunia plebis, Iuuencus.
Sed propriam multi faciem fœdare laborant,

Quo vanam captent hominum ieiunia famam,
Idem. *Quadraginta illi fuerant ex ordine soles,*
Ex quo nulla cibi, potusq; alimenta dabantur, &c.
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.
Virg. 3. Georg. *Illos longa domant inopi ieiunia victu.*
Oui. 1. Meta. *Perq; nouem luces expers vndaque cibiq;*
Ouid. 4. Met. *Rore mero, lachrymisq; suis ieiunia pauit.*
— dicimus integro sicci mane die.
Ho. 4. car. o. 5. *Vilem ieiunæ sæpe negauit aquam.*
Prop. lib. 3. *Sex illam noctes, totidem redeuntia solis*
Ouid. 14. Met. *Lumina viderunt inopem somniq; cibiq;.*
Stat. 2. Theb. *— damnatis auidum pecus abstinet herbis.*

Iesus Christus.

Muret. *Verbum quo omnipotens condidit omnia.*
Idem. *Sol iustitiæ*
Auctor. *— communicat vnctum*
Cœlesteis epulas vltima cœna suis.
Muret. *Æterno imperio qui regit omnia,*
Humanumq; Deo conciliat genus,
Nunc sub tuguri vilis operculo
Nascens pauperiem docet.
Idem. *Rex auro colitur, thura Deum decent*
Nostri myrrha homines post obitum linunt
Huic ergo hæc munera congruunt
Qui & rex est, & homo & Deus
Quando venit ergo sacri plenitudo temporis
Missus est ab arce Patris orbis conditor,
Atque ventre virginali carne factus prodijt
Vagit infans inter arcta conditus præsepia
Membra pannis inuoluta virgo mater alligat
Idem. *Perpetuum lumen Christum Dominumque Deumque*
Idem. *Christe salus rerum, bone conditor atque redemptor*
Idem. *Vnica progenies ex deitate Patris. Vita præmium,*
Maria ventre concipit verbi fideli semine.
Idem. *Quem totus orbis non capit, portant puellæ viscera,*
Idem. *Adam vetus quod polluit, Adam nouus hoc abluit.*
Idem. *Iam nata lux est & salus.*
Idem. *Intemerata Deum suspendit ab vbere natum.*
Et panem cœli munere lactis alit.
Quemque pluent nubes Iussum de rore superno,
Hæc Saluatorem germine terra dedit.
Idem. *Quem Daniel sanctum sanctorum prædicat vnum,*
De monte excisus qui angulus & lapis est,

Gloria

Gloria ſumma tibi rerum ſator atq; redemptor. Idem.
Tunc cum flammiuoma deſcendet nube coruſcans Iuuencus.
Iudex altithroni deſcendit gloria Chriſtus
Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem
Nobiſcum Deus,
Nam genitus puer eſt Dauidis origine clara. Idem.
Qui populis lucem mox, lætitiamque propaget
— implentem gracili præſepia voce. Idem.
Et noſtris inquit, conceſſum eſt viſere ſæclis, Idem.
Quem voces veterum & ſancti cecinère Prophetæ:
Nazara mi felix patria eſt, & nomen Ieſus. Idem.
Progenies veneranda Dei, Rex inclyte gentis,
Tu populis, terræque ſalus: vitæque magiſter.
— terrarum gloria Chriſtus. Idem.
mundi Regnator Ieſus, Saluator Ieſus. Idem.
Dauidis ſoboles hominum lumenque ſalusque.
Hic eſt ille lapis, reprobus quem vertice geſtat Sedulius.
Angulus, atque oculis præbet miracula noſtris.
Militibus ſua porta patet, qui militat, intrat. Auctor.
Bis genite atque æterne, patriq; coæue: paterq;
Et ſpiritus intactæ genitricis, homoque Deusq;
Quem genuit ſine matre pater, ſine patreq; mater
Humano, occiduum iudex venturus in orbem,
Chriſte ſalus mundi, perſona ſecunda, duabus
Cum reliquis eadem deitas, ſubſtantia virtus,
Regna Nomeſſeio pateant cœleſtia per te
Nec crucis incaſſum rubeant manifeſta, Redemptor
Quæ genus omne vocans hominum, vexilla gerebas.
Denique pontificum princeps ſummusq; ſacerdos. Sedulius.
Quid niſi Chriſtus adeſt gemini libaminis auctor
Ordine Melchiſedech, cui dătur munera ſemper Quæ ſua ſunt,
— Chriſtus poſt myſticus Adă dignatur dare mẽbra cruci. Arator.
Dauidica nam ſtirpe ſatus Genitrice Maria Idem.
Chriſtus adeſt, quem tota canunt oracula vatum
Venturum ſub carne Deum, ſeſeq; creantem
Virgineos intrare ſinus.
O cruciferbone luciſator Omniparens pie, verbigena Prudent.
Edite corpore virgineo, Sed prius in Genitore potens,
Aſtra, ſolum, mare quàm fierent. Idem.
O Nazarene dux Bethlem, Verbum Patris,
Quem partus alui virginalis protulit.
Hic ille Rex eſt gentium Populiq; Rex Iudaici Idem.
Promiſſus Abrahæ Patri, Eiuſque in æuum ſemini.

Idem. *Iam flos subit Dauidicus Radice Ieſſæa editus.*
Sceptrique per virgam virens Rerum cacumen occupat
Homo ex Tonantis ſpiritu Idemque ſub membris Deus,
Auctor. *— quippe ſalutifer*
Auctor naſcitur omnium,
Idem. *— virgineis vbi*
In caulæ rigido ſtramine lactibus
Auctor naſcitur omnium
Idem. *Imæ pernicies ſanctæ voraginis,*
Ad ſuprema vehens chaſmæ palatia,
Humanæque ſalus gentis, & otium
Idem. *Auctor naſcitur omnium.*
— inter gelidis vſta rigoribus
Caulæ fœna ſato virgine numini.
Auſon. *Iudex altithroni genitoris gloria Chriſtus.*
Sen. in Hc. fur. *Et mortis dominus pertimuit mori.*
Claud. de Chriſto. *Chriſte potens rerum, redeuntis conditor æui,*
Vox ſummi, ſenſiſque Dei, quem fudit ab alto
Mente pater, tantique dedit conſortia regni:
Impia tu noſtræ domu'ſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affarique palam populos hominemque fateri.
Ibid. *Proles vera Dei, cunctisque antiquior annis,*
Nunc genitus qui ſemper eras, lucisque repertor,
Ante tuæ matrisque parens, quem miſit ab aſtris
Æquæuus genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis arcti
Iuſſit inire vias paruaque in ſede morari,
Quem non vlla capit regio, qui lumine primo
Vidiſti, quicquid mundo naſcente creâras,
Ipſe opifex opus ipſe ſui: dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſſimiles perferre modos, hominemque ſubire,
Vt poſſis monſtrare Deum, ne lubricus error,
Et decepta diu varij ſolertia mundi,
Pectora tam multis ſineret mortalia ſeclis
Autorem neſcire ſuum.
Auctor. *Quid iubar in tenebris natura ſtupeſcis oriri?*
Tempore quid med. a mortis adeſſe diem?
Nil eſt mirandum: ſolem qui condidit, & te
Apparet, naſcens virgine matre Deus.
Sol eſt iuſtitiæ: ſol eſt æternus? ab ipſo
Alter ſplendorem ſol perituru habet.

Vide

Vide CRVX, MARIA, GIGNERE, TRINITAS.

Ignis, & ignem excitare.

Ac primùm silicis scintillam excudit Achates, Virg. 1. Æne.
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam,
Sacrum vetustis extruat lignis focum. Hor. Epod. 2.
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem, Virg. 1. Georg.
— quærit pars semina flammæ. Vir. 6. Æne.
Abstrusa in venis silicis
Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes. Virg. 8. Æne.
Dissolue frigus ligna super foco Ho. 1. car. o. 6.
Largè reponens,
Hæc memorans prima infensum vi corripit ignem, Virg. 5. Æne.
Sublataque procul dextra connixa coruscat, Et iacit. Ibid.
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam Virg. 8. Æne.
Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras Excitat, Vir. 9. Æne.
Diripuêre focos, piceum fert fumida lumen
Tæda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.
Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus Erigitur. Ibid.
— fumiferos infert Mezentius ignes. Ibid.
Dum meus assiduo luceat igne focus. Tib. lib. 1.
Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster, Ibid.
Securum somnos igne iuuante sequi. Tib. lib. 2.
Ingeret ardenti grandia ligna foco. Oui. 1. de rem.
— igne leuatur hyems. Oui. 2. de rem.
Vtpene extinctum cinerem si sulphure tangas, Ibid.
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit, Ibid.
Flamma rearderet quæ modo nulla fuit.
Nutritur vento, vento restinguitur ignis. Oui. epist. 17.
Lenis alit flammas, grandior aura necat. Luc. 4. Phars.
Flamma propiore calesco. Luc. 8. Phar.
— iam tepidæ sublato fune fauillæ Luc. lib. 2.
Scintillam tenuem commotos pauit in ignes.
Excitat inualidos admoto fomite flammas. Lucre. lib. 6.
— atque arida ligna
Explicat in flammas, & in ignes omnia versat.
Nonnne vides etiam nocturnum ad lumina lychnum
Nuper vbi extinctum, admoueas accendier ante
Quàm tetigit flammam, tædamque, pari ratione,
Multaque præterea, prius ipso tacta vapore
Eminus ardescunt, quam cominus imbuat ignis. Iuue. Sat. 3.
— & bucca foculum excitat. Ouid. 7. Met.
Vtque solet ventis alimenta assumere, quæque

Parua sub inducta latuit scintilla fauilla,
Crescere & in veteres agitata resurgere vires.
Oui.3.Fast. *Adde quod arcana fieri nouus ignis in æde*
Dicitur, & vireis flamma refecta capit.
Oui.3. Met. *Inde foco tepidum cinerem dimouit, & igneis*
Suscitat hesternos, foliisq; & cortice sicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili,
Multifidasq; faceis, ramaliaq; arida tecto
Detulit, & minuit, paruoque admouit aheno,
Stat.1.Ach. —*largoque serenat Igne domum.*
Ho.1.se.sat.5. —*non sine fumo*
Vdos cum foliis ramos vrente camino.
Ouid.5.Fast. *Ipse genu mixtus, flammasque excussit ab aura,*
Et promit quassas comminuitq; faces.
Ouid.2.Fast. *Tunc sicco primas irritat cortice flammas.*
Ibidem. *Ligna senex minuit, consciissaque construit alte.*
Stat.2.Theb. *Peruigilemque focis ignem longæua sacerdos, Nutries.*
Virgil.in mor. *Membra leuat sensim vili demissa grabato,*
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
Vestigatque focum: læsus quem denique sensit,
Paruulus exusto remanebat stipite fumus,
Et cinis obducta celabat lumina prunæ.
Admouet his pronam summissa fronte lucernam.
Et producit acu stuppas humore carentes
Excitat & crebris languentem flatibus ignem
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt,
Oppositaq; manu lumen defendit ab aura.

Vide ARDERE, & CREMARE.

Ignobilis.

Oui. 9. Met. *Progenuit tellus ignotum nomine Lystum*
Ingenua de plebe virum, nec census in illo
Nobilitate sua maior.
Id.14. Met. —*Humili de stirpe creatus,*
Virg.1. Æne. —*sauitque animis ignobile vulgus.*
Ouid. *Res obscura quidem est ignobilitate virorum*
Mira tamen.

Ignorare, ignarus.

Virg.1. Æne. *Nec latuêre doli fratrem Iunonis, & iræ*
Ibid. —*fati nescia Dido*
Ibid. *Ignari hominumque locorumque.*
Ibid. —*quis Troiæ nesciat vrbem?*
Ibid. *Non ignara mali.*
Virg.3. Æne. —*& causas penitus tentare latentes.*

Naiades

Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe Ouid. 1. Met.
Qui gurges, aut quæ flumina lugubris Ignara belli, Ho. 2. ca. 0. 2.
Multaque me fugiant. Oui. 12 Met.
— quid craſtina voluerit ætas Scire nefas homini, Sil. Ita. lib. 3.
Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes. Oui. 3. Faſt.
— heu cæca futuri. Cla. 1. de rap.
Non equidem obſcurum vobis, plebiq; Pelaſgæ Eſſe reor. Pro.
Illuminare, & ri. Stat. 2. Theb.
— largoq; ſerenat Igne domum. Stat. 1. Achil.
Aſt alij tenebras, & opacam vincere noctem Stat. 1. Theb.
Aggreſſi tendunt auratis vincula lychnis.
— alij funalibus ordine ductis Clau. de nup.
Plurima venturæ ſuſpendite lumina nocti.
Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis, Mart. lib. 14.
Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.
— dependent lychni laquearibus aureis. Virg. 1. Æne.
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.
— dans clara incendia lucem Erranti. Virg. 2. Æne.
Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Virg. 4. Æne.
Iam mare turbari trabibus, ſæuaſque videbit Ibidem.
Collucere faces, iam feruere littora flammis.
— & ignibus atria fum[illegible]t. Oui. 12. Met.
Funereas rapuêre faces, lucet via longo Virg. 12. Æne.
Ordine flammarum, & latè diſcriminat agros.
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis Vir. 8. Æne.
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat latè loca, iamq; ſub auras
Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti
Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis Vir. Eclo. 7.
Semper, & aſſidua poſtes fuligine nigri.
— piceum fert fumida lumen Virg. 9. Æne.
Tædæ, & commiſtam vulcanus ad aſtra fauillam
Collucent ignes. Ibid.
Lumina rara micant. Ibid.
Vndique collucent præcinctæ lampades auro. Ouid. epiſt. 14.
Hic tibi nocturnos præſtabat cereus igneis. Mart. lib. 14.
Subducta eſt puero namque lucerna tuo.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti. Ouid. epiſt. 17.
— tunc vndique vaſti Virg. 11. Æne.
Certatim crebris colluxent ignibus agri
Ardet vt ad magnos, pinea tæda deos. Oui. epiſt. 12.
— & accenſo lampades igne micant. Ibid.
— manu Pineam quate tædam. Catullus.

— viden,

Idem. — viden, vt faces
Splendidas quatiunt comas.
Tib. lib. 3. — fulgenti lumina ferte face.
Prop. lib. 3. — Luxerit & tota flamma secunda domo.
Ibid. Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras,
Ipse amor accensus percutit ante faces.
Prop. lib. 4. — & noua flamma
Luxit in obliquam ter sinuata facem.
Ibid. — odorata luxerat igne casa.
Statius. Descendit media nitens arena,
Densas flammeus orbis inter vmbras.
Vincens Gnosiacæ fa em coronæ,
Collucet polus ignibus, nihilque
Obscuræ patitur licere nocti.
Lucre. lib. 2. Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur.
Luc. libr. 5. Quinetiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt,
Lumina pendentes Lychni, claraque coruscis
Fulguribus pingues multa caligine tedæ,
Consimili properant ratione, ardore ministro
Suppeditare nouum lumen, tremere ignibus instant:
Ouid. 4. Met. — pingueſque ardere videntur
Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes.
Iuue. Sat. 3. Multum præterea flammarum, & ænea lampas,
Me quem luna solet deducere, vel breue lumen
Candelæ, cuius dispenso, & tempore filum, Contemnit.
Mart. lib. 14. Illustrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos, vna lucerna vocor.
Prudent. Pendent mobilibus lumina funibus
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit vitro
Credas stelligeram desuper aream
Ornatam geminis stare trionibus.

Vide, LVCERE & IGNIS.

Imago.

Virg. 4. Ænei. Corripuêre sacram effigiem.
Ibid. Vix positum castris simulacrum.
Ibid. — & diuum amplexæ simulacra tenebant.
Ibid. — chari genitoris imago
Ibid. Infœlix simulachrum, & nota maior imago,
Virg. 3. Æne. Effigies sacræ diuum.
Oui. 1. Met. — & in effigiem moderantum cuncta deorum.

Quin

Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum Vir.7.Æne.
Antiquæ ex cedro.
Picta docet templis multa tabella tuis, Tib.lib.1.
Et simulacra deum lachrymas fudisse tepentes. Tib.lib.2.
— cum paupere cultu Tib.lib.3.
Stabat in exigua ligneus æde Deus.
Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas Prop.lib.2.
Et posuit casta turpia visa domo.
Non istis olim variabant tecta figuris,
Cum paries nullo crimine pictus erat.
Aut certe tabulæ capient meæ lumina pictæ. Prop.lib.3.

Immergere, & gi.

— aut præceps Neptuno Immerserit Eurus. Vir. 4. Georg.
— & se iactu dedit æquor in altum, Ibidem.
Quaque dedit spumantem vndam sub vertice torsit
— atque ipsos potuit submergere ponto. Virg.1.Æne.
Incute vim ventis submersasq; obrue puppes, Ibid.
Aut age diuersas, & disice corpora ponto.
— tum prora auertit, & vndis Dat latus. Ibid.
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus Ibid.
In puppim ferit, excutitur, pronusque magister
Volvitur in caput, ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex,
— & te pater optime Teucrum Pontus habet: Ibid.
Vnus abest medio in fluctu quem vidimus ipsi, Sub mersum. Ibid.
Aut pelago Danaum insidias, suspectaque dona Præcipitare. Vir.2.Ænei.
Spargite me in fluctus, vastoque immergite ponto. Virg. 3.Æne.
Hinc toto præceps se corpore ad vndas Misit aui similis, Virg.4.Æne.
Nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem, Oui.1.Met.
Perdendum est mortale genus.
— genus mortale sub vndis Perdere. Ibid.
— culmen tamen altior huius Ibid.
Vnda tegit, pressæq; iacent sub gurgite turres.
— possedit cætera pontus. Ibid.
Namque ego (crede mihi) si me quoque pontus haberet Ibid.
Te sequerer coniux, & me quoque pontus haberet.
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne. Virg.1.Georg.
Oceani metuentes æquore tingi. Ibid.
Exitio est auidis mare nautis. Ho.1.ca.o.28.
Me quoque deuexit rapidus comes Orionis Ibid.
Illiricis notus obruit vadis,
Addant auaro diuitias mari. Ho.3.c.o.29.
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus, Mart.lib.4.

Cæsus

Oui.in Ibin. *Cæsus in immensum proïciare fretum.*
Ibid. *Viuus in occultas præcipiteris aquas.*
Ibid. *Vt quos dux Pœnus mersit putealibus vndis.*
Ibid. *— in medij mergare voragine cœni.*
Ibid. *Vtque vel Euenus torrenti flumine mersus,*
Nomina des rapidæ, vel Tiberinus aquæ,
Mart.libr.1. *Et fessus tumidis iam premeretur aquis.*
Oui.epist.1. *Obrutus insanis esset, adulter aquis*
Oui. epist. 2. *Mersa foret cana naufraga puppis aqua.*
Ibid. *— suppositas immittere corpus in vndas.*
Bo.li.1.met.1. *Pæne caput tristis merserat ora meum.*
Ibid.Met.2. *Heu quàm præcipiti mersa profundo.*
Ouid.4.Met. *— Tyrrhenaque mittis in æquor Corpora.*
Ouid.1.Trist. *— vultus obruit vnda meos:*
Opprimet hanc animam fluctus frustraq; precantes
Ore necaturas accipiemus aquas.
Oui.2. Trist. *Vltima me perdunt, imoque sub æquore mergit*
Incolumem totiens ima procella ratem.
Nec mihi pars nocuit de gurgite parua, sed omnes
— Pressêre hoc fluctus, Oceanusque caput.
Vir.10. Æne. *— sese Fluctibus an iaceat medijs.*
Vir.5. Æne. *In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.*
Ibid. *Et super incumbens, cum puppis parte reuulsa,*
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Virg.6. Æne. *Præcipitem, ac socios nequidquam sæpe vocantem.*
Ibid. *Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.*
Quos simul à Troia ventosa per æquora vectos
Ibid. *Obruit Auster, aqua inuoluens, nauemque, virosque*
Ibid. *Exciderat puppi, medijs effusus in vndis.*
Ibid. *— medioque sub æquore mersit.*
Auctor. *Nunc me fluctus habet, versantq; in littore venti.*
Te rigida sinunt
Lethæi glacie fluminis obrui.
Oui.6.Met. *— esse sub vndis,*
Et modo tota caua submergere membra palude.
Ouid.3.Met. *— & excussum misisset in æquora*
Ibidem. *— truncoq; repandus in vndas Corpore desiluit.*
Oui.epist.5. *Dum licet, obscœnam ponto demergite puppim.*
Oui.epist.7. *Ignibus ereptos obruet vnda deos.*
Prop.lib.2. *Quàm timui ne forte tuum mare nomen haberet,*
Atque tua labens nauita fleret aqua.
Prop.lib.5. *Tu pætum ad Pharios tendentem lintea portus*
Obruis insano terque, quaterque mari.

Nam

Nam dum te sequitur primo miser excidit æuo,
Et noua longinquis piscibus esca natat.
Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis, Ibid.
Cum moribunda niger clauderet ora liquor.
Nec me puluereum, grauemq; cœno Statius.
Tyrrheni sinus obruat profundi.
Mersa sua æquoreis illa lateret aquis. Oui. 3. de art.
— pelago sunt obruta, non mihi classes, Aul. fab. ep. 1.
Non socij superant, omnia pontus habet.
— mersus foret ille profundo. Luc. 3. Pharſ.
Semianimes alij vastum sub hêre profundum, Ibid.
Hauserunt q; suo permistum sanguine pontum.
— tamen alta sub æquora tendit Præcipiti saltu. Ibid.
— Graiæ pars maxima classis Mergitur. Ibidem.
— iacet hostis in vndis Obrutus Illyricis. Luc. 5. Phar.
— fluctuque premetur Obrutus. Iuuen. Sat. 14.
Spumanti sq; freti præceps immergitur vndis. Sil. Ita. lib. 12.
Donec vicini tandem se in fluminis vndas Sil. Ita. lib. 8.
Præcipitem dedit.
— tum denique sese Ibid.
Gurgitis immersit molem capiente profundo
In præceps magna propulsus mole ruentum Sil. Ita. lib. 10.
Turbatis hauritur aquis, fundoque volutus
Adriaca iacuit sine nomine mortis arena.
Mercibus extructas obruet vnda rates. Mart. lib. 5.
Ne sua fluminea corpora mergat aqua. Oui. 2. Fast.
Vltima me perdunt, imoq; sub æquore mergit Oui. 2. Triſt.
Incolumem toties ima procella ratem:
Nec mihi pars nocuit de gurgite parua, sed omnes
Pressêre hoc fluctus, Oceanusq; caput.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis Oui. 1. Met.
Corpora turbineo iuuenilia vertice mersit.
— quos non medij inclementia ponti Hauserit. Stat. 2. Theb.
Corpora q; immergant vndis ipsumque sub antris Manil. lib. 5.
Nerea, & æquoreas conantur visere Nymphas.

Vide NAVFRAGARI, DILVVIVM.

Immobilis.

Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt. Virg. 3. Æne.
Ipsa hæret scopulis, & quantùm vertice ad auras Virg. 4. Æne.
Ætherias, tantùm radice in Tartara tendit.
Mens immota manet. Ibid.
Me mea defendit grauitas, frustraq; petebar, Ouid. 9. Met.
Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus

Oppug nant,

Oppugnant, manet illa, suoque est pondere tuta.

Virg. 10. Æne. *Ille, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor.*
Obuia ventorum furiis, expostaque ponto,
Vim cunctam, atque minas perfert cœlique marisque,
Ipsa immota manet,

Virg. 7. Æne. *Ille velut pelagi rupes immota resistit,*
Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet, scopuli nequicquam, & spumea circum
Luc. lib. 3. *Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.*
At contra quæcunque magis cum pondere magno,
Sen. in Hipp. *Asperaque inueniuntur, eo stabilita magis sunt,*
Vt dura cautes vndique intractabilis
Resistit vndis, & lacessenteis aquas
Stat. 9. Theb. *Longe remittit, verba sic spernit mea.*
— hæret arduus Hippomedon, ceu fluctibus obuia rupes,
Cui neque de cœlo metus, & fracta æquora cedunt.
Stat cunctis immota minis, timet ipse rigentem
Pontus, & ex alto miseræ mouere carinæ.

Immortalis.

Ouid. 1. Met. *Nec finire licet tantos mihi morte dolores*
Sed nocet esse deum, præclusaque ianua lethi
Æternum nostros luctus extendit in æuum.
Oui. 4. Meta. *— tibi enim inconsumpta iuuenta est,*
Tu puer æternus,
Virg. 9. Æne. *Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,*
Virg. 12. Æne. *Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta vsti Conditio?*
Sil. Ita. lib. 1. *Haud aliam vidit tellus, cui ponere finem*
Non posset mors vna viro, duraque sorores
Tertia bis rupto torquerent stamina filo.
Se. in He. fur. *Euincas vtinam iura fera stygis,*
Parcarumque colos irreuocabileis.
Cla. de phre. *Et clades te nulla rapit, solusque superstes*
Edomita tellure manes non stamina Parcæ
In te dira legant, nec ius habuere nocendi,
Stat. 2. Syl. *Et dubios casus, & cæca lubrica vitæ*
Effugit immanis fati non ille rogauit.
Non timuit, metuitue mori.
Auctor. *Sortibus inuitis, inuito funere viues,*
Viseque virens ibis semper in ora virum.
Idem. *Vis tanta mentis est tuæ.*
Quod nere quamuis serius Parcæ negent,
In ora vis ibis virens,

Vide DIV, INVICTVS, ÆTERNVS, & FAMA.

Impedire.

— frondesque negant, & fontibus arcent. Virg. 3. Georg.
Ergo omni studio glaciem ventosque niuales Auertes Ibid.
— nam pabula venti ferre domum prohibent, Virg. 4. Georg.
— pecus à præsepibus arcent. Ibid.
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem, Virg. 1. Æne.
Quippe vetor fatis. Ibid.
— prohibe infandos à nauibus ignes, Ibid.
— hospitio prohibemur arenæ. Ibid.
— primaque vetant consistere terra: Ibid.
— Dij talem terris auertite pestem. Virg. 3. Æne.
Dij prohibete minas, dij talem auertite casum. Ibid.
— nec famam obstare furori. Virg. 4. Æne.
— meritumque malis auertere numen. Ibid.
Sed varijs portenta deûm terroribus obstant. Vir. 7. Æne.
— morsusque inferre parantem Arcet. Oui. 11 Met.
Deterrere nefas, sauamque inhibere bipennem. Ouid. 8. Met.
Rustica turba vetat. Id. 6. Met.
Quid prohibetis aquas? Ibid.
— lachrymæque dolorque impediunt prohibentque loqui Idem. 9. Met.
Hanc quoque si prohibes
— mirabile patris impediebat opus Ibid.
Clausit iter fecitque moras Achelous euntí Ibid.
Hoc prohibete nefas, scelerique resistite nostro. Idem. 10. Met.
Perq; nouem noctes Venerem tactusque viriles
In vetitis numerant.

Impatiens, *vide* PATIENTIA.

Imperare, *vide* IVBERE.

Imperium, *vide* DOMINARI.

Impossibilis.

In caput alta suum labentur ab æquore retrò Oui. 1. Trist.
Flumina: conuersis solque recurret equis
Terra feret stellas: cœlum findetur aratro,
Vnda dabit flammas & dabit ignis aquas
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt:
Parsque suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.

Vide DIFFICILE & NVNQVAM & INCREDIBILIS.

Imprecari, & Imprecationes.

At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis, Virg. 2. Æne.
Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curat

Perſol-

Persoluant dignas grates, & præmia reddant
Debita, &c.

Virg. 4. Æne. *Littora littoribus contraria, fluctibus vndas*
Imprecor, arma armis pugnent ipsiq; nepotes.

Ouid. 1. Am. *Dij tibi dent nullosque lares, inopemq; senectam,*
Et longas hyemes, perpetuamque sitim.

Prop. lib. 1. *Illi sub terris, fiant mala multa puellæ.*

Ibid. *Ah pereant, si quos ianua clausa iuuat.*

Prop. lib. 4. *Terra tuum spinis obducat, lena sepulchrum,*
Et tua quod non vis, sentiat vmbra sitim:
Nec sedeant cineri manes, & Cerberus vltor
Turpia ieiuno terreat ossa sono.

Oui. 4. de Pō. *Hostibus eueniat, quam sis violentus in armis*
Sentire, & linguæ tela subire tuæ,

Oui. 1. Amo. *Eueniat nostris hostibus ille pudor.*

Oui. 3. de art. *Hostibus eueniat tam fœdi causa pudoris,*
Inq; nurus Parthas dedecus illud eat.
Iam tu qui venerem docuisti vendere primus,
Quisquis es infelix vrgeat ossa lapis.

Tib. lib. 1. *Ah pereat, si quis lentus amare potest.*

Ibid. *Sanguineas edat ille dapes, atque ore cruento*
Tristia cum multo pocula felle bibat:
Hanc volitent animæ circum sua fata querentes
Semper, & è tectis strix violenta canat:
Ipsa fame stimulante furens, herbasq; sepulchris
Quærat, & à sacris ossa relicta lupis:
Currat & inguinibus nudis, vluletque per vrbes,
Post agat è triuijs aspera turba canum.

Oui. ad Liui. *Hostibus eueniat longa senecta metu*

Oui. 4. de Pon. *Clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra,*
Hoste precor fiant illa cruenta tuo,

Vide Ouid. in Ibin.

Impudens.

Mart. lib. 11. *Aut cum perfricuit frontem, posuitque pudorem*

Ouid. 6. Meta. *Aut linguam, aut oculos, & quæ tibi membra pudorem*
Abstulerant, ferro capiam.

Id. 7. Met. —*positoque pudore.* Vide PVDERE.

Impunitas.

Ouid. 8. Met. —*at non impunè feremus*
Quæque inhonorata, non & dicemur inultæ.

Ibid. *Ergo impunè feret, viuusque & victor, & ipso*
Successu tumidus, regnum Calydonis habebit?

Horat. —*tu Impromptior illa*

Haud

Haud impunè feres. Oui. 8. Met.

Vide VINDICARE & PVNIRE.

Inacceſſus locus.

Scandit inacceſſos brumali ſidere montes Claud.

— niſi ſetiger inter opacas Oui. 8. Met.

Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſyluas.

Sunt viridi prato, confinia littora, quorum Id. 13. Met.

Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis,

Quas neque cornigeræ morſu læſere iuuencæ,

Nec placidæ carpſiſſis oues, hirtæue capellæ.

Non apis inde tulit collectos ſedula flores:

Non data ſunt capiti genialia ſerta, nec vnquam

Falcifer æ ſecuêre manus, ego primus in illo

Ceſpite conſedi. Vide PARADISVS & ANTRVM.

Incantare, Incantatio.

Quæ ſydera excantata voce Theſſala, Hor. Epo. 9.

Lunamque cœlo deripit,

Flammis aduri Cholchicis. Ibid.

— ſolutus ambulat veneficæ Scientioris carmine. Ibid.

— quam deduxiſſe canendo. Ouid. 12. Met.

Sæpe reluctantis conſtabat cornua lunæ.

Nais an vt cantu, nimiumq; potentibus herbis Ouid. 4. Met.

Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces.

Vipereo generi, & grauiter ſpirantibus hydris Vir. 7. Æne.

Spargere qui ſomnos cantuque, manuque ſolebat.

Nec facie, meritiſque placet, ſed carmine mouit, Oui. epiſt. 6.

Diraque cantata pabula falce metit,

— vt mihi ferax Tib. lib. 1.

Pollio — a eſt magico ſaga miniſterio:

Hanc ego de cœlo ducentem ſidera vidi,

Fulminis hæc rapidi carmine vertit iter:

Hæc cantu finditque ſolum, manesq; ſepulchris

Elicit, & tepido deuocat oſſa rogo:

— & obſcurum verborum ambage nouorum, Ouid. 14. Met.

Ter nouies carmen magico demurmurat ore.

Iam ciet infernas magico ſtridore cateruas,

Iam iubet aſperſas lacte referre pedem.

Cum libet hæc triſti depellit nubila cœlo,

Cum libet æſtiuo prouocat orbe niues:

Sola tenere malas Medæa dicitur herbas,

Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.

Hæc mihi compoſuit cantus queis fallere poſſes

Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.

Prop.lib.1. *At vos deducta quibus est fallacia luna,*
Et labor in magicis sacra piare focis.
Tunc ego crediderim vobis & sydera, & amnes
Posse Cyteinis ducere carminibus.
Prop lib. 2. *Non hic verba valent, non hic nocturna Cyteis.*
Non Perimedea gramina cocta manu.
Prop.lib.4. *Audax cantata leges imponere lunæ.*
Ouid.1. de rem. *Fallitur Æmoniæ si quis mala pabula terræ,*
Et magicas artes posse iuuare putat.
Ibid. *Ista veneficijs vetus est via.*
Me duce non tumulo prodire iubebitur vmbra,
Non anus infami carmina rumpet humum.
Ibid. *Quid tibi profuerint Circe Perseides herbæ,*
Hor.lib. 1. od. 27. *Quæ saga, quis te soluere Thessalis*
Magus venenis, quis poterit deus.
Luc.6. Pharſ. *Mens hausti nulla sanie polluta veneni Excantata perit.*
Ibid. *— Phœbeque serena*
Non aliter diris verborum obsessa venenis Polluit.
Ibid. *Pollutos cantu, diriſque venefica succis.*
Conſperſos vetuit transmittere bella Philippos.
Ouid.7. Met. *Quæque magos tellus pollentibus instruis herbis.*

Incertus, *vide* AMBIGERE.

Incipere, initium.

Virg.2. Georg. *— & longa exorsa tenebo.*
Virg.3. Georg. *Te sine nil altum mens inchoat.*
Ibid. *Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas.*
— prima repetens ab origine
Virg.4. Georg. *Vnde noua ingressus hominum experientia cœpit,*
Virg.3. Æne. *— fatis ingressus iniquis.*
Ibid. *— auspicijs cœptorum operum.*
Virg 4. Æne. *Incipit effari.*
Ibid. *— & qua prima exordia sumat*
Ouid.1. Met. *— primaque ab origine mundi*
Ibid. *Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum.*
Ibid. *— tamen illud ab vno*
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum.
Bo.li.3. Met.5. *Si primordia vestra Auctorem Deumque spectes.*
Ouid 4. Met. *Talibus orsa modis.*
Catullus. *Canere hæc suis adorta est.*
Tib.lib.2. *O quoties ingressus iter. Ordior arma.*
Prop.lib.3. *— ab origine dicere prima Incipe.*
Luc.lib.1. *Dissirere incipiam, & rerum primordia pandam.*
Sil.Ita.lib.1. *— quo tanta lues eruperit ortu.*
Manil.lib.1. *— nulli vatum debebimus orsa.*

— manent

— *manent hæc ab origine mundi.* Vide AGGREDI. Stat. 3. Theb.

Includere, *vide* CLAVDERE.

Incitare, *vide* ANIMARE.

Incolumitas, Incolumis.

— *ea visa salus morientibus vna.* Virg. 3. Georg.
— *rege incolumi.* Virg. 4. Geor.
— *nisi causa morbi fugerit venis.* Ho. 2. ca. o. 2.
Vis fieri sanus. Mart. lib. 2.
— *si numina vestra* Vir. 8. Æne.
Incolumem Pallanta mihi si fata reseruant.
— *bene nam valetis omnes.* Catullus.
Ipse valere opto; & tetrum hunc deponere morbum. Idem.
O dij reddite mi hoc pro pietate mea.
— *saluum cum aspexit Orestem.* Prop. lib. 2.
— *saluum tamen esse negabis.* Oui. 1. Trist.
Donec eram sospes Eleg. 1.
Sospite sic te sit natus quoque sospes, & olim Ouid. 2. Trist.
Imperium regat hoc cum seniore senex.
— *salubre corpus.* Mart. lib. 10.
Si me viuere vis sanum, rectèque valentem, Ho. 1. Epist.
Quæque valetudo constat nunc libera morbis, Manil. libr. 3.

Inconstans.

— *quæ te genitor sententia vertit?* Vir. 1. Æne.
Mobilitate viget. Virg. 4. Æne.
— *quia nam sententia vobis versa retro?* Vir. 10. Æne.
Tu leuior solus tunc cum sine pondere succi Ouid. epist 5.
Mobilibus ventis arida facta volant,
Et minus est in te, quàm in summa pondus aristæ.
Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.
— *mens est mutabilis illi.* Tib. lib. 3.
— *varium & mutabile semper Fœmina.*
Quod non sit stabilis, suique iuris. Virg. 4. Ænei.
Incertæ mentis lèuitas, & mobilè pectus. Boet. lib. 1.
Fluctuque magis mobile vulgus. Sil. Ita. lib. 16.
Pondere aquæ leuior. Se. in He. fur.
— *incertior aura.* Oui. 1. Met.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ, Oui. epist.
Nec dubio nubes vertitur atra Noto: Pro. lib 2.
Quam facilè irati verbo mutantur amantes.
Non sic incerto mutantur flamine Syrtes, Ibid.
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto:
Quam cito fœminea non constat fœdus in ira.
Verba puellarum foliis leuiora caducis. Ouid.

Incredibilis.

Oui.13.Met. *Res similis fictæ, sed quid mihi fingere prodest?*
Id. 3.Met. *— fide maius.*
Ibid. *Nil ibi quod credi posset.*
Id.4.Met. *Resq; fide maior.*
Id. 6. Met. *Credere quis posset?*
Ibidem. *— vix ausim credere.*
Id.7. Met. *Excessitq; fidem meritorum summa tuorum*
Id. 10.Met. *Desit in hac mihi parte fides nec credite factum*
Id.11 Met. *Ille quidem maiora fide quoq; gessit.*
Id.1.Trist. *Multaq; credibili tulimus maiora, ratumq;*
Qua minus acciderint non habitura fidem,

Vide MIRACVLVM.

India, *vide* PEREGRINARI, & ORIENS.

Induere, Indumentum.

Virg.3.Georg. *Nec minus interea barbas, incanaq; menta*
Cyniphij tondent hirci setaque comantes
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis,
Ibid. *— Inuisos si quis tentarat amictus.*
Virg.4.Georg. *Amba auro pictis inuicta pellibus amba,*
Virg.1.Æne. *Inde lupa fuluo nutricis tegmine lætus,*
Ibid. *— peplumq; ferebant.*
Ibid. *Virginis os habitumque gerens.*
Ibid. *Arte laborata vestes, ostroq; superbo.*
Ibid. *— pallam signis, auroq; rigentem,*
Ibid. *Et circumtextum croceo velamen acanto.*
Ibid. *Pallamque, & pictum croceo velamen acanto,*
Virg.3.Æne. *Veste super, fuluique insternor pelle leonis.*
Ibid. *Purpureo velare comas adopertus amictu.*
Fert picturatas auri sub tegmine vestes,
Ibidem. *Et Phrygiam chlamydem, Dardanios habitus.*
Virg.4 Æne. *Sidoniam picto chlamydem circundata Lymbo.*
Ibid. *Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*
Ibid. *Tyrioque ardebat murice lana*
Demissa ex humeris diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Oui.epist.13. *Nec libet aurata corpora veste tegi.*
Oui.1. Met. *— atque humeros innato murice tectum.*
Ibid. *— cinctasque resoluit e vestes.*
Ibid. *— tunicasque recingunt.*
Hor.Epod.9. *— punico lugubre mutauit sagum,*
Ho.2.c.o.2. *Nube candentes humeros amictus Augur Apollo,*
Ibid.o.6. *— Martem tunica tectum adamantina*

— te bis Aphro Murice tincta Vestiunt lanæ. Ho.2.ca.0.16.
Albis spectat Horatius lacernis. Mart.lib.4.
Ne toga cordilis, & penula desit oliuis. Mart.lib.13.
Te Lacedæmonio velat toga lota Galeso. Mart.lib.2.
Quæq; Tyron toties epotauêre lacernæ, Ibidem.
Et toga non tactas vincere visa niues.
Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ, Ibid.
Vis dare quæ meruit munera? mitte togam,
Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas, Ibid.
Non vendes nummis coccina nostra tribus.
Atque vnam vestire tribum tua vellera possunt. Ibid.
Musa nec insano syrmate nostra tumet. Mart.lib.4.
Nec nisi quæ deceant, electarumque ferarum Ouid.12.Met.
Aut humero, aut lateri prætendat vellera læuo:
— purpurea velatus veste sedebat, Ouid.2.Meta.
Indutus tyriam chlamydem, quam limbus obibat Ouid.5.Met.
Aureus, ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
— tum croceam chlamydemq; sinusque crepantes Virg.11.Æne.
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum. Virg.5.Æne.
— & ostro Perfusa vestes.
— chlamydem auratam, quam plurima circum Ibid.
Purpura Mæandro duplici meliboea cucurrit,
Intextusq; puer frondosa regius Ida. Vir.6.Æne.
Purpureasque super vestes velamina nota, Coniiciunt. Ibid.
— palla succincta cruenta. Vir.7.Æne.
— paruaq; sedebat succinctus trabea.
Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis, Virg.8.Æne.
Virgatis lucent sagulis.
Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino insignis. Virg.7.Æne.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis, Ibid.
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu. Ibid.
Fuluosq; lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti, vestigia nuda sinistri
Instituêre pedes, crudus tegit altera pero. Ibid.
— vt regius ostro
Velet honos lanes humeros, vt fibula crinem
Auro internectat.
— eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus. Virg.8.Æne.
— chlamydemq; auro dedit intertextam. Ibid.
— tunicaq; inducitur artus. Ibid.

Ibid. — chlamyde, & pictis conspectus in armis.
Auctor. Victæ potentes exuuiis leæ
Sternebat armos Amphitrionides.
Idem. Argento niueam musa tibi lege
Virg. 9. Æne. Conserto chlamydem.
Ibid. Pictus acu chlamydem.
Virg. 10. Æne. Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis.
Ibid. Totus collucens veste.
Virg. 11. Æne. Et tunicam molli mater quam neuerat auro.
Tum geminas vestes, ostroque auroque rigentes,
Extulit Æneas, quas illi læta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro:
Harum vnum inueni, supremum mœstus honorem,
Induit, arsuraque comas obnubit amictu.
Vir. 12. Æneï. — caput glauco contexit amictu.
Oui. 6. Met. Vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro.
Ibid. — velamina Progne.
Deripit ex humeris auro fulgentia lato.
Induiturque atras vestes.
Quid. 3. Met. Purpuraque, & pictis intextum vestibus aurum,
Oui. epist. 9. Sidonio insignitus amictu.
Ibid. Aspera texerunt vellera molle latus,
Catullus. Hæc vestis priscis hominum variata figuris.
Heroum mira virtutes indicat arte.
Idem. Non contenta leui velatum pectus amictu.
Idem. Talibus amplificæ vestis decorata figuris
Puluinar complexa suo velabat amictu.
Idem. His corpus tremulum complectens vndique vestis,
Candida purpurea talos intinxerat ora.
Tib. lib. 1. Fusa sed ad teneros lutea palla pedes,
Et Tyriæ vestes.
Tib. lib. 2. Ille gerat vestes tenues, quas fœmina Cea
Texuit, auratas disposuitque vias.
Ima videbatur talis illudere palla
Tib. lib. 3. Namque hæc in nitido corpore vestis erat, Artis opus raræ.
Tib. lib. 4. Nam modo fulgentem Tyrio sub tegmine vestem
Indueras, oriente die duce fertilis anni,
Splendidior liquidis tum sol caput extulit vndis.
Pro. lib. 2. ne tibi sit tanti sidonia vestis,
Vt timeas quoties nubibus Auster erit.
Boet. lib. 4. — Coæ dederit nec munera vestis.
Boet. lib. 1. Purpurea claros nitente.

Sit

Sit bene conueniens, & sine labe toga. Oui.1.de art.
— niueoque insignis amictu. Statius.
— albentique humeros induxit amictu, Idem.
Vtque erat è somno tunica velata recincta. Oui.1 de art.
Quid de veste loquar, non iam segmenta requiro, Ouid.3. de art.
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.
— pleno velamine filo Ibid.
Sumat & ex humeris laxus amictus erat.
Veste tegor vili, Oui.epist.21.
Deciderant humero pallia lapsa meo. Oui.epist.19.
Et vestes humeris induit ipsa meis. Oui epist. 20.
Et trahitur multo splendida palla croco. Ibid.
Purpura nempe mihi pretiosaque texta dabuntur. Oui.epist.19.
— & picto vestes discrimine auro. Luc.2. Pharſ.
Balteus haud fluxos gemmis adstrinxit amictus, Ibid.
Colla monile decens, humerisque hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos Luc.8.Pharſ.
Illic, & laxas vestes & fluxa virorum Velamenta vides, Luc.libr.2.
Nec clarum vestis splendorem purpureai. Ibid.
Iam tibi Barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens
Purpura Thessalico concharum tincta colore, &
Aurea pauonum ridenti imbuta lepore Mart.
Sæcla nouo rerum superata colore iacerent.
Fœmineum lucet sic per bombycina corpus. Iuue.Sat.3.
— si fœda, & sciſſa lacerna. Si toga sordidula est. Iuue.Sat.10.
— & picta sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ. Iuue.Sat.19.
— quem non pudet alto
Per glaciem Perone tegi, qui summouet Euros
Pellibus inuersis: peregrina, ignotaque nobis
Ad scelus, atque nefas quodcunque est purpura, ducit.
— fulgentia pingui
Murice suspirans injicit velamina, & auro Sil.Ita. lib. 10.
Intextam chlamydem,
Phasis purpureis ruber lacernis,
Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta Veste nites. Mart.lib. 5.
Mense vel Augusto sumere gausapinas. Ibid.
Remouete famulæ purpura, atque auro illitas Mart. lib 6.
Vesteis, procul sit muricis Tyrij rubor, Sen.in Hipp.
Quæ fila ramis vltimi Seres legunt,
Breuis expeditos zona constringat sinus.
Induit & Tyrio distinctam murice pallam. Oui.2.Fast.
Cultibus Alciden induit illa suis. Ibid.

Dat tenuеis tunicas Getulo murice tinctas,
Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.
Hor. 1. se. sa. — *& toga quæ defendere frigus*
Oui. 3. Fast. 3. — *Mæstaq; funerea corpora veste tegunt.*
Oui. 3. tri. El. *Pellibus, hirsutis arcent mala frigora brachis.*
Oraq; de toto corpore sola patent.
Mar. lib. 11. *Fascia te, tunicæq; tegunt, obscuraq; palla,*
Oui. 4. Met. — *pallamque induta nitentem,*
Insuper aurato circumuelatur amictu.
Ornatuq; nouo grauior Deus, asperat Indus
Velamenta lapis pretiosaq; fila smaragdis
Cla. in coss. *Ducta virent, amethistus inest, & fulgor Iberus*
Hono. *Temperat arcanis hyacinthi cærula flammis:*
Nec rudis in tali sufficit Gratia textu:
Auget acus meritum, picturarumque metallis
Viuit opus, multaque ornantur iaspide vultus,
Et varijs spirat Nereia bacca figuris:
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitiosa colus? vel cuius pectinis arte
Traxerunt solidæ gemmarum stamina telæ
Inuia quis calidi scrutatus stagna profundi
Tethyos inuasit gremium, quis diuitis algæ
Germina flagranteis inter quæsiuit arenas?
Quis iunxit lapideis ostro? quis miscuit igneis
Sidonij, rubriq; maris? tribuêre colorem
Phœnices, Seres sub tegmina pondus Hydaspes:
Hoc si Mæonias cinctu graderere per vrbeis,
Inter pampineos proferret Lylia thyrsos.
Stat. 9. Theb. — *bis Oebalia saturatam murice pallam,*
Stat. 10. Theb. *Lucenteisque auro tunicas, hoc neuerat vnum Mater opus.*
Peplum etiam dono, cuius mirabile textum
Nulla manus sterilis, nec dissociata marito
Versarat calathis, casta velamina diua
Haud spernenda ferunt, variis vbi plurima floret
Purpura picta modis, mixtoque incenditur auro.

Inebriare, *vide* EBRIVS.

Infelix.

Virg. 4. Æneï. *Infelix Dido, nunc te facta impia tangunt.*
Oui. in Ibin. *Natus es infelix, ita dij voluere, nec vlla*
Commoda nascenti stella, leuisue fuit,
Prop. lib. 2. *Et nunquam pro te deneget esse miser.*
Oui. epist. 20. *Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.*
Oui. 2. de Pon. — *vtque caducis*

Percussu crebro saxa cauantur aquis.
Sic ego continuò fortunæ vulneror ictu,
Nec magis assiduo nomen tenuatur ab vsu, Ibid.
Nec magis est curuis Appia trita rotis.
Pectora quam mea sunt serie calcata malorum.

Vide ADVERSITAS.

Infernus.

— strepitumque Acherontis Auerni. Virg.2.Æne.
— furias, amnemque seuerum Virg.3.Æne.
Cocyti metuet, tortosque Ixionis agues. Ibid.
— Stygiis emissa tenebris, Virg.4.Georg.
Et caligantem nigra formidine lucum,
Ingressus manesque adijt, regemque tremendum.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulacraque luce carentum. Ibid.
Quos circum limus niger, & deformis arundo.
Cocyti, tardaque palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet. Ibid.
Quin ipsa obstupuêre domus atque intima lethi Tartara. Ibid.
— terque fragor stagnis auditus Auernis. Vir.6.Æne.
— stygiis sese extulit vndis Infernique lacus, Ibid.
— atque imo baratri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus. Ibid.
Diuinosque lacus, & Auerna sonantia Syluis, Ibid.
Subducta ad manes imos, Virg.1.Georg.
Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi. Virg.4. Æne.
— adigat me fulmine ad vmbras Ibid.
Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam. Ibid.
— animas illè euocat Orco Ibid.
— sub tristia Tartara mittit. Ibid.
— Erebumque chaosque. Ibid.
— stygioque caput damnauerat Orco. Virg.9.Æne.
Cocyti stagna alta vides stygiamque paludem. Ibid.
Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.
Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. Ibid.
Mœnia lata vides triplici circumdata muro,
Qua rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton, torquetque sonantia saxa. Ouid.1.Met.
— per flumina iuro Ibid.
Infera sub terras stygio labentia luco: Ibid.
— & stygias iubet hoc audire paludes. Virg.1.Georg.
— pallidus Orcus, Eumenidesque satæ,

Ho.1.ca.0.3. *Perrupit Acheronta Herculeus labor,*
Ibid. 0.4. *Iam te premet nox fabulæque inanes,*
Ibid.0.28. *Et domus exilis Plutonia.*
—habentque
Tartara Penthoiden iterum Orco Demissum.
Ibid.0.34. *—Styx, & inuisi horrida Tænari sedes.*
Ho.2. car.0.2. *—nil miserantis Orci.*
Ibid.0.13. *Quam penè furuæ regna Proserpinæ.*
Et iudicantem vidimus Aeacum.
Visendus ater flumine languido
Ibid.0.14. *Cocytus errans, & Danai genus*
Infame, damnatusque longi
Sisyphus Æolides laboris.
Ibid.0.18. *Certior tamen Rapacis Orci fine.*
Ibid.0.20. *Nec stygia cohibebor vnda.*
Ho.3.c.0.4. *—luridum Missos ad Orcum.*
Ibid.0.11. *Cessit immanis tibi blandienti Ianitor aulæ.*
Ouid.1. Met. *—Saturno tenebrosa in Tartara misso.*
Ibid. *Et iam per stygias esset iturus aquas,*
Mart lib.4. *Quippe per infernas horrendo murmure valles*
Oui. in ibin. *Imperiuratæ laberis amnis aquæ.*
Mart.lib.2. *Decreuit stygios fessus adire lacus.*
Ibid. *Ne tamen ad stygias famulus descenderet vmbras.*
Ibid. *Dixit ad infernas liber iturus aquas.*
Ibid. *—infernas si quis prior isset ad vmbras.*
Oui.epist.2. *Et pulsata nigri regia cæca Dei.*
Tib.lib.3. *—pallida Ditis aqua.*
Ouid.12. Met. *Vulnere Tartareas geminato misit ad vmbras.*
Oui.10.Meta. *Ad Styga Tænaria est ausus descendere porta.*
Persephonen adijt, inamœnaque regna tenentem
Vmbrarum dominum.
Ibid. *Vt opaca viderem Tartara.*
Ibid. *Per chaos hoc ingens, vastique silentia regni.*
Vir.6.Æne. *—quando hic inferni ianua regis*
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso.
Ibid. *—facilis descensus Auerni:*
Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis.
Ibidem. *Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara.*
Ibidem. *Dij quibus imperium est animarum, vmbræque silentes.*
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè
Ibid. *Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,*
Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.
Virg. 11. Æne. *—qui solus homos Acheronte sub imo est.*

—Ditis

—Ditis tamen ante — Vir. 5. Æne.
Infernas accede domos, & Auerna per alta
Congressus pete nate meos: non me impia namque
Tartara habent, tristesque vmbræ
—imas Erebi descendit ad vmbras. — Ibid.
—& magnos Erebi tranauimus amnes. — Ibid.
—atque imis Acheronta affatur Auernis. — Virg. 7. Æne.
Hic spectus horrendum, & saui spiracula Ditis — Ibid.
Monstrantur, ruptoq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperi fauces. — Virg. 8. Æne.
Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida ditis inuisa, superq; immane barathrum.
Cernatur, trepidentq; immisso lumine Manes.
Te stygij tremuêre lacus, te ianitor Orci — Ibid.
Ossa super recubans antro semesa cruento:
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis. — Ibid.
Imæ pernicies sancta voraginis. — Auctor.
Gestient Manes, quod ab angiportu — Idem.
Spiritus imo, miseraque nocte Viuus arceres.
—stygij per flumina fratris — Virg. 10. Æne.
Per pice torrentes, atraque voragine ripas.
—lethæa ad stagna reuerti. — Prop. lib. 4.
Adiuro stygij caput implacabile fontis. — Vir. 12. Æne.
—manesque deam demittat ad imos. — Ibid.
Vipereasque ciet Stygia de valle sorores. — Ouid. 6. Met.
—tenebrosa sede tyrannus Exierat, — Oui. 5. Meta.
—dum Stygio sub terris gurgite labor. — Ibid.
—terretur ianua Ditis. — Catullus.
Cerberus, & stygia nauita puppis aqua. — Tib. lib. 1.
Venit ad infernos sanguinolenta lacus. — Tib. lib. 2.
Me vocet in vastos amnes, nigramque paludem: — Tib. lib. 3.
Dines in ignaua luridus Orcus aqua.
Elysios olim liceat cognoscere campos, — Ibid.
Lethæamque ratem, Cimmeriosque lacus.
Vidit vt inferno Plutoni subdita regna — Tib. lib. 4.
Magna deum proles leuibus discurreret vmbris.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas. — Prop. lib. 3.
Nudus ab inferna stulte vehêre rate.
—infernum custodit faucibus antrum. — Ibid.
Nigrantesque domus animarum intrasse silentum. — Ibid.
Panditur ad nullas ianua nigra preces. — Prop. lib. 4.
Infernas adijt domos. — Boet. lib. 4.

—Tartare-

Ibid. —Tartareum in ſpecus.
Claud. Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,
Et noſtro Phlegeton deuius orbe calet,
Statius. Et ſedes reſerabis inferorum.
Luc. 1. Pharſ. —vobis auctoribus umbræ
Non tacitas Erebi ſedes Ditisque profundi
Pallida regna petunt.
Luc. 6. Phar. Grata deis Erebi cœtus audire ſilentum,
Noſſe domos Stygias, arcanaque Ditis operti,
Luc. lib. 1. An tenebras orci viſas, vaſtasq; lacunas
Lucre. lib. 3. Cerberus, & furiæ iam verò & lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus æſtus.
Ouid. 4. Met. Eſt via decliuis funeſto nubila taxo,
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners, vmbræq; recentes
Deſcendunt illac, ſimulacraq; functa ſepulcris:
Pallor, hyemsque tenent latè loca ſenta, nouiq;,
Qua ſit iter, manes ſtygiam quod ducit ad vrbem.
Ignoro at, vbi ſit nigri fera regia Ditis.
Ibid. —inamabile regnum.
Ibid. —ad inania magni Regna redit Ditis.
Sil. Ita. lib. 1. Hinc vicina palus, fama eſt Acherontis ad vndas
Pandere iter, cæcis ſtagnante voragine fauces
Laxat, & horrendos aperit telluris hiatus.
Interdumq; nouo perturbat lumine manes.
Ac iuxta caligante ſitu, longumq; per æuum
Infernis preſſas nebulis, pallente ſub vmbra
Cymmerias iacuiſſe domos, noctemque profundam
Tartarea narrant vrbis, tum ſulphure, & igni
Semper anhelanteis, coctoque bitumine campos
Oſtentant tellus atro exundante vapore
Suſpirans, vaſtisque diu calefacta medullis
Æſtuat, & ſtygios exalat in aëre flatus.
Sil. Ita. lib. 12. Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra vorago.
Limoſiq; lacus, latè exundantibus vrit
Ripas, ſæuus aquis Phlegeton, & turbine anhelo
Flammarum reſonans ſaxoſa incendia torquet.
Parte alia torrens Cocytus ſanguinis atri
Vorticibus furit, & ſpumanti gurgite fertur:
At magnis ſemper diuis, regiq; deorum
Iurari dignata palus, picis horrida riuo
Fumiferum voluit ſtyx inter ſulfura linum:
Triſtior his Acheron ſanie, craſſoq; veneno

Æſtuat,

Æstuat, & gelidam eructans cum murmure arenam Ibid.
Descendit nigra lentus per stagna palude. Sen. in He. fur.
— Erebiq; cauis se rettulit vmbris, Ibid.
Effregit ecce limen inferni Iouis. Ibid.
Ereboq; capto potitur, & retegit Styga, Ibid.
— rupto carcere vmbrarum. Ibid.
— ab imo Tartari fundo. Ibid.
— imo Ditis è regno. Ibid.
Infernus imo sonuit è fundo fragor.
Spartana tellus nobile attollit iugum.
Densis vbi æquor Tænarus syluis,
Hic ora soluit Ditis inuisi domus,
Hiatque rupes alta, & immenso specu
Ingens vorago faucibus vastis patet,
Latumq; pandit omnibus populis iter. Se. in Thyes.
— ad infernos specus. Sen. in Hipp.
Adijt silentem nocte perpetua domum,
Ne crede, Ditis clauserit regnum licet,
Canisque diras stygias obseruet foreis.
Solus negatas inueniet Theseus vias, Ibid.
Pallidi fauces Auerni, vosque Tænarei specus,
Vnda miseris grata lethes, vosque torpentes lacus
Impium rapite,
noctis æternæ chaos. Sen. in Med.
Aduersa superis regna, manesque impios. Ibid.
Et chaos cæcum, atque opacam Ditis vmbrosi domum,
Tartari ripis ligatos squalida mortis specus, Se. in Aga.
Opaca linquens Ditis inferni loca
Adsum profundo Tartari emissus specu.
— quos styx liuentibus ambit Cla. 1. de rap. Pro.
Interfusa vadis, & quos fumantia torquens
Æquora vorticibus Phlegeton perlustrat anhelis. Clau. de rap. Pro.
— ad immanes Erebi detrudor hiatus.
Panditur elysium chaos, & telluris opertæ Stat. 4. Theb.
Dissilit vmbra capax, syluæque, & nigra patescunt
Tartara, liuentes Acheron eiectat arenas:
Fumidus atra vadis Phlegeton incendia voluit,
Et styx discretis interflua manibus obstat. Stat. 8. Theb.
Vt subitus vates pallentibus incidit vmbris,
Lethiferasque domos, orbisque arcana sepulti
Rupit, & armato turbauit funere Manes. Stat. 1. Theb.
— tuque vmbrifero styx liuida fundo. Ibid.
tartarei regina barathri.

Tenariæ

Ibid. *Tenaria limen petit irremeabile porta.*
Manil. lib. 1. *Fugit in infernas caligo pulsa tenebras.*

Infigere.

Virg. 1 Æne. *—scopuloque infixit acuto.*
Virg. 4. Æne. *—hæret lateri lethalis arundo,*
Virg. 3. Æne. *Postibus aduersis figo, & rem carmine pando.*
Virg. 4. Æne. *—arma viri thalamo quæ fixa reliquit.*
Oui. in Ibin. *Viscera sic aliquis scopulus tua figat vt olim*
Fixa sub Euboico Graia fuêre sinu.
Ibid. *Fixus & in duris carparis viscera saxis,*
Ouid. 12. Met. *Qua iuncta est humero ceruix, sude figit onusta.*
Ibid. *Lanceæ Pirithoi costis immissa Petræi*
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Fixus Helops iaculo est, quod peruia tempora fecit,
Ibidem. *Et missum dextra læuam penetrauit ad aurem.*
Virg. 9. Æne. *Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis Præfigunt capita,*
Statque latus præfixa veru.
Tib. lib. 1. *—crebra confixus cuspide perstat.*
Luc. 3. Phar. *Excipit immensum suspensa per ilia ferrum,*
Ibid. *Affixusque rati, telo retinente, pependit.*

Vide Iacvlari, & Sagitta, & Occidere.

Infundere.

Virg. Eclo. 5. *Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar.*
Ho. 2. ca. o. 29. *Puer quis ex aula capillis*
Ad cyathum statuetur vnctis.
Ho. 2. c. o. 7. *Obliuioso leuia Massico*
Ibid. *Cibario exple.*
—funde capacibus vnguenta de conchis.
Virg. 5. Æne. *Vinaque fundebat pateris*
Ibid. *—& vina liquentia fundit.*
Virg. 6. Æne. *—frondique inuergit vina sacerdos,*
Virg. 8. Æne. *Et sacer impleuit dextram scyphus.*
Catullus. *Minister vetuli puer falerni,*
Ingere mi calices amariores,
At vos, quò lubet, hinc abite limphæ
Tib. lib. 3. *Vini pernicies,*
Oui. 2. Fast. *Chare puer mulcent generoso pocula Baccho,*
Et nobis prona funde falerna manu.
Et liquidas misto nectare fundit aquas.

Vide Aqva, & Calix.

Ingratus.

Oui. 14. Met. *—possumne ingratus, & immemor esse?*
Virg. in cul. *Heu quid ab officio digressa est gratia? cum te*
Restitui superis læti iam limine ab ipso?
Præmia sunt pietatis vbi? pietatis honores

In

In vanas abière vices.

Vide BENEFICIVM, AMICITIA FALSA & OBLIVISCI

Inimicus.

Hostilis facies occurrat, & omnia turbet. Virg. 3. Æne.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Virg. 4. Æne.
Imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotes.
— in hostiles domos. Hor. Epod. 3.
Ecce inimicus atrox. Virg. 1. Georg.
— aduersos detinet hostes. Vir. Eccl. 10.
— cruentum vultus in hostem. Hor. 1. car. o. 2.
— aut seuus inimica virgo. Ibid. o. 12.
Quis perfidis se credidit hostibus. Ho. 3. c. o. 5.
— quanquam ferus hostis erat. Oui. 1. Met.
— pœnasque inimico à sanguine sumit. Virg. 11. Æne.
Et miseras inimicat vrbes. Ho. 4. c. o. 15.
— hostem inimicaque castra. Virg. 5 Æne.
Castra inimica petunt. Vir. 9. Æne.
Vt domus hostiles præferat exuuias. Tib. lib. 1.
Pallet, & hostileis credit adesse manus. Oui. 2. Fast.
— & hostileis inimicent classica turmas. Stat. 2. Theb.

Iniquus, & iniquitas.

— scelere ante alios immanior omnes. Virg. 1. Æne.
Impius ante aras. Ibid.
— sceleratas sumere pœnas. Virg. 2. Æne.
— scelerata excedere terra. Virg. 3. Æne.
Linquere pollutum hospitium.
— gentem effugisse nefandam. Ibid.
Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Æne.
— cœptis immanibus effera Dido. Ibid.
— tu peruerse Menalca. Virg. Eclo. 3.
— te vitat pessime. Ibid.
Parcus deorum cultor, & infrequens, Ho. 1. c. o. 34.
Terruit gentes graue ne rediret. Ibid. o. 2.
Sæculum Pyrrhæ noua monstra questa
Qui perfidis se credidit hostibus. Ho. 2. ca. o. 5.
Damnosa quid non imminuit dies? Ibid. o. 6.
Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem Ouid. 1. Met.
— subijt que argentea proles Auro deterior. Ibid.
— sed & illa propago
Contemptrix superum, sæuaque auidissima cædis. Mart. lib. 3.

Tu

Tu quem nequitiæ procaciores
Ibid. *Delectant nimium, salesque nudi:*
Se. in Theb. *Hominem malignum forsan esse tu credas,*
Virg. 9. Æne. *Nefandus, incestificus, execrabilis.*
Oui. 3. Fast. — *ferro sceleratam excindere gentem.*
Ouid. 6. Meta. — *contemptor Amulius æqui.*
Prô superi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent: ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius, laudemque à crimine sumit.
Oui. 3. Met. *Contemptor superûm.*
Mart. lib. 7. *Vt vir pessimus omnium Carinus.*
Catullus. — *nefaria scripta.*
Idem. — *Inimica bonorum lingua.*
Idem. *Spurcata impuris moribus intereat.*
Boet. lib. 1. *At peruersi residen celso Mores solio,*
Boet. lib. 2. — *inerti perdida luxu*
Sil. Ita. lib. 2. — *succidere adegit*
Fœcundum in fraudes hominum genus, impia liqui,
Et quantum terrent tantum metuentia regna,
Et furias auri, nec vilia præmia fraudum,
Et super hæc risu horrificos, ac more ferarum
Viuenteis rapto populos, luxuque solutum
Omne decus, multaque oppressum nocte pudorem:
Vis colitur, iurisque locum sibi vendicat ensis,
Et probris cessit virtus, en aspice genteis,
Nemo insons, pacem seruant commercia culpæ.
Se. in He. fur. — *prosperum, & felix scelus*
Virtus vocatur, sontibus parent boni,
Ius est in armis opprimit leges timor.
Sen. in Theb. *Illis parentis vllus, aut æqui est amor*
Auidis cruoris, imperij, armorum, doli,
Diris, sceleſtis, breuiter vt dicam meis,
Certant in omni facinus, & pensi nihil
Ducunt, vbi illos ira præcipites agat
Nefasque nullum per nefas nati putant.
Non patris illos tangi afflicti pudor,
Fortunat. *Non patria regno pectus attonitum furit.*
Ouid. 14. Met. *Sed vitiata malis & plebs infecta venenis*
— *& periuria quondam*
Prudent. *Cecropum exosus gentisque admissa dolosæ*
Idem. *Pectus sepultum crimine, & lucis oblitum suæ*
Idem. *Iam noxa lethalis suum perpessa somnum marceat*
Tu Christe somnum disice, Tu rumpe noctis vincula:

Tu

Tu solue peccatum vetus, nouumq; lumen ingere.
Tandem facessat cæcitas, Quæ nosmet in præceps diu Idem.
Lapsos sinistris gressibus errore traxit deuio.
Nihil loquamur subdolum voluamus obscurum nihil Idem.
Sic tota decurret dies, nec lingua audax, nec manus,
Oculive peccent lubrici, nec noxa corpus inquinet:
Peccatum est deforme malum, transgressio legis diuinæ. Verinus.

Vide PECCATVM.

Iniuria, & Iniuriis afficere.

spretæque iniuria formæ. Vir. 1. Æne.
— longa est iniuria, longæ Ambages. Ibid.
Et verbis odia aspera moui. Vir. 2. Æne.
— si sceleris tanta est iniuria nostri. Virg. 3. Ænei.
— cum Turni iniuria Matrem
Admonuit, sacris ratibus depellere tædas.
Et tulit ad Glymenen Epaphi conuitia matrem, Oui. 1. Met.
— pudet hæc opprobria nobis Ibid.
Et dici potuisse, & non potuisse refelli.
Quid immerentes hospites vexas canis, Hor. Epo. 6.
Ignauus aduersum lupos?
Quin huc inanes si potes, vertis minas,
Et me remorsurum petis?
Num qualis aut Molossus, aut fuluus Lacon,
(Amica vis pastoribus)
Agam per altas aure sublata niues,
Quacunque præcedet fera.
Tu cum timenda voce complesti nemus,
Proiectum odoraris cibum.
Caue, caue, namque in malos asperrimus
Ærata tollo cornua.
Qualis Lycambæ spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.
An si quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt flebo puer?
Nec contumelia graues, Hor Epo. 11.
Dixerat Inuito quæ mala verba deo. Ouid. in Ibin.
— minasque, Ouid. 6. Met.
Ni procul abscedat, conuitiaque insuper addunt, Ibid.
— sed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas, pulsoque pudore,
Quamnis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant,
Ipsaque dilatant patulos conuitia rictus:
Nec sola hæc ad nos iniuria venit ab illo. Oui. epist. 4.

Ouid.13. Met. *Neve in me stolidæ conuitia fundere linguæ Admiremur eum.*
Ouid.14. Met. *Improbat has pastor, saltuque imitatus agresti*
Addidit obscœnis conuitia rustica dictis.

Innocens.

Oui.9.Meta. *Si qua fides miseris hoc me per numina iuro*
Non meruisse nefas, patior sine crimine pœnam.
Viximus innocuæ.
Id. de nuc. *— cum sim sine crimine vitæ.*
Horat.3.carm. *Delicta maiorum immeritus lues.*
Ouid. 9.Met. *— sed vita fidesque inculpata fuit*
Id. 1.Met. *Haud quaquam ob meritum pœnas, ni fata resistant, suscitat*
— pœnas ille dat immeritas
Iuuen. *— plebem innocuam*
Insontesque viri.
— criminis insons
Mente qui prudens viget innocenti
Horat. *— Hic murus aheneus esto.*
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpâ.
Oui.15. Met. *— animal sine fraude dolisque, Innocuum, simplex*
Vir. 5. Æne. *— innoxius imo successit tumulo.*
Oui.4.Fast. *Conscia mens recti famæ mendacia ridet.*

Vide BONVS.

Innumeri, *vide* MVLTVS.

Insanabilis.

Ouid.1. de ponto. *Non est in Medico semper, releuetur vt æger,*
Interdum docta plus valet arte malum
Cernis, vt è molli sanguis pulmone remissus,
Ad Stygias certo limite ducat aquas?
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit Medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte,
Aut si sit, longa est attenuanda mora.

Vide MEDERI, DESPERARE & MORTALITAS.

Insanire, *vide* FVRERE.

Insatiabilis, *vide* FAMES & GVLA

Insequi, *vide* SEQVI.

Insidiari.

Virg.3.Georg. *Non lupus insidias explorat ouilia circum*
Nec gregibus nocturnus obambulat.

Accipe

Accipe nunc Danaum insidias, Virg. 2. Æne.
Nec lupus insidias pecori, nec retia cerus Virg. Eclo. 5.
Vlla dolo meditantur.
Cùm mihi qui fulmen; qui vos habeoque rogoque Oui. 1. Meta.
Struxerit insidias notus feritate Lycaon
Heu quibus insidijs, qua me circumdedit arte Cla. 3. in Coss.
Fatalis semper Stilico: Hono.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili.
Cum fremit ad caulas ventos perpessus, & imbres Vir. 9. Ænei.
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent, ille asper, & improbus ira
Sæuit in absenteis, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans, Virg. 10. Æne.
Suadet enim vesana fames, si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum
Gaudet hians immane.
—ceu nocte sub atra Sil. Ita. lib. 7.
Munitis pastor stabulis per ouilia clausum
Impauidus somni seruat pecus, effera sæuit,
Atque impasta truces vlulatus turba luporum
Exercet, morsuque quatit restantia claustra,
Illis insidias tendant: Manil. libr. 2.
Talibus insidijs periurique arte Sinonis Virg. 1. Æne.
Credita res, captique dolis, lacrymisque coacti.
Tum verò manifesta fides Danaumque patescunt Insidiæ, Ibid.
Illi etiam si quos obscura nocte per vmbras
Fudimus insidijs, totaque agit agmus vrbe, Apparent Virg. 2. Æne.
Legatum insidiis, tacitoque inuadere ferro. Stat. 2. Theb.

Intelligere, *vide* AVDIRE.

Intrare.

—penetrant aulas, & limina regum. Virg. 2. Geor.
Aut tecto assuetus coluber succedere. Virg. 3. Georg.
Iussit adire domos. Virg. 4. Georg.
Et caligantem nigra formidine lucum Ibid.
Ingressis, manesque adyt.
Postquam introgressi Virg. 1 Æne.
—tectis iuuenes succedite nostris. Ibidem.
Sin manibus vestris, vestram ascendisset in vrbem, Virg. 2. Æne.
Illa subit mediæque minans illabitur vrbi. Ibid.
Inde domum si forte pedem, si forte tulisset. Ibid.
Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. Ibid.
—& tecta subimus. Virg. 1. Æne.

Ibid. — *vicinaque Tybridis arua Intrabo.*
Virg.4.Æne. *Principio delubra adeunt.*
Ibid. *Speluncam Dido dux, & Troianus eandem Deuenient.*
Ipse Deum manifesto in lumine vidi Intrantem muros.
Interiora domus irrumpit limina
Oui.in Ibin. — *lapsuramque domum subeas.*
Oui.1.Met. — *& inhospita tecta tyranni Ingredior.*
Ibid. — *tecta tyranni Intrauere sui.*
Ibid. *Præsidet tuta Deo nemorum secreta subibis.*
Vir.11.Æne. *Vt verò Æneas foribus sese intulit altis.*
Vir.6.Æne. *Tantum effata furens antro se immisit aperto.*
Ibid. *Occupat Æneas aditum, custode sepulto.*
Vir. 7. Æne. — *ille intra tecta vocari imperat.*
Ibid. — *sic regia tecta subibat.*
Vir.9 Æne. — *aditumq; per auia quarit.*
Ibid. *Qua tentet ratione aditus.*
Catullus. *Transfer omine cum bono,*
Virg. — *portusque intramus amicos,*
Vir.4 Æne. *Quis nouus hic nostris successit sedibus hostes.*
Limen aureolos pedes,
Rasilemque subi forem.
Idem. *Sic funesta domus ingressus tecta paterna.*
Prop.lib.3. *Quove pede ingressi.*
Luc.6.Phar. *Dum ferrent tutos intra tentoria gressus.*
Oui.2.Met. — *neq; enim succedere tectis Fas habet.*
Stat.2.Theb. — *domibusq; immissa superbis Vnda fremit vulgi.*
Stat.1.Theb. — *tandemq; reclusis Infertur portis.*

Inuadere.

Vir 2.Æne. *Inuadunt vrbem somno vinoque sepultam.*
Ibid. *Irruimus densis & circumfundimur armis.*
Ibid. — *Danaosque in tecta ruentes.*
Ibid. *& Achaica castra Aggressi ferro circum.*
Ibid. — *irruerant Danai, & tectum omne tenebant.*
Ibid. *Irruimus ferro. Inuadunt socij. Excipit incautum.*
Vir.2.Æne. *Et sese medium iniecit moriturus in agmen.*
Vir.9.Æne. *Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.*
Quinetiam bis tum medios inuaserat hostes.
Bis conuersa fuga per muros agmina vertit.
Ibid. *Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum*
Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra.
Ibid. *Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes,*
Irruit, & quà tela videt densissima tendit.
Ouid.1.Met. *Nescit vtro prius ille ruat, ruere ardet vtroque*

Vicinumq;

Vicinumq; minax inuadit Ariminum. Luc.1.Pharſ.
— ruerentq; in terga feroces Gallorum populi. Ibid.
— exit in vnum Stat.4. Theb.
Plebs ferro iurata caput: ceu caſtra ſubire
Apparet. Legatum inſidijs tacitoq; inuadere ferro.

Inuenire.

Ergo vbi ver nactæ ſudum. Virg.4.Georg.
— quis nobis extudit artem Ibid.
— inuenta ſub ilicibus ſus. Vir.3.Æne.
— riſit dolis Cytherea repertis. Vir.4.Æne.
— nactusq; ſilentia ruris. Oui.1.Met.
— tu non inuenta, reperta es. Ibid.
Vt varias vſus meditando extunderet artes Virg.1.Georg.
Ecce furit te reperire atros Tytides. Ho.1.ca.o.5.
— & olentia nactæ Paſcua. Oui.1.de art.
Sic vnum quicquid paulatim protrahit ætas Lucre.lib.5.
In medium, ratioq; in luminis eruit oras.
Et quæcunque ſagax tentando repperit vſus. Manil.lib.1.

Inuictus.

Quod inuenis corpus nullo penetrabile telo, Ouid.2.Met.
Inuictumque à vulnere erat, ferrumq; terebat. Ibid.
Contemptor ferri, nulloq; feribilis ictu. Ibid.
— voto Deus æquoris alti
Annuerat, dederatq; ſuper, ne ſaucius vllis
Vulneribus fieri ferrove occumbere poſſet.
— caput inſuperabile bello. Ibid.
Te Cantaber non ante domabilis Miratur. Hor.4.c.o.14.
Dijs quanquam geniti, atque inuicti viribus eſſent, Virg.6.Æne.
Bellum importunum ciues cum gente deorum Vir.11.Æne.
Inuictisq; viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.
— neſcia vinci Pectora. Vir.12.Æne.
— inuictus Romano Marte Britannus. Tib.lio.4.
— & inexpugnabilis obſtat. Stat.2. Theb.
Non aliter Geticæ ſi fas eſt credere, Phlegræ Ibid.
Armatum immenſus Briareus ſtetit æthera contra.
— ſæpe aſpera paſſum
Vulnera, ſed nullum, vitæ in ſecreta receptum,
Nec mortem ſperare valet.
— & nullis violabilis armis, Vide ARMIS PRÆSTANS. Stat.2.Theb.

Inuidere, Inuidia.

Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti. Vir.2.Georg.
Aſcanione pater Romanas inuidet arces? Vir.4.Æne.

Ibid. *Qua tandem Ausonia Teucros consistere terra inuidia est?*
Virg. 1. Georg. *Iam pridem nobis cœli te regia Cæsar Inuidet.*
Vir. Eccl. 1. *No nequidem inuideo.*
Mart. lib. 1. *Omnibus inuidens liuide, nemo tibi.*
Ibid. *Ecce iterum nigros corrodit liuidus vngues.*
Sil. Ita. lib. 16. *O dirum exitium mortalibus, ô nihil vnquam*
Crescere nec magnas patiens exurgere laudes Inuidia.
Hor. 4. car. 6. 3. *Et iam dente minus mordeor inuido.*
Virg. 5. Æne. *Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori.*
Tib. lib. 4. *Nil opus inuidia est.*
Statius, *— procul atra recedat*
Inuidia, atque alio liuentia pectora flectas
Oui. 1. de rem. *Ingenium magni liuor detractat Homeri.*
Oui. epist. 15. *Rumpor, & inuideo.*
Luc. 1. Phars. *Liuor edax tibi cuncta negat.*
Sil. Ita. lib. 11. *— atra veneno,*
Inuidia, nigroque vndantia pectora felle,
Sen. in Hipp. *— haud illum niger,*
Edaxque liuor dente degeneri petit.
Mart. lib. 7. *Lector inhumana liber ab inuidia.*
Mart. lib. 9. *Rumpitur inuidia, quod amamur, quodque probamur,*
Cla. de rap. *— Rumpatur, quisquis rumpitur inuidia.*
Pro. *Haud equidem inuideo, nec enim liuescere fas est.*
Hor. 1. Epist. *Inuidus alterius rebus marcescit opimis,*
Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum.
Ou. 3. de Pon *Liuor iners vitium, mores non exit in altos,*
Vtque latens ima vipera serpit humo.
Ouid. 2. Met. *— lentaque miserrima tabe*
Linquitur, vt glacies incerto saucia sole,
Felicisque bonis non lenius vritur Herses,
Quam cum spinosis ignis supponitur herbis,
Qua neque dant flammas, lenique tepore cremantur.
Oui. 1. de rem. *Summa petit liuor, perflant altissima venti.*
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.
Stat. 2. Theb. *— quid enim melioribus actis Inuideam?*
Ibid. *trucem secreta coquebat Inuidiam.*
Ibid. *Insultare malis, rebusque agrescere lætis.*
Stat. 1. Theb. *— agraque lætis Inuidia.*
Protinus Inuidia nigro squallentia tabo
Ouid. 2. Met. *Tecta petit, domus est imis in vallibus antri*
Abdita, sole carens, non vlli peruia vento,
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & qua
Igne vacet semper, caligine semper abundet.

Huc

Huc vbi peruenit bello metuenda virago,
Conſtitit ante domum (neque enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat,
Concuſſa patuêre fores. Videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta ſuorum,
Inuidiam: viſaque oculos auertit: at illa
Surgit humo pigrè, ſemeſarumque, reliquit
Corpora ſerpentum, paſſuque incedit inerti.
Vtque Deam vidit formamque, armisque decorum,
Ingemuit, vultumque dea ad ſuſpiria duxit
Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto
Nuſquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa Veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores:
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum, carpitque & carpitur vnà.
Suppliciumque ſuum eſt. Virg. de liuore
Liuor, tabificum malis venenum
Intactis vorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quid quiſque furit, inuidetque forti
Vt debet ſibi pœna ſemper ipſe eſt
Teſtatur gemitu graues dolores,
Suſpirat, gemit, incutitque dentes
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum
Pallor terribilis genas colorat
Infelix macies renudat oſſa. Vide ARGVERE.

Inuiſibilis.

Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet. Virg. 2. Æneid.
Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu) Ibidem.
Per medios miſcetque viris, neque cernitur vlli. Ibidem.

Vide EVANESCERE.

Inuitare & inuitatio ad Cœnam.

Ad natalitias dapes Vocabar. Mart. lib. 7.
Inuitas tunc me, cum ſcis, Naſica vocatum, Idem libro 2.
Excuſatum habeas, me rogo: cœno domi. Idem. lib. 5.
Nunquam ſe cœnaſſe domi Philo iurat, & hoc eſt Ibid.
Non cœnat, quoties nemo vocauit eum.
Nunquam me reuocas, venias cum ſæpe vocatus:
Ignoſco, nullum ſi modo, Galle, vocas.
Inuitas alios, vitium eſt vtriuſque, quod? inquis

Et mihi cor non est, & tibi, Galle, pudor.
Id. lib. 11. *Cœnabis belle, Iuli cerealis, apud me:*
Conditio melior si tibi nulla, veni.
Octauam poteris seruare.

Vide CONVIVA & PARASITVS.

Inuitè.

Vir. 6. Æne. *Inuitus Regina tuo de littore cessi*
Virg 4. Georg. *Nam sine vi, non vlla dabit præcepta.*
Vir. 3. Æne. *— & tua nos nunc vltro ad limina mittit*
Ouid. 6. Met. *Inuitiq; oculi lacrymis maduêre coactis.*
Virg. *Testor me inuitum magicas accingier artes.*

Inuius, *vide* INACCESSVS.

Inuocare, & ri.

Virg. 2. Georg. *— & te Bacche vocant per carmina læta.*
Vir. 1. Æne. *— vocabitur hic quoque votis.*
Vir. 2 Æne. *— orandaque Diuæ Numina conclamant.*
Vir. 3. Æne. *— & magna supremum voce ciemus.*
Ibid. *— & diuos ipsumq; vocamus In prædam, partemq; Iouem.*
Ibid. *— passis de littore palmis Numina magna vocant.*
Vir. 4. Æne. *Auxilium implorat.*
Ouid. 1. Meta. *— placuit cœleste precari*
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes.
Virg. 1. Georg. *— & votis iam nunc assuesce vocari.*
Vir. Eclo. 5. *Vt Baccho, Cereriq; tibi sic vota quotannus*
Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis,
Ho. ca. o. 2. *Quem vocet diuum populus ruentis Imperij rebus.*
Ibid. od. 14. *Non dij, quos iterum pressa voces malo.*
Ibid. od. 30. *— vocantis Thure te multo.*
Oui. 4. Met. *Thuraque dant, Bacchumque vocant*
Ibid. *Placatus, mitisque rogant Ismenides adsis.*
Vir. 7. Æne. *— precibusque vocate Anchisen.*
Ibidem. *Phrygiamque ex ordine matren Inuocat.*
Ibid. *— dubitem haud equidem implorare quod vsquam.*
Ibid. *— diuosq; in vota vocauit.*
Prop. lib. 1. *Hanc miser implorat nauita.*
Claud. *Vt trepido genitrix inuocet ore deos,*
Luc. 2. Phar. *— votisq; vocari*
Assuetus crebris feriunt vlulatibus aures.

Inuocationes.

In noua surgentem, maioraq; viribus ausum,
Manil. lib. 2. *Nec per inaccessos metuentem vadere saltus*
Ducite Pierides, vestros extendite fineis.
En conor dignos in carmina ducere cantus.

Vos

Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.
— vos ô clariſſima mundi Vir.9.Æne.
Lumina,labentem cœlo quæ ducitis annum Virg.1.Georg.
Et vos agreſtium præſentia numina Fauni,
Ferte ſimul Fauniq; pedem,Dryadeſq; puellæ:
Ipſe nemus linquens patrium,ſaltusq; Lycæi,
Pan ouium cuſtos,tua ſi tibi Mœnala curæ.
Adſis ô Tegæe fauens: oleæq; Minerua
Inuentrix,vncique puer monſtrator aratri,
Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum:
Dijq;,deæq; omnes,ſtudium quibus arua tueri.
Quique nouas alitis nonnullo ſemine fruges,
Quiq; ſatis largum cœlo dimittitis imbrem.
Da facilem curſum,atque audacibus annue cœptis, Ibid.
Ignaroq; viæ mecum miſeratus agreſtes,
Ingredere,& votis iam nunc aſſueſce vocari,
Huc pater ô Lenæe veni.
— hanc etiam Mœcenas aſpice partem, Virg.4.Georg.
Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo, Vir.1.Æne.
Quidve dolens regina deûm tot voluere caſus
Inſignem pietate virum,tot adire labores Impulerit.
Vtque facis cœptis Phœbe ſaluber ades. Oui.2.de rem.
— Dij cœptis (nam vos mutaſtis,& illas) Ou.1.Met.
Aſpirate meis,primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Nunc ades ô cœptis flaua Minerua meis. Ouid.6.Faſt.
Pandite nunc Helicona deæ,cantusq; mouete. Virg.10.Æne.
— Dij noſtra incœpta ſecundent, Vir.7.Æne.
Nunc age qui reges Erato,quæ tempora rerum, Ibid.
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus,aduena claſſem
Cum primùm Auſonijs exercitus appulit oris,
Expediam,& primæ reuocabo exordia pugnæ:
Tu vatem,tu diua mone,dicam horrida bella.
Bacche faue vati dum tua feſta cano, Oui.3.Faſt.
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis. Virg.9.Æne.
Adſis,& timidis faueas Saturnia votis. Tib.lib.3.
Mollis tu cœpta fautor cape lora iuuentæ, Prop.lib.3.
Dextraque immiſſis da mihi ſigna rotis,
Sancte pater ſalue,cui iam fauet aſpera Iuno, Prop.lib.4.
Sancte velis libro dexter ineſſe meo.
Tu mihi ſupremæ præſcripta ad candida calcis Luc.lib.6.
Currenti ſpatium præmonſtra callida Muſa,
Calliope requies hominum,diuumq; voluptas,

Te duce vt insignem capiam cum laude coronam.

Sil.Ita lib.1. *— da musa decus memorare laborum Antiqua Hesperia.*

Oui.3.Fast. *Bellice depositis clypeo paulisper, & hasta*
Mars ades, & nitidas casside solue comas.

Oui.6.Fast. *Bacche racemiferos hedera redimite capillos*
Si domus illa tua est, dirige vatis opus

Manil.lib.8. *Nuda recede Venus, non est tuus iste libellus,*
Tu mihi tu Pallas Cæsariana veni.

Oui. 15.Met. *Pandite nunc Musæ præsentia numina vatum.*
Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas.

Clau.li.1.de rap. *Dij quibus innumerum vacui famulatur Auerni.*
Vulgus iners, opibus quorum donatur auaris
Quicquid in orbe petit, quos styx liuentibus ambit
Interfusa vadis, & quo fumantia torquens
Æquora vorticibus Phlegeton perlustrat anhelis,
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum
Et vestri secreta poli.
Mitte caput pater huc placataq; cornua vertas,
Et des ingenio vela secunda meo.
— vos pandite vati

Clau. in Ruf. *Pierides, quo tanta lues eruperit ortu*

Oui.5.Fast. *Floreat vt toto carmen Nasonis in æuo,*
Sparge precor donis pectora nostra tuis.

Clau. de bello Gildo. *Pandite defensum reduces Helicona sorores,*
Pandite, permissis iam licet ire choris:
Nulla per Aonios hostilis buccina campos.
Carmina mugitu deteriore vetat.

Oui. 3. Amo. *— incœptis annue diua meis.*

Clau.in Fratres. *Tu precor ignarum doceas Parnassia vatem,*

Tib. lib.1. *Phœbe fave, nouus ingreditur tua templa sacerdos,*
Huc age cum cithara, carminibusque veni

Clau. in lau. Here. *Pieridum columen, cuius Parnassia magno*
Numine templa sonant, læto precor huc age Phœbe
Tecum cuncta choro penetralia sancta sororum.
Et noua Castalios latices per rura petentem
Hippocrenæum victorem sistere fontem
Me famaque tuam non nunc nouus aduena turbam.
Ingredior lauroque gerens, & florea sertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.
Testor adhuc veteres quamuis desuetus honoreis.
Alcides mihi carmen erit.

Oui.6.Fast. *Pierides cœptis addite summa meis:*
Dicite Pierides.

— medius quis euntibus error Phœbe doce. Stat. 4. Theb.
Nunc age Pieriæ (non vos longinqua sorores Stat. 7. Theb.
Consulimus) vestras acies, vestramque referte
Aoniam (vidistis enim) dum Marte propinquo
Horrent Thyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
Sed iam bella vocant, alias noua suggere vireis
Calliope, maiorque Chelyn mihi tendat Apollo. Stat. 8. Theb.
Musa quibus numeris Hercas & arma frequentas, Auson.
Fabellam permitte mihi detexere paucis.
Tu modo si veteres digno repleuimus haustu Stat. 1. Achil.
Da fonteis mihi Phœbe nouos, at fronde secunda
Necte comas, neque enim Aonium nemus aduena pulso.
Nec mea nunc vittis albescunt tempora primis.
Dij maris, & terræ, quique his meliora tenetis Oui. in Ibin.
Inter diuersos cum Ioue regna polos.
Huc precor, huc vestras omnes aduertite menteis.
Et sinite optatis pondus inesse meis.
Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas æther accipe summe preces:
Syderaque & radijs circumdata solis imago,
Lunaque quæ nunquam quo prius orbe micas:
Noxque tenebrarum specie reuerenda tuarum.
Quæque ratum triplici pollice nectis opus.
Quique per infernas horrendo murmure valles,
Imperiurat & laberis amnis aquæ:
Quasque ferunt torto vittatis angue capillis,
Carceris obscuras ante sedere fores
Vos quoque plebs superum Fauni, Satyrique Laresque
Fluminaque & nymphæ, semideumque genus.
Denique ab antiquo diui veteresque nouique
In nostrum cuncti tempus adeste chaos. Ouid. 1. Fast.
Dirigit in medio quis mea vela freto.
Ipsa mone quæ nomen habes à carmine ductum, Oui. 3. Fast.
Propositoque faue, ne tuus erret honos.
Dicite quæ fontes Agamppidos Hippocrenes. Oui. 1. de rem.
Grata Medusæi signa tenetis equi.
Te precor, incipiens, adsit tua laurea nobis,
Carminis & medicæ Phœbe repertor opis
Tu pariter vati, pariter succurre medenti,
Vtraque tutelæ subdita cura tuæ est.

Vide ADIVVARE.

Inuti-

Inutilis, *vide* VANVS,

Iocari & Iocus & Iocosus in scriptis & alibi.

Mart. lib. 1. *Consueuêre iocos vestri quoque forte triumphi.*
Innocuos censura potest, permittere lusus
Ibid. *Lasciua est nobis pagina, vita proba est.*
Id. lib. 2. *Ecce nocens vati musa iocosa suo,*
Id. lib. 3. *An otiosus in schola poëtarum,*
Lepore tinctos Attico sales narrat,
Lusus, delicias, facetiasque
Id. lib. 6. *Festiue credis te, Calliodore, iocari*
Et solum multo permaduisse sale,
Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes:
Sic te conuiuam posse placere putas.
Ibidem. *Tune es, tune, ait, ille Martialis,*
Cuius nequitias, iocosq; nouit
Aurem qui modo non habet seueram?
Id. lib. 13. *Postulat ecce nouos ebria bruma sales.*
Id. lib. 3. *Innocuos permitte sales, cur ludere nobis*
Non liceat, licuit si iugulare tibi?
Ibid. *Nosse iocosa dulce cum sacrum Florę,*
Festosq; lusus, & licentiam vulgi,
Id. lib. 10. *Vndenis pedibusq;, syllabisq;*
Et multo sale, nec tamen proteruo,
Notus gentibus ille Martialis.

Vide LASCIVVS & NVGÆ

Irasci, iratus.

Virg. 3. Georg. — *horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno.*
Vir. 4. Georg. *Illis ira malum supra est.*
Non te nullius exercent numinis iræ.
Ibid. — *& rapta grauiter pro coniuge sæuit.*
Ibid. — *sæuæ memorem Iunonis ob iram,*
Vir. 1. Æne. *tantæne animis cœlestibus iræ?*
Ibid. *Necdum etiam causæ irarum, sæuiq; dolores*
Ibid. *Exciderant animo, manet alta mente repostum*
Iudicium Paridis.
Ibid. *His accensa super.*
Ibid. *Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,*
Ibid. *Talia flammato secum dea corde volutans,*
Ibid. — *grauiter commotus.*
Ibid. *Vrit atrox Iuno,*
Vir. 2. Æne. — *furor, iraque mentem Præcipitant.*
Ibid. — *anguem Attollentem iras.*
Ibid. — *ereptæ virginis ira vndique collecti.*

— nec voci, iræq; pepercit. Ibid.
Exarsere ignes animo subit ira cadentem Vlcisci patriam. Ibid.
Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Quid furis? Ibid.
Hinc flagellat ira mentem Bo.lib.3.4.
Fluctus turbida tollens.
— terra parens ira irritata deorum Virg.4.Æne.
Incendit q; animum dictis, atque aggerat iras. Ibid.
— magnoque irarum fluctuat æstu. Oui.1. Met.
— ora indignantia soluit Ibid.
Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ, Hor. Epod. 1.
Quod si meis inæstuet præcordiis Libera bilis. Ho.1.c.od.3
Iracunda Iouem ponere fulmina, Ibid. od.13.
— meum Feruens difficili bile tumet iecur,
Tunc nec mens mihi, nec color Certa sede manent, Ho.3.c. od.20.
— leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira cædes. Ibid.c.9.
— & improbo Iracundior Adria. Ouid. 1.Met.
Ingentes animo dignas Ioue concipit Iras. Mart. lib.7.
Ipsa Meduseæ quo tumet ira deæ, Mart.lib. 3.
Irasci nostro non debes cerdo libello. Mart.lib.1.
O quam terribiles exarsit pronus in iras. Oui.12. Met.
Haud secus exarsit, dolor addidit iram. Ibid.
Exercet memores plusquam ciuiliter iras. Tib. lib.3.
Iam venit iratus nimium, nimiumque seuerus Luc.7. Phar.
— furentibus ira Iuue.Sat.1.
— quanta siccum iecur ardeat ira. Sil.Ita. lib. 2.
— asperque coquebat Iam dudum immittes iras, Ouid.4. Met.
— & sæuam fore numinis iram. Ouid.13. Met.
Vtque erat impatiens iræ. Turbidus ira. Sil.Ital. Virg.12. Æne.
— vltro implacabilis ardet. Ibid.
Haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exsuperat magis, aggrescitque medendo.
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus. Ibid.
— & mens exæstuat ira. Vir.6. Æne.
— procedere longiùs iras, Virg.5.Æne.
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis. Ibid.
Iunonis grauis ira, & inexsaturabile pectus. Virg.7.Æne.
— exarsit in iras. Virg.8. Æne.
Hic verò Alcidæ furijs exarserat atro Felle dolor. Ibid.
Ecce furens animis aderat Tirinthius. Ibid.
Dentibus infrendens, ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem. Virg.9.Æne.
— ille asper, & improbus ira Sæuit,

— ira

Luc.lib.3. — *ira tum percitus acri.*
Ibid. — *quibus acria corda.*
Iracundaque mens facile effervescit in ira.
Virg.9.Æne. — *castra tuenti*
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet.
Ibid. *Sævit atrox Volscens,*
Ibid. — *variisque acuunt rumoribus iras.*
Ibid. *Tum magis increscunt animis discordibus iræ,*
Ibid. — *atque immani concitus ira.*
Ibid. — *& mortis fraternæ feruidus ira.*
Virg. 10.Æne. *Acta furore gravi.*
Ibid. — *spes addita suscitat iras.*
His agitur furijs, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Virg. 12.Æne. *Irarumque omnes effundit habenas.*
Ibid. *Fluctuat ira intus.*
Ibid. — *furijs accensus, & ira Terribilis.*
Oui. 6. Met. *Talibus ora feri postquam commota tyranni.*
Ibid. — *tacitaque exæstuat ira.*
— *ardet, & iram*
Ibid. *Non capit ipsa suam Progne.*
Ibid. — *horridus ira Quæ solita est illi, nimiumque domestica.*
Ouid. 5. Met. *Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras.*
Ibid. *Neue tibi fidæ violenta irascere terræ.*
Oui.3 Met. — *vt ira mota vires absumere posset.*
Ibid. *Propter me mota est, propter me desinat ira.*
Oui.epist.16. *Nec tamen irascor, quis enim succenset amanti?*
Stat.1.Theb. — *immodicum iræ Tydea?*
Sil.Ita. lib. 5. *Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,*
Iraque anhelatum proturbat pectore murmur;
Vt multo accensis feruore exuberat vndis
Ibid. *Clausus vbi exusto liquor indignatur aheno.*
Sil.Ita.lib.9. *Fronte minæ durant, & stant in vultibus iræ.*
— *scintillauit cruentis ira genis.*
Sil.Ita.lib.10. *Et tamen haud iræ vacuus.*
Mart.lib.5. *Si forte bilem mouit hic tibi versus.*
Mart.lib.6. *Si dolor, & bilis, si victa coëgerit ira*
Sen.in He.fur. — *vinaces aget Violentus iras animus.*
Ibid. *Iraque totus feruet.*
Se.in Thyes. — *nec sit irarum modus,*
Pudorue, menteis rasus instiget furor.
Ibid. — *sævit atque ira tumet.*
Sen.in Theb. *Tumet animus ira, feruet immensum dolor,*

— *atque*

— atque ira furit, Sen.in Oed.
Ardent minaces igne truculento genæ.
Oculique vix se sedibus retinent suis,
Violentus, audax, mutus, iratus, ferox.
— quid me rursus in præceps rapis, Sen.in Aga.
Iramque flammis iram residentem excitas?
— exedere animum dolor, iraque demens. Stat.2. Theb.
— & magna lacrymas incluserat ira. Ibid.
— non est patiens Se. in octa.
Feruidus ira, facilisque regi.
— at illi ira ferox mota est. Ouid.12. Met.
— tumidaque exæstuat ira. Oui.13.Met.
— quum viscera felle Cla. in Coss.
Canduerint, ardet stimulis, ferturque nocendi Manil.
Prodigus, ignarus causæ: Dijs proximus ille est
Quem ratio, non ira mouet.
Seruat inoffensam diuina molestia vocem, Ibid.
Temperiem seruant oculi, nec lumina feruor
Asperat, aut rabidas diffundit sanguine venas,
Nullaque mutati tempestas proditur oris:
Quinetiam sonteis expulsa corripis ira,
Et placidus delicta domas, nec dentibus vnquam
Instrepis horrendum fremitu nec verbera poscis. Stat.3.Theb.
— ac nubibus ira Stat.7. Theb.
— stetit acri fixa dolore, Virg.
— magna stat feruidus ira.
Ante gregem spumisq; animos ardentibus effert: Ibid.
— miseraque exæstuat ira. Stat.2.Syl.
Accensum quis bile ferat? famuliseque tumentem
Leniet, ardentique in se deflectet ab ira? Stat.3. Syl.
— nec turbidus ira. Hor.1.Epist.
— sectum stomacharis ob vnguem. Ibid.
Ira furor breuis est. Oui.2 de art.
Sed neque fuluus aper media tam sæuus in ira est. Stat.2.Theb.
Huc ferus, atque illuc animum, pallentiaque ira Ora ferent.
Indignata Dea est & ladere quatenus ipsum Oui.14.Met.
Non poterat, nec vellet amans, irascitur illi
Quæ sibi prælata est, Veneriseque offensa repulsa.

Vide FVRERE.

Ire, *vide* AMBVLARE.

Iris.

Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. Vir.5.Æne.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,

Nulli

Ibid. *Nulli visa cito decurrit tramite virgo,*
— ceu nubibus arcus
Virg. 9. Æne. *Mille trahit varios aduerso sole colores.*
Ibid. *Ire decus cœli.*
Ibid. *— roseo Thaumantias ore loquuta est.*
Ibid. *— aëream cœlo nam Iuppiter irim Demisit,*
Oui. 6. Met. *— aut actam nubibus irim.*
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cœlum:
Tib. lib. 1. *In quo diuersi niteant cum mille colores,*
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.
Prop. lib. 2. *Quamuis prætexens picta ferrugine cœlum,*
Claud. *Venturum admittat imbrifer arcus aquam,*
Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas.
Vdaque pingatur radijs obstantibus Iris,
Hor. de art. *— aut pluuius describitur arcus.*
Luc. 4. Pharſ. *Hinc imperfecto complectitur aëra gyro*
Arcus, vix vlla variatus luce colorem,
Oceanumque bibit, raptosque ad nubila fluctus
Pertulit, & cœlo diffusum reddidit æquor.
Oui. 4. Met. *Roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.*
Luc. lib. 6. *Hinc vbi sol radijs tempestatem inter opacam*
Aduersa fulsit nimborum aspergine contra.
Tum color in nigris existit nubibus arqui,
Sen. in Oedi. *Imbrifera qualis implicat varios sibi*
Iris colores, parte qua magna poli
Curuata picto nuntiat nimbos sinu.
Cla. 3. de rap. *— cinctam Thaumantida nimbis,*
Pro. *— aut arcum variata luce rubentem.*
Oui. de Nilo. *Vtque suos arcus per nubila circinat Iris.*
Manil. lib. 1. *Thaumantis proles varianti veste figuras*
Multicolor picto per nubila deuolat arcu,
Virg. *Cum sol ardentes radios in nubila iecit*
Cum sol horrifico nimbos fulgore repleuit,
Apparet varij radijs distincta coloris
Iris, & insigni decorat curuamine cœlum
Clara sub ætherijs fulget Thaumantia proles
Nubibus, vt radijs pluuium sol attigit imbrem:
Et picturato cœlum velamine cingit
Discolor ætherijs apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferi rapuerunt nubila solis,
Et cœlum varijs miranda coloribus ornat,
Imbriferas nubeis radijs vbi contigerit sol:

Luce

Luce ſub aduerſa varios iacit vnda colores,
Dicitur hæc Iris picto ſpectantibus arcu.
Dum nubes radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus, & aduerſo lumen reſplenduit imbri,
Tunc Iris vario circundat nubila cinctu.
Mirifico nubes ambit Thaumante Creata,
Quas cùm ex aduerſo tetigit rota fulgida ſolis
Tum iacit inſigneis per nubila denſa colores
Nuntia Iunonis vario decorata colore,
Æthera nubificum complectitur orbe decoro,
Cùm phœbus radios in nubem iecit aquoſam.
Nubila cùm phœbus perfudit lumine claro,
Tum fit vt humor aquæ ſuffulgeat, atq; colores
Sub varia ſpecie iaciat mirabilis arcus.
Cùm radijs imbres & aquarum pendulus humor
Frangitur, apparet quam Gracia nominat Iris,
Multorum inſignis vario ſplendore colorum.
Iris habet varios ſubiecta luce colores,
Quam ſol imbrifera fulgens de nube creauit.
Cùm pepulit radijs obſtantia nubila claris.
Luce repentina cùm ſol impleuit aquoſas
Aduerſus nubes: effulget protinus Iris,
Picta veſte decens, & multicoloribus alis.

Irridere, *vide* DERIDERE.

Ira.

Haud aliter. Haud ſecus, Non ſecius Virg.
Non ſecus atque. Vide COMPARATIONES.

Italia, Italus.

Sit Latium ſint Albani per ſæcula Reges Virg. II. Æne.
Sit Romana potens Itala virtute propago.
Heſperiam magnam, Saturniaque arua. Virg. I. Æne.
— vt Italiam læti, Latium q; petamus. Ibid.
Ad terram Heſperiam venies, vbi Lydius arua Vir. 2. Æne.
Inter opima virum leni fluit agmine Tybris.
Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt, Virg. 3. Æne.
Terra antiqua potens armis, atque vbere glebæ,
Oenotrij coluêre viri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.
— Coritum, terras q; require Auſonias. Ibid.
Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Itala regna vocare. Ibid.
— Auſonio poſſit conſidere portu. Ibid.
Ecce tibi Auſoniæ tellus, Ibid.
Prouehimur pelago Vicina Ceraunia iuxta Virg. I. Æne.

Luce

Vnde iter Italiam cursusq; breuissimus vndis
Cum procul obscuros colles humilemque videmus
Italiam, Italiam primus conclamat Achates.

Virg. 4. Ænei. *Sed fore qui grauidam imperiis belloq; frementem*
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri Proderet.

Ibid. *— Si quando Tiberim, vicinaque Tibridis arua*
Intraro gentique meæ data mœnia cernam.

Ibidem. *— penituſque exterrita tellus Italiæ.*

Virg. 4. Æne. *Nec prolem Auſoniam, & Lauinia reſpicit arua.*

Ibidem. *— cui regnum Italiæ, Romanaque tellus Debentur.*

Hor. 2. car. o. 1. *— Heſperiæ ſonitum ruinæ.*

Vir. 5. Æne. *Non licuit fines Italos fataliaque arua,*
Nec tecum Auſonium, quicunque eſt, quærere Tybrim.

Virg. 7. Æne. *Hinc Italæ gentes, omniſque Oenotria tellus.*

Ibid. *Tyrrhenum ad Tybrim, & fontis vada ſacra Numitæ.*

Ibid. *Mos erat Heſperio in Latio.*

Sil. Ita. lib. 1. *— fines Italum, Saturniaque arua.*

Auctor. *— finibus Itali regni.*

Virg. 10. Æne. *Tum manus Auſonio & gentes venere Sicanæ.*

Italiæ diuerſi populi ac vrbes.

Virg. *Quique altum Præneſte viri, quique arua Gabinæ*
Iunonem, gelidumque Anienem, & roſcida riuis
Herncia ſaxa colunt, quos diues Anagnia paſcit
Quos Amaſene Pater

Sil. *Queis circæa iuga & ſcopuloſi verticis Anxur,*
Queis putri pinguis ſulcaris Anagnia gleba.

Iterare, iterum.

Virg. 2. Æne. *Nequicquam ingeminans, iterumque iterumq; vocauit.*

Vir. 3. Æne. *Rurſus ad oraculum.*

Ibid. *— repetens iterumque iterumque monebo.*

Iter.

Virg. 5. Æne. *Nulli viſa cito decurrit tramite virgo,*

Ibid. *Ite ſacra, iam non puluerulenta via eſt.*

Virg. 2. Æne. *Signantemque vias, tum longo limite ſulcus Dat lucem.*

Vir. in Georg. *Anguſtum formica terens iter.*

Virg. 4 Æne. *— prædamque per herbas Conuectat calle anguſto.*

Ibid. *— opere omnis ſemita feruet.*

Virg 6. Æne. *Secreti celant calles*

Ibid. *Hic locus eſt, partes vbi ſe via findit in ambas.*

Ibid. *— & facili iam tramite ſiſtam.*

Vir. 1. Æne. *Corripuêre viam interea qua ſemita monſtrat.*

Auctor. *Et calles iuga publicos.*

Vir. 9. Ænei. *Rara per occultos ducebat ſemita calles.*

— tenuis

— tenuis qua semita ducit, Vir. 11. Æne.
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni,
Parietibus textum cæcis iter, anticipemque
Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi Ibid.
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Quæ nulla humano sit via trita pede Tib. lib. 4.
Qua noua muscoso semita facta solo est. Prop. lib. 3.
Tramite recto Carpere callem. Boet lib. 1.
Dulcis ad Æteneos deducat semita portus. Statius.
— rhedarum transitus arcto Vicorum inflexu. Iuue. Sat. 1.
Surgentem dextro monstrauit limite callem. Pers. sat. 3.
Ac veluti virides discernit semita campos, Manil. lib. 1.
Quam terit assiduo renouans iter orbita tractu,
Inter diuisas à callibus est via partes. Vide AMBVLARE.

Iubere.

— cœlum sperare iubebas. Virg. 4. Georg.
— tuus, ô regina, quid optes, Explorare labor. Vir. 1. Æne.
— & diuûm ducunt qua iussa sequamur. Virg. 3. Æne.
— arma capessant Edico, Iussa mori. Ibid.
Imperat ad naues ferri. Ibid.
Præceptisque Heleni dederat, quæ maxima rite Ibid.
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Tum sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat. Virg. 4. Æne.
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras. Ibid.
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona. Virg. 6. Æne.

Iudæus, & Iudæa.

Quod ieiunia Sabbathariorum. Mart. lib. 4.
Cultaque Iudæo septima sacra viro. Oui. 1. de art.
Culta Palæstino septima festa viro. Ibid.
— & dedita sacris Incerti Iudæa Dei. Luc. 2. Pharf.
— delubra locantur Iudæis. Iuue. Sat. 2.
Quidnam sortiti metuentem sabbatha patrem. Iuue. Sat. 2.
Nil præter nubes, & cœli numen adorant: Iuue. Sat. 14.
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moses:
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. Mart. lib. 7.
— Solymis quod natus in ipsis Verpe poëta. Mart. lib. 11.
— Palæstini simul, Hebræique liquores Stat. 5. Syl.

Sid. *Fert recutitorum primordia Iudæorum.*
Auctor. — *Verporum dispersa propago.*

Iugulare, & ri.

Vir. 4. Georg. — *& sacrum iugulis dimitte cruorem.*
Sen. in Asa. — *siue te iugulo iuuat*
Mersisse ferrum, præbeo iugulum volens.
Ouid. 1. Met. — *calcato nutantem vulnerat ense.*
Qua collo est confine caput.
Hor. Epod. 3. *Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit.*
Oui. 1. Met. *Obsidis vnius iugulum mucrone resolvit.*
Mart. lib. 1. *Vel domini iugulum foderat ense nocens.*
Mart. lib. 4. *Aut vbi mors non est, si iugulatis aquæ?*
Stat. 2. Theb. — *iugulum mox cæde patentem Nudat.*
Oui. in Ibin. *Da iugulum cultris hostia dira meis.*
Ibid. *Inque tuo thalamo iuguleris.*
Ouid. 12. Met. — *ab hæmonio quod sis iugulatus Achille.*
Ibid. — *medio iugulaberis ense.*
Ibid. — *iugulo; haud inscius accipit ensem,*
Vir. 10. Æne. *Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.*
Virg. 12. Æne. — *& pede collo*
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo.
Virg. 6. Æne. *Supponunt alij cultros, crassumq; cruorem Suscipiunt pateris.*
Vir. 11. Æne. *In flammam iugulant pecudes.*
Sil Ita. libro 2. — *iugulum perfoderat ense Licormas.*
Virg. 7. Æne. *Sternitur, hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ*
Vocis iter, tenuemq; incluſit sanguine vitam.
Oui 6. Met. — *iugulum ferro Philomela resolvit.*
Oui. 3. Met. *Is mihi, dum recto, iuuenili guttura pugno Rupit.*
Oui. 15. Met. — *vituli qui guttura cultro Rumpit.*
Ouid. epist. 8. — *iugulo; Ægistus aperto Tecta cruentauit.*
Oui. epist. 14 *Quod manus extimuit iugulo demittere ferrum.*
Ibid. *Aut illo iugulet (quem non bene tradidit) ense.*
Ibid. *Admoui iugulo tela paterna tuo.*
Boet. lib. 4. — *miserumq; trahis*
Foderat natæ iugulum sacerdos.
Oui de nuce. *Aut stringi cultros in sua colla videt.*
Luc. 1. Pharſ. — *gladium iugulo; parentis Condere me iubeas.*
Luc. 3. Phar. — *haud, inquit, iugulo sepolluet isto*
Nostra Metelle manus.
Ibid. — *iugulumque senilem Confodiam.*
Luc. 4. Phar. — *iugulo poscens iam fata retecto.*
Iuue. Sat. 10. — *& vetulus bos,*

Qui

Qui domini cultro, tenue, & miserabile collum Præbet,
— cultrosque in guttura velleris atri Oui. 7. Met.
Conijcit, & patulas perfundit sanguine fossas. Ibid.
Stricto Medæa recludit Ense senis iugulum.
— marcentia guttura cultro Ibid.
Fodit, & exiguo maculauit sanguine ferrum.
— iugulo optantis dimittere vitam. Sil. Ita. lib. 2.
Infestum condit mucronem.
Iam fixus iugulo culpa te soluerat ensis. Ibid.
— ast illi ferus Sen. in Thyes.
In vulnere ensem abscondit, & penitus premens
Iugulo manum commisit, educto stetit Ferro cadauer.
Iuncus & aliæ herbæ palustres. Vide HERBA & PALVS.

Iuno.

— regina Deum, Vir. 1 Æne.
— veterisque memor Saturnia belli, Ibid.
Ast ego quæ diuũ incedo regina, Iouisque Et soror, & coniux. Ibid.
Sed me magna deum genitrix his detinet oris.
— Saturnia Iuno, aspera Iuno. Iunoni Argiuæ. Vir. 2. Æne.
Iunonis magnæ primum prece numen adora, Virg. 3. Ænei.
Iunoni cane vota libens dominamque potentem
Supplicibus supera donis. Ibid.
Chara Iouis coniux Saturnia. Vir. 4. Æne.
— regia Iuno, Pronuba Iuno. Ibid.
— Maxima Iuno, Matrona Iuno. Ibid.
Iunonemq; toris quæ præsidet alma maritis. Ho. 3. ca. 04.
Saua Iouis coniux Ouid. epist. 2.
— magna Iouis coniux. Omnipotens Saturnia, Virg. 7. Æne.
— arua Gabina Iunonis. Ibid.
Es germana Iouis, Saturnique altera proles. Vir. 12. Æne.
Cum magni consorte Iouis. Oui. 6. Met.
— velit hoc germana tonantis. Oui. epist. 9.
Conscia sit Iune sacris præfecta maritis. Oui. ep st. 12.
— nupta, sororq; Iouis Oui. epist. 15.
— summi matrona tonantis. Sil. Ita. lib. 8.
Soror Tonantis, hoc enim solum mihi Nomen relictum est. Se. in He. fur.
— adeo ô magni Sen. in Aga.
Soror, & coniux, consors sceptri Regina Iuno Claud. in Iau.
Cælicolum regina. Here.
— atherij germanam regis.

Iuppiter.

Dictæum quæ tulit Ida Iouem. Mast. lib. 4.
Sitque socer rapidis qui tonat altus equis, Oui. epist. 8.

Se.in He.fur. *Quid? qui gubernat astra, qui nubes quatit,*
Num latuit infans rupis exesæ specu?

Oui.1. Meta. *Summa vidit Saturnius arce.* Vide DEVS.

Iurare.

Virg.5. Æne. —*per sidera testor,*
Per superos, atque hoc cœli spirabile lumen.

Vir. 4. Æne. *Aulide Iurauit.*

Ho.Epo.16. *Iuremus in hæc.*

Ho.2.ca.o.8. —*iuris tibi peierati Pœna.*

Oui.1.Met. —*per flumina iuro Infera.*

Ouid.2.Met. —*promissis tectis adesto Diis iuranda palus.*

Virg.6. Æneï. —*per sidera iuro,*
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est.

Vir.9 Æne. —*idque ratum stygij per flumina fratris. Annuit.*

Vir.12. Æne. —*terram, mare, sidera iuro.*

Catullus. *Per consulatum peieret Vatinius.*

Idem. —*quod si quis inaniter adiurauit.*

Tib.lib.1. —*timidum non me periuria terrent,*
Non dicta in sanctos, impia verba deos.

Tib.lib.3. *Nec nos insana meditantes iurgia lingua,*
Impia in aduersos soluimus ora deos.

Tib.lib.4. *Hæc per sancta tua Iunonis numina iuro,*
Iurauit stulte, prodeat iste timor,

Oui.epist.19. —*periura vocari.*

Ibid. *Iurabis, scit te fallere posse deos.*

Ou.Epist.20. *Iuraret ne quos insita lingua deos.*

Mart.lib.6. *Non ego iurauit, legi iurantia verba.*
Iurat capillos esse, quos emit suos

Oui.11. Met. *Fabula, nunquid ipsa Paule peierat.*

Oui.10.Met. —*& addit Perfidiæ cumulum falsis periuria verbis.*

Prop.lib.4. *Per superos iuro: spectat truculenta loquentem,*
Falsaque iurantem.
Iuro ego fatorum nulli revocabile carmen,
Tergeminusq; canis sic mihi molle sonet.
Me seruasse fidem, si falso vipera nostris
Sibilet in tumulis, & super ossa cubet.

Ouid.14. Met. —*& nata dira in periuria lingua.* Iustus, *vide* BONVS.

Iurisperitus.

Mart.lib.10. *Iuris & æquorum cultor sanctissime legum*
Veridico Latium, qui regis ore forum.

Muret. *Quis te Romani, Duarne arcana iuris*
Soluentem vidit, nec tamen obstupuit?

Iust.Lips. *Antistes ille iuris, & legum sacer*

Doctor

Doctor, cui Themis suum recluserat
Pectus, suoque Astræa fouerat sinu.

Vide CAVSIDICVS.

Iuuenis, Iuuentus.

—*superat gregibus dum lata iuuentus.* Virg. 3. Georg.
—*positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta.* Ibid.
—*audaxque iuuenta.* Virg. 4. Georg.
—*primis huc misit ab annis.* Vir. 2. Æne.
—*vos ô quibus integer æui* Ibid.
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires. Ibid.
—*delecta iuuentus.* Ibid.
—*& membra decora iuuentæ.* Oui. 1. Met.
Vtque meum intonsis caput est iuuenile capillis. Hor. Epod. 13.
Dumque virent genua, Impube corpus. Hor. in. palio.
Fugit iuuentus, & verecundus color, Ho. 1. ca. o. 9.
Reliquit ossa pelle amicta lurida. Ibid. o. 16.
Donec virenti canities abest Morosa,
—*me quoque pectoris* Ho. 2. ca. o. 5.
Tentauit in dulci iuuenta feruor. Ibid. o. 8.
Circa virentes est animus tuæ Campos iuuentæ. Ibid. od. 11.
pubes tibi crescit omnis Vir. 10. Æne.
—*fugit retro leuis iuuentus, & decor.* Horat. 3. c. o. 2.
—*fidens primæuo corpore.* Ibid. od. 14
Nec parcit imbellis iuuentæ Poplitibus. Martial. lib. 2.
—*calidus iuuenta.* Mart. lib. 1.
Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ. Oui. 12. Met.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. Ibid.
Multaque me fugiant primis spectata sub annis. Ibid.
—*prima tectus lanugine malas.* Virg. 7. Æne.
Barba erat incipiens. Virg. 10. Æne.
Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus. Vir. 5. Æne.
—*flauentem prima lanugine malas.* Ibid.
Eurialus forma insignis, viridique iuuenta.
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Ibid.
Ille pedum melior motu, fretusque iuuenta. Virg. 7. Æne.
Hunc decus egregium formæ mouet, atque iuuentæ. Vir. 8 Æne.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta. Auctor.
Parce pubescо, iuuenesque mollis
Contegit lanugo genas, acuta
Tonsor incautum nec adhuc totundit Cuspide mentum. Vir. 9. Æne
Ora puer prima signans intonsa iuuenta. Ouid. 6. Met.
Ergo vbi concessit tempus puerile iuuentæ.

Ouid. 3. Met. *Namque ter ad quinos vnum Cephisius annos*
Addiderat, poterat q3 puer, iuuenisque videri.
Ibid. *Impubesque genas.*
Stat. 9. Theb. *Nondum mutat æ rosea lanugine malæ,*
Ouid. epist. 4. —*à teneris crimen condiscitur annis.*
Ibidem. *Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti.*
Oui. epist. 5. —*tecum q3 fui puerilibus annis.*
Oui. epist 5. *Cum tener in cunis iam Ioue dignus erat.*
Oui. Epist. 8. —*primoq3 extinguar in æuo,*
Ouid. epist. 12. —*iuuenilibus acta lacertis.*
Catullus. —*ego adolescens, ego ephebus, ego puer.*
Idem. *Iucundum cum ætas florida ver ageret.*
Tib. lib. 1. *Solis æterna est Phœbo, Bacchoque iuuentæ,*
Nam decet intonsus crinis vtrumq3 deum.
Prop. lib. 3. *Quo rapitis miseros primæ lanuginis annos?*
Boet. lib. 1. —*felicis olim, viridisq3 iuuentæ,*
Statius *teneris adhuc in annis.*
Idem. *Mox cœptæ generosior iuuentæ.*
Idem. *Hæc primo iuuenis canes sub æuo,*
Idem. —*vix dum ora noua mutante iuuentæ.*
Idem. —*sed mediæ cecidere abruptæ iuuentæ*
Gaudia florentesque manu scidit Atropos annos.
Idem. —*nondum validæ tibi signa iuuentæ*
Irrepsere genis, & adhuc decor integer æui.
Idem. —*viridi fidens optatæ iuuentæ.*
Idem. *Qui quis adhuc teneræ signatum flore iuuentæ*
Immersit cineri iuuenem, primaq3 iacentem
Ouid. 1. de art. *Serpere crudeles vidit lanugine flammas.*
Ho. de ar. po. *Dum vires, anniq3 sinunt, tolerate labores.*
—*an adhuc florente iuuenta Feruidus.*
Luc. ad Cal. Pi. *Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas*
Cœperit, & nondum vicesima venerit ætas.
Luc. 3. Pharf. —*senes mistis armauit ephebis*
Luc. 6. Phar. *Illa genæ florem primæuo corpore vulsit.*
Illa comam læua morienti abscindit ephebo.
Lucre. lib. 5. *Tum demum pueris æuo florente iuuentus*
Occidit: & molli vestit lanugine malas.
Sil. Ita. lib. 1. —*æui flore virens.*
Ibid. —*primæuo flore iuuentæ Insignis*
Sil. Ita. lib. 2. *Nondum signatæ flaua lanugine malæ.*
Sil. Ita. lib. 3. *Inde vbi flore nouo pubescet firmior ætas.*
Sil. Ita. lib. 6. *Flore nitens primo.*
Sil. Ita. lib. 7. —*prima sparsus lanugine malas.*

—*bis*

—bis Clœlia senos. Sil.Ita.lib.10.
Nondum complerat primæui corporis annos.
—decimum modo cœperat annum Excessisse puer Sil.Ita.lib.12.
—prima cum parte viresceret ævi. Cla.1.in rap.
Namq; bis octonis nondum rex præditus annis, Sil.Ita.lib.14.
—confisus primæua florente iuuentæ. Sil.Ita. lib.16.
—famulus florente iuuentâ. Ibid.
Omnes primæui flauentiaq; ora decori. Ibid.
Sidoniusne puer vix pubescente iuuenta. Ibid.
Bis senis modo messibus peractis, Mart.lib.6.
Vix vnum puer applicabat annum.
Tu qui iuuentæ flore primæuo viges. Sen.in Hipp.
Martia ter senos proles adoleuerat annos, Ouid.3.Fast.
Et suberat flauæ iam noua barba comæ,
Siue quod ipse puer, semper iuuenisq; videris, Ibid.
Et media est ætas inter vtrumque tibi.
Filius huius erat primo lasciuus in æuo, Ouid.4.Fast.
Addiderat que annos ad duo lustra duos.
—tunc cum iuuenilibus annis Ouid.5.Fast.
—Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent.
Iamque decem vitæ frater geminauerat annos. Oui.4.Trist.
Cepimus, & teneræ primos ætatis honores. Eleg.10.
Carmina cum primùm populo iuuenilia legi, Ibid.
Barba resecta mihi bisue semelue fuit. Ibid.
Per tua lanugo cum serpere cœperit ora. Cla.in Coss.
—æquo pubescunt sydere natæ. Hono.
Creuerat hic vultus bis denis fortior annis, Stat.2.Theb.
Gaudebatque suas pingere barba genas. Mart.lib.9.
Et libata semel summos modo purpura cultus
Sparserat, inuidit de tribus vna soror.
—citraque iuuentam Oui.10.Met.
Ætatis breue ver, & primos carpere floreis;
—& octonis iterum natalibus actis Ouid.13. Met.
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Editus in lucem iacuit sine viribus infans, Ouid.15. Met.
Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum:
Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutus aliquo conamine nerus,
Inde valens, veloxque fuit, spatiumque iuuentæ Transit. Cla.2.in Coss.
—lanugine nondum Vernabant vultus. Hono.
—mens ardua semper Cla.1.in lau.
A puero teneriſque etiam fulgebat in armis, Stili.
Purpureo primæ signatus flore iuuentæ Cla.2.in lau.

Cla in Frat. *Ante genas dulceis quàm flos iuuenilis inumbret.*
Stat. 2. Theb. *Oraque ridenti lanugine vestiat ætas.*
Stat. 4. Theb. *— prima cum pube virentem.*
Ibid. *— viridique genas spectabilis æuo.*
— dum maior honos, dum firmius æuum,
Dum roseis venit vmbra genis.
Stat. 2. Syl. *— & obsessa nondum primoque micantes Flore genæ.*
Stat. 1. Achil. *Necdum prima noua lanugine vertitur ætas,*
Sta. 2. Theb. *— primis, & pubescentibus annis.*
Mira decore pio seruabat nata penateis,

Laborare, Labor.

Virg. 2 Georg. *Scilicet omnibus est labor impendendus.*
Ibid. *Nec res hunc tenera possunt perferre laborem.*
Ibid. *Durus vterque labor.*
Virg. 3. Georg. *Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.*
Virg. 4. Georg. *Ipse labore manum duro terat.*
Ibid. *— æstate laborem Experiuntur*
Ibid. *Namque alia victu inuigilant, & fœdere pacto*
Exercentur agris.
Ibid. *Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus,*
Ibid. *Altera tum primos Lucina experta labores.*
Virg. 1. Æne. *Artificumque manus inter se operumque labores Miratur.*
Ibid. *Quæ regio in terris nostri non plena laboris?*
Vir. 2. Æne. *— nec me labor iste grauabit.*
Ibid. *Quid tantum insano iuuat indulgere labori?*
Vir. 3. Æne. *— Longumque fuga ne linque laborem.*
Ibid. *Quidue sequens tantos possim superare labores.*
Oui. 1 Met. *Inde genus durum sumus, experiensque laborum.*
Vir. 12. Æne. *— quantos primus patiare labores.*
Catullus. *Hunc video mihi nunc frustrà sumptum esse laborem.*
Hor. 1. se. sat. 1. *— hac mente laborem*
Sese ferre senes vt in otia tuta recedant.
Se. in Her. fu. *— labor exoritur durus, & omneis Agitat curas.*
Hor. Epo. 1. *An hunc laborem mente laturi decet,*
Quæ ferre non molles viros?
Hor. in palin. *Nullum à labore me reclinat otium,*
Vrget diem nox, & dies noctem, neque est
Leuare tanta spiritu præcordia
Virg. 1. Geor. *— labor vincit improbus.*
Ho. 1. c. o. 16. *Heu heu quantus equis, quantus adest viris Sudor.*
Virg. 2. Georg. *Præcipuè dum frons tenera, imprudensque laborum.*
— redit agricolis labor actus in orbem
Vir. 1. Æne. *Qualis apes æstate noua per florea rura*

Exercet

Exercet sub sole labor.
Tune tot incassum fusos patiere labores? Vir. 7. Æne.
In quintam varios extendit Roma labores. Mart. lib. 4.
— magnusque labor geminauerat æstum. Ouid. 3. Met.
— famulasque laboribus vrgent. Ouid. 4. Met.
Immunes operum famulas, dominasque suorum. Ibid.
— vt duros mille labores Pertulerit. Vir. 8. Æne.
— longi patiens erat ille laboris.
Nec te pœniteat duro subijsse labori. Oui. 5. Met.
Aut operi insuetas atteruisse manus. Tib. lib. 1.
Dum vires, annique sinunt tolerate labores. Oui. 2. de art.
— quemuis perferre laborem Suadet. Luc. lib. 1.
Illi corpus erat durum patiensque laborum. Oui. 1. Trist.
Non tibi desidias molleis, nec marcida luxu Eleg. 4.
Otia, nec somnos genitor permisit inerteis. Cla. 1. in Coss.
Sed noua per duros instruxit membra laboreis, Hono. Aug.
Et cruda tener as exercuit indole vireis:
Frigora sæua pati grauibus non cedere nimbis,
Æstiuum tolerare iubar, transnare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere monteis,
Planiciem cursu, valleis, & concaua saltu,
Nec non in clypeo vigileis perducere noctes.
In galea portare niueis, nunc spicula cornu
Tendere nunc glandeis baleari spargere funda.

Labyrinthus.

Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem, Ouid. 8. Met.
Multiplicique domo, caciſque includere tectis.
Dædalus ingenio fabra celeberrimus artis
Ponit opus, turbatque notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non secus, ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque,
Occurrensque sibi venturas aspicit vndas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias vixque ipse reuerti
Ad limen potuit, tanta est fallacia tecti. Vir. 6. Æne.
Hic labor ille domus & inextricabilis error Catullus.
Ne labyrintheis & flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Lacrymari, & Lacrymæ.

Multa gemens. Virg. 3. Georg.
Interdum gemitu gra.ia. Ibid.

Extre

Ibid. *Extremosque ciet gemitus, it tristis arator*
Virg. 4. Georg. *Mœrentem adiungens fraterna morte iuuencum.*
Tristis Aristeus Penei genitoris ad vndam
Stat lachrymans, & te crudelem nomine dicit.
Ibid. *— & nati fletus cognouit inanes.*
Ibid. *Quo fletu manes, qua numina voce moueret.*
Ibid. *Fleuisse & gelidis hæc euoluisse sub antris.*
Ibid. *Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes*
Ibid. *Suspirans imoq; trahens à pectore vocem.*
Ibid. *Multa gemens, largoq; humectat flumine vultum.*
Ibid. *Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo.*
Vir. 2. Æne. *— quis talia fando Temperet à lacrymis?*
Ibid. *— animus meminisse horret, luctuque refugit,*
Ibid. *Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu.*
Ibid. *— nunc cassum lumine lugent.*
Ibid. *Afflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam.*
Ibid. *— largosque effundere fletus.*
Ibid. *vltro flens ipse videbar*
Compellare virum, & mœstas expromere voces.
Ibid. *Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens.*
Ibid. *Diuerso interea miscentur mœnia luctu.*
Ibid. *— gemitu cum talia reddit.*
Ibid. *— aut posset lacrymis æquare labores.*
Ibid. *— crudelis vbique Luctus vbique pauor,*
Ibid. *At domus interior gemitu miseroq; tumultu*
Miscetur, penitusq; cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant, ferit aurea sidera clamor.
Ibid. *Nos contra effusi lacrymis.*
Ibid. *Talia vociferans gemitu tectum omne replebat.*
Virg. 3. Æne. *— gemitus lacrymabilis imo Auditur tumulo.*
Ibid. *— dixit, lacrymasq; effudit, & omnem*
Impleuit clamore locum.
Ibid. *Talia fundebat lacrymans, longosq; ciebat Incassum fletus,*
Ibid. *Et multum lacrymas verba inter singula fundit.*
Ibid. *Hoc ego digrediens lacrymis affabar obortis.*
Vir 4. Æne. *Sic effata sinum lacrymis impleuit obortis.*
Ibidem. *Num fletu ingemuit nostro?*
Ibid. *Num lacrymas victus dedit, Quos ve dabas gemitus.*
Ibid. *Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando Cogitur,*
Ibid. *Talibus orabat, talesque miserrima fletus*
Fertque refertque soror: sed nullis ille mouetur Fletibus.
Ibid. *— lacrymæ voluuntur inanes,*
Ibid. *Lamentis gemituq;, & fœmineo vlulatu*

Tecta

Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.
Fletib. auget aquas natamq; miserrimus Io Luget vt amissam. Ouid. 1. Met.
Nec retinet lacrymas, Ibid.
— alto tantum suspiria ducis Pectore. Ibid.
Æternum nostros luctus extendit in æuum. Ibid.
Et gemitu, & lacrymis, & luctuoso mugitu Ibid.
Cum Ioue visa queri est, finemque orare malorum.
— non virilis eiulatio. Hor. Epo. 10.
— muliebrem tollite luctum. Hor. Epo. 6.
Et mœstum illacrymat templis ebur. Virg. 2. Georg.
Tu semper vrges flebilibus modis Mysten ademptum, Ho. 2. ca. 0. 9.
Plorauit omnes annos, Ibid.
— sorores fleuere semper.
— & adulta virgo Suspiret. Ho. 3. c. 0. 1.
Noctes non sine multis insomnes lacrymis agit. Ibid. 0. 7.
— lugubria dicite verba. Oui. in Ibin.
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Vt cogi in lacrymas me quoque posse putem. Ibid.
Tempus in immensum lacrymas tibi mouimus istas, Ibid.
Quæ semper causa sufficiente cadent.
Amissum non flet cum sola est Gallia patrem, Mart. lib. 1.
Si quis adest, iussæ prosiliunt lacrymæ:
Non luget quisquis laudari Gallia quærit,
Ille dolet verè, qui sine teste dolet. Oui. 4. Met.
— tepido manabant lumina fletu. Oui. 1. Trist.
Inuenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
Carmina nec siccis perlegat ista genis. Vir. 6. Æne.
— largo fletu simul ora rigabat. Vir. 11. Æne.
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, mœstoque immugit regia luctu, Ibid.
Flent mœsti, mussantque patres. Stat. 2. Theb.
— tunc rigantur honestis
Imbribus, & teneros lacryma iuuêre parentes, Ouid 9 Met.
& humectat lacrymarum gramina riuo. Vir. 9. Æne.
— magnumque sub imo
Corde premit gemitum, lacrymasque effundit inanes.
— & vultum lacrymis, atque ora rigabat. Vir. 10. Æne.
Manat rara meas lacryma per genas. Ho. 4. c. 0. 30.
Nec lacrymis caruêre genæ. Vir. 5. Æne.
Continuo audita voces, vagitus & ingens, Virg. 6. Æne.
Infantumque animæ flentes in limine primo, Ibid.
Demisit lacrymas, Ibid.
Effusæque genis lacryma. Virg. 6. Æne.

Succe-

Vir. 9. Æne. *Succeſſitque gemens ſtabilis, queſtuque cruentus,*
Atque imploranti ſimilis tectum omne repleuit,
Ibid. *— perculſa mente dederunt Dardanida lacrymas.*
Virg 11. Æne. *Hoc fletu concuſſi animi, mœſtusque per omnes It gemitus.*
Ibid. *It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.*
— pheretro Pallante repoſto
Procumbit ſuper, atque hæret, lacrymansque gemensque
Oui. 6. Met. *Et via vix tandem voci laxata dolore eſt.*
Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.
Quas vbi fecit aquas, vacuas emiſit in auras.
Ibid. *Et lacrymæ mites inter mandata cadebant.*
Ibid. *Inuitique oculi lacrymis maduêre coactis,*
Oui. 5. Met. *— mœrens inconſolabile vulnus.*
Oui. epiſt. 3. *Mente gerit tacita lacrymisque abſumitur omnis.*
At lacrymas ſine fine dedi.
Ouid. epiſt. 5. *Et fleſti, & noſtros vidiſti fientis ocellos*
Miſcuimus lacrymas mœſtus vterque ſuas.
Ibid. *— & lacrymis humet arena meis.*
Ibid. *Tunc fleui. rupique ſinus, & pectora planxi,*
Et ſecui madidas vngue rigente genas.
Impleuitque ſacram querulis vlulatibus Idam.
Illuc has lacrymas in mea ſaxa tuli.
Sic Helene doleat deſertaque coniuge ploret.
Oui Epiſt. 6. *— & lacrymis infalſa cadentibus ora.*
Ibid. *Impleſti lacrymis talia verba tuis.*
Ibid. *— & lacrymis osque ſinusque madent.*
Oui. epiſt. 8. *Flere licet certè, flendo diffundimus iram,*
Perque ſinus lacrymæ fluminis inſtar eunt.
Has ſemper ſolas habeo, ſemperque profundo
Hument incultæ fonte perenne genæ.
Ibid. *Proſomno lachrymis oculi funguntur obortis*
Oui. epiſt. 10. *— tunc denique fleui.*
Torpuerant molles ante dolore genæ,
Ibid. *lacrymisque toro manante profuſis.*
Ibid. *Aſpice demiſſos lugentis more capillos,*
Et tunicas lacrymis, ſicut ab imbre graues,
Oui. 10. Met. *— & tepido ſuffundit lumina rore,*
Oui. epiſt. 11. *Ipſa nihil præter lacrymas pudibunda profudi.*
Ibid. *Vagitus dedit ille miſer.*
Ibid. *Non mihi te licuit lacrymis perfundere iuſſis,*
In tua nec tonſas ferre ſepulchra comas.
Ibid. *— lacrymasque in funere funde.*

Acta

Acta est per lacrymas nox mihi, quanta fuit. Ouid. epist. 12.
Et quoties video, lumina nostra madent. Ibid.
More niuis lacrymæ sole madentis eunt. Oui. epist. 13.
Hæc ego dumque queror, lacrymæ sua verba sequuntur. Oui. epist. 14.
Deque meis oculis in tua membra cadunt.
Destitit extinctos natus lugere parentes. Catullus.
— fraterno multum manantia fletu, Ibid.
Mœsta nec assiduo tabescere lumina fletu Ibid.
Cessarent, neque tristi imbre madere genæ,
Qualis in aërij pellucens vertice montis
Riuus muscoso prosilit è lapide.
Et fleat effusis mœsta sepulchra comis. Tib. lib. 1.
Et simulachra Deum lachrymas fudisse tepentes. Tib. lib. 2.
Et madefacta meis serta feram lacrymis. Ibid.
Et fletum inuisit ducere luminibus Prop. lib. 1.
Captorum lacrymis humida supplicibus, Ibid.
— largisque humectant imbribus ora. Stat. 4. Theb.
— & lumina tingere fletu. Stat. 5. Theb.
Et veris elegi fletibus ora rigant, Boet. lib 3.
De fine Paule meum lacrymis vrgere sepulcrum, Pro. lib. 4.
Corpus & visu gelidum pererrans Boet. lib. 4.
Ora non tinxit lacrymis.
Iammœstæ lacrymis madent, Boet. lib. 3.
Cedat luctus atrox genisque manent Statius.
Iam dulces lacrymæ dolorque fessus
Quicquid fleuerat ante nunc adoret:
— sanctamque parentis Caniciem spargit lacrymis. Idem.
— sed cernite fletus, Liuentesque genas. Idem.
Indigno teneras imbre rigante genas. Oui. 3. de art.
Et lacrymis vidi sæpe madere genas. Oui. 1. de art.
— nec lacrymas oculi tenuêre cadentes: Au. Sab. Ep. 1.
Dumque queror, lacrymæ per amantia lumina manant Oui. epist. 18.
Pollice, quas tremulo conscia siccat anus.
— lacrymis oculi rorantur obortis: Ouid. epist. 21.
Nec grauidæ lacrymas continuere genæ: Ibid.
Non lacrymæ cecidêre genis: Luc. 5. Phar.
Arma rigant lacrymis, singultibus oscula rumpunt: Luc. 4. Phar.
Quid vesane gemis, fletus quid fundis inanes? Ibid.
Tum verò gemitus (neque enim cœlestia tingi Ibid.
Ora licet lacrymis) alto de corde petitos Edidit. Oui. 2. Met.
— suspirat ab imis Ibid.
Pectoribus, lacrymæque genis labuntur obortæ:
Et lacrymis falsis humectent ora genasque. Luc. 1. Phars.

Luc.lib. 1. *Et lacrymis ſpargunt rorantibus ora genasq;.*
Luc.lib. 3. *Inſatiabiliter deflebimus: æternumq;*
Nulla dies nobis mœrorem è pectore demet.
Oui. 4. Meta. *Vulnera ſuppleuit lacrymis, fletumque cruori Miſcuit.*
Ibid. *— & tepido manabant flumina fletu.*
Ibid. *Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis:*
Iuue. Sat. 5. *Plorat Vberibus ſemper lacrymis.*
Sil. Ita. lib. 6. *Iam dudum vultus lacrymis atque ora rigabat.*
Sil. Ita. lib. 7. *Manauêre genis lacrymæ:*
Sil. Ita. lib. 14. *Talia cum gemitu lacrymis effudit obortis:*
Sil. Ita. lib. 6. *At lacrymæ ſimul, & queſtus ad ſidera fuſi.*
Sil. Ita. lib. 17. *— manantesque ora rigabant*
Per tacitum lacrymæ, & ſuſpiria crebra ciebat,
Sen. in Thyeſ. *Imber vultu nolente cadit.*
Viuit in medias voces gemitus.
Mœror lacrymas amat aſſuetas
Flendi miſeris dira cupido eſt,
Libet infauſtos mittere queſtus.
Ibid. *— ſubitos fundunt oculi fletus,*
Sen. in Theb. *— irriga fletu genas.*
Sen. in Hipp. *Lacrymæ cadunt per ora, aſſiduæ genæ*
Rore irrigantur, qualiter Tauri gis
Sen. in Troia. *Tepido madeſcunt imbre perfuſæ niues:*
Ibid. *— effuſo genas fletu rigans:*
— irrigat fletus genas,
Imberque victo ſubitus è vultu cadit.
Sen. in Aga. *Quænam iſta lacrymis lugubrem vultum rigat?*
Ouid. 2. Faſt. *Pauetque mœſta?*
Ouid. 1. Triſt. *— fluunt lacrymæ more perennis aquæ:*
Eleg. 1. *Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.*
Ibid. *Vxor amans flentem flens acrius ipſa tenebat,*
Imbre per indignas vſque cadente genas:
Oui. 2. Triſt. *Nil niſi flere libet, nec noſtro parcior imber*
Eleg. 2. *Lumine quàm verna de niue manat aqua.*
Oui. 4. Triſt. *Sæpè etiam lacrymæ ſunt me ſcribente profuſæ*
Eleg. 1. *Humidaque eſt fletu littera facta meo.*
Ibidem. *Inq; ſinum mœſtæ labitur imber aquæ:*
Eleg. 3. *Fleq; meos caſus, eſt quædam flere voluptas,*
Expletur lacrymis, egerituq; dolor:
Oui. 2. de Pon. *Exemploq; niuis, quam mollit Aquaticus Auſter.*
Eleg. 3. *Gutta per attonitas ibat oborta genas.*
Ouid. 11. Met. *— lacrymisque genæ maduêre profuſis,*
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit,

Singul-

Singultuque pias interrumpente querelas.
Heu quoties præsaga mali violauit oborto
Rore genas. Cla. 1. de rap. Pro.
Suspensæq; diu lacrymæ fluxêre per ora,
Qualiter abiecta de niue manat aqua. Oui. 1. de rem.
Protinus vt secto picea de cortice guttæ, Ibid.
Vt ve tenax grauida manat tellure bitumen,
Vtq; sub aduentum spirantis lene Fauoni
Sole remolescit, quæ frigore constitit vnda:
Sic lacrymis consumpta meis.

Lac, Lactare.

— & quæ dedit vbera nutrix. Oui. 6. Met.
— geminos huic vbera circum Virg. 8. Æne.
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem.
Armenta alis equæ mammis, & lacte ferino, Virg. 1. Æne.
Nutribat teneris immulgens vbera labris.
— nec vobis lacteus humor Eripitur. Ouid. 15. Met.
— & vbera paruo Stat. 5. Theb.
Iam materna dabam cui nunc venit irritus ori,
Lactis, & infelix in vulnera linquitur imber. Auctor.
Infantemque recentia secum
Vbera lactentem trahit.
Veraque ebiberant auidi lacti[illegible]anati, Ouid. 6. Met.
— lactisque alimenta dedere. Ouid. 8. Met.
Vberibus satiasse famem. Stat. 2. Achil.
Mox etiam niueo fundere lacte parent. Tib. lib. 3.
— quem sine matris honore Prop. lib. 4.
Nutrit inhumana dura papilla lupa.
Vbera quin pulsas frigentia matris ahenæ, Auson.
O vituli, & succum lactis abere petis,
Nec lea cum catulis lactentibus vbera præbet. Ouid. 2. de art.
Vt referant hœdis vbera plena suis. Luc. 1. de re.
Pectoribus rapti matrum frustraq; trahentes Luc. 3. Pharſ.
Vbera sicca fame,
— rituq; ferarum Luc. 4. Phar.
Distentas siccant pecudes, & lacte negato,
Sordidus exhausto sorbetur ab vbere sanguis. Oui. 2. Fast.
— vbera sugunt,
Et sibi permissa lactis aluntur ope.
Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis,
De primo matrum lacte colostra damus. Mart. lib. 13.
Inq; sinu puerum, qui nondum impleuerat annum, Ouid. 9. Met.
Dulce ferebat anus, tepidique ope lactis alebat.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis, Ibid.

Et date nutrici, nostraq; sub arbore sæpè
Lac facito bibat, nostraque sub arbore ludat

.Vide, Caseus, & Mulgere,
Lacus, *vide* PALVS.
Lædere, *vide* LANIARE, & VVLNERARE.
Lætari, *vide*, GAVDERE,
Lampas.

Ouid. 12. Met. *Lampadibus densum rapuit funale coruscis.*
Virg. 7. Æne. *Lumine fumantes tædas.*
Virg. 1. Æne. *— dependent lychni, laquearibus aureis*
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Vide ILLVMINARE.
Lana, & Lanificium.

Virg. 3 Georg. *Nec minus interea barbas, incanaq; menta*
Ciniphij tondent hirci, setasque comantes
Vsum in castrorum. & miseris velamina nautis.
Ibid. *Et pecudum fuluis velantur corpora setis.*
Ibid. *Si tibi lanicium curæ.*
Ibid. *— ne maculis infuscet vellera pullis.*
Ibid. *Munere sic niueo lanæ.*
Ibid. *— vdis aries in gurgite villis.*
Ibid. *Nec tondere quidem morbo illuuieque peresa Vellera.*
Hor. Epo. 12. *— iterata vellera lanæ.*
Vir. 1. Georg. *Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri*
Oui. 6. Met. *— sibi lanificæ non cedere laudibus artis.*
Ibid. *Siue rudem primos lanam glomerabat in orbeis,*
Seu digitis subigebat opus, repetitaque longo
Ibid. *Vellera mollibat nebulas æquantia tractu.*
Oui. 3. Met. *— tibi fama petatur*
Oui. Epist. 6. *Inter mortales faciendæ maxima lanæ,*
Est mihi quæ lanas molliat, apta manus.
Catullus. *— auratæ vellere diues ouis,*
Boet. lib. 1. *Ante pedes autem candentis mollia lanæ*
Tib. lib. 1. *Vellera virgati custodibant calathisci.*
— lucida vellera serum.
— non audeat vlla
Ouid. 2. Met. *Lanificum pensis imposuisse manum.*
Iuue. Sat. 2. *Non erat huius opus lanam mollire trahendo.*
Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis Vellera.
Mart. lib. 5. *Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.*
Mart. lib. 6. *Sic mihi lanificæ ducunt non vlla sorores Stamina.*
Clau. 1. Eutr. *Tu potes alterius studiis hærere Mineruæ,*
Tu telas, non tela, pati, tu stamina nosse.

Tu

Tu segneis operum solers vrgere puellas,
Et niueam dominæ pensis inuoluere lanam. Clau. 2. Eutr.
— doctissimus artis
Quondam lanificæ moderator pectinis vnci.
Non alius lanam purgatis sordibus aquè
Præbuerit calathis similis, non pinguia quisquam
Vellera per tenuem ferri produxere rimam.
Et tenuare rudes attrito pollice lanas Stat. Achil.
Demonstrat, reficitque colos ac perita dura Pensa manu.
Nunc glomerare rudes, nunc rursus soluere lanas, Manil. lib. 4.
Nunc tenuare leui filo, nunc ducere telas.

Vide TEXERE, & OVIS.

Laniare.

— ipsique suos iam morte sub ægra Virg. 1. Georg.
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
— plagisque peremptæ Virg. 4. Georg.
Tonsa per integram soluuntur viscera pellem,
Discerptum latos iuuenem sparsère per agros.
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros Ibid.
Accepit patrios. Vir. 2. Æne.
— quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus, aut cur hæc vulnera cerno? Ibid.
Quid miserum Æneam laceras? Vir. 3. Æne.
— neque iam liuida gestat armis Brachia. Hor. 1. c1. o. 9.
— seu tibi candidos Turparunt humeros. Ibid. o. 19.
Vnguibus & rostro tardus trahet ilia vultur, Oui. in Ibin.
Et scindent auidi perfida corda canes.
Sic tibi de furiis scindat latus vna flagello.
Dilaniet vigilum te quoque turba canum. Ibid.
Diripiantque tuos insanis vnguibus artus, Ibid.
Viuebant laceri membris stillantibus artus, Ibid.
Inque omni nusquam corpore corpus erat. Martial. lib. 1.
— Lucano cum sic lacereris ab vrso.
— rostroque reduncо, Ibid.
Hamantique viri laniauerat vnguibus ora, Oui. 12. Met.
Infelix crines scindit luturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis, Ouid. 12. Met.
— rostroque immanis vultur obuncо Virg. 6. Æne.
Immortale iecur tundens fœcundaque pœnis Viscera,
Cœmprensamque tenet, pedibusque eniscerat vncis:
Tum cruor, & vulsa labuntur ab æthere pluma, Virg. 11. Æne.
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas. Virg. 12. Æne.

Ouid. 6. Met. — *velut agna pauens, quæ saucia cani*
Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur.
Vtq; columba suo madefactis sanguine plumis
Horret adhuc, auidosque timet, quibus hæserat, vngues.
Ibid. *Viuaque adhuc, animæque aliquid retinentia membra*
Dilaniat.
Oui. 3. Met. *Mille lacer spargere locis, & sanguine syluas Fœdabis.*
Oui. epist. 5. *Tunc fleui rupique sinus, & pectora planxi,*
Et secui madidas vngue rigente genas.
Ouid. epist. 11. *Oraque sunt digitis aspera facta meis,*
— *rupi tamen vngue capillos,*
— *tunc demum pectora planxi,*
Ouid. epist. 12. *Contigit inque meas vnguibus ire genas.*
Protinus abscissa planxi mea pectora veste,
Tuta nec à digitis ora fuere meis.

Vide, Vulnerare, & Excoriare, & Verberare.

Lapis, *vide* RVPES & MOLES.

Lasciuus.

Mart. lib. 11. *Illa Salax nimium.*
Id. lib. 12. *Iudicas manibus libidinosis.*
Idem libro 11. *Qui grauis es nimium, potes hinc iam, lector, abire*
Quo libet: Vrbanæ scripsimus ista togæ.
Nam mea Lampsacio lasciuit pagina versu,
Et Tartessiaca concrepat ære manus.
O quoties rigida pulsabis pallia vena?
Sis grauior Curio, Fabricioque licet?
Tu quoque nequitias nostri lususque libelli
Vda puella leges: sis Patauina licet.
Erubuit, posuitque meum Lucretia librum:
Sed coram Bruto, Brute recede, leget.

Vide castitas, Iocari, Meretrix & Libidinari.

Latere, *vide* ABSCONDERE.

Laterna, *vide* Illuminare & Lampas.

Latrare, *vide*, CANIS.

Lauare.

Virg 2. Georg. — *sæpe tuo perfusi flumine sacro,*
Virg. 3. Georg. *Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magistri*
Perfundunt, vdisque aries in gurgite villis
Vir. 2 Æne. *Mersatur, missusque secundo defluit amni.*
Virg 3. Ænei. — *donec me flumine viuo Abluero.*
Vir 4. Æne. *Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.*
Ibid *Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.*
Virg 3. Georg. — *vulnera lymphis Abluam.*
Virg 4. Geor. *Vere madent vdo terra.*

Qua

Qua niger humectat flauentia culta Galesus. Ibid.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam. Ibid.
Quo totum nati corpus perduxit.
— sanieque aspera natarent Limina. Virg. 3. Æne.
— necdum fluctus latera ardua tinxit. Ibid.
— manibus liquidos dant ordine fontes Virg. 4. Georg.
Germanæ, tonsisq; ferunt mantilia villis,
Dant famuli manibus lymphas. Virg. 1. Æne.
Cruore rubros obstetrix pannos lauit. Ho ar. in Pal.
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri. Virg. 1. Georg.
Et pluuia ingenti sata læta boumq; labores Diluit. Ibid.
Certatim largos humeris infundere rores, Ibid.
Nunc caput obiectare fretis nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.
— omnes in fonte lauabo. Vir. Eclo 3.
Qui rore puro Castaliæ lauit Crines solutos. Ho 3. ca. o. 4.
Simul vnctos Tyberinis humeros lauit in vndis. Ibidem od. 2.
In Rhytio poteras Phœbe lauare pedes. Mart. lib. 2.
Phisilotro faciemque lauas, & dropace caluam, Mart. lib. 3.
Fessaq; Bistonia membra lauabis aqua. Ouid. epist. 2.
Bisq; die lapsi Pegaseæ vertice sylvæ Oui. 12. Met.
Fontibus ora lauet, his flumine corpora tingat.
Abluere hic artus, lassataque membra parabam. Ouid 6 Met.
Inuenio sine vertice aquas sine murmure euntes: Oui. 5. Met.
Accessi, primumque pedis vestigia tinxi,
Poplite deinde tenus, neque eo contenta recingor,
Molliaq; impono salici velamina curuæ
Nudaq; mergor aquis.
Interea genitor Tiberini ad fluminis vndam Virg. 10. Æne.
Vulnera siccabat lymphis.
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis Virg. 6. Æne.
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.
Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.
— corpusq; recenti Spargit aqua. Ibid.
— puroque in fonte lauabat. Vir 7. Æne.
— celeres nec tingeret æquore plantas. Ibid.
Hic dea syluarum venatu fessa solebat Oui. 8. Meta.
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Dumq; ibi perluitur solita Titania lympha. Ibid.
— hausit aquas, vultumq; virilem Ibid.
Perfudit, sparsitq; comas vltricibus vndis.
Brachia mersit aquis. Ibid.

Ibid. — *multamque aspergine rorant.*
Catullus. *Candida permulsens liquidis vestigia lymphis,*
Tib.lib.2. *& qua fluit antibus vndis*
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Prop.lib.2. *Et dominum lauit mœrens captiua cruentum.*
Appositum fluuijs in Simoenta vadis.
Pro.lib.4. *Et sibi tangendas dixit in amne comas.*
Ibid. *Spargite me lymphis.*
Oui.3.de art. *Oraque suscepta mane lauentur aqua.*
Luc.5.Pharſ. *Quodque caput spargens vndis.*
Oui.4.Met. *Sed molle sorte suo formosos perluit artus.*
Ibid. *& in alludentibus vndis.*
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit.
Nec mora temperie blandarum captus aquarum.
Mollia de tenero velamine corpore ponit,
Illa canis velox applauso corpore palmis,
Desilit in latices, alternaque brachia ducens,
In liquidis translucet aquis, vt eburnea si quis
Ibid. *Signa tegat claro, vel candida lilia vitro.*
Perſiat.3. *Ipse manus hausta victrices abluit vnda.*
— *Tiberino in gurgite mergis*
Mane caput bis, terque & noctem flumine purgas.
Ouid.5.Faſt. *Cumque manus puras fontana perluit vnda,*
Oui.11.Met. *Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem,*
Perque iugum ripa labentibus obuius vndis
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus.
Spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,
Subde caput, corpusque simul simul elue crimen.
Hor.1.Epiſt. — *gelida cum perluor vnda.*
Ibid. *Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent.*
Stat.1.Theb. — *seu rore pudico*
Castaliæ flauos amor est tibi mergere crineis
Auctor. *Nas veris in riuo, comam liquoribus Vbi supernis recreas.*
Proſ.Aquita. *Credentesque omnes renouat baptiſmate sacro,*
Idem. *Nullus non egeat sacro baptiſmate Christi,*
Idem. *Infantesque etiam purgentur fonte lauacri.*

Lauare, & ri.

— *Erat alueus illis*
Oui.8.Met. *Fagineus, dura clauo suspensus ab ansa:*
Is tepidis impletur aquis, artusque fouendos
Accipit. Vide AQVA.

Laudare, & ri. & Laus.

Virg.2.Georg. *Ergo rite suum Baccho dicemus honorem*

Carthi-

Carminibus patrijs. Ibid.
Laudato ingentia rura.
Tanta mea si te cœperunt tædia laudis, Virg. 4. Geor.
O quam te memorem virgo. Vir. 1. Æne.
— haud equidem tali me dignor honore.
— famam qui terminet Astris. Ibid.
— fama super æthera notus. Ibid.
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ Ibid.
Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet.
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt:
— Teucros insigni laude ferebat: Ibid.
— notissima famâ Insula. Virg. 2. Georg.
Belidæ nomen Palamedis, & inclita fama Gloria, Ibid.
— & nos aliquod nomenque decusque Gessimus. Ibid.
— namque etsi nullum memorabile nomen Ibid.
— nec habet victoria laudem. Ibid.
— factis fer ad æthera Troiam. Virg. 3. Æne.
Punica se quantis attollet gloria rebus? Vir. 4. Æne.
Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis, Ibid.
Tuque puerque tuus, magnum, & memorabile nomen.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum, Ibid.
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
— qua me quoque possim Virg. 3. Ceorg.
Tollere humo, victorque virum volitare per ora,
Si te digna manet diuini gloria ruris. Virg. 1. Georg.
— quantum sat erit tua dicere facta, Vir. Eccl. 4.
Dicemus, Daphninque tuum tollemus ad Astra, Vir. Eclo. 5.
Daphnin ad astra feremus:
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista Ibid.
Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.
— qui dicere Laudes Vare tuas cupiant: Vir. Eccl. 6.
— en erit vnquam. Vir. Eccl. 8.
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno:
— otium, & oppidi laudat rura sui: Ho. 1. ca. 0. 1.
Quis Martem tunica tectum adamantina Ibid. o. 6.
Digne scripserit?
Laudabunt alij claram Rhodon, Ibid. o. 7.
— intacta Palladis vrbem Ibid.
Carmine perpetuo celebrare. Ibid.
Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicit equis Argos.
Quem virum, aut Heroa lyra, vel acris Ibid. o. 12

Tibia sumis celebrare Clio.

Ibid. *Quid prius dicam solitis parentum Laudibus.*

Ibid. *— An quietum Pompili regnum memorem?*
Gratus insigni referam camœna, Fabriciumque.

Idem. *Crescit occulto, velut arbor ævo*
Fama Marcelli, micat inter ignes
Iulium sidus velut inter ignes Luna minores.

Ibid. ó. 21. *Dianam teneræ dicite virgines.*

Ibid. *Vos tempe totidem tollite laudibus,*

Ho. 3. ca. o. 3. *— vsque ego posterâ Crescam laude recens.*

Mart. lib. 2. *Barbara pyramidum sileat miracula Memphis,*
Assiduus iactet nec Babylona labor,
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Dissimulet q3 Deum cornibus ara frequens.
Aere nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor amphiteatro:
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Mart. libr. 4. *— Alcestim fama sub astra ferat,*

Oui. 12. Met. *— puero quæ gloria fuso*
Parta tibi est Euagrus ait.

Ibid. *— totum quæ gloria compleat orbem*

Pers. sat. 1. *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.*
At pulchrum est, digito monstrari & dicier: Hic est.

Oui. 2. Trist. *Te celebrant alij quanto decet ore, tuasque*
Ingenio laudes vberiore canunt.

Ho. 1. car. ó. 1. *Hunc si nobilium turba Quiritum*
Certat tergeminis tollere honoribus.

Ibid. ó. 12. *Proximos illi tamen occupauit Pallas honores.*

Claud. de bel- lo Geti. *O celebranda mihi cunctis Pollentia sæclis.*
Cui laurus æternos honores

Ho. 2. ca. o. 2. *Dalmatico peperit triumpho.*

Ho. 3. ć o. 1. *Virtus repulsæ nescia sordidæ*

Ibid. o. 6. *Intaminatis fulget honoribus*
Multi Lydia nominis Romana vigui clarior Ilia.

Ho. 4. c. ó. 9. *— non ego te meis*
Chartis inornatum silerì, Totvè tuos patiar labores.

Virg. 3. Æne. *Hi proprium decus, & partum indignantur honorem*
Ni teneant, vitamq3 volunt pro laude pacisci.

Ibid. *— animos nil magnæ laudis egentes.*

Vir. 6. Æne. *Progenies magnum cœli ventura sub axem,*

Ibid. *— iam nimium gaudens popularibus auris,*

Ibid. *Incenditque animum famæ venientis amore.*

—nec veſtra feretur Fama leuis. Vir.7.Æne.
—qui ſanguine noſtrum nomen in aſtra ferant. Ibid.
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore. Ibid.
—qui carmine laudes Herculeas, & facta ferant. Virg.8.Æne.
—nec aura Cantores ferat amplius poëtas Auctor.
—ô fama ingens, ingentior armis Virg.11. Æne.
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem.
Portaq; bellando gloria dulcis erit? Oui. epiſt. 3.
An vt peruenius in ora vulgi? Catullus.
Telemacho manet Fama Penelopæo
Nam quanquam antiquæ gentis ſuperent tibi laudes, Tib.lib.4.
Non tua maiorum contenta eſt gloria fama.
Sed generis priſcos contendit vincere honores.
Quam tibi maiores, maius decus ipſe futuris,
At tua non titulus capiet ſub nomine fuctu,
Æterno, ſed erunt tibi magna volumina verſu,
Conuenientque tuas cupidi componere laudes.
Vndique quique canent vincto pede, quiq; ſoluto. Ibid.
Non ego ſum ſatis ad tanta præconia laudis Ibid.
Non te deficient noſtræ memorare camœnæ.
Nec ſolùm tibi Pierij tribuentur honores. Ibid.
—laus magna tibi tribuetur. Prop.lib.1.
Sæpe venit magno fœnore tardus honor. Prop.lib.3.
Multi Roma tuas laudes annalibus addent. Oui.2. de art.
Me vatem celebrate viri, mihi dicite laudes.
Cantetur toto nomen in orbe meum. Oui.epiſt.16.
Quod bene te iactes, & fortia facta loquaris. Luc. 2. Phar.
Vos quoq; qui fortes animas, belloq; peremptas
Laudibus in longum vates demittitis æuum, Lu.ad Ca.Pi.
Laudibus ipſa tuis reſonant fora, Ibid.
Scando ſuper titulos, & auitæ laudis honores. Ibid.
—ſed numeroſa laude ſenatus.
Excipit & meritas reddit tibi curia voces. Ibid.
Sed priùs emenſo Titan verſetur olimpo,
Quàm mea tot laudes decurrere carmina poſſint. Luc.7. Pharſ.
Attolliq; ſuum lætis ad ſidera nomen Vocibus.
—ſed acri Lucre.lib.5.
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. Iuuen.Sat.6.
—quam laudibus effert. Sil.Ita.lib.8.
—pars laudes ore ferebant Sabe tuas: Sen.in He.fur.
Illum populi fauor attonitum,
Fluctuq; magis mobile vulgus,
Aura tumidum tollit inani, Ibid.

—denſa

— densa sed lato venit
Clamore turba, frondibus laurum gerens.
Sen. in Troa. *Magnique meritas Herculis laudes canit.*
— & illum laudibus cuncti canent.
Oui 2. Trist. *Magnumve terræ nomen ignotæ audient.*
Cla 1. in lau. *Vndiq; legati properant, generique sub ore*
Stili. *In tua centenas aptant præconia voceis,*

Vide Fama, & Componere carmen.

Laudare Deum, *vide* CANTARE.

Virg. 2. Georg. *— Parnassia laurus. Clarij Lauros.*
Virg. 2. Æne. *— iuxtaque veterrima laurus.*
Vir. 3. Æne. *— sacra redimitus tempora lauro*
Vir. 1. Georg. *Et lauri baccas,*
Ho. 3. ca. o. 30. *Delphica laurus.*
Ho. 4. ca. o. 3. *— Delijs ornatum folijs*
Vir. 6. Æne. *Inter odoratum lauri nemus.*
Catullus. *— ac recto proceras stipite laurus,*
Tib. lib. 1. *Ipse triumphali deuinctus tempora lauro,*
Luc. lib. 6. *Phœbi Delphica laurus.*
Sen in Oed. *Et Phœbo laurus carum nemus.*
Ouid. 3. Trist. *Vtq; viret semper laurus, nec fronde caduca*
Eleg. 1. *Carpitur, æternum sic habet illa decus.*
Oui. 11. Met. *— lauro Parnasside vinctus.*
Clau. 2. de rap. *— venturi præscia laurus*
Pro. *Intemerata tibi frondem, quæ laurus obumbrat.*
Auctor. *Frigoribus vincto non agit imbre comas.*

Laus operis alicuius.

Mart. lib. 1. *Barbara pyramidum sileat miracula Memphis,*
Assiduus iactet nec Babylona labor,
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores.
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.
Propert. *Cedite Romani scriptores, cedite Graij,*
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Ouid. *Et profugum Ænean altæ primordia Romæ,*
Quo nullum Latio clarius extat opus.

Laus principis & diuitis à iustitia.

Mart. lib. 11. *Tanta tibi est recti reuerentia, Cæsar & æqui:*
Quanta Numæ fuerat: sed Numa pauper erat.

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores:
Et cum tot Crœsos viceris, esse Numam.
Maxime qui claris nomen virtutibus æquas
Nec sinis ingenium nobilitate premi. Ouid.

Laxare, *vide* SOLVERE.

Lectus.

Quinquaginta illi thalami. Vir.12.Æne.
Corripio è stratis corpus. Vir.3 Æne.
— tetigit captiua cubile Ibid.
— stratisque relictis Incubat. Virg.4. Æneï.
Marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt Ibid.
Haud segnis strato surgit Palinurus Vir.3. Æne.
Quid moror? irrumpunt thalamo. Vi g.6. Æne.
lectumque iugalem Quo perij super imponas. Vir.4.Æne.
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgunt. Virg.8. Æne.
Sol aspicit conopæum. Ho.Epo.2.
Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem. Mart.lib. 2.
Laxior Hexaphoris tua sit lectica licebit. Ibid.
Venator defessa toro cum membra reponit, Cla.lib. 3.
— lucent genialibus altis Aurea fulcratoris. Vir. 6. Æne.
Et premitis pictos corpora Graia toros. Ou.Epist.12.
Vt positum tetigit thalamo malè saucia lectum. Ibid.
Purpureave tuum consternens veste cubile. Catullus.
— non lectis mollibus æger. Prop. lib.4.
Nec mihi cum fulcro sternatur lectus eburno, Ibid.
Neue sit Attalico mors mea nixa toro. Ibid.
— & ad molles membra resolue toros, Pro.lib.4.
— meo visa est incumbere fulcro. Luc. libr.4.
— lecti mollia strata, Sil.Ita.lib. 16.
Exigit è stratis corpus, Mart.lib.12.
Dormit & in pluma purpureoque toro. Ibid.
— tripes grabatus. Oui.8.Met.
— in medio torus est de mollibus vluis,
Impositus lecto sponda pedibusque salignis,
Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
Sternere consuerant. sed & hæc vilisque vetusque
Vestis erat lecto non indignanda saligno.
At medio torus est hebeno sublimis in auro Oui.11. Met.
Plumeus, vnicolor pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus membris languore solutis. Claud. in Ruf.
— Fulgentibus illic Surgunt strata toris. Cla.in Mag.
— roseisque cubilia surgunt
Floribus, & thalamos dotalis purpura velat. Ho.2.se.sa.6.

— rubro

—rubro vbi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Vir. in Mor. *Membra leuat sensim vili demissa grabato.*

Vide DORMIRE, & EXPERGISCERE.

Legare

Mart. lib. 9. *Annua, legauit, millia sena tibi.* Vide HERES.

Legere Libros, Liber.

Virg. 5. Æne. *—veterum voluens monimenta virorum.*
Mart. lib. 2. *Si quis te ferret, perlegeret q; liber?*
Ibid. *—quod si cui forte legeris.*
Ibid. *Te conuiua leget*
Mart. lib. 5. *Vobis pagina nostra dedicatur.*
Mart lib. 6. *Sextus mittitur hic tibi libellus.*
Mart. lib. 11. *Libros non legit ille, sed libellos.*
Ibid. *—qui reuoluant*
Nostrarum tineas ineptiarum
Mart lib. 13. *Perdite Niliacæ Musæ, mea damna papyros.*
Ibid. *Hæc mihi charta nuces hæc est mihi charta fritillus.*
Mart. lib. 1. *Lectis vix tibi paginis duabus*
Ibid. *Si festinantis toctes tibi lecta libellis.*
Detinuêre oculos carmina nostra tuos.
Mart. lib 1. *Illa fronte precor carmina nostra legas*
Ibid. *Ede tuos tandem populo, Faustine libellos,*
Et cultum docto pectore profer opus.
Ouid. epist. 4. *Perlege quod unq; est, quid epistola lecta nocebit?*
Catullus. *Cui dono lepidum nouum libellum,*
Arido modo pumice expolitum.
Idem. *Omne æuum tribus explicare chartis,*
horribilem, & sacrum libellum.
Idem. *Pudica & proba redde codicillos.*
Idem. *Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura*
Idem. *Præscripta, nec sic, vt fit in palimpsesto*
Relata, chartæ regiæ, noui libri,
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum ligas tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus vnus, caprimulgus, aut fossor Rursus videtur.
Idem. *—cum malum legit librum.*
Idem. *— Si nefaria scripta sentire cesso.*
Prop. lib. 3. *Lutea sed niuium inuoluat membrana libellum.*
Ibid. *— cultumque illi donate libellum.*
Ibid. *Sed quod pace legas, opus hoc de monte sororum*
Detulit intacta pagina nostra via.

Legem sancire, Lex.

Per populos dat iura. Virg. 4. Georg.
Namque hanc dederat Proserpina legem. Ibid.
Iura dabat legesque viris. Virg. 1. Æne.
Continuo has leges æternaq; fœdera certis Vir. 1. Georg.
Imposuit natura locis.
Inde magistratum partim docuere creare, Luc. lib. 5.
Iuraque constituere, vt vellent legibus vti.
Altera qui leges posuere, atque inclyta iura Sil. Ita. lib. 1.
Gentibus, & primas fundarent mœnibus vrbeis,
Reddere iura foro, componere legibus orbem. Manil. lib. 1.
Fas & iura sinunt. Virg. 1. Georg.
Primus qui legibus orbem Fundauit. Vir. 6. Æne.
—paribus se legibus amba Vir. 5. Æne.
Inuicta gentes æterna in fœdera mittent. Virg.
Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes Ouid. 3. Met.
Irreprensa dabat populo responsa petenti. Mart. lib. 5.
Edictum Domini, Deiq; nostri, Horat.
Custode rerum Cæsare, non furor
Ciuilis aut vis eximet otium
Non qui profundum Danubium bibunt
Edicta rumpent Iulia.

Legumina Varia.

Accipe Niliacum pelusia munera lentem Mart. lib. 13.
Vilior est alica, tarior illa faba.
Vt lentem positam, fabamq; credas. Idem lib. 11.
Si verò viciamque seras, vilemque faselum Virg. 1. Georg.
Nec pelusiacæ curam aspernabere lentis.
Vnde prius latum siliqua quassante legumen. Ibid.

Vide DOMINARI.

Leo.

Illatus velut armentis super ardua colla Sil. Ita. lib. 12.
Cum sese imposuit, victorque immane sub ira
Infremuit leo, & immersis grauis vnguibus hæsit
Æstiferæ Lybicis viso leo cominus hoste. Luc. 1.
—fuluique insternor pelle leonis Vir. 1. Æne.
Et iuncti currum dominæ subiere leones. Vir. 2. Æne.
— aut fuluum descendere monte leonem. Virg. 4. Ænei.
Torua leæna lupum sequitur. Virg. Eclo. 2.
— nec magnos metuent armenta leones Vir. Eccl. 4.
— insani leonis vim. Ho. 1. ca. o. 4.
— Getulæ catulos leænæ. Ho. 3. ca. o. 20.
— ignota spectandum mole leonem. Mart. lib. 1.

Ibid. *Intres ampla licet torui lepus ora leonis.*
Ibid. *Quid frustra nemorum dominum, regemque fatigas,*
Virg. 7. Æne. *iraque leonum.*
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum,
Vir. 9. Ænei. *— horrentisque leonis Exuuias.*
Tib. lib. 3. *Nec te conceptum leæna tulit.*
Luc. 3. Phar. *— & nobilis ira leonum.*
Stat. 1. Theb. *Impexus vtrinque iubis horrere leonem.*
Auctor. *Victa potenteis exuuiis leæ Sternebat armos.*

Lens, *vide* LEGVMINA.

Lepus.

Oui. 15. Meta. *Et lepus impauidus mediis erauit in aruis.*
Vir. Eclo. 5. *Auritosque sequi lepores.*
Horat. *Et pauidum leporem.*

Vide VENARI.

Leuca, *Vide* Distare & spatia.

Leuis animo, *vide* INCONSTANS.

Leuis & leuitas corporis alicuius.

Oui. 1. Met. *Ignea conuexi vis & sine pondere cœli*
Emicuit, summaque locum sibi legit in arce,
proximus est aër illi leuitate, locoque
Id. lib. 2. *Sed leue pondus erat, nec quod cognoscere possent*
Solis equi, solitaque iugum grauitate carebat
Vtque labant curuæ iusto sine pondere naues,
Perque mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto vacuos dat in aere saltus,
Succutiturque altè similisque est currus inani.
Id. 1. Meta. *— fugit ocyor aura Illa leui.*
Ibid. *Imminet hic aër, qui quanto est pondere terræ,*
Pondere aquæ leuior, tanto est onerosior igne.
Ibid. *Hæc super imposuit liquidum & grauitate carentem*
Æthera, nec quicquam terrenæ facis habentem.

Vide CELERARE, CVRRERE, TEMPVS & VOLARE.

Liber.

Mart. lib. 4. *Ohe iam satis est, ohe libelle:*
Iam peruenimus vsq; ad vmbilicos:
Tu procedere adhuc, & ire quæris,
Nec summa potes in sceda teneri.

Vide LEGERE.

Liberalis.

Lu. ad Cal. Pi. *— animusque mala ferrugine purus,*
Ipsaque possessò mens est opulentior auro:

Quis

Quis tua cultorum iuuenis facunde tuorum
Limina pauper alit, quem non animosa beatum
Excipit & subito iuuat indulgentia censu? Horat.
— inimice lamna Crispe Salusti. Mart. lib. 5.
— liberalis est pauper. Ouid. de Pon.
— ad præmia velox. Eleg. 3.
Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus, Ouid. 4. de Pon.
Nec mihi munificas arca negauit opes. Eleg. 1.
Auratos Rhodijs imbreis nascente Minerua. Claud. in Iam.
Indulsisse Iouem perhibent, Bacchoque, paterno Sili.
Iam pulsante femur, mutatus palluit Hermus
In pretium votique famem passurus auari
Ditabat rutile quicquid Mida tangeret auro:
Fabula seu verum canitur, tua copia vincit
Fontem Hermi, tactumque Midæ pluuiasque Tonantis.
Obscurat veteres, obscurabitque futuros
Par donis, armisque manus, si soluerit ignis,
Quas dedit immanes vili pro pondere massas,
Argenti potuere lacus, & flumina fundi.
Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris. Claud. in Fra-
Nec tenebris damnauit opes, sed largior imbre tres.
Sueuerat innumeras hominum ditare cateruas:
Quippe velut denso currentia munera nimbo,
Cernere semper erat populis vndare penatis,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluuios superabat Iberos,
Aurea dona vomens, si quis tellure reuulsa
Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum.
Sed tam prodigus atque liberalis. Mart. lib. 1.
Et tam lautus eras.
Callidus effracta nummos fur auferet arca,
Prosternet patrios impia flamma lares: Id. lib. 5.
Debitor vsuram pariter, sortemq; negabit:
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabat amica,
Mercibus extinctas obruet vnda rates.
Extra fortunam est, quiquid donatur amicis.
Quas dederis solas semper habebis opes.

Vide Beneficium & Donvm.

Liberare, *vide*, Solvere.

Libidinari, & Libidinis varia genera.

Hic thalamum inuasit natæ, vetitosque hymenæos. Virg.
— sed & hunc innata libido Ouid. 6. Met.

Enti-

Ibid. *Extimulat pronumque genus regionibus illis*
In venerem est, flagrat vitio gentisq; suosq;
In stabula alta trahit syluis obscura vetustis.
Atque ibi pallentem, trepidamque & cuncta timentem
Et iam cum lacrymis, vbi sit germana rogantem
Includit fassusque nefas, & virginem, & vnam
Ibid. *Vi superat, frustra clamato sæpe parente,*
Sæpe sorore sua, magnis super omnia diuis.
Oui. epist. 4. *— fecisses ante nefandos Concubitus.*
Ibid. *— quia priuigno videar, visura nouercæ.*
Catullus. *Cum castum amisit polluto corpore florem.*
Prop. lib. 3. *Obijcitur toties à te mihi nostra libido,*
Crede mihi vobis imperat illa magis.
Vos vbi contempti rupistis frena pudoris,
Nescitis captæ mentis habere modum.
Boet. lib. 2. *Nec victa libidine colla*
Fœdis summittat habenis.
Quas fallax ligat improbis catenis.
Ibid. *Terrenis habitans libido mentes.*
Hinc enim libido versat
Boet lib. 4. *Acidis corda venenis.*
— ille in Venerem est putris.
Pers. sat. 3. *Tu, quem nequitiæ procaciores*
Mart. lib. 3. *Delectant nimium, salesque nudi,*
Lasciuos lege quatuor libellos.
Supraque magnos gentium exult et duces
Sen. in Thyes. *Libido victrix, impia stuprum in domo Leuissimum sit.*
Compesce amoris impij flammas precor.
Sen. in Hipp. *Nefasque quod non vlla tellus barbara*
Commisit vnquam, non vagus campis Geta,
Nec in hospitalis Taurus, aut sparsus Scythes.
Expelle facinus mente castifica horridum.
Memorq; matris metue concubitus nouos:
Miscere thalamos patris, & gnati apparat,
Vteroque prolem capere confusam impio.
Sen. in octa. *Iuuenilis ardor impetu primo furit,*
Langueſcit idem facile, nec durat diu,
Cla. 1. de rap. *— in venerem Satyrorum prona iuuentus.*
Pro. *Impatiens nescire torum, nullaq; mariti*
Illecebras: nec dulce patris cognoscere nomen.
Cla. 1. de nu- *— gens mollis amorum.*
puis. *Apta magis veneri, quam sunt tua corpora Marti.*
Oui. epist. *Bella gerunt fortes, tu Pari semper ama.*

Librare,

Librare, Libra & eius partes.

Penſauit digitis, diuque menſa eſt Mart. lib. 10.
Libras, ſcrupula, ſextulaſque dicit.
Non ergò eſt manus iſta, ſed ſtatera. Ibid
Argenti libram mittebas, facta ſi libra eſt. Ibid.
Quincunces & ſex Cyathos, beſſemq; bibamus. Id. lib. 11.
Mittebas libram, quadrantem, Garrice, mittis, Ibid.
Saltem ſemiſſem, Garrice, ſolue mihi.
Hinc ſibi depromit quantum menſura petebat Vir. in Mor.
Quæ bis in ornatas excurrit pondere libras.
Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance Perſ.
Ancipitis libræ.
Nunc vt emam grandem ue lupum, mullumue bilibrem, Mart lib. 11.
— Non triſſus Agaſo. Per. ſat. 5.
Et centum Græcos curto centuſſe licetur. Idem.
Quanti Empta? parui: quanti ergo? Octuſſibus Horat.
Et iam finitima corpus librabat in herba. Ouid. 1. Faſt.

Licere, *vide* PERMITTERE.

Ligare.

— grauibuſque coercita vinclis, Ouid. epiſt 14.
Iam vincta vites Virg 2. Georg.
Verùm vbi correptum manibus, vincliſque tenebis, Virg 4. Geor.
Tanto nate magis contende tenacia vincla. Ibid.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus. Ibid.
— manicisque iacentem Occupat. Ibid.
— vim duram, & vincula capte Tende. Ibid.
— premit ac vinclis, & carcere frænat. Virg. 1. Æneï.
— hic feſſas non vincula naues Ibid.
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morſu
— & centum vinctus ahenis poſt tergum nodis. Ibid.
— ferro & compagibus arctis Ibid.
nodoque ſinus collecta fluentes. Ibid.
Purpureoque altè ſuras vincire cothurno. Ibid.
Aurea ſubnectens exerta cingula mamma. Ibid.
Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Vir. 2. Æne.
Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus, & iam Ibid.
Bis medium amplexi, bis collo ſquamea circum Terga dato.
— & ſtupea vincula collo Intendunt. Ibid.
— perque pedes traiectus lora tumentes. Ibid.
— nam teneras arcebant vincula palmas Ibid.
— cui crines nodantur in aurum. Vir. 4. Æne.
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Ibid.
— & indigno circumdat vincula collo, Ouid. 1. Met.

Hor. Epo. 4. *Ibericis peruſte funibus latus.*
Et crura dura compede.
Hora. in Can. resp. *Fruſtraque vincla gutturi innectes tuo.*
Obſtrictis aliis.
Ho. 1. ca. o. 3. *Cui flauam religas comam*
Ibid. od. 6. *— daret vt cathenis fatale monſtrum.*
Ibid. od. 37. *— amatorem trecentæ Pirithoum cohibent cathenæ.*
Ho. 3. c. o. 4. *Me pater ſæuis oneret cathenis,*
Ibid. od. 11. *— in Scythica religatus rupe Prometheus,*
Mart. lib. 1. *Vinxerat inter ſe connexis vellera nodis.*
Ouid. 12. Met. *Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes*
Oui. 4. Met. *Vidit Abantiades.*
Virg. 12. Æne. *— teritur qua ſutilis aluo*
Baltheus & laterum iuncturas fibula mordet.
Virg. 11. Æne. *laterique accinxerat enſem.*
Ho. 4. ca. o. 11. *te neque grata compede vinctum.*
Ouid. 6. Met. *Arreptumq; coma flexis poſt terga lacertis Vincla pa*
Oui. 3. Met. *— & tradunt manibus poſt terga reuinctis.*
Oui. epiſt 10. *— nec religer dura captiua cathena.*
Ouid. epiſt. 14. *— ſed pondere laſſa cathenæ Eſt manus.*
Catullus. *— pœna, Quam quõdam ſilici reſtrictus mèmbra cathenæ.*
Perſoluit, pendens, è verticibus præruptis.
Tib. lib. 1. *Crura licet dura compede pulſa ſonent.*
Tib. lib. 2. *Spes etiam valida ſolatur compede vinctum,*
Crura ſonant ferro ſed canit inter opus.
Prop. lib. 1. *— circumdata colla cathenis,*
Prop. lib. 3. *Accepere tuæ Romule vincla manus,*
Ibid. *— corrumpit dura cathena manus.*
Ibid. *Vinctus eram verſas in mea terga manus.*
Prop. lib. 4. *— & iunco braſſica vincta leui.*
Ibid. *Hæc ſumma æternis queritur liuere cathenis Brachia.*
Boet. lib. 1. *Et preſſus grauibus colla cathenis.*
Boet. lib. 3. *Stringatq; ligans irreſoluto Singula nexu.*
Ibid. *Quos fallax ligat improbus cathenis.*
Statius. *Nodoſum ſemel in globum ligauit.*
Oui. 1. de art. *Ibunt ante duces onerati colla catenis.*
Ne poſſint tuti, qua prius eſſe fuga.
Oui 1. de rem. *— quamuis firmis retinere vinclis.*
Oui. 2. de rem. *nec abire potes, vinctuſque teneris.*
Ouid. epiſt. 19. *Sed neque compedibus nec me compeſce catenis,*
Luc. 2. Phar. *— mox vincula ferri*
Exedere ſenem, longuſque in carcere pædor.
Ibid. *Hunc placuit cæſis innectere vincula ſylui*

Roboraq;

Roboraq; immenſis latè religare cathenis. Sil.Ita.lib.2.
— geminas actis poſt terga catenis Succinctus palmas. Sil. Ita. lib. 9.
— [illegible]um colla cathenas Sil.Ita.lib.11.
Magnanimo miles meritas innecte catenis. Ibid.
Inuadit, vincitque manus poſt terga catenis. Sil.Ita.lib.13.
— nunc coniunctas adſtringere nodis Ibid.
Inſtabat, ferroque trabeis Sil.Ita.lib.16.
Tunc alius ſauis religatur rupe catenis.
Per medios Hamen palmas poſt terga reuinctus Se.in He.fur.
Ecce trahebatur, lucemque (heu dulcia cœli
Lumina) captiuus vitæ inter vincla petebat.
— cur non vinctum, & oppreſſum trahit
Ipſum catenis? Ibid.
Grauent catenæ corpus. Ibid.
— impio, Supplicia vinclis ſæua perpetuis domant Ibid.
— Vaſtiſque ferox Ibid.
Qui colla gerit vincta catenis.
An & ipſa palmas vincta poſt tergum datæ Sen. in Theb.
Mater triumphi præda fraterni vehare
Impediunt geminas vincula firma manus. Oui.1.Faſt.
Vinclaque ſopitas adit in arcta manus. Oui.3.Faſt.
Somnus vt abſceſſit pugnando vincula tentant
Rumpere, pugnanteis fortius illa tenent.
Pars agitur vinctis poſt tergum capta lacertis Oui.3.Triſt.
Vinclaque captiua reges ceruice ferentes Eleg.10.
Ignarum laqueis, vinculoque innecte tenaci. Oui.4.Triſt.
— grauibus vincire catenis. Eleg.2.
— trementeis Oui.11 Met.
Tendere conatur palmas, vis improba ferri Oui.15. Met.
Impedit, & motæ ſomnum excuſſere catenæ. Cla.3.de rap.
— iniectaq; vincla Clau. de bel-
Vnguibus & ſubito collo ſonuere catenæ lo Gildo.
Religa captas in terga ſororeis, Stat.3. Theb.
Injice vincla mihi
— & dextras iuuat inſertare catenis. Stat.12. Theb.
Latra...tem fruſtra copula dura tenet. Oui.5. Triſt.
Current eiſque feras pedicarum compede nectunt. Manil.lib.5.
Feliceſque vocat, teneant quæ membra, catenæ. Ibid.
— & compede nexant. Vide FRENARE. Ibid.

Limitare.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Vir.1. Æne.
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum. Virg 1 Georg
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis. [illegible] 1. Meta.

Ibid. *Communemque prius, ceu limina solis, & aura,*
Vir. 12. Æne. *Cautus humum longo signauit limite mensor.*
Saxum antiquum ingens campo, qui forte iacebat
Prop. lib. 2. *Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.*
— non fixus in agris.
Boet. lib. 3. *Qui regeret certis finibus arua lapis.*
Et fluctus auidum mare Certo fine coerceat,
Ne terris liceat vagis Latos tendere terminos.
Luc. 1. Pharſ. *— & Gallica certus*
Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis.
Ibid. *— immoto diuisit limite mundum.*
Sen. in Hipp. *— nullus in campo sacer*
Diuisit agros arbiter populis lapis.

Limus, *vide*, FIMVS.

Liquefacere, & liquefieri.

Virg. 4. Georg. *— eademque calor liquefacta remittit.*
Virg. 1. Æne. *Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor*
Liquitur & Zephyro putris se gleba resoluit.
Virg. 8. Georg. *— Fluit aes riuis, aurique metallum.*
Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.
Ouid. 5. Met. *Et quarum fuerat magnum modo numen, in illas*
Extenuatur aquas, molliri membra videres,
Ossa pati flexus, vngues posuisse rigorem,
Primaque de tota tenuissima quæque liquescunt.
Cærulei crines, digitique, & crura pedesque:
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Transitus est, post hæc humeri, tergumque, latusque,
Oui. 3. Met. *Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos.*
— vt intabescere flaua
Boet lib. 4. *Igne leui cera, matutinæque pruina Sole tepente solent.*
Oui 2. de art. *Nec niuis duram frigore molem*
Ibid. *Feruente Phœbi soluier æstu*
Luc. 1. Phar. *— & cera Deo propiore liquescit.*
Oui. 2. de Pon. *Tabuerant cera.*
Ouid. 1. Met. *Et madidis Euri resoluta flatibus Alpes.*
Luc. 4 Pharſ. *Exemploque niuis, quam mollit Aquaticus Auster.*
— nubibus de monte solutis,
Iamq; Pyrenæa, quas nunquam soluere Titan
Exaluit fluxere niues, fractoque madescunt Saxa gelu.
Luc. 9. Phar. *Fudit & argentum flammis.*
Luc. 9. Pharſ. *— calido non ocyus Austro.*
Nix resoluta cadit, nec solum cera sequetur.
Luc. lib. 1. *Quin labefactatus rigor auri soluitur æstu.*

Tum

Tum glacies aris flamma deuicta liquescit.
—stillantque quasi igni Lucre.lib.6.
Cera super calido tabescens multa liquescat.
At glaciem dissoluit, & altus montibus altè Ibid.
Extructas ningueis radijs tabescere cogit
Denique cera liquescit in eius posita vapore.
Ignis item liquidum facit æs, aurumque resoluit.
—in riuos niuibus solutis Sole iam forti. Sen in med.
Nix iacet & iactam, nec sol, pluuiæque resoluunt. Ouid.3.Trist.
—Nix verno sole soluta Ibid.
Et pereunt victa sole tepente niues. Ouid.1.Fast.
Liquitur vt glacies incerto saucia sole. Ouid.12.Met.

Littus.

—& viridissima gramina ripæ. Virg.3.Georg.
Arentesque sonant ripæ, Littore in extremo. Ibid.
Et virides apio ripæ. Virg.4.Georg.
Seruantem ripas alta non vidit in herba. Ibid.
—oras & littora circum, littore curuo. Virg.3.Æne.
—sonitum per curua dedere littora. Ibid.
—secreti ad fluminis vndam Ibid.
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus.
—in littore sicco. Ibid.
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam Ibid.
Labuntur altis interim ripis aquæ. Ho Epod. 2.
Et sola in sicca secum spatiatur arena. Virg.1.Georg.
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis. Ouid.5.Met.
—pro ripis littora pulsant. Ibid.
Sponte sua natas ripis decliuibus vmbras. Virg.5.Met.
Riparumq; toros, & prata recentia riuis. Virg.6.Æne.
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis Virg.11.Æneï.
procurua ingens per littora fluctus Vir.5 Æne.
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem. Vir.7 Æne.
—viridiq; in littore. Virg 8.Æne.
—in virenti Margine. Auctor.
—fluuiali consita ripa. Ouid.epist. 5.
—quæ consita margine ripæ. Ibid
—fluctifrago suspensa in littore. Luc.lib.1.
Riparum clausas margine finit aquas. Ouid.2.Fast.
—mollem decliuo tramite ripam Ouid 3.Fast.
Liquerat ad ripas lene tonantis aquæ. Oui 6.Fast.
Præcipiti conuulsa Noto perspectet amicam Sta 2. Theb.
Puppis humum.

Longinqua regio. *Vide*, EXTERNA, & PEREGRINARI.

Longus, *vide* PROLIXVS.

Loqui.

Virg. 4. Georg. *Hæc ait. Sic incipit ipsa. Quem perhibes?*
Ibid. *— atque hominis tandem ore loquutus.*
Ibid. *Tantum effatus.*
Ibid. *— sic fatis ora resoluit.*
Vir. 1. Æne. *Hæc vbi dicta. Talia voce refert.*
Ibid. *— Dehinc talia fatur*
Ibid. *— Regiq; hæc dicite vestro.*
Ibid. *Ac prior heus inquit. Fabor enim.*
Ibid. *Sic Venus, at Veneris contra sic filius orsus,*
Ibid. *— nec vox hominem sonat.*
Ibid. *— quærenti talibus ille,*
Ibid. *Suspirans, imoque trahens à pectore vocem.*
Ibid. *— medio sic interfata dolore est.*
Ibid. *— audire, & reddere voces, placido sic pectore cœpit.*
Ibid. *Tum breuiter Dido vultum demissa profatur,*
Ibid. *Vix ea fatus erat. Talibus Ilioneus.*
Ibid. *— & sic ore locuta est. Sic memorat.*
Ibid. *— hunc blandisque moratur Vocibus.*
Ibid. *Necnon & vario noctem sermone trahebat.*
Virg. 1. Æne. *Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures.*
Ibid. *— dictisque ita fatur amicis, rumpit vocem.*
Ibid. *Vix ea fatus erat, gemitu cum talia reddit. Sic ore effata.*
Ibid. *Talia iactabam,*
Ibid. *— rosecq; hæc superaddidit ore. Dixerat ille.*
Talia perstabat memorans,
Ibid. *— tantumq; nefas patrio excidit ore, Hæc vbi dicta dedit.*
Ibid. *Eloquar, an sileam?*
Vir. 3. Æne. *— rupitque hanc pectore vocem.*
Ibid. *— & demissa voce locuta est.*
Ibid. *Talia fundebat lacrymans. Fare age,*
Ibid. *— sic ore effatus amico est.*
Ibid. *Incipit effari, mediaque in voce resistit.*
Virg. 4. Ænei. *Tandem pauca refert.*
Ibid. *Pro re pauca loquar: Ego te, quæ plurima fando*
Ibid. *Enumerare vales, nunquam Regina negabo Promeritam.*
Oui. 12. Met. *— grauiore nouissima dixit*
Verba sono, poteratq; viri vox illa videri.
Oui. 1. Met. *Talibus inde modis ora indignantia soluit.*
Ibid. *Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit.*
Ibid. *— rupitq; silentia voce Pyrrha prior.*

— mutu

— mutua noſtris Dicta refers. Ibid.
Talia verba refert reſtabat verba referre. Ibid.
— & timide verba intermiſſa retentat. Ibid.
— vnde rumperet ſilentium. Hor. Epo. 5.
Diſce verecundo ſanctius ore loqui. Mart. lib. 8.
Hæc poſtquam dulci Neleius edidit ore. Talibus orſa modis, Oui. 12. Met.
— ea verba locutus. Oui. 4. Met.
Vt primùm fari potuit, ſic incipit ore. Vir. 8. Ænei.
— rumpitq; has imo pectore voces. Vir. 12. Æne.
Præfatus diuos ſolio rex inſit ab alto, ita farier inſit. Virg. 11. Æne.
Dixerat hæc. Ibid.
Tum ſenior tales referebat pectore voces, Virg 5. Æne.
Ille ſuper tales effudit pectore voces, Ibid.
Vix hæc ediderat. Ibid.
Iſque his Æneam ſolatus vocibus inſit. Ibid.
— fuditque has ore loquelas. Ibid.
Tunc ſic orſa loqui vates. Vir. 6. Æne.
Multa inter ſeſe vario ſermone ferebãt, Olli ſic breuiter fata eſt Ibid.
— age fare viciſſim. Ibid
— & vox excidit ore. Ibid.
Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore. Vir. 7. Æne.
— hæc effudit pectore dicta Ibid.
— rabidoque hæc addidit ore. Ibid.
— Tales dederat Saturnia voces. Ibid.
Tum ſic pauca refert. Vir. 8. Æne.
— varioque viam ſermone leuabat. Ibid.
Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibant. Ibid.
— & licito tandem ſermone fruuntur. Ibid.
Rex prior hæc.
— prior Hirtacides ſic ore locutus. Virg. 9. Ænei.
Talia verba dabat. Ibid.
— quid me alta ſilentia cogis Virg. 10. Æne.
Rumpere, & obductum verbis, vulgare dolorem?
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta. Oui 6. Met.
— qua verba locuta es. Catullus.
Sæpè illum audiui furtiua voce loquentem. Idem.
Balbaque cum puero dicere verba ſenem. Tib. lib. 2.
Talia magnanimus edidit orſa pater. Auſon.
Tunc ſic virgineo profatur ore. Statius.
Sæpe vel exiguo, vel longo murmure dixi. Ouid. epiſt. 16
Tandem vt vox mœſtas potuit proferre querelas, Luc. 5. Pharſ.
— Tandem mœſta ora reſoluit. Luc. 1. Pharſ.
Vocibus his Magnus.

Sil.Ita.lib.2. *Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo.*
Sil.Ita.lib.8. *— tenero vocem proferret ab ore.*
Cui sic verba trahens largis cum fletibus Anna.
Ibid. *Incipit, & blandas addit pro tempore voces.*
Sil.Ita.lib.9. *Cui dea sic dictis curas solatur amicis.*
Sil.It. lib. 17. *Tum vox semianimi miseranda effunditur ore.*
Se.in Thyes. *— sic ore effatus amico est.*
Ouid.1.Fast. *— quis queat digne eloqui?*
Ibid. *Edidit hos nobis ore priore sonos.*
Ibid. *Presserat ore deus, tunc sic ego nostra resolui*
Oui.3.de Pon. *Voce mea voceis eliciente dedi.*
Eleg.3. *Addidit hæc dictis vltima verba suis.*
Clau.1.Eutr. *Talibus affata est libera lingua sonis.*
Stat.9.Theb. *— vocemq; extromit anhelam.*
— Prior his dubios compellat Adrastus.

Vide ALLOQVI, & NARRARE.

Lorica, *vide* ARMA.

Lotharingia, & Lotharingus.

Petr.de Blat. *Leucenses inter populos, gentemq; Vosagam.*
ac Barrense solum.
Idem. *Hic ducibus sedes: etsi, te rege, Lothari*
Esset apud Metin, dum parui exordia regni,
Et tua donares Lotharingæ nomina terræ.
Idem. *At raram passura sitim Lotharingia.*
Hæc plaga gibbosos felix sibi pulchraq; montes,
Alsatiæ obiectos habet, iis lætissima claudi,
Vnde diem primo surgentem lumine spectat:
Clauditur & Mopsæ limbo, qua Phœbus in æquor
Mergitur occiduum iam vespertinus: at amnis
Idem. *Hanc ipsam à madido Mosella intersecat Austro.*
Idem. *Vir repetit Lotharingus iter.*
Idem. *In terras Lotharinge tuas.*
Idem. *— tristes turbare Lotharingos.*
Idem. *In Lotharingigenas.*
Autor. *— ducique afferre Lotharingo*
Idem. *Terra Lotharinga dedit.*
Idem. *Gensq; Mosellanæ regionis.*
— Austrasia.

Lucere, Lux.

Virg.1. Æne. *Dixit & auertens rosea ceruice refulsit.*
Ibid. *— claraque in luce refulsit,*
Os humerosq; Deo similis, namq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ

Purpu-

Purpureum, & lætos oculis adflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariusue lapis circumdatur auro.
Flagrantesq; Dei vultus.
— terq; ipsa solo mirabile dictu Emicuit. Vir. Æne. 6.
Cum mihi se non ante oculis tam clara videndam Ibid.
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit.
Alma parens, confessa Deam qualisque videri
Cælicolis, & quanta solet.
Insedit nimbo effulgens.
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. Ibid.
— tum longo limite sulcus Ibid.
Dat lucem, & latè circum loca sulphure fumant. Idib.
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli Ibid.
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci
— ipse deum manifesto in lumine vidi. Virg. 4. Æne.
Et rutilis clarus squamis. Virg. 4. Georg
— elucent alæ, & fulgore coruscant Ardentes auro. Ibid.
Nube candenti humeros amictus Augur Apollo. Hor. 1. car. o. 2
Intentata nites. Ibid. od. 5.
— seu te fulgentia signis Castra tenent. Ibid. od. 7
— alba nautis stella refulsit. Ibid. od. 12
— micat inter omnes
Iulium sidus velut inter ignes Luna minores. Ibid.
— pellucidior vitro. Ibid. od. 18
— Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius. Ibidem. od. 19
— albo sic humero nitens, Vt pura nocturno renidet. Hor. 3. car. o. 5
Luna mari, Gnidiusue Gyges.
O fons Blandusiæ splendidior vitro. Hor. 3. ca. od. 3.
Clara micante auro, flammamque imitante pyropo. Oui. 2. Met.
Argenti bifores radiabant lumine valuæ. Ibid.
— in solio claris lucente smaragdis. Ibid.
— micantes deposuit radios. Ibid.
— splendet tremulo sub lumine pontus.
Ardet apex capiti, tristisque à vertice flamma Virg. 7. Æne.
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes. Virg. 10. Æne.
— qualis, cum cærula nubes
Solis inardescit radiis, longeque refulget. Vir. 8. Æne.
Instar veris enim vultus vbi tuus Ho. 4. c. ode. 4.
Affulsit, populo gratior it dies,
Et soles melius nitent.
Ridet argento domus.

Vir. 6. Æne. —lucent genialibus altis Aurea fulcra toris.
Ibid. Largior hic campos æther, & lumine vestit Purpureo.
Vir. 7 Æne. —aræq; fulgent
Auctor. Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Idem. —nitido qui cærula vultu Transluces obiecta.
Vna num dabitur nocte diem dare?
Candenti placidas lampade menstrua
Terras aspice, lux, & rutilam tuo
Vir. 9. Æne. Germani supera cæsariem die,
—vnde hæc tam clara repente
Ibid. Tempestas? video medium discindere cœlum
Hic primùm noua lux oculis effulsit, & ingens
Ibid. Visus ab Aurora cælum transcurrere nimbus.
Autor, —radijsque aduersa refulsit.
Sic peruicaci nescia cedere,
Virtus renidet lumine latiùs.
Catullus. Ipsius at sedes, quacumque opulentà recessit
Regia fulgenti splendent auro, atque argento,
Tota domus gaudet regali splendida gaza.
Tib. lib. 4. Splendidior liquidis cum sol caput extulit vndis.
Boet lib. 8. Lucebit ipso perspicacius Phœbo,
Ouid. epist. 17. Quanto cum radijs fulges argentea puris,
Concedunt flammis sidera cuncta tuis
Ibid. Vnda repercussa radiabat imagine Lunæ,
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Oui. 2. Met. —positaque ex ordine gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
Ibid. Quanto splendidior, quam cætera sidera fulget
Lucifer, & quanto, quam lucifer aurea Phœbe,
Lucre. lib. 4. Nec domus argento fulget, auroque renidet.
Ibid. Fulgor ibi ad cœlum se tollit, totaq; circum
Ære renidescit tellus.
Ibid. Recta, aut obliqua percussus luce resulget.
Virg. 4. Æne. —flagrant quoque lumina nymphæ
Non aliter quàm cum puro nitidissimus orbe
Sil. Ita, lib. 1. Opposita speculi referitur imagine Phœbus,
—iacit igneus hasta
Dirum lumen apex, ac latè fulgurat vmbo.
Sil. Ita. li. 14. —flagrantibus alto
Stant aliæ tædis, splendet lucente profundo
Mulciber, & tremula vibratur imagine pontus,
Sil. Ita lib. 14. —flammam ingentem frons alta vomebat:
Sen. in Hipp. Lucebit pario marmore clarius.

—& cla-

— & claram dispergere culmine lucem. Cla.1. de ra. Pro.
— & totis lucem spargentia ripis
Aurea roranti micuerunt cornua vultu. Clau. in Fratres.
Et formidato clypeus Tytan lacessit Lumine.
— Mauors adamante coruscat. Ibid.
Quum procul augeri nitet, & iucundior aër Clau.1. de nup.
Attonitam lustrare domum fundique comarum
Gratus odor, mox vera fides, numenque refulsit,
Arcanum radiant oculi iubar, igneus ora
Cingit honos rutilo cognatum vertice sidus.
Attollit cristatus apex, tenebrasque serena Luce secat. Cla. de Phœ. Stat.1. Theb.
Donec ab Inachiis victa caligine tectis
Emicuit lucem deuexa in mœnia fundens Lariss æus apex.
— aduersaque sub vmbra. Stat.2. Theb.
Flammeus ægratis luna tremor errat in armis. Stat.3. Theb.
— clypeique cruenta
Lux rubet, & solem longè ferit æmulus orbis. Stat.6. Theb.
— alijque nitescunt,
Sic vbi tranquillo pellucent sidera ponto,
Vibaturque fretis cœli stellantis imago,
Omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperus exercet radios, quantusque per altum Stat.9. Theb.
Æthera cæruleis tantum monstratur in vndis.
— tunc dulce coma, radijsque micantes Dulce nitent visus. Stat.2. Theb.
— cristasque videt rutilare comantes. Stat.1. Theb.
— radiant maiore sereno
Culmina, & arcano florentes lumine postes, Stat.5. Theb.
— simili coma fulgurat Astro,
Ardet iter. Fortunat.
Namque viri sacro de vertice flamma refulsit
Ignis, & innocui surgit ad astra globus.

Lucerna.

Dulcis conscia lectuli lucerna. Mart.lib.14.
Ancillam tibi sors dedit lucernæ, Ibid.
Tutas quæ Vigil exigit tenebras,
Nomina candelæ nobis antiqua dederunt, Ibid.
Non norat parcos vncta lucerna patres.
Esse vides lignum, seruos nisi lumina fiet, Ibid.
De candelabro magna lucerna tibi,
Dum paruus lychnus modicum consumit oliui Idem.l. Iuuen.
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Vide ILLVMINARE & LAMPAS.

Luctari

Luctari.

Virg. 2. Georg. *Corporaq; agresti nudat prædura palæstra.*
Ibid. *— pingue sque in gramine lato*
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi,
Virg. 3. Æne. *Actiaque Iliacis celebramus littora ludis,*
Exercent patrias oleo labante Palæstras
Virg. 6. Æne. *Pars in gramineis exercent membra palæstris*
Contendunt ludo & fulua luctantur arena.
Ouid. 6. Met. *Transierant ad opus nitidæ iuuenile palæstræ,*
Et iam contulerant arcto luctantia nexu Pectora pectoribus.
Luc. 4. Pharſ. *— perfundit membra liquore*
Hoſpes Olympiacæ ſeruato more palæstræ:
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infudit arenas:
Conſeruare manus, & multo brachia nexu,
Colla diu grauibus fruſtrà tentata lacertis.
Immotumque caput fixa cum fronte tenetur.
Mirantur que habuiſſe parem, nec viribus vti
Alcides primo voluit certamine totis,
Exhauſitque virum, quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus feſſo de corpore ſudor,
Tunc ceruix laſſata quati, tunc pectore pectus
Vrgeri tunc obliqua percuſſa labare
Crura manu, iam terga viri cadentia victor
Alligat, & medium compreſſis ilibus arctat,
Inguinaque inſertis pedibus diſtendit, & omnem
Explicuit per membra virum, rapit arida tellus
Sudorem, calido complentur ſanguine venæ:
Intumuere tori, totoſque induruit artus,
Herculeoſque nouo laxauit corpore nodos.
Conſtitit Alcides ſtupefactus robore tanto,
Nec ſic Inachiis, quamuis rudis eſſet, in vndis
Defectam timuit reparatis anguibus Hydram.
Conflixere pares, telluris viribus ille,
Ille ſuis, numquam ſæua ſperare nouerca
Plus licuit, videt exhauſtos ſudoribus artus,
Ceruicemq; viri ſiccam, qua ferret olympum,
Vtque iterum feſſis iniecit brachia membris,
Non expectatis Antæus viribus hoſtis,
Sponte cadit, maiorq; accepto robore ſurgit:
Quiſquis ineſt terris, in feſſos ſpiritus artus.
Egeritur, telluſque viro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ prodeſſe parentis,

Alcides

Alcides sensit, standum est tibi dixit, & vltra
Non credere solo, sternique vetabere terra
Hærebis pressis inira mea pectora membris,
Huc Antæe cades Sic fatus sustulit altè
Nitentem in terras iuuenem, morientis in artus.
Non potuit gnati tellus summittere vires.
Alcides medium tenuit, iam pectora pigro
Stricta gelu, terrisque diu non credidit hostem.
— & in varias distringunt membra palæstras. Manil. lib. 5.

Ludere, Ludorum varia genera.

Hic noctem ludo ducunt. Vir. 3. Æne.
— si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas. Vir. 4. Georg.
Instituit sacros celebri certamine ludos Oui. 1. Met.
Hic iuuenem quicumque manu pedibusque, rotantem
Vicerat, Æsculea capiebat frondis honorem. Ibid.
Venit & ad ripas, vbi ludere sæpe solebat.
Non mea magnanimo depugnat tessera talo. Mart. lib. 18.
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur,
Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus,
Alea nec damnum, nec facit ista lucrum. Virg. 9. Æne.
— noctem custodia ducit Insomnem ludo, Ibid.
— illa quæ plurima nocte Luserat,
Æquasset cum nocte ludum, in lucemq; tulisset. Prop. lib. 3.
Cum pila veloces fallit per brachia iactus,
Increpat & versi clauis aduncа trochi:
Puluerulentaq; ad extremas stat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio:
Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris,
Missile nunc dextri pondus in orbe rotat. Mart. lib. 5.
Et blando male perditus fritillo
Arcana modo raptus è popina
Ædilem rogat vdus aleator. Oui. 1 de art.
Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusor,
Et reuocat cupidas alea sæpè manus. Oui. de nuce.
Et condis, lectas parca colona nuces.
Has puer aut certo rectas diuerberat ictu.
Aut prenas digito bisue semelue petit.
Quatuor in nucibus non amplius alea tota est,
Cum sibi suppositis additur vna tribus,
Per tabulæ cauum labi iubet alter, & optat,
Tangit vt è multis qualibet vna suam:
Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar,
Vt diuinatas auferat augur opes;

Fit

Fit quoque decreta, qualem cœleſte figuram
Sidus, & in Græcis littera quarta gerit.
Hæc vbi diſtincta eſt gradibus, qua conſtitit intus,
Quot tetigit virga tot capit inde nuces.
Vos quoque ſæpe cauum ſpatio diſtante locatur,
In quod miſſa leui nux cadat vna manu.

Iuue. Sat. 8. —*ſi luditur alea pernox.*

Iuue. Sat. 14. *Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres*
Bullatus paruoque eadem mouet arma fritillo.

Oui 3. Triſt. *Luſus equis nunc eſt, leuibus nunc luditur armis*

Eleg. 12. *Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus,*

Stat. 2. Theb. *Inſomnem ludo certatim ducere noctem.*

Mart. lib. 1. *Dum blanda vagus alea december*
Incertis ſonat hinc & hinc fritillis
Et ludit rota nequiore talo.

Ludimagiſter.

Mart. lib. 2. *Quintiliane vagæ moderator ſumme iuuentæ*

Idem. *Iam triſtis nucibus puer relictis*
Clamoſo reuocatur à Magiſtro.

Horat. —*vt pueris olim dant cruſtula blandi*
Doctores Elementa velint vt diſcere prima.

Mart. lib. 8. *Perlegat vt tumidus rauca te voce Magiſter.*

Idem libro 12. *Crinitæ, Line, pædagoge turbæ.*

Id. lib. 11. *Ludi magiſter parce ſimplici turbæ.*

Ibid. *Ferulæque triſtes ſceptra pædagogorum.*

Id. lib. 9. *Quid tibi nobiſcum eſt, ludi ſcelerate Magiſter:*
Inuiſum pueris, virginibuſque caput?
Nondum criſtati rupere ſilentia galli:
Murmure iam ſæuo, Verberibuſque tonas.

Vide DOCERE.

Ludere, pro Exultare.

Virg. 3. Georg. *Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit*
Arboris obnixu, truncoque, ventoſque laceſſit

Ho. 3. car. o. 11. *Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.*

—*nunc in vdo*
Ludere cum vitulis ſalicto Præteſtientis.

Ho. 3. ca. o. 11. *Quæ velut latis equa trima campis Ludit exultim,*

Auctor. —*& foliis, aues, Inter vos hilari ludite pennula.*

Ludere inſtrumentis muſicis. *Vide* TESTVDINEM TANGERE.

Luna.

Virg. 3. Georg. —*& ſaltus reficit iam roſcida luna.*

Vir. 3. Æne. —*multo manifeſti lumine, qua ſe*

Plena

Plena per insertas fundebat luna fenestras.
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. Ibid.
— aut Phœbeæ lampadis instar. Ibid.
Tertia iam lunæ se cornua lumine complent. Ibid.
— lumenque obscura vicissim Luna premit. Vir. 4. Æne.
— Diana quæ silentium regis. Hor. Epo. 5.
Nox erat, & cœlo fulgebat Luna sereno. Hor. Epo. 15.
Inter minora sidera,
— vos ô clarissima mundi Virg. 1 Georg.
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
— quid menstrua luna moneret. Ibid.
Luna reuertens cum primùm colligit ignes. Ibid.
Si nigrum obscuro comprenderit æra cornu:
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe;
Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)
Pura, nec obtutis per cœlum cornibus ibit.
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo.
Exactum ad mensem, pluuia, ventisque carebunt,
Eripiet lunare iubar. Cla. in Ruff.
Casta faue Lucina. Vir. Eclog. 4.
Insignemque pharetra, Ho. 1. ca. o. 22.
Fraternaque humerum lyra.
Vt pura nocturno renidet luna mari Ho. 2. ca. o. 5.
— neque vno luna rubens nitet vultu. Ibid. o. 11.
Montium custos, nemorumque virgo. Ho. 3. ca. o. 22
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata, audis, adimisque letho Diua triformis.
Latonam & celeris spicula Cynthiæ. Ibid. o. 28.
Phœbe syluarumque potens Diana Ho. in ca. sæc.
Lucidum cœli decus.
Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithya tuere mātres. Ibid.
Siue tu Lucina probas vocari, Seu genitalis Diua,
Siderum regina bicornis audi Luna puellas. Ibid.
Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe. Ouid. 1. Met.
— & hinc Triuiam Prospicis Mart. lib. 5.
Lunaque quæ nunquam quo prius orbe micas. Oui. in Ibin.
— nec candida cursum Virg. 7. Æne.
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus, Vir. 11. Æne.
— memorem cultrix Latonia virgo. Virg. 10. Æne.
— almaque currit.

Nocti-

Hora.4.c.o.2. *Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum*
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lunæ referentis ortum
Ibid.o.6. *— crescentem faci noctiluam*
Prosperæ frugum, celeremque pronos Voluere montes.
Virg.6.Æne. *Lucentemque globum lunæ, Titaniaq; astra.*
Auctor. *Menstruæ cœlum superans quanti Vertice Phœbes.*
Idem. *Candenti placidas lampade menstrua*
Terras aspice, lux, & rutilam tuo
Virg.9.Æne. *Germani super cæsariem die.*
Oui. 5.Met. *Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.*
Ibid. *— soror Phœbi.*
Ouid.3.Met. *— iaculatricemq; Dianam.*
Oui. epist. 4. *Qualia dimidiæ sinuatur cornua lunæ.*
Oui. epist. 11. *Iam mihi prima dea est, cornu præsignis adunco Delia.*
Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi,
Ibid. *Denaq; luciferos luna vehebat equos.*
Oui.epist.12. *— opem Lucina negabas.*
Tib.lib.1. *Per triplices vultus, arcanaq; sacra Diane,*
Luc.lib.5. *— persoluens Delia voces.*
Cla. 1. de rap. *Lunaiq; globum.*
Pro. *Lunari subiecta globo, qui septimus auras*
Catullus. *Ambit, & æternis mortalia separat astris.*
O Latonia maximi Magna progenies Iouis,
Quam mater prope Deliam Deposuit se oliuam.
Montium domina vt fores, Syluarumq; virentium
Saltuumq; reconditorum, Ammium sonantium,
Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis,
Tu potens Triuia & notho & Dicta lumine luna,
Tu cursu Dea menstruo Metiens iter annuum,
Rustica agricolæ bonis Tecta frugibus exples.
Idem. *Vt Triuiam furtim sub Latmia saxa relegans,*
Dulcis amor gyro deuocet aërio.
Tib.lib.2. *— & qualis, vt orbem,*
Compleuit versis luna recurrat equis.
Tib.lib.3. *Candor erat, qualem præfert Latonia luna*
Prop.lib.3. *Quà venit exoriens, quà deficit, vnde coactis.*
Cornibus in plenum menstrua luna redit.
Boet.lib.1. *Visebat gelidæ sidera lunæ*
Ibid. *Vt nunc pleno lucida cornu*
Totis fratres obtuta flammis
Condat stellas luna minores,
Nunc obscuro pallida cornu.

Phœbe

Phœbo propior lumina perdat. Boet. lib. 2.
Vt quas duxerit Hesperus
Phœbe noctibus imperet Boet. lib. 4.
Polleant plenæ cornua lunæ
Infecta metis noctis opacæ. Ibid.
Gelidum Phœbes impedit axem. Claud.
Et simulata noua Cynthia mense redit. Statius.
— & vaga seruit
Luna, nec iniustæ toties redit orbita lucis. Oui. epist. 17.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti. Ou. Epist. 12.
— quæ conspicit omnia Phœbe. Luc. 1. Phar.
fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem poscet sibi. Ibid.
Tertia iam grauido pluuialis Cinthia cornu. Ibid.
— cornuq; coacto
Iam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe. Oui. 2. de Pon. Eleg. 3.
Terrarum subita percussa expalluit vmbra.
— & biforeis intrabat luna fenestras
Mense ferè medio quanta nitere solet. Luc. 3. Phar.
Quantum deesse solet lunæ, seu plena futura est,
Seu iam plena fuit.
Lunaque non gracili surrexit lucida cornu, Luc. 5. Pharſ.
Haud orbis medij puros exosa recessus.
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumque notæ rubuit, tam lurida pallens
Ora tulit vultu sub nubem tristis ituro,
— si certo tempore luna Luc. lib. 5.
— Gignitur, & certo deletur tempore rursus.
— sacra triformis Illa deæ. Ouid. 7. Met.
Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent, Ibid.
Efficerentque orbem postquam plenissima fulsit
Et solida terras spectauit imagine luna
Phœbiq; fugit reditura soror. Se. in He. fur.
— obscuri dea clara mundi. Sen. in Hipp.
Regina nemorum, sola quæ monteis colis, Ibid.
Et vna solis montibus coleris Dea,
Conuerte tristeis omnium in melius minas.
O magna syluas inter, & lucos Dea,
Clarumque cœli sidus, & noctis decus,
Cuius relucet mundus alterna face Hecate triformis.
Clarior quantò micat orbe pleno. Ibid.
Cum suos igneis coeunte cornu

Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe.

Sen. in Oedi. *Sororq; fratri semper occurrens tuo Noctiuaga Phœbe.*
— tuq; genialis tori Lucina custos.

Sen. in Met. *Tacitisq; præbens conscium sacris iubar,*
Hecate triformis

Clau. 2. de rap. *Ecce procul ternis Hecate variata figuris Exoritur.*

Pro. *— arcana moderatrix Cinthia noctis.*

Stat. 10. Theb. *— lunæque rotundum*
Aspicimus tumido quærentis corpore lumen.

Manil. lib. 1. *Quod globus obliquos totus non accipit ignes.*
Consule tum Phœbem imitantem lumina fratris,
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis.

Vide, MENSIS.

Lupus, & Lycaon.

Ouid. 1. Met. *Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris*
Exululat, frustraque loqui conatus ab ipso
Colligit os rabiem, solitæq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes, & nunc quoque sanguine gaudet,
In villos abeunt vestes, in crura lacerti
Fit lupus, & veteris seruat vestigia formæ,
Canities eadem est, eadem violentia vultus
Iidem oculi lucent, eadem feritatis imago est.

Hor. Epo. 16. *— & rapacibus lupis.*

Vir. Elog. 3. *Triste lupus stabulis.*

Vir. 7. Æne. *— ac formæ magnorum vlulare luporum.*

Virg. 8. Ænei. *Martius à stabulis raptuit lupus.*

Oui. Epist. 12. *Viscera montanis ferret edenda lupis.*

Tib. lib. 1. *— & à sauis relicta lupis.*

Tib. lib. 2. *Nec timeat celeres tardior agna lupos.*

Oui. 2. de art. *Et pauidum solitos in pecus ire lupos.*

Ibid. *Plenum montano credis ouile lupo.*
Inde fragore graui strepitus loca proxima terret
Bellua vasta lupus, syluisq; palustribus exit,
Oblitus & spumis, & crasso sanguine rictus,
Fulmineus rubra suffusus lumina flamma.

Stat. 2. Theb. *— pecoris lupus expugnator opimi.*

Virg. 11. Æne. *Ac velut ille prius quàm tela inimica sequantur,*
Continuo in montes sese auius abdidit altos,
Occiso pastore lupus, magnove iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasq; petiuit.

Oui. 3. Trist. *Vtq; rapax stimulante fame, cupidusq; cruoris,*

Inu-

Incuſtoditum captat ouile Lupus.

Ceu ſtimulante fame rapuit cum Martius agnum. Sil.Ita.lib. 7.
Auerſo paſtore lupus fœtumq; trementem
Ore tenet preſſo, tum ſi veſtigia curſu
Auditis celeret baſatibus obuia paſtor.
Iam ſibimet metuens, ſpirantem dentibus imis
Reiectat prædam, & vacuo fugit ager hiatu. Ibid.
— ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis per ouilia clauſam
Iam pauidus ſomni ſeruat pecus, effera ſauit,
Atque impaſta truces vlulatus turba luporum
Exercet, morſuq; quatit reſtantia clauſtra.

Vide, INSIDIARI.

Lux, *vide*, ILLVMINARE, & LVCERE.

Lyra, *vide*, TESTVDINEM TANGERE.

MACER, Macies.

Ipſa, autem macie tenuant armenta volentes, Virg.3.Georg.
— horrida vultum Deformet macies Virg.4 Georg.
— macie confecta ſuprema Virg.3. Æne.
Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu,
— macer eſt mihi taurus. Virg.Eclo.3.
Quàm lentis penitus macerer ignibus. Ho.1 car.o 13.
Antequam turpis macies decentes Occupet malas, Ho.3.c.o.27.
Adducitque cutem macies, & in aëre ſuccus Ouid.3.Met.
Corporis omnis abit, vox tantum, atque oſſa ſuperſunt,
Fugerat ore color, macies obduxerat artus, Ouid.epiſt.12.
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Effice ne macies pallentes occupet artus, Tib.lib.4.
Neu notet informis pallida membra color,
Diceris & macie vultum tenuaſſe. Prop.lib.4.
Concidimus macie, color eſt ſine ſanguine, Oui. epiſt. 20.
— tenet ora profana Luc.6.Pharſ.
Fœda ſitu macies, cæloque ignota ſereno,
Terribilis Stygio facies pallore grauatur.
— pallenti tabida forma. Ibid.
Pallor in ore ſedet macies in corpore toto, Oui.2. Met.
Pallorem, ac maciem, & tenueis miſerantibus artus, Iuue. Sat.15.
— iam lumina retro Sil.Ita.lib.2.
Exeſis fugere genis, iam lurida ſola
Tecta cute, & venis male iuncta trementibus oſſa,
Extant conſumptis viſu deformia neruis.
Nam neque ſunt vires, nec qui color eſſe ſolebat, Oui.4.Triſt.
Vix habeo tenuem, qua tegat oſſa cutem, Eleg.5.

Dura cutis per quam spectari viscera possent,
Ossa sub incuruis extabant arida lumbis
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
Sectus & à spina tantummodo crate teneri.

Cla. 2. de rap Pro. *Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat*
Orbis, & immodico prodibant subere tali,
Vnde hæc informis macies?

Clau. 1. Eutr. Gildo. *— quum pallida nudis*
Ossibus horrorem dominis præberet imago
Decolor, & macies, occursu læderet omneis,
— ieiuna lacertos Exedit macies.

Madefacere. *Vide*, LAVARE.

Magister. *Vide*, LVDIMAGISTER.

Magus. *Vide*, INCANTARE.

Magnus. *Vide*, GIGAS, ALTVS & MONS.

Maledicere. *Vide*, INIVRIA, IMPRECARI & ARGVERE.

Malus. *Vide*, INIQVVS.

Mane. *Vide*, DIES.

Manifestare, Manifestum.

Vir. 2. Georg. *At sapor indicium faciet manifestus, & ora*
Tristia tentantum sensu torquebat amaros.
Virg. 3. Georg. *— causas, & signa docebo,*
Virg. 1. Æneı. *— cacumque domus scelus omne retexit.*
Ibid. *Ni frustrà augurium vani docuêre parentes.*
Ibidem. *— iam dudum erumpere nubem Ardebant.*
Virg. 2. Æne. *Tum verò manifesta fides, Danaumque patescunt Insidiæ.*
Vir. 3. Æne. *— vobis furiarum ego maxima pando.*
Ibid. *Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura*
— tectusque recusat Prodere voce sua quemquam.
Hor. 3. c. od. 21. *— arcanum iocoso Consilium retegit Lyæo,*
Ouid. 1. Met. *Est via sublimis cœlo manifesta sereno.*
Virg. 6. Æne. *Pandere res alta terra, & caligine mersas.*
Ibid. *Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo:*
Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
Ibid. *Expediam dictis, & te tua fata docebo,*
Virg. 9. Æne. *Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra*
Prodidit immemorem, radijsque aduersa refulsit.
Oui. Epist. 11. *— mentitaque sacra ruelat Aeolus.*
Pro. lib 4. *— ne certa forent manifesta signa rapinæ.*
Statius. *— questusque & vulnera cœca resoluam.*
Luc. 1. Phar. *Fert animus causas tantarum expromere rerum,*
Luc. 7. Phar. *— venturos prodere casus*
Sen. in Thyest. *Effare, & istud pande, quodcunque est malum,*
Ouid. 14. Met. *— sed hosti Prodere timui.*

Manus

Manus.

—*cur dextræ iungere dextram Non datur?*	Vir. 1. Æne.
—*& tunsæ pectora palmis.*	Ibid.
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.	Virg. 8. Æne.
—*teneras arcebant vincula palmas.*	Ibid.
—*tendoq; supinas ad cœlum cum voce manus,*	Virg. 3. Æne.
—*vncæque manus,*	Ibid.
—*laudat digitosque manusque*	Ouid. 1. Met.
Et caua suscepto flumine palma sat est.	Prop. lib. 4.

Mare.

Atque indignatum magnis stridoribus æquor,	Virg. 2. Georg.
Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso.	
Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Auernis.	
—*qua vi maria alta tumescant.*	Virg. 3 Georg.
—*abruptis turbata procellis*	Ibid.
Nocte natat cæca serus freta.	
—*aut præceps Neptuno immerserit Eurus.*	Vir. 4. Georg.
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis.	Ibid.
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates.	Ibid.
terris iactatus, & alto.	Ibid.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor.	Virg. 1. Æne.
—*spumas salis æreruebant*	Ibid.
—*submergere Ponto.*	Ibid.
—*& dicte citiùs tumida æquora placat.*	Ibid.
Despiciens mare veliuolum.	Ibid.
It mare præruptum, & pelago premit arua sonantis	Ibid.
In freta dum fluuij current.	Ibid.
—*& vastum maris æquor arandum.*	Vir. 2. Æne.
—*tranquilla per alta.*	Ibid.
Fit sonitus, spumante salo.	Ibid.
—*atque imo Nereus ciet æquora fundo,*	Ibid
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor.	Virg. 3. Ænei.
Exultantque vada, atque æstu miscentur arenæ.	Ibid.
Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.	Ibid.
—*quo pondus, & omnes Intremuere vndæ.*	Ibid.
—*quæ circum littora circum*	Virg. 4. Æne.
Piscosos scopulos, humiles volat æquora iuxta.	
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?	Ibid.
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.	Vir. 3. Æne.
—*quà totum Nereus circumsonat orbem,*	Ouid. 1. Met.
—*immensa licentia ponti.*	Ibid.
Pars maris, & latus subitarum campus aquarum,	Ibid.
—*iratum mare.*	Ho. Epod. 2.

Hor. Epo. 16. — *amet falsa æquora.*
Ibid. *Nos manet Oceanus circumuagus.*
Hor. in Can Sæc. *Non saxa nudis surdiora nauitis.*
Neptunus alto tundit hybernus salo.
Virg. 1. Georg. — *ventosa per æquora.*
Ibid. *Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.*
Ibid. — *& Oceani metuentes æquore tingi.*
Ibid. — *infidum remis impellere marmor.*
Vir. Eclo. 2. *Cum placidum ventis staret mare.*
Virg. Eclog. 4. — *tentare Tethyn ratibus.*
Ibid. — *tractusque maris.*
Vir. Eclo. 6. — *discludere Nerea ponto.*
Ho. 1. car. o. 3. *Qui vidit mare turgidum.*
Ibid. — *qui fragilem truci Commisit pelago ratem.*
Ibid. — *Oceano dissociabili*
Ibid. o. 3. — *aspera nigris æquora ventis.*
Ibid. o. 9. *Etrauêre ventos æquore feruido.*
Ibid. o. 14. *Vix durare carinæ Possunt imperiosius æquor.*
Ibid. o. 35. — *fretis acrior Adriæ.*
Ibid. o. 35. *Curuantis Calabros sinus, Oceanoque rubro*
Ho. 2. ca. o. 7. — *resorbens Vnda fretis tulit æstuosis.*
Ho. 3. ca. o. 1. *Tumultuosum sollicitat mare,*
Ibid o. 3. *Dux inquieti turbidus Adriæ.*
Oui. 1. Met. — *nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrito,
Ibid. — *circumfluus humor*
Vltima possedit, solidumque coercuit orbem.
Ibid. *Tum freta diffudit, rapidisque tumescere ventis*
Iussit, & ambitæ circumdare littora terræ.
Ibid. *Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ,*
Oui. in Ibin. — *in æquoreas præcipiteris aquas.*
Oui. 2. Met. *Æquora celárat medias cingentia terras.*
Oui. 14. Met. *Nauifragumque fretum.*
Vir. 10. Æne. — *& cærula concha Exterrens freta.*
Vir. 2. Æne. *Hæc inter tumidi latè maris ibat imago*
Aurea, sed fluctu spumabant cærula cano.
Et circum argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant candis, æstumque secabant.
Ibid. — *arua noua Neptunia cæde rubescunt.*
Virg. 10. Æne. *Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo.*
Virg. 5. Æne. *Altum alij teneant.*
Ibid. — *cunctique profundum Pontum aspectabant.*
Ibid. *Mene salis placidi vultum fluctusque quietos.*

Ignora-

Ignorare iubes?
— magnas obeuntia terras Tot maria intraui. Virg.6.Æne.
Et qua marmoreo fert monstra sub æquore pontus. Ibid.
— profundi Felici totos arte sonare sinus. Vir.8.Æne.
— & pelagi petere alta parabat. Auctor.
— incedit medij per maxima Nerei Virg.9.Æne.
Stagna viam scindens. Vir.10.Æne.
Aspicit immensum moles natiua profundum. Ouid.epist.5.
Qua latam Nereus cærulus ambit humum. Oui.epist.9.
Omne tenet ponti, qua plaga læua iacet. Oui.epist.11.
— minacis Adriatici Negare littus. Catullus.
— truceмve Ponticum sinum. Idem.
Rabidum salum tulistis, truculentaq; pelagi. Idem.
— prope marmora pelagi Idem.
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per vndas. Idem.
Oceanusque pater, totum, qui amplectitur orbem. Idem.
Vnde aciem in pelago vastus protenderet æstus,
Tum tremuli salis aduersas procurrere in vndas. Idem.
— at gurgite lato
Discernens patriam truculentum diuidit æquor, Tib.lib.1.
Vtque maris vastum prospectet turribus æquor, Tib.lib.4.
Qualis & incuruum pontus confluxerit orbem. Ibid.
— placidumque per Nerea Ibid.
Oceanus ponto, qua continet orbem, Prop.lib.2.
Ionio lassas ducere rore manus. Ibid.
— fluctus siccare marinos. Prop.lib.1.
Et venit è rubro concha Erycina salo. Prop.lib.3.
Nunquam occiduo lota profundo. Statius.
Tyrrheni sinus obruat profundi. Luc.1.Pharf.
Tethyos vnda vaga. Ibid.
— Tethys maioribus vndis
Hesperium Calpen, summumque impleuit Athlanta, Luc.3.Phar.
— mediumque rates tenuere profundum, Oui.2.Met.
— ad canam descendit in æquora Tethym. Luc.lib.1.
Oceanumque senem. Lucre.lib.6.
— mare nauigerum.
— quod vndas Sil.Ita.lib.13.
Arguit & liquidam molem, camposque natanteis. Se.in He.fur.
— & lati stagna profundi, Ibid.
Quocunque abluitur solum Vasto Tethyos ambitu.
Et vaga ponti mobilis vnda.

Vide NAVIGARE.

Maria Mater Christi.

Auctor. *Tu veluti Cedrus libani præcelsa: Sionis*
Tu quasi Cypressus: tu quasi palma Cadæ,
Gemma nitens, hortus conclusus: eburnea turris
Fœderis arca: poli ianua; stella maris.
Peruius errantum portus: Dauidica clauis,
Christiadum columen, debiliumq; salus
Ista tuis dantur cognomina moribus apte,
Hos sacra titulos virginitatis habes.

Maritare, Matrimonium.

Virg. 3. Georg. *Ætas Lucinam, iustusq; pati hymenæos Desinit.*
Virg. 1. Æne. *Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam*
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.
Ibid. *Cui pater intactam dederat, primusq; iugarat.*
Virg. 8. Æne. *Coniugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitum,*
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Ibid. *Coniugio, Anchisa Veneris dignate superbo.*
Vir. 4. Æne. *Ne cui me vinclo vellem sociare iugali.*
Postquam primus amor deceptum morte fefellit.
Si non pertæsum thalami tædæq; fuisset.
Ibid. *— quæ surgere regna Coniugio tali.*
Ibid. *Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.*
Ibid. *— pacem æternam, pactosq; hymenæos Exercemus.*
Ibid. *Hic Hymenæus erit.*
Ibid. *Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.*
Ibid. *Per connubia nostra, per incœptos Hymenæos.*
Ibid. *— lectumq; iugalem.*
Ibid. *Nomadumq; petam connubia supplex.*
Ibid. *Quos ego iam toties sum dedignata maritos,*
Deinde toros iunxit.
Oui. 1. Met. *Multi illam petiêre, illa auersata petentes*
Ibid. *Impatiens expersq; viri nemora auia lustrat,*
Nec quid hymen, quid amor, quid sint connubia curat.
Sæpe pater dixit: generum mihi filia debes,
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes,
Illa velut crimen tædas exosa iugales.
Ibid. *At tibi ego ignarus thalamos, tædasq; parabam,*
Spesq; fuit generi mihi prima, secunda nepotum.
Vir. Eclo. 8. *Mopse nouas incide faces, tibi ducitur vxor.*
Ho. 2. c. ode 8. *— miseræq; nuper Virgines nuptæ.*
Ho. 3. ca. o. 10. *Sæuo nupta viro.*
Mart. lib 6. *Ludus erat sacra connubia fallere tæda.*
Mart lib. 4. *Claudia Rufe meo nubit peregrina Pudenti*

Mactæ

Macte esto tædis ô Himenæe tuis.
Sed iam aut contigerant illi connubia matris. Ouid. 12. Met.
Aut fuerant promissa tuæ.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus. Ibid.
Si qua tibi sponsa est si quam dignabere tæda. Oui. 6. Met.
Te face solemni iunget sibi. Oui. 7. Met.
Quin gnatam egregio genero, dignisq; hymenæis Vir. 11. Æne.
Dei pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Iam matura viro, tam plenis nubilis annis Virg. 7. Æne.
Multi illam magno è Latio, totaque petebant
Ausonia, petit ante alios pulcherimus omnes
Turnus auus, atauisque potens, quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore.
Ne pete connubijs natam sociare Latinis, Ibid.
O mea progenies, thalamis neu crede paratis.
Externi veniunt generi.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ Ibid.
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo,
Monstra sinunt, generos externis affore ab oris.
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes Ibid.
Abnegat, externusque in regnum quæritur hæres.
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos Ibid.
Egregium Veneris genus, & Rex ipse Latinus.
— iugali Maturam consorte puellam. Auctor.
— Turnique minorem Virg. 9. Æne.
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Cum tam connubijs pacem felicibus (esto) Component.
At nec nupta quidem, tædaque accepta iugali. Oui. epist. 41.
— seruo nubere nympha uli. Oui. epist. 5.
Heu vbi pacta fides, vbi connubialia iura? Ouid. epist. 6.
Me tibi, teque mihi tæda pudica dedit. Ibid.
Cum tibi nubebam, nulli mea tæda nocebat, Oui. epist. 8.
Si iungar Pyrrho tu mihi læsus eris.
— nec pacta marito Ibid.
Intraui thalamos matre parante nouos.
At bene nupta feror, quia nominor Herculis vxor. Oui. epist. 9.
Si qua velis aptè nubere, nube pari. Ibid.
Turpia formosus corpora iunget Hymen. Ibid.
— fratri nam nupta futura es. Ouid. epist. 11.
Illius de quo mater es, vxor eris.
Quod si forte virum non dedignare Pelasgum. Oui. epist. 12.
Quam thalamo nisi tu nupta sit vlla meo. Ibid.
At subito nostras vt Hymen cantatus ad aures Ibid.

Venit, & accenso lampades igne micant.
Tibiaque effudit socialia carmina vobis,
At mihi funesta flebiliora tuba.
Turba ruunt, & hymen clamant, Hymenaa frequentant.
Catullus. *— bona cum bona Nubit alite virgo.*
Prodeas noua nupta.
Et iuueni ardenti castam donare puellam.
Cum par connubium maturo tempore adepta est.
Tum Tethydi pater ipse iugandum Pelea sensit.
Tene suam Tethys concessit ducere neptem?
Sed connubia lata, sed optatos Hymenaos
Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Nec Tethydis tadas voluit celebrare iugales.
Idem. *Quare agite optatos animi coniungite amores,*
Accipiat coniunx felici fœdere Diuam.
Tib.lib.3. *Dedatur cupido iam dudum nupta marito.*
Vt iuueni primum virgo deducta marito.
Prop.lib.1. *Vt formosa nouo quæ parat ire viro.*
Pro.lib 4. *Iunger Paule tuo sic discessura cubili,*
In lapide hoc vni nupta fuisse legar.
Boet lib.2. *Hic & coniugij sacrum Castis nectit amoribus.*
Auson. *Coniugium per lustra nouem sine crimine concors*
— vnum habui.
Ouid.epist.19. *— nisi quod tibi iungerer vni.*
Ibid. *Nube, precor, dicet, cui te bona numina iunxunt.*
Quem fore iurasti, sit gener ille mihi.
Luca.2.Phar. *Iam nulli tradenda viro,*
Luc. libr.5. *Castaque priuata Veneris connubia lata*
Iuue.Sat.1. *Cognita sunt, prolemque ex se videre creatam.*
Iuue.Sat.2. *Cur tener vxorem ducat spado?*
Mart.lib.6. *— nubit amicus.*
Et nubit decimo iam Thelesina viro.
Se.in He.fur. *Sin copulari pertinax tadis negat.*
Mart.lib.10. *Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam Nolo.*
Mart.lib.12. *Hæc, qua lege viro nubere virgo solet.*
Præluxere faces, velarunt flammea vultus.
Ouid.10.Met. *Nec tua defuerunt verba Thalasse tibi.*
— quod si felicior essem.
Nec mihi coniugium fata importuna negarent.
Vnus erat, cum quo sociare cubilia vellem.
Ouid.14.Met. *Hæc vbi nubilibus primum maturuit annis,*
Præposita cunctis Laurenti tradita Pico est.
Cla.1. de rap. *Iam vicina toro plenis adoleuerat annis*
Pro.

Virgini-

Virginitas, tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat, mistaque tremit formidine votum.
— quamuis connubia nostra procorum Stat. 2. Theb.
Turba petat studijs.
— charisque para connubia natis. Sen. in Ach.
Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? Vxori nubere nolo meæ.
Inferior Matrona suo sit, prisce, marito,
Non aliter fiunt fœmina, virq; pares.

Maritus.

— desertæ coniugis iras. Virg. 2. Æne.
— iterum cessisse marito. Ibid.
Atque suus coniux vbi sit. Oui. 1. Met.
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis: Vir. 7. Æne.
— iugali Maturam consorte puellam. Auctor.
Ad nuptas redeuntibus maritis. Statius.
ô maxime coniux. Luc. 8. Phar.
O thalamus indigne meis.
Vertumnumq; tori socium tibi, delige. Ouid. 14. Met

Mars.

horrentia Martis arma. Virg. 1. Ænei
Gradiuumq; patrem Geticis qui præsidet aruis. Vir. 3. Æne.
— sæuit toto Mars impius orbe. Virg. 1. Georg.
Sanguineus Mauors Bellipotens. Virg. 12. Æne.
— tuque inclyte Mauors, Ibid.
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. Virg. 5. Æne.
— Mauors Celatus ferro, Hic Mars armipotens. Virg. 9. Æne.
Bellatorque animo Deus incidit. Ibid.
Et genus à magno ducentem forte Gradiuo. Ouid. 6. Met.
Gradiuus iubeat si capere arma ducem. Ausonius.
— quoniam belli fera munera Mauors Luc. lib. 1.
Armipotens regit,
— Validoq; habitata Gradiuo. Sil. Ita. li. 15.
Bellice, depositis clypeo paulisper & hasta, Mars adeo. Oui 3. Fast.
Cum sis officijs Gradiue virilibus aptus. Ibid.
Mauors sanguinea qui cuspide verberat vrbes. Clau. de Mag.
— ferrea Martis Forma nitet. Ibid.

Martialis.

— vatis Lybici. Verinus.
Vndenis pedibusque, Syllabisque Mart. lib. 10.
Et multo sale, nec tamen proterua,
Notus gentibus ille Martialis,
Et notus populis, quid inuideris?

Hic

Id.lib.1. *Hic est, quem legis, ille, quem requiris,*
Totus notus in orbe Martialis,
Argutis Epigrammaton libellis.

Mater.

Virg. 1. Æne. *Paret Amor dictis charæ genitricis.*
Ibid. *— at memor ille Matris Acidaliæ.*
Virg. 2. Æne. *Alma parens.*
Vir. 3. Æne. *— amissæ cura parentis.*
Vir. 4. Æne. *— genitrix pulcherrima.*

Mederi, medicina, medicus.

Virg. 2. Geor.. *— quo non præsentius vllum Auxilium venit.*
Ibid. *Ora fouent illo & senibus medicantur anhelis.*
Virg. 3. Georg. *Dum medicus adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat.*
Ibid. *— ea visa salus morientibus vna.*
Ibid. *— rescindere summum Vlceris os*
Continuo culpam ferro compesce, priusquam
Vir. Eclo. 10. *Dira per incautum serpant contagia vulgus.*
Marti. lib. 2. *— tanquam hæc sit nostri medicina furoris.*
Ibid. *Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.*
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ,
Nec medeare mihi sanesque hæc vulnera mando,
Vir. 7. Æne. *— & morsus arte leuabat.*
Sed non Dardaniæ meditari cuspidis ictum
Eualuit, neque eum iuuêre in vulnere cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ
Virg. 12. Æne. *Scire potestates herbarum, vsumque medendi*
Maluit, & musas iactare inglorius artes.
Ibid. *— ille rêtorto*
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medicâ, Phœbique potentibus herbis
Nequicquam trepidat.
Ibid. *Hæc Venus obscuro faciem circumdata nimbo*
Detulit, hoc suscum labris splendentibus amnem
Inficit, occultè medicans, spargitque salubris
Ambrosiæ sucos, & odoriferam Panaceam:
Fouit ea vulnus limpha longæuus Iapys
Ignorans, subitoque omnis de corpore fugit
Oui. epist. 5. *Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis.*
Ibid. *— medicas mihi tradidit artes,*
Quæcunque herbæ potens ad opem, radixque medendi
Oui epist. 11. *Vtilis in toto nascitur orbe mea est.*
Tib. lib. 3. *Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix*
Tib. lib. 4. *Attulit audaci supposuitque manu?*

Auser

Auſer & ipſe meum pariter medicando dolorem. Ibid.
Huc ades, & teneræ morbos expelle puellæ,
Crede mihi propera, nec te iam Phœbe pigebit Prop. lib. 1.
Formoſæ medicas applicuiſſe manus. Ibid.
Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon.
— qua cuſpide vulnus Prop. lib. 2.
Senſerat hac ipſa cuſpide ſenſit opem. Claud.
— cineri nunc medicina datur.
Publica morborum requies commune medentum Idem.
Auxilium præſens numen, inempta ſalus. Auſon.
Pacaturque ægro luxuriante dolor. Statius.
— non vltimus arte medendi.
Ille ego, qui toties blandus matrumque patrumque
Vulnera qui viuos potui mulcere dolores,
Deficio, medicasque manus fomentaque quæro Oui. 2. de art.
Vulneribus (ſed ſumma) meis,
Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
— & medicæ Phœbe repertor opis. Oui. 2. de rem.
Principijs obſta, ſero medicina paratur, Ibid.
Cum mala per longas iuualuêre moras.
Qui modo naſcentes properabam pellere morbos. Ibid.
Admoueo tardam nunc quoque lentus opem.
Curabar propriis æger Podalirius herbis, Ibid.
Et fateor medicus turpiter æger eram.
Corpora vix ferro quædam ſanantur acuto. Oui. 2. de rem.
Auxilium multis ſuccus, & herba fuit.
Ille Machaonia vix ope ſanus erit. Ibid.
Adiuuor, & nulla feſſa medentis ope. Ouid. epi. 20.
— & medicas exercet inaniter artes. Oui. 2. Met.
— venienti occurrite morbo. Perſ. ſat. 3.
— medicas hinc ocyus arteis Sil. Ita. lib. 5.
Et ſenioris opem Synali vocat vngere vulnus
Herbarum hic ſuccis, ferrumque è corpore cantu
Exigere, & ſomnum toto miſiſſe chelydro
Anteibat cunctos, nomenque erat inde per vrbeis.
Telorumque graueis ictus ſedare medendo. Ibid.
Tum proauita ferens leni medicamina dextra Ibid.
Ocyus intortos de more aſtrictus amictus,
Mulcebat lympha purgatum ſanguine vulnus.
— inde ægra reponit Sil. Ita. lib. 6.
Membra toro, nec ferre rudis medicamina (quippe
Callebat bellus) nunc purgat vulnera lympha,
Nunc mulcet ſuccis, ligat inde ac vellera molli

Circum-

Circumdat tactu & torpenteis mitigat artus
Oui.3.Fast. *Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte*
Oui.3.Trist. *Nullus Apollinea qui leuet arte malum est.*
Eleg.3. *Vtque Machaoniis Pœantius artibus heros*
Ou.1.de Pon. *Lenito medicam vulnere sensit opem.*
Eleg.4. *— Pœonias nequicquam admoueris herbas,*
Clau.2.in Eut *— lenire dolorem*
Hor.1.Epist. *Possis, & magnam morbi deponere partem.*
Non domus, & fundus, non aris aceruus, & auri
Ægroto domino deduxit corpore febres.
Ibid. *Quin etiam succos, atque auxiliantia morbis*
Stat.2.Achil. *Gramina, quo nimius starer medicamine sanguis,*
Quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat
Qua ferro cohibenda lues, qua cederet herbis, Edocuit.

Medius.

Ouid.8.Met. *— Medioq; vt limite curras,*
Icare, ait moneo, ne si demissior ibis.
Vnda grauet pennas: si celsior, ignis adurat.
Inter vtrumque vola
Mart.lib.1. *Illud quod medium est, atque inter vtrumque probamus.*
Oui.2.Met. *— medio tutissimus ibis.*
Ibid. *Neu te dexterior tortum declinet ad anguem,*
Neue sinisterior pressam rota ducat ad aram,
Inter vtrumque tene.
Ibid. *Tres habuit thalamos, quorum tu, Pandrose, dextrum*
Aglaurus lauum, medium possederat Herse.

Vide MERIDIES.

Mel, Mellificare.

Virg.4.Georg. *— nec non & apes examina condunt.*
Vir.2.Georg. *Protinus aërij mellis cœlestia dona Exequar.*
Ibid. *Admiranda tibi leuium spectacula rerum.*
Ibid. *Vt cum prima noui ducent examina reges*
Vere suo, ludetque fauis emissa iuuentus.
Ibid. *Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.*
Ibid. *Dulcia mella premes.*
Ibid. *Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo*
Primus abundare, & spumantia cogere pressis Mella fauis.
Vir.1.Æne. *— purissima mella*
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Ho.Epod.2. *Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.*

Aut

Aut pressa puris mella condit amphoris. Vir. Eclo. 4.
Et dura quercus sudabunt roscida mella. Hor. 2. c. o. 6.
— vbi non Hymetto mella decedunt. Ibid. o. 19.
Truncis lapsa cauis iterare mella Ouid. 1. Met.
Flauaque de viridis stillabant ilice mella Tib. lib. 1.
Ipsa mella dabant quercus. Ibid.
— purum filia parua fauum. Tib. lib. 2.
Rure leuis verno flores apis ingerit alueo.
Compleat vt dulci sedula melle fauos. Boet. lib. 2.
Nec bacchica munera norat
Liquido confundere melle. Boet. lib. 3.
Dulcior est apium mage labor, Ibid.
Si malus ora prius sapor edat.
Apiumque per volantum Vbi grata mella fudit.
Quod Atticarum prima mella cerarum. Mart. lib. 5.
Melle quod in ceris Attica ponit apis. Oui. 5. Trist.
— mella thymi redolentia flore. Vide APES. Eleg. 5.

Membrorum varia nomina.

— salsusque per artus Sudor ijt. Vir. 2. Æne.
— latosque humeros, subiectaque colla. Ibid.
Virginei volucrum vultus fœdissima ventris. Virg. 3. Ænei.
Proluuies, vncæque manus, & pallida semper, Ora fame.
Prima hominis facies. Ibid.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Ibid.
— & membra decora iuuentæ. Virg. 4. Æne.
— laudat digitosque manusque. Oui. 1. Meta.
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.
— duplicem ex humeris reiecit amictum, Virg. 5. Æne.
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque Exuit
Hic membris, & mole valens, sed tarda trementi Ibid.
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus,
Ostenditque humeros latos, alternaque iactat Brachia Ibid.
— ictus erat, qui crus esse incipit, & qua Oui. 6. Met.
Mollia neruosus facit internodia poples.
— molliri membra videres. Ouid. 1. Met.
Ossa pati flexus, vngues posuisse rigorem.
Primaque de tota tenuissima quæque liquescunt.
Cærulei crines, digitique, & crura pedesque.
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas.
Transitus est, post hæc humeri, tergumque latusque
Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos.
Denique pro viuo vitiatas sanguine venas Lympha subit.
Defluxere comæ, cum queis & naris, & aures, Oui. 6. Met.

Fitque

Fitque caput minimum, toto quoque corpore parua est.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent, Cætera vter habet.
Quod medio lentæ spinæ curuamine fixum
Oui. 3. Meta. *Constitit, & totum descendit in ilia ferrum,*

Meminisse.

Virg. 3. Georg. — *& quorum Graij meminere poëtæ,*
Virg. 4. Georg. *Venturæque hyemis memores.*
Ibid. — *illæ suæ contra non immemor artis,*
Virg. 1. Ænei. — *sæuæ memorem Iunonis ob iram.*
Ibid. — *forsan & hæc olim meminisse iuuabit.*
Ibid. *Necdum etiam causæ irarum sæuique dolores*
Exciderant animo, manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ,
Ibid. *Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,*
Vir. 2. Æne. — *narrare memento.*
Virg. 3. Æne. — *si rite audita recordor.*
Ibid. *Signa tibi dicam, tu condita mente teneto,*
Virg. 4. Æne. *Nec venit in mentem.*
Ibid. — *nec meminisse pigebit Elissæ:*
Ibid. *Dum memor ipse mei dum spiritus hos reget artus,*
Ibid. *Et bene apud memores veteris stat gratia facti.*
Ouid. 1. Met. *Esse quoque in fatis reminiscitur.*
Hor. 1. ca. 0. 7. — *finire memento Tristitiam.*
Ouid 12 Met. — *quid meminisse malorum Cogis?*
Oui. 1. Trist. *Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis,*
Perpetuusque animæ debitor huius ero.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo,
Quàm subeant animo meritorum obliuia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
Auctor. *At ne tanta feri bibat rigorem Lethi gratia.*
Vir. 9. Æne. — *meriti tanti non immemor vnquam.*
Oui. 6. Met. — *exitium satyri reminiscitur alter.*
Oui. epist. 7. *Æneæque oculis semper vigilantibus hæret,*
Æneamq; animo noxq; diesq; refert.
Oui. epist. 11. *Viue memor nostri.*
Oui. epist. 18. *Signatum hoc memori pectore nomen habe,*
Catullus. *Tum verò facito, vt memori tibi condita corde*
Hæc vigeant mandata, nec vlla oblitteret ætas.
Idem. *Hæc mandata prius constanti mente tenentem.*
Prop. lib. 5. *Tum sibi si qua mei veniet non immemor hora,*
Statius. — *& penitus noti tibi vatis amorem*
Corde exire vetat.
Sil. Ita. lib. 7. — *& æterno fixum sub pectore seruat*

Pro

Pro quibus affirmat fore se memoremq; piumq; Oui. 5. Triſt.
Siue diem videat, ſiue tegatur humo. Eleg. 5.
— illumq; diem ſub corde referres. Cla. in Coſſ.
Hæc paſtoris egens vrbs memori dabat Iacturas animo. Hono.
Inſtat onuſtorum palmis reuocamen auorum. Auctor.

Menda, *vide* ERRARE.

Menſa.

Surgere iam tempus iam pingues linquere menſas. Idem.
At ſibi quiſque dapes, & feſſas extruet altè Catullus.
Ceſpitibus menſas, ceſpitibusque torum. Tib. lib. 2.
At nos ſecura reddamus tempora menſæ. Tib. lib. 3.
Vna veſcitur omnis ordo menſa. Statius.
— raræ ſine Mentore menſæ. Iuue. Sat. 8.
menſas poſuere miniſtri. Ouid. 2. Met.
Extructas dapibus, nec toſtæ frugis egentes.
Nec mora iam menſas famularis turba, torosq; Inſtruit. Sen. 2. Ach.

Vide CONVIVIVM.

Menſis, & Menſium numerus.

Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent. Virg. 3. Æne.
— & incipient magni procedere menſes. Vir. Eclog. 4.
Cornua cum lunæ pleno ſemel orbe coiſſent. Oui. epiſt. 2.
Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit: Ibid.
Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ. Oui. 8. Met.
— truditur dies die, Ho. 1. ca. o. 18.
Nouæque pergunt interire lunæ.
Fronte curuatos imitatus ignes Ho. 4. c. ode. 2.
Tertium lunæ referentis ortum.
Damna tamen celeres reparant cœleſtia lunæ, Ibid. od. 7.
— idus ibi ſunt agendæ. Ibid. od. 2.
Qui dies menſem veneris marinæ Findit Aprilem
Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi, Ouid. epi. 11.
Denaque luciferos luna vehebat equos.
Tu curſu Dea menſtruo Metiens iter annuum. Catullus.
— & qualis, vt orbem Tib. lib. 2.
Compleuit, verſis luna recurrit equis.
Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu. Luc. 1. Phar.
Biſſenos lunæ nondum compleuerat orbeis. Sil. Ita. lib. 3.
Ante bis exactum, quàm Cynthia conderet orbem, Luc. 2. Pharſ.
Et prius ætheriæ moles circumuaga flammæ Lu. ad Ca. Pi.
Annua bis ſenis reuocabit mœſibus aſtra,
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem. Ouid. 2. Met.
Orbe reſurgebant lunaria cornua nono Ibid
Dumque quater plenis expleuit cornibus orbem Oui. 7. Met.

Luna quater plenum tenuata retexuit orbem

Ouid. 2. Fast. *Luna nouum decies implerat cornibus orbem,*

Ouid. 3. Fast. *Luna resumebat decimo noua cornua motu*

Ibid. *Annus erat decimum cum luna receperat orbem.*

Ouid. 10. Met. *— iamq; coactis*
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,

Ibid. *Perque nouem errauit redeuntis cornua lunæ.*

Ouid. 11. Met. *Ante reuersurum, quam luna bis impleat orbem*

Clau. in lau. *— & luna nuper nascente profectus,*

Stili. *Ante redis quàm plena fuit.*

Stat. 1. Theb. *Bisquinos plena cum fronte resumeret orbeis Cynthia.*

Stat. 5. Syl. *Septima iam rediens Phœbe mihi respicit ægras Stare genas.*

Ouid. 7. Met. *Alter agebatur post sacra iugalia mensis.*

Manil. lib. 3. *Luna dabit menseis peragunt quo menstrua cursus.*

Mentiri, Mendax.

Virg. 2. Æne. *— vanum etiam, mendacemque improba finxit.*

Ibid. *— fatum quo te mentiris Achilles.*

Marti. lib. 2. *Sed mera narrantur mendacia.*

Mart. lib. 1. *Nec mendacia qui loquar libenter.*

Oui. 12. Met. *Mistaq; cum veris passim cõmenta vagantur Millia rumorũ.*

Ho. de ar. Po. *Atque ita mentitus sic verus falsa remisset*

Oui. 5. Met. *— qui se genitum septemplice Nilo Mentitus erat.*

Pro. lib. 1. *— si quid mentita fuisses.*

Auson. *— aut falsum dicere*

Oui epist. 21. *Nec vos decipiant blanda mendacia linguæ,*
Hic metuit mendax, sed & periura vocari.

Mart. lib. 11. *Non est mentitus.* Vide VERITAS.

Mercator, & Merces.

Ho. 1. ca. o 21. *— diues & aureis*
Mercator exsiccet cullullis Vina Syra reparata merce
Dijs charus ipsis, quippe ter, & quater
Anno reuisens æquor Atlanticum.

Ho. Epo. 1. *Impiger extremos currit mercator ad Indos.*
Per mare pauperiem fugiens, per saxa per igneis,

Tib. lib. 1. *Nec vagus ignotis repetens compendia terris*
Presserat externam nauita merce ratem,

Tib. lib. 3. *Illic, quas mittit diues Panchaia merces*
Eoique Arabes diues, & Assiria:

Claud. *Non freta mercator timuit.*

Ho. de ar. Poe. *Mercator ne vagus.*

Luc. 8. Phars. *Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ.*

Pers. sat. 5. *Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti*
Rugosum piper, & pallentis grana cumini.

Si qui

Si quis vecturus longinqua per æquora merceis. Cla. 3. de rap.
Molitur tellure ratem, vitamq; procellis Obiectare parat, Pro.
Et vagus ignotum penetrauit nauita pontum. Manil. libro 1.
Fecit & incertis itiner commercia terris.

Mercurius.

—paribus nitens Cyllenius alis. Cyllenia proles. Vir. 4. Æne.
—interpres diuum Ioue missus ab alto. Ibid.
—natumq; vocat quem lucida partu Pleias enixa est. Ibid.
Sedit Atlantiades, Ioue natus Oui. 1. Met.
Siue mutata iuuenem figura Ibid.
Ales in terris imitaris almæ Filius Maiæ. Ho. 1. ca. o. 2.
Mercuri facunde nepos Atlantis, Ibid. od. 10.
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, & decora More Palæstræ,
Te canam magni Iouis, & deorum
Nuntium, curuæque lira parentem,
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Virg. 8. Ænei.
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
Venit Atlantiades positis caducifer alis. Oui. 4. Met.
videt has Atlantide Maia Natus. Oui. 2. Met.
—Deus aspicit ales. Ibid.
—cui sic respondet Atlantis, Ibid.
Pleioneseque nepos ego sum, qui iussa per auras
Verba patris porto, pater est mihi Iuppiter ipse.
—sumptis caducifer alis. Oui. 4. Fast.
Cyllenes, cœlique decus, facunde minister, Mart. libr. 7.
Aurea cui torto virga dracone viret.
Tum Maia genitum, qui feruida dicta reportet Cla. 1. de rap.
Imperat acciri, Cyllenius astitit ales Pro.
Somniferam quatiens virgam, tectusq; galero.
Atlantis Tegeæ nepos, commune profundis,
Et superis numen, qui fas per limen vtrumq;
Solus habes, geminoq; facis commercia mundo,
—Maia satus aliger. Stat. 2. The.
Tu princeps, auctorque sacri Cyllenie tanti, Manil. lib. 1.
Per te iam cœlum in terris, iam sidera notæ.
Te tua templa ferunt Maia Cyllenie nato. Manil. libr. 10.

Mereri.

Dignus es, vt possis totum seruare clientem. Mart. lib.. 10.
Non ego meorum præmium libellorum Ibid.
Quid enim merentur?
Censor maxime, principumq; princeps. Idem libro 6.
Cum tot iam tibi debeat triumphos,

Tot nascentia templa, tot renata,
Tot spectacula, tot Deos, tot vrbes
Plus debet tibi Roma, quod pudica est.

Id. lib. 3. *Cursorem sexta tibi, Ruffe, remisimus hora,*
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat,
Non aliter mitti debuit iste liber.

Id. lib. 1. *Dignum tantorum pretium tulit ille laborum*

Id. lib. 4. *Magna quidem superi petimus, sed debita terris.*

Id. lib. 5. *Quando magis dignos licuit spectare triumphos?*
Quando Palatini plus minuêre Dei?

Oui. 8. Met. —*nam fateor merui, & sum digna pœnis.*

Ibid. —*te coniuge digna est.*

Vide BENEFICIVM, PRÆMIVM & PRECARI.

Meret ix.

Mart. lib. 1. *Subdola famosæ, moneo, fuge retia mœchæ.*

Mart. lib. 2. *Abscondunt spurcas hæc monimenta lupas.*

Oui. 6. Met. —*pellex ego facta.*

Mart. lib. 1. *At meretrix abigit tristem.*

Id. lib. 12. *Quid quasi pellicibus torqueris inepta Ministris.*

Mergere, vide IMMERGERE.

Meridies:

Virg. 4. Georg. *Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos*
Ardebat cœlo, & medium sol igneus orbem
Hauserat, arebant herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant

Virg. 8. Æne. *Sol medium cœli conscenderat igneus orbem.*

Auson. —*medio cum sol stetit igneus orbe.*

Virg. 4. Georg. —*medios cum sol accenderit æstus.*

Ibid. —*& medium sol igneus orbem Hauserat.*

Oui. 1. Met. *Dum calet, & medio sol est altissimus orbe.*

Vir. Eclo. 2. *Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.*

Hor. 1. c. o. 28. —*inclinare meridiem sentis.*

Sen. in Hipp. *Cum Titan medium constituit diem.*

Manil. lib. 3. *Iam prono Phaeronte sudat Aethon,*
Exarsitque dies, & hora lassos
Interiungit equos meridiana.

Oui. 3. Met. *Fecerat exiguas iam sol altissimus vmbras.*

Vir. 6. Æne. *Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis*
Iam medium æthereo cursu traiecerat axem.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem.

Ibid. —*melior quoniam pars acta diei*
Iamque dies mediis rerum contraxerat vmbras.

Et

Et sol ex æquo meta distabat vtraque.
— nunc Phœbus vtraque. Ibid.
Distat idem terra, sind tque vaporibus arua.
Iamque dies medius tenues contraxerat vmbras, Oui. 3. de art.
Inque pari spatio vesper, & ortus erant.
Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis. Luc. 1. Phar.
Ipse caput medio Titan cum ferret olympo Ibid.
— medio cum Phœbus in axe est. Luc. 3. Phar.
— donec decresceret vmbra: In medium surgente die, Luc. 4. Phar.
Vlterius medio spatium sol altus habebat. Oui. 2. Met.
— nè obstat Phœbo, cum cardine summo Luca. 9. Phar.
Stat librata dies truncum vix protegit arbor,
Tam breuis in medium radijs compellitur vmbra.
— medium cùm sol ascendit olympum. Sil. Ita. lib. 3.
Aut plus, aut medium sole tenente diem. Ouid. 2. Fast.
— medias sole tenente vias. Ibid.
Iamque ferè medius Titan venientis, & actæ Oui. 10. Met.
Noctis erat spatioque pari distabat vtrinque.
— medio cum sol altissimus orbe Oui. 11. Met.
Tantum respiceret, quantum superesse videret.
— medio tum pluribus orbe Oui. 14. Met.
Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras.
Sed postquam medio sol altior astitit orbe. Cla. 3. de rap.
Tempus erat medij, cum solem in culmina mundi. Pro.
Tollit anhela dies, vbi tardus hiantibus aruis Stat vapor. Stat. 4. Theb.
Sol operum medius summo librabat olympo Stat. 5. Theb.
Lucentes, ceu staret, equos.

Meridionales partes.

— contraria tellus Oui. 1. Met.
Nubibus assiduis, pluuioque madescit ab Austro
Hic tamen sceptro populos regebat, Boet. lib. 2.
Quos Notus sicco violentus æstu
Torret, ardentes recoquens arenas.
Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis. Luc. 1. Pharſ.
Penetrare iussus solis æstiui plagas Sc. in Hc. fur.
Et adusta medius regna quæ torret dies.
Et qua sol medium tenens, Vmbras corporibus negat. Ibid.

Metamorphosis, *vide.* TRANSFORMARE.

Metari, *vide* LIMITARE.

Metere.

Sed frumenta manu carpes sata. Virg. 2. Georg.
Purpureosque metunt flores. Virg. 4. Geor
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis.

Virg.1 Georg. *Illa seges, demum votis respondet auari*
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sentit,
Illius immensa ruperunt horrea messes.
Ibid. *— nullo tantum se Mœsia cultu*
Iactat & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Ibid. *At rubicunda Ceres medio succinditur æstu,*
Ibid. *— cum flauis messorem induceret aruis*
Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo.
Ibid. *— neque ante*
Falcem maturis quisquam supponat aristis.
Catullus. *Namq; velut densus prosternens messor aristas.*
Sole sub ardenti flauentia demetit arua.
Et magnas messes terra benigna daret.
Tib. lib. 3. *— metit quicquid beneolentibus aruis*
Tib. lib. 4. *Cultor odoratæ diues Arabs segetis.*
Sil. Ita. lib. 8. *— dum flauas bis tondet messor aristas.*
Sen. 12. Theb. *Et tertia iam falce decubuit Ceres.*
Sen. in Troia. *— & Sigæis Trepidus campis decies secuit Messor aristas.*
Manil. lib. 8. *Seu Cererem plenam, vincentemque horrea messem,*
Aut repetat Bacchum per pinguia musta fluentem.
Manil. lib. 5. *Seminaq; in fœnus sulcatis reddere terris,*
Vsuramq; sequi maiorem sorte, receptis
Frugibus innumeris, atq; horrea quærere messi.

Metiri.

Mart. lib. 12. *Qui sua metitur pondera ferre potest.*

Vide CIRCINARE & LIMITARE.

Miles, *vide* ARMIS PRÆSTANS.

Minari.

Virg. 3. Georg. *Tollentem minas Deijce.*
Virg. 2. Æneı. *Criminibus terrere nouis, hinc spargere voces*
In vulgum ambiguas.
Vir. 3. Æne. *— bellum hæc armenta minantur.*
Virg. 1. Æne. *Præsentemq; viris intentant omnia mortem.*
Ho. 1. ca. o. 10. *— puerum minaci Voce dum terret.*
Ouid 15. Met. *Et nisi paruerit plura, & grauiora minari.*
Virg. 2. Æne. *Æneas mortem contra, præsensque minatur*
Exitium, si quisquam adeat, terretque trementes.
Excisurum vrbem minitans.
Ouid. 6. Met. *— minasque*
Ni procul abscedat, conuiciaque insuper addunt.
Tib. lib. 3. *Quales his pœnas Deus hic, quantumque minetur.*
Prop. lib. 1. *Aspice quam sæuas increpat aura minas,*

Ore

Ore toruo comminantes. Boet. lib. 4.
— vultu nunc torua minaci. Luca. 5. Phar.
— tremuit sæua sub voce minantis. Ibid.
Sed ecce sæuus, ac minas vultu gerens. Se. in He. fur.
— multa, ac metuenda minatur. Ouid. 15. Met.
Cernis vt erectum torua sub fronte minetur Stat. 1. Theb.
Sæuior assurgens dempto consorte potestas?
Quas gerit ore minas, quanto premit omnia fastu, Stat. 2. Achil.
— ferus ille minari
Desuper incumbens, verbisque vrgere pudorem.

Minerua.

— diuina Palladis arte. Virg. 2. Æneid.
— innuptæ donum exitiale Mineruæ. Ibid.
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris Ibid.
— sæuæque petunt Tritonidis arcem. Ibid.
— diuæ armipotentis ad aram. Ibid.
— Tritonia Pallas. Ibid.
— numina sancta precamur Palladis armisonæ. Vir. 3. Æne.
— oleæque Minerua Inuentrix. Virg. 1. Georg.
— intactæ Palladis vrbem Ho. 1. ca. o. 7.
Hic Colat Albano Tritonida cultus in auro. Mart. libr. 4.
Coram Cecropia legat puella. Mart. lib. 5.
Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ, Marti. libro 7.
Tu mihi, tu Pallas Cæsariana veni. Mart. lib. 8.
— Bistoniæ templo cecidere Mineruæ. Ouid. in Ibin.
— neque enim Ioue nata recusat Ouid. 6. Met.
Armipotens belli præses Tritonia virgo. Vir. 11. Æne.
Bellica Pallas adest. Ouid. 5. Met.
Aut rapidi Tritonis hera. Catul. us.
— Coæ textura Mineruæ. Propert. lib. 4.
Regina bellorum virago, Statius.
— Actæaque virgo, Idem.
Troianam soli cui fas vidisse Mineruam. Luc. 1. Pharſ.
— Cecropiæ prælata fronde Mineruæ. Luc. 3. Phar.
— bello metuenda virago. Ouid. 2. Met.
— thalamos intrauit Cecropæ natæ Ibid.
— Palladis ad templum Tritonidos almæ. Luc. libr. 6.
— bellica virgo. Ouid. 4 Met.
Et Pallas Lybicis Tritonides edita lymphis, Sil. Ita. lib. 9.
— tuque aspera pectus Sil. Ita. lib. 15.
Agide Gorgonos virgo succincta furoreis.
Belligera Pallas, cuius in læua ciet Se. in He. fur.
Aegis feroceis ore sacrifico minas.

Sen.in Ag. —tuque ô magni Nata Tonantis inclyta Pallas.
Oui.1.de Tri. Bellatrix illi diua ferebat opem.
Eleg.4. Diua, ferox magnum decus ingeniumque parentis.
Stat.3.Theb. Bellipotens, cui torua genis horrore decoro
Cassis, & aspersa crudescit sanguine Gorgon.

Minos.

Virg.6.Æne. Quæsitor Minos vrnam mouet.
Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna.

Minotaurus.

Virg.6.Æne. —mistumque genus, proles q; biformis
Minotaurus inest, veneris monumenta nefandæ.
Oui.2.Met. —te maxime Theseu.
Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri.
Id.8.Met. Quo postquam geminam tauri, iuuenisq; figuram
Clausit, & Actæo bis passum sanguine monstrum
Tertia sors annis domuit repetita nouenis.

Miraculum, Mirus.

Vir.1.Æne. Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur.
Mart.lib.1. Quæ maiora putas miracula?
Ibid. Quodq; magis mirum.
Virg.4.Georg. —dictu mirabile monstrum.
Oui.7.Met. Mira loquar, Mirificos homines.

Vide ADMIRARI, INCREDIBILIS. NOVVS & RARVS.

Mirari, *vide* ADMIRARI.

Miscere.

Vir.4.Georg. —tunsum galla admiscere saporem.
Virg.1.Æne. Se quoque principibus permistum agnouit Achiuis.
Vir.2.Æne. Vadimus immisti Danais.
Virg.3.Æne. —misto q; ingens exorta tumultu Latitia.
Ho.1.ca.6.1. —& lituo tubæ Permistus sonitus.
Ibid. —me Liricis vatibus inseris.
Oui.1.Met. —mistam fluuialibus vndis.
Tib.lib.2. Mistaq; securo est sobria limphà mero.
Luc.lib.6. Vitigeni lætices in aquai fontibus audent
Misceri, cum pix nequeat grauis, & leue oliuum:
Purpureusque color conchili iungitur vna
Corpore cum lana.

Miser, *vide* INFELIX.

Misereri.

Virg.2.Georg. —neque ille Aut doluit miserans inopem.
Virg.4.Georg. Contusosq; animos, & res miserabere fractas.
Virg.1.Æne. O sola infandos Troiæ miserata labores.
Virg.2.Æne. —oro miserere laborum

Tanto-

Tantorum, miserere animi non digna ferentis. Ibid.
— & miserescimus vltrò Ibid.
— si qua est cœlo pietas quæ talia curet, Ibid.
— miserebitur hostis. Virg.4.Æne.
— miserere domus labentis. Ibid.
Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem. Vir.1.Georg.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam. Virg.Eclo.2.
Nil nostri miserere. Virg.6.Æne.
Phœbe graues Troiæ semper miserate labores. Vir. 5. Æne.
Me liceat casum miserari insontis amici. Ibid.
Et te lapsorum miseret. Ibid.
— & cœlo tandem miseratus ab alto est. Catullus.
Immite vt nostri vellet miserescere pectus. Ibid.
O dij si vestrum est misereri, aut si quibus vnquam
Extrema iam ipsa in morte tulistis opem. Boet.lib.4.
— & miserescе malis.

Mittere.

— rapidum ad naues præmittit Achatem. Virg.1. Æne.
— tua nos en vltro ad limina mittit. Vir.3. Æne.
— tibi me claro demittit Olympo. Vir.4.Æne.
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras. Ibid.
Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Virg.Eclo.3.
Sextus mittitur hic tibi libellus. Mart.lib.6.
Quare aut hendecasyllabas trecentos Catullus.
Expecta, aut mihi linteum remitte.
Quem tu scilicet ad tuum Catullum Misti. Idem.

Mœnia.

Parietibusq; premunt arctis. Vir.4.Georg.
— atque alta mœnia Romæ. Virg.1. Æne.
Troiæ sub mœnibus altis Ibid.
— cernes vrbem & promissa Lauini Mœnia. Ibid.
— vbi nunc ingentia cernes Ibid.
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem,
— ducere muros, Moliriq; arcem. Ibid.
— in nostros fabricata est machina muros. Vir. 2. Æne.
— datam cingetis mœnibus vrbem. Vir.3. Ænei.
Imperiumq; vrbi dabimus, tu mœnia magnis Magna para. Ibid.
cuncta malis habitantur mœnia Graijs. Ibid.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia. Ibid.
— minaq; Murorum ingentes. Vir.4.Æne.
— cingere muris Oppida. Vir. Eclo. 4.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ. Ouid.1. Met.
Castra modo, & tutos seruant aggere muros. Virg. 9. Æne.

Ibid. *It clamor totis per propugnacula muris,*
Virg. 10. Æne. *— atque ipsis prælia miscent*
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ,
Vir. 6. Æne. *— & sub rupe sinistra*
Ibid. *Mœnia lata vides triplici circundata muro.*
Septemque vna sibi muro circundabit arces.
Virg 8. Æne. *Cum muros, arcemque procul, & rara domorum,*
Tecta vident: quæ nunc Romana potentia cœlo Æquauit.
Virg. 9. Æne. *— medij fiducia valli Fossarumque mora.*
Ibid. *Aeneadæ duri murorum in parte sinistra*
Oppositere aciem (nam dextra cingitur amni)
Ingentesque tenent fossas, turribus altis Stant mœsti.
Virg. 10. Æne. *Turrigeræque vrbes.*
Vir. 11. Æne. *— fatales murorum attollere moles.*
Tib. lib. 4. *Quin etiam structis exurgunt oppida muris.*
Ausonius. *Coctilibus muris quos circuit ambitus ingens.*
Idem. *Quadrua murorum species sic turribus altis*
Ardua, vt aerias intrent fastigia nubes.

Molere.

Virg. 1. Æne. *— fruges que receptas*
Et torrere parans flammis, & frangere saxo.
Virg. 1. Georg. *— fruges nunc frangite saxo.*
Oui. 6. Fast. *Et qua puniceas versat asella molas.*
Ibid. *Quodcunque est solidæ Cereris caua machina frangat,*
Ibid. *Et Cereris fruges aspera saxa tenent.*
Stat. 1. Theb. *Perdomitam saxo Cererem.*
Manil. lib. 3. *Subdere fracturos silicis frumenta, superque*
Ducere pendenteis orbeis, & mergere farra.
Vir. in Moret. *Fusus erat terræ frumenti pauper aceruus,*
Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit, assistitque mola: paruaque tabella,
Quam fixam parie illos seruabat in vsus,
Lumina fida locat, geminos tunc Veste lacertos
Liberat: & cinctus Villosa tegmine capræ
Peruertit cauda silices, gremiumque molarum.
Admouet inde manus operi, partitus vtramque,
Læua ministerio, dextra est intenta labori.
Hac rotat assiduis gyris & concitat orbem
Trita ceres silicum rapido decurrit ab ictu
Interdum fessa succedit læua sorori.
Alternatque vices, modò rustica carmina cantat,
Aggressique suum solatur voce laborem.

Moles.

—scandit fatalis machina muros. Virg. 2. Æne.
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce. Ibid.
—oppositasque euicit gurgite moles. Ibid.
—vasta se mole mouentem. Vir. 3. Æne.
—rudis, indigesta moles, pondus iners. Ouid. 1. Met.
—inque humeros limen tellure reuulsum Ouid. 12. Met.
Tollit onus plaustri, quod ne permittat in hostem
Ipsa facit grauitas: socium quoque saxea moles Oppressit. Ibid.
Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent iuncta. Vir. 5 Æne.
—immani pondere cæstus. Auctor.
Si pondus alti sideris æmula
Tirinthij vis haud leue torserit:
Num fascis orbem præpotenti
Robore fers onerosiorem? Vir. 12. Æne.
—saxum circumspicit ingens,
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent. Ibid.
—murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt. Oui. 5. Met.
—sed altis. Extantem signis, multæq; in pondere massæ.
Ingentem manibus tollit cratera duabus. Ouid. 3. Met.
—dextraque molarem
Sustulit, & magnum magno conamine misit,
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent. Oui. 1. Fast.
Ille aditum fracti præstruxerat obice montis,
Vix iuga mouissent quinque bis illud onus. Vide RVPES.

Mons.

Pyrene celsa nimbosi verticis arce Sil. Ita.
Diuisos Celsis altè prospectat Iberos
Atq; æterna tenet magnis diuortia terris, Virg. 2. Georg.
Nomen Bebrycia duxere à virgine colles. Vir. 3. Georg.
—accliue solum, collesque supinos.
—iuuat ire iugis, quà nulla priorum Ibid.
Castalium molli diuertitur orbita cliuo. Vir. 1. Æne.
Post montem oppositum. Ibid.
—molemque, & montes insuper altos Imposuit. Ibid.
—insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Vir. 3. Æne.
—per iuga Cinthi. Virg. 4. Æne.
—nimbosa cacumina montis. Ibid.
Postquam altos ventum in montes, atq; inuia lustra. Oui. 1. Met.
Ecce fera saxi deiectæ vertice capræ Decurrere iugis. Ibid.
Pulsabantque noui montana cacumina fluctus.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Ibid.

Nomine

Hor.Epo.1. *Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes.*
Virg.1.Georg. *— ipse procul montis sublime cacumen Occupat.*
Vir.Eclo.1. *— per alpium iuga.*
Vir.Eclo.2. *Ecce supercilio cliuosi tramitis ?*
Vir. Eclo.35. *— cadunt altis de mentibus vmbræ.*
— vmbrosa cacumina Intonsi montes.
Boet.lib.2. *— quà se subducere colles*
Ho.1.c.o.12. *Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo.*
Montis cacumen alti.
Ibid.od.2. *— aut in vmbrosis Heliconis oris.*
Ibidem.od.23. *Aut super Pindo gelidoue in Hemo,*
— altos viſere montes.
Oui.1.Met. *— montibus auijs.*
Tib.lib.4. *Pronos relabi posse riuos Montibus.*
Oui.12.Met. *— lapidosos surgere montes.*
Oui.14.Met. *Seu colis vmbrosi deuia montis aper.*
Virg.6.Æne. *— ancipiti delapsus acumine montis,*
Ibid. *Herbiferos adijt colles.*
Virg.7.Æne. *At procul excelso miratus vertice montis.*
Claud.de bello Geti. *Prensantemque vncis manibus capit aspera montis,*
— summa cacumina linquunt.
Vir.7.Æne. *Scandit inaccessos brumali sidere monteis.*
Virg.8.Æne. *frondosis montibus addit*
Ibid. *— & aerij cursu petit ardua montis.*
Auctor. *frondoso vertice collem.*
Idem. *— culmina montium.*
— floridulis montibus.
Vir.11.Æne. *— ardua montis.*
Per deserta iugo properans.
Oui.5.Met. *— per opertos arbore montes.*
Ouid.epist.5. *Aspicit immensum moles natiua profundum.*
Oui. epist. 10 *Mons fuit, apparent frutices in vertice rari.*
Catullus. *— præruptos conscendere montes,*
Ibid. *Aerium niuei montis liquere cacumen.*
Idem. *— in Aeonij pellucens vertice montis.*
Tib.lib.1. *Quantus & æthereo contingens vertice nubes*
Frigidus imonsos Taurus alat Cilicos.

Monstrum.

Vir.4.Georg. *— dictu mirabile monstrum.*
Vir.3.Æne. *Horrendum, & dictu video mirabile monstrum.*
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Ibid. *Pestis, & ira deûm stygijs sese extulit vndis*
Ibid. *— immania monstra.*

— dij ta-

— dij talem auertite pestem. Ibid.
Monstrum horrendum, informe ingens, cui lumen ademptũ. Hor. 1. c. 0. 2.
Saculum Pirrhæ noua monstra questæ. Ibid. od. 27.
— te triformi Pegasus expediet chimera. Virg. 7. Æne.
— odere sorores
Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora,
Tot sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum. Vir. 8. Æne.
Monstrosique hominum partus. Luc. 1. Pharſ.
— monstrum exitiabile dictu. Stat. 1. Theb.

Morari.

Longa fuit medij mora temporis. Oui. 9. Met.
Stare loco nescit. Vir. 3. Georg.
— clausis cunctantur in adibus omnes. Virg. 4. Georg.
Sic vertice cœli Constitit, Moliriue moram. Virg. 1. Æne.
— primaq; vetant consistere terra. Ibid.
Huc se prouecti deserto in littore condunt. Virg. 2. Æne.
— in limine portæ Substitit, Ibid.
Quæ tantæ tenuere moræ? Ibid.
— nam quæ tam sera moratur Segnities. Ibid.
— satis vna superq; Ibid.
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
— fixusq; manebat. Ibid.
— & sedibus hæret in ijsdem Ibid.
Ecce autem complexa pedes in limine primo Hærebat, Virg. 3. Æneĩ.
Continuitque gradum. Vir. 4. Æne.
Et monstrum infelix sacratæ sistimus arcæ. Virg. 4. Æne.
Reginam thalamo cunctantem ad lumina primi
Pœnorum expectant.
— paribus nitens Cyllenius alis Constitit. Ibid.
— sederit nostri mora longa laboris. Oui. 12. Metã.
— adductisque amens subsistit habenis. Vir. 11. Æne.
Constitit Anchisa satus, & vestigia pressit. Virg. 6. Æne.
— iam hinc & comprime gressum: Ibid.
Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro. Ibid.
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus, Vir. 7. Æne.
Illa refrenat aquas, obliquaque flumina sistit, Oui. Epist. 7.
Quærebam tardas anxius vsque moras. Tib. lib. 1.
— hic sistam gradum. Boet. lib. 4.
— gressumque coërcens. Luc. 1. Phar.
Languor in extrema tenuit vestigia ripa, Stat. 2. Theb.
— firmantq; gradum.

Ho. 2. c. o. 20. —neque in terris morabor Longius.

Morbus, vide ÆGROTARE.

Mordere, & ri.

Vir. 2. Georg. durique venenum.
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.

Virg. 4. Georg. —læsaque venenum

Mart. lib. 5. Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquūt Affixa in venis.

Virg. 2. Æne. Leporemque læsum gallici canis dente.
—& primum parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus vterque

Virg. 3. Æne. Implicat, & miseros morsu depascitur artus.

Vir. 3. Georg. Nec tu mensarum morsus horresce futuros.

Oui. 1. Met. —ipsique suos iam morte sub ægra
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Alter inhæsuro similis iam iamq; tenere
Sperat, & externo stringit vestigia rostro:
Alter in ambiguo est, an sic comprensus, & ipsis
Morsibus eripitur, tangentiaque ora relinquit

Hor. Epo. 5. Hic irrefectum sæua dente lituido.
Candis rodens pollicem

Ho. 1. ca. o. 13. —atro dente me petierit.
—sive puer furens

Mart. lib. 2. Impressit memorem dente labris notam.

Oui. in Ibin. Sæuus, & infelix furiali dente peremit.

Mart. lib. 1. Tu quoque de morsu virus habente cadas.

Prop. lib. 3. Sæua ferum rabido laceräuit dente Leonem.

Sil. Ita. lib. 13. Sæua canum rabies morsus auertit hiantes.

Luc. 9. Pharſ. Ales in æternum laniabat morsibus artus.
Morsu virus habent, & fatum in dente minantur.
—rostroque redunco.

Oui. 5. Met. Hamatisque viri laniauerat vnguibus ora.

Oui. 10. Met. Occupat morsu.

Oui. 3. Met. Occidit, in talum serpentis dente recepto.

Ibid. —figitque in acumine dentes.

Ibid. Prima Malanchætes in tergo vulnera fecit,
Proxima Teridamas, Oresitrophus hæsit in armo,

Ibid. Cætera turba coit, confertque in corpore dentes.
Vndique circumstant, mersisque in corpore rostris

Ouid. epist. 6. Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.

Ho. Epod. 10. —& hæsuros cerno per ossa canes.

Prop. lib. 1. Qui lanient auido viscera dente lupi.
—percussit Adonim

Boet. lib. 2. Venantem Idalio vertice durus aper.

—& ni-

— & nimis tenaci Ferit ictu corda morsu. Boet. lib 4.
Quos serpens, leo, tigris, vrsus aper Dente petunt. Ibid.
— vellunt pectora morsu. Statius.
Parua necat morsu spatiosum vipera taurum Oui. 2 de rem.
Fœdaque contingi maculato corpora morsu. Luca. 3. Phar.
— compressaque dentibus ora. Luc. 6. Phar.
Laxauit siccoque hærentem gutture linguam.
Præmordens, gelidis infudit murmura labris.
— Aulum. Luc. 9. Phar.
Torta caput retro dipsas calcata momordit.
Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo. Ibid.
Et quasi panthera morsu sæuiue leonis Mandantur. Luc. lib. 4.
— denteis in vite prementem. Ouid. 1. Fast.

Mori, & Mors, & Mortuus.

— & inexorabile fatum Subiecit manibus.
— & dura rapit inclementia mortis. Virg. 2. Georg.
Nec morituræ super crudeli funere virgo. Virg. 1. Geor.
Intereunt pecudes stant circumfusa pruinis. Ibid.
Corpora magna boum. Ibid.
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros. Ibid.
Hinc latis vituli vulgo moriuntur in herbis. Ibid.
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt Ibid.
Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab illo Spiritus.
— iam morte sub ægra. Ibid.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus, Ibid.
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem.
Interit & curuis frustrà defensa latebris Vipera, Ibid.
— & illæ Præcipites alia vitam sub nube relinquunt. Ibid.
— atque aggerat ipsis Ibid.
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo.
— pulchramque petunt per vulnera mortem. Virg 4. Georg.
— vltroque animam sub fasce dedere. Ibid.
— & spicula cæca relinquunt Ibid.
Affixa in venis, animamque in vulnera ponunt.
— tum corpora luce carentum. Ibid.
Exportant tectis, & tristia funera ducunt.
Amissis (vt fama) apibus morboque fameque. Ibid.
— simulacraque luce carentum, Ibid.
— defunctaque corpora vita. Ibid.
— en iterum crudelia retro Ibid.
Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.
Illam expirantem transfixo pectore flammas Corripuit. Virg. 1. Æne.
Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis. Ibid.

Vincu-

Vincula corporei dissoluere carceris optans,
Animus simul & caro viuit Rescissa sed ista seorsum
Soluunt hominem perimuntque Humis excipit arida corpus:
Animæ rapit aura liquorem, Quia cuncta creata necessum est
Virg. *Labefacta senescere tandem compactaq; dissociari,*
Et dissona rexta retexi. Contigit oppetere.
— me ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra,
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.
Ibid. *Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.*
Ibid. *— quibus tot funera passis.*
Ibid. *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.*
Vir. 2. Æne. *— crudelibus occubat vmbris, occumbere morti.*
Ibid. *— nunc cassum lumine lugent.*
Ibid. *— moriamur, & in media arma ruamus.*
Ibid. *— pulchrumque mori succurrit in armis.*
Ibid. *— si fata fuissent Vt caderem.*
Ibid. *Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.*
Ibid. *— quanquam media iam morte tenetur,*
Hæc finis Priami, fatorum hic exitus illum
Sorte tulit. Iacet ingens littore truncus,
Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.
Ibid. *Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem,*
Ibid. *Occiderit ferro Priamus,*
Ibid. *— fatoque vrgenti incumbere vellet,*
Ibid. *— mortemque miserrimus opto.*
Ibid. *— peritura que addere Troiæ.*
Teque tuosque tuuat, patet isti ianua letho.
Ibid. *— nunquam omnes hodie moriemur inulti,*
Ibid. *— vocat lux vltima victos, Sed periturus abis.*
Ibid. *Heu misero coniux fato ne erepta Creusa Substitit.*
Vir. 8 Æne. *Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant Corpora.*
Ibid. *— viuisne, aut si lux alma recessit.*
Ibid. *Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori.*
Ibid. *Si pereo, manibus hominum periisse iuuabit.*
Vir. 4. Æne. *— miseri post fata Sichæi*
Ibid. *Coniugis, & sparsos fraterna cade penates.*
Ibid. *— & lumina morte resignat.*
Ibid. *Nec moritura tenet crudeli funere Dido.*
Ibid. *— cur me moribundam deseris hospes?*
Ibid. *Et cum frigida mors animæ seduxerit artus.*
Ibid. *Mortem orat, tædet cœli conuexa tueri.*
Ibid. *— lucemque relinquat.*

Hæ

Hæc effata silet, pallor simul occupat ora, Ibid.
Quin morere, vt merita es, ferroq; auerte dolorem.
— videat tq; indigna suorum Funera. Ibid.
Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena. Ibid.
— hanc vocem extremam cum sanguine fundo. Ibid.
Inuisam quærens quam primùm abrumpere lucem.
— & pallida morte futurâ Ibid.
Incubuit q; toro, dixit q; nouissima verba. Ibid.
— eadem me ad fata vocasses. Ibid.
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis, Ibid.
Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago,
Dixit, & os impressa toro, moriemur inulta?
Sed moriamur, ait, sic sic iuuat ire sub vmbras Ibid.
Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset. Ibid.
— extremus si quis super halitus errat. Ibid.
— Irin demisit olympo,
Quæ luctantem animam, nexosq; resolueret artus. Ibid.
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Ibid.
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco. Ibid.
— teq; isto corpore soluo,
Sic ait, & dextra crinem secat, omnis & vna Ouid. 1. Met.
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit. Ibid.
— si sine me fatis erepta fuisset. An sit apud Manes.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores,
Sed nocet esse Deum præclusaq; ianua lethi
Æternum nostros luctus extendit in æuum.
— sit q; oculis lux ista nouissima nostris. Ibid.
— vbi perire iussus expirauero. Hor. Epo. 9.
Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant: Virg. Eclo. 5.
— tuum ingemuisse Leones Interitum. Virg. Ibid.
Gerionem, Tytionque tristi Hor. 5. c. o. 14.
Compescit vnda, scilicet omnibus.
Quicumque terræ munere vescimur,
Enauiganda siue reges,
Siue inopes erimus coloni.
Visendus ater flumine languido Cocytus errans. Ibid.
Linquenda tellus, & domus, & placens vxor, Ibid. od. 16.
Abstulit clarum cita mors Achillem,
Longa Tithonum minuit senectus
Ah te meæ si partem animæ rapit Ibid. o. 17.
Maturior vis, quid moror altera, Idem.

Idem. — *ibimus, ibimus*
Vtcunque præcedes supremum
Ho.3.ca. *Carpere iter comites parati,*
Pallida mors æquo pede pulsat pauperum tabernas,
Regumque turres, ô beate Sesti.
Ibid. *vitæ summa breuis.*
Ibid. — *quem mihi, quem tibi finem dij dederint.*
Ibid. — *quanta moues funera Dardanæ Genti.*
Ergo Quintilium perpetuus sopor vrget.
Multis ille quid m flebilis occidit.
— *quo beatus Vulnere, qua pereat sagitta.*
Neruos, atq; cutem morti concesserat atræ.
Ibid. — *sed omnes vna manet nox,*
Et calcanda semel via lethi:
Dant alios furiæ torno spectacula Marti,
Exitio est auidis mare nautis,
Mixta senum ac iuuenum densantur funera, nullum
Ho 2.c.ode.3. *Sæua caput Proserpina fugit,*
Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur vrna serius, ocyus,
Sors exitura, & nos in æternum
Ibid.o. 13. *Exitium impositura cymbæ.*
— *sed improuisa lethi*
Ibid o.20. *Vis rapuit, rapietq; gentes.*
Ho.3.ca.o.14 *Absint inani funere naniæ.*
Dulce & decorum est pro patria mori,
Mors & fugacem persequitur virum,
Ibid.o.9. *Nec parcit imbellis iuuentæ Poplitibus, timidoue tergo.*
Ibid. — *tecum obeam libens.*
Ibid o.19. *Pro qua non metuam mori,*
Martti.libro 1. *Pro patria non timidus mori,*
Mart.libr. 9. *Rari post cineres habent poëtæ*
Mart.lib. 2. *Cui refert serus præmia digna cinis.*
Mart. lib.4. *Tres pateris natos Galla perire fame.*
Cum grauis extremas Vestinus duceret horas,
Et iam per Stygias esset iturus aquas,
Vltima volentes orauit pensa sorores,
Vt traherent parua stamina pulla mora.
Iam sibi defunctus.
Virg 11 Æne. *Procubuit moriens, & humum simul ore momordit,*
Ouid. in Ibin. *Luctatusq; diu cruciatos spiritus artus Deserat.*
Ibid. *Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim*
Ibid. *Sed prius hanc animæ nimium tibi sæpe petitæ Auferet illa dies.*

— *cum*

— cùm fuero vacuas dilapsus in auras. Ibid.
Exanimus, manes oderit vmbra tuos.
Siue ego (quod nollem) longis consumptus ab annis, Ibid.
Siue manu facta morte solutus ero.
Sic vbi vita tuos inuita reliquerit artus. Ibid.
— de morsu virus habente cadas, Ibid.
Intereat tecum sic genus omne tuum. Ibid.
Icta graui telo, confossaque vulnere mater Mart. lib. 2.
Sus pariter vitam perdidit. Occubuit tandem Ibid.
Sanctam Romana vitam sed morte peregit, Ibid.
Dimisitq; animam nobiliore rogo.
Attale, ne quod agas desit, agas animam. Ibid.
Quod pro fratre mori vellet vterq; prior. Dispeream. Ibid.
Si sapis, vtaris totis Coline diebus,
Extremumque tibi semper adesse putes.
Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, obseruant quem statuère diem,
Nil adijcit penso Lachesis, fusosque sororum
Explicat, & semper de tribus vna necat,
Cum videt in scopulo rorantem saxa cruore Sil Ita. lib. 10.
Torquoque obtutu labentem in Tartara Paulum. Ouid. epist. 1.
Extremum fati sustinet ille diem. Oui. epist. 2.
— sæpè cruenta Traiectam gladio morte perire iuuat. Ouid. 12. Met.
Sanguinis ille globos pariter cerebrumque merumque
Vulnere & ore vomes, madida resupinus arena Calcitrat, Ibid.
— nec habet quas ducat spiritus auras, Deficit interdum.
Desinat elatis quisquam confidere rebus, Omnia mors æquat. Claud. in Ruf.
Quicquid habet ortus, finem timet, ibimus omnes,
Ibimus, immensis vrnam quatit Æacus vmbris. Sil. Ita. lib. 6.
— Mors vltima pœna est Non metuenda viris,
— exhalantem sub acerbo vulnere vitam. Lucre. lib. 8.
— rutilum vomit ille cruorem, Ouid. 5. Met.
Et resupinus humum moribundo vertice pulsat. Ibid.
— & medios animam expirauit in ignes.
Sanguine defectos cecidit collapsus in artus. Ouid. 6. Met.
Cumque anima cruor est effusus in auras. Occiderat mater. Ibid.
Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista Oui. 6. Met.
Vina refert moriens. Virg. 9. Æneï.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo Oui. 8. Trist.
— defunctaque corpora vita,
— quem non virtutis egentem Virg. 6. Æne.
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Vir. 12. Æne.

Vir. 10. Ænei. *Olli dura quies oculis, & ferreus vrget*
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
Virg. 1. Æne. *Illum expirantem socij, atque extrema gementem*
Obliti ignota camporum in puluere linquunt.
Ibid. *Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso*
Confixi expirant animas.
Ibid. *Labitur exsanguis, labuntur frigida letho*
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit:
Tum sic expirans, Accam ex æquálibus vnam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ:
Qui cùm partiri curas, atque hæc ita fatur.
Hactenus Acca soror potui, nunc vulnus acerbum
Conficit & tenebris nigrescunt omnia circum,
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer;
Iamque vale, simul his dictis linquebat habenas.
Ad terram non sponte fluens, tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore, lentaque colla,
Et captum letho posuit caput, arma relinquens,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Ibid. *Funditur ater vbique cruor dant funera ferro*
Certantes pulchramque petunt per vulnera mortem.
Impleuitque suum sanguis, tum vita per auras
Virg. 10. Æne. *Concessit mœsta ad manes, corpusque reliquit.*
Ibid. *Stat sua cuique dies, breue, & irreparabile tempus*
Omnibus est vitæ. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidêre Deum, quin occidit vnà
Sarpedon mea progenies, etiam sua Tornum
Fata vocant, metasque dati peruenit ad æui,
Virg. 9. Æne. *Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro*
Sternit humi moriens, atque illi partibus æquis
Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pependit.
Vir. 12. Æne. *Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentam*
Mandit humum, moriensque suo se in vulnere versat.
Hor. 4. c. o. 9. *Non ille pro charis amicos.*
Aut patria timidus perire.
Virg. 6. Æne. *Præterea iacet exanimum tibi corpus amici.*
Ibid. *— indigna morte peremptum.*
Ibid. *— veres mihi nuncius ergo*
Venerat extinctam, ferroque extrema secutam:
Ibid. *Funeris heu tibi causa fuit.*
Ibid. *— vt supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus.*
Vir. 8. Æne. *Ostendent terris hinc tantum fata, neque vltrà Esse sinent.*
Auctor. *Nunc, ò nunc liceat crudelem abrumpere vitam.*

Cùm

Cùm tibi vitam cita funerali
Sixte, quàm longam trahat, amputarit
Dextera Clotho gelidosque marmor Texerit artus.
Sed perijsse semel satis est. Virg. 9. Æne.
— an sese medios moriturus in hostes Ibid.
Inferat, & pulchram properet per vulnera mortem.
Tum super exanimem sese proiecit amicum Ibid.
Confossus, placidaque ibi demum morte quieuit.
— quæ nunc artus, auulsaque membra, Ibid.
Et funus lacerum tellus habet
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam, Ibid.
Vt senior letho pallentia lumina soluit, Virg. 10. Æne.
Iniecêre manum Parcæ.
— Extremaque Lauso Parcæ fila legunt. Ibid.
Omnes per mortes animam sontem ipsa dedissem, Ibid.
Nunc, viuo, neque adhuc homines, lucemque relinquo:
Sed linquam.
Prosspexit tristi mulctatam morte Camillam. Virg. 11. Æne.
Confixi expirant animas, Ibid.
Parcarumque dies, & vis inimica propinquat. Virg. 12. Æne.
Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est. Ibid.
Conditio, possem tantos finire dolores
Nunc certe, & misero fratri comes ire per vmbras.
— corpus spoliatum lumine. Ibid.
— ast illi soluuntur frigore membra. Ibid.
Cum volet ille dies, quæ nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi finiat æui. Oui. 15. Met.
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem. Oui. 6. Meta.
occidit, orba resedi
Exanimes inter natos natasque virumque, Ibid.
Diriguit que malis, nullos mouet aura capillos,
In vultu color est sine sanguine, lumina mœstis
Stant immota genis, nihil est in imagine viuum,
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & Venæ desistunt posse moueri.
Nec flecti ceruix nec brachia reddere motus,
Nec pes ire potest.
Ipsa iacet terraque tremens immurmurat atra:
Vtque salire solet mutilata cauda colubra, Ibid.
Palpitat, & moriens domina vestigia quærit.
Hic dolor ante diem, longæque extrema senectæ Ibid.
Tempora Tartareas Pandiona misit ad vmbras.

Oui. 3. Met. —*latataque corpora vidit,*
Ouid. 5. Met. —*at ille iam moriens oculis sub nocte natantibas atra*
Circumspexit Atyn seque acclinauit ad illum,
Ibid. *Et tulit ad manes iunctæ solatia mortis.*
Ouid. 3. Met. *Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.*
—*non longius illo*
Ibid. *Viuit, & expirat quam quas acceperat auras.*
—*sed scilicet vltima semper*
Exspectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.
Iamque dolor vires adimit, nec tempora vitæ
Ibid. *Longa meæ superant, primoque extinguor in æuo.*
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Ibid. *Ille caput viridi fessum summisit in herba,*
Lumina mors clausit domini mirantia formam.
Ouid. epist. 5. *Cumque parente sua frater morietur Iuli,*
Pœnaque connexos auferet vna duos.
Ibid. —*est animus nobis effundere vitam.*
Oui. epist. 8. *Aut ego premoriar, primoque extinguar in æuo*
Oui. epist. 1. —*At semel æterna nocte premenda fui.*
Ibid. *Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,*
Nec positos artus vnget amica manus.
Oui. epist. 18. *Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.*
Oui. epist. 12. *Tunc quæ dispensant mortalia fata sorores,*
Debuerant fusos euoluisse suos,
Oui. epist 12. *Spiritus ante meus tenues vanescat in auras.*
Oui. Epist. 14. *Sanguis abit, mentemque color corpusque reliquit,*
Inque nouo iacui frigida facta toro.
—*quid moraris emori?*
Catullus. *Aut mortem oppeteret Theseus.*
Idem. —*ostentant omnia lethum,*
Idem. *Non tamen ante mihi languescent lumina morte,*
Nec prius à fesso secedent corpore sensus.
Idem. *Amissum credens immiti Thesea fato.*
Idem. *Destitit extinctos natus lugere parentes,*
Optauit genitor primæui funera nati.
Idem. *Quandoquidem fortuna mihi te te abstulit ipsum.*
Heu miser indigne frater adempte mihi,
Troia nefas commune sepulchrum Europa, Asiaque
Troia virum & virtutum omnium acerba cinis:
Quæ nempe & nostro lethum miserabile fratri
Attulit heu misero frater adempte mihi?
Heu misero fratri iucundum ademptum,

Tecum

Tecum vnà tota est nostra sepulta domus. Tib.lib. 1.
Quòd si fatales iam nunc expleuimus annos,
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis.
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus.
Messalam terra, dum sequiturque mari.
Quis furor est atram bellis accersere mortem? Ibid.
Imminet, & tacito clam venit illa pede.
Iam mala finissem letho. Tib.lib.2.
Ergo ego cum tenuem fuero mutatus in vmbram, Tib.lib.1.
Candidaque ossa super nigra fauilla teget.
Coniugis erepta causa perire fuit. Tib.lib.3.
Tum cùm permenso defunctus tempore lucis Ibid.
Nudus Lethæa cogerer ire rate.
Quinetiam mea cùm tumulus contexerit ossa, Tib.lib.4.
Seu matura dies fato properat mihi mortem.
Mors iuuenem campos misit ad Elysios. Ibid.
Quandocumque igitur vitam mea fata reposcent, Prop.lib.1.
Et breue in exiguo marmore nomen ero
Quandocumque igitur nostros mors claudet ocellos. Prop.lib.2.
Atque vtinam primis animam me ponere cunis Ibid.
Iussisset quæuis de tribus vna soror.
Nestoris est visus post tria sæcla cinis?
Diceret aut, ô mors cur mihi sera venis? Ibid.
Tu tamen amisso nonnunquam flebis amico.
At vos incertam mortales funeris horam Ibid.
Quæritis, & qua sit mors aditura via.
Quod si fortè tibi properarint fata quietem,
Illa sepultura fata beata tua. Ibid.
— fato gere saucia morem.
Et quæcunque erat in numero, Romana puella Ibid.
Occidit, has omnes ignis auarus habet: Ibid.
Nec forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis,
Longiùs, aut propius mors sua quemque manet.
Per te immaturum mortis, adimus iter.
Flens tamen extremis dedit hæc mandata querelis, Prop.lib.3.
Cùm moribunda niger clauderet ora liquor. Ibid.
Vltima quæ Pæto, noxq; diesque fuit. Ibid.
Quòd si certa meos sequerentur funera casus, Ibid.
Tali mors pretio vel sit emenda mihi.
Occidit, & misero steterat vigesimus annus. Ibid.
Tot bona tam paruo clausit in orbe dies:
Sed tamen huc omnes, huc primus, & vltimus ordo,
Est mala, sed cunctis ista terenda via est.

Exoranda canis tria sunt latrantia colla.
Scandenda est torui publica cymba senis:
Ille licet ferro cautus se condat, & ære,
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.

Ibid. *Seu moriar fato: non turpi fractus amore,*
Atque erit illa mihi mortis honesta dies.

Boet. lib. 1. *Mors hominum felix, quæ se nec dulcibus amis*
Inserit, & mœstis sæpe vocata venit:
Eheu quàm surda miseros auertitur aure.
Et flentes oculos claudere sæua negat.

Boet. lib. 2. *Mors spernit altam gloriam.*
Inuoluit humile pariter, & celsum caput,
Æquatq; summis infima.

Ibid. *Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies*
Iam vos secunda mors manet.

Boet. lib. 4. *Et propria fatum sollicitare manu.*
Si mortem petitis, propinquat ipsa,
Sponte sua, volucres nec remoratur equos.

Auson. *Inter mœrentes (sed non ego mœstus) amicos*
Dispositis iacui funeris arbitrijs:

Statius. *— at nunc æterna silentia lethes Ille canorus habet,*

Idem. *— sed media cecidêre abrupta iuuenta*
Gaudia, floreſcentesque manus scidit Atropos annos.
Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Pubescentesq; rosæ primos moriuntur ad Austros,
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis.

Se. in He. fur. *Et cum mors auidis pallida dentibus*
Genteis innumeras manibus intulit,
Vno tot populi remige transeunt:
Euincas vtinam iura feræ Stygis,
Parcarumq; colos irreuocabileis.

Statius. *Ad manes ignare fugis, nec flectere Parcas.*
Aut placare malæ datur aspera numina lethes.
— fatis namq; huius iniquis
Occidit heu geminam prolem sine præside linquens,

Oui. 1. de art. *Rupitq; nouissima verba,*
Nullus in exani mi corpore sanguis erat.

Oui. 3. de art. *Nomine suspectam mihi spiritus exit in auram,*
Iam morior, chara lumina corde manu,
Dixit, & incauto paulatim pectore lapsus
Excipitur miseri spiritus ore viri,

Aul. fab. ep. 1. *Necdum illi Lachesis dictos numerauerat annos.*
Sed iuuat ante suum sic cecidisse diem.

— ani-

—animam per vulnera mille profudit. Ibid.
Tot simul infesto iuuenes occumbere letho. Luc. 2. Phar.
Inter & exsangues immissa morte cateruas. Ibid.
—patriaq; impendere vitam. Ibid.
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes, Luc. 3. Pharſ.
Fractarum subita ratium perière ruina,
Donec vtrasque simul largus cruor expulit hastas. Ibidem.
Diuisitq; animam, sparsitque in vulnera lethum. Ibid.
—spirantesque inuenit artus. Ibid.
Ille caput labens, & iam languentia colla
Viso patre leuat, vox fauces nulla solutas
Prosequitur, tacito tantum petit oscula vultu,
Inuitatque patris claudenda ad lumina dextram.
Oraque dum calcat iam singultantia letho. Sil. Ita. lib. 11.
Non duro liceat morientia cespite membra Luc. 5. Pharſ.
Ponere non animæ galeam fugiente ferire.
Atque oculos morti clausuram quærere dextram.
—non plura locutum Luc. 7. Pharſ.
Vita fugit densaque oculos pressère tenebræ Oui. 2. Met.
—duo nunc moriemur in vna.
Hactenus, & pariter vitam cum sanguine fudit
Corpus inane animæ frigus lethale secutum est. Ibid.
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitalesque vias, & respiramina clausit.
Me cum fatalis letho damnauerit hora. Luc. 2. Pharſ.
—subita caligine mortem Luc. 9. Pharſ.
Accipis, & Stygias somno descendis ad vmbras.
Et simul intereat nobiscum morte direpta,
Donec materies omnis concussa per artus Luc. lib. 3.
Vitalem animæ nodos à corpore soluit.
Nunc agitur, quoniam quassatis vndique vasis
Diffluere humorem, & laticem discedere cernis.
Et nebula, fumus quoniam discedit in auras
Crede animam quoque diffundi, multoque perire
Ocyus, & citius dissoluit corpora prima.
Cum semel omnibus è membris ablata recessit. Ibid.
Denique sæpe hominem paulatim cernimus ire,
Et membratim vitalem disperdere sensum:
In pedibus primum digitos liuescere, & vngueis,
Inde pedes, & crura mori: post inde per artus.
Introrsum trahere, & partes conducere in vnum.
Atque adeo cunctis sensum deducere membris.
Lumine adempto animam moribundo corpore fudit.

Scipiades belli fulmen Carthaginis horror,
Ossa dedit terræ, proinde ac simul infimus esset,
Denique Democritum postquam matura vetustas
Admonuit memorem motus languescere mentis.
Sponte sua letho caput obuius obtulit ipse:

Luc. lib. 4. *Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ.*
— namque iaceret
Æterno corpus perfusum frigore lethi,

Luc. lib. 5. *— mortalia sæcla.*
Dulcia linquebant labentis lumina vitæ:

Luc. libr. 6. *— ibi sit quoque vita vomenda.*

Sil. Ita. lib. 5. *Labitur infelix, atque oppetit ore cruento*
Tellurem expirans, tum diffundente per artus
Frigore se Stygio, manantem in viscera mortem
Accipit, & longo componit lumina somno.

Idem. *— iam deficiente cruore*
Iam vacuas senior vitam dispersit in auras.

Ibid. *— pelli florentibus annis*
Vitam, atque extingui primordia tanta negabam,
— iactarat talia vecors,

Sil. Ita. libr. 17. *Sed iam claudebat flatus, nec plura sinebat*

Se. in He, fur. *Atropos, & tumidæ properantur stamina linguæ.*
— dum fata sinunt,
Viuite læti: properat cursu Vita citato, volucrique die
Rota præcipitis vertitur anni: Durè peragunt pensa sorores,
Nec sua retro fila reuoluunt:
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta sui, Stygias vltro quærimus vndas,
Nimium Alcide pectore forte
Properas mœstos visere manes:
Certo veniunt ordine Parcæ. Nulli iusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem,
Recipit populos vrna citatos.

Ibid. *Et mortis dominus pertimuit mori,*
Quid iuuat durum properare fatum?
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes faciet que inerti
Vela Cocyto: tibi crescit omne.
Et quod occasus vi let, & quod ortus:
Parce venturis, tibi mors paramur.
Sis licet segnis properamus ipsi,

Sen. in Tye. *Prima quæ vitam dedit, hora carpsit.*

Sen. in Theb. *— spiritu expulso stupens Corpus rigescat.*

Ideo-

Ideoque lethi quæro maturi viam, Moriqué propero. Sen. in Hipp.
Hippolytus, heu me, flebili letho occubat? Sen. in Oedi.
Fatis agimur, cedite fatis,
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stamina fusi,
Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid facimus venit ex alto.
Seruatque sua decreta colus
Lachesis dura reuoluta manu
Omnia certo tramite vadunt,
Primusque dies dedit extremum.
Non illa Deo vertisse licet,
Quæ nexa suis currunt causis:
Is cuique ratus prece non illa
Mobilis ordo, multis ipsum
Timuisse nocet, multi ad fatum
Venêre suum dum fata timent:
Sonuere fores, atque ipse suum
Duce non vllo molitur iter Luminis orbus.
— ipsaq; mors nihil Sen. in Troia.
Velocis spatij meta nouissima.
Certè æquat mors est turba, atq; agitat Phrygas Ibid.
Communis ille terror, hic proprie meum
Exercet animum noctis horrenda sopor. Sen. in Oct.
Vtinam ante manu grandæua sua
Mea rupisset stamina Clotho. Oui. 4. Trist.
Spiritus hic per te patrias exisset in auras, Eleg. 3.
Sparsissent lacrymæ corpora nostra piæ. Oui. 3. de Pon.
Supremoque die notum spectantia cœlum Oui. 2. de Pon.
Texissent digiti lumina nostra tui, Eleg. 11.
Et prius hanc animam vacuas edemus in auras. Eleg. 2.
Cùm cinis absumpto corpore factus, ero. Mart. libro 10.
Et cum suprema fila venerunt horæ, Diesque tardus. Ibid.
Gaudia tu differs, at non & stamina differt Oui. 8. Met.
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.
— crescunt ignisq; dolorque Ouid. 10. Met.
Languescuntque iterum, simul est extinctus vterque
Inque leues abijt paulatim spiritus auras,
Nil prosunt artes, erat immedicabile vulnus,
Vt si quis violas riguoque papauera in horto,
Liliaque infringat fuluis hærentia linguis,
Marcida demittant subito caput illa grauatum.
Nec se sustineant, spectentque cacumine terram

Sic

Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore
Ipse sibi est oneri ceruix, humeroque recumbit.

Ouid. 1. Met. — *in ventos anima exhalata recessit,*

Stat. 2. Theb. *Procubuêre pares fatis (miserabile votum*
Mortis) & alterna clauserunt lumina dextra.

Stat. 11. Theb. — *fugit in vacuas iam spiritus auras,*
Iam gelida ora tacent.
— *moriar, mors vltima linea rerum est.*

Hor. 1. Epist. — *donec transmissa morte per artus Labitur.*

Stat. 2. Theb. *Impia iam merita scrutatus lumina dextra*

Stat. 1. Theb. *Merserat æterna damnatum nocte pudorem*
Oedipodes, longaque animam sub morte trahebat.
Ille tamen superis æterna piacula soluit,
Proiecitque diem, nec iam amplius æthere nostro
Vescitur, ac nati (facinus sine more) cadentes
Calcauere oculos.

Manil. lib. 4. *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.*

Vide OCCIDERE.

Mortalitatis, & Pestis descriptio.

Virg. *Hic quondam cœli vitio miseranda coorta est*
Tempestas, totoque Autumni incanduit æstu,
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum,
Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.

Virg. *Nec via mortis erat simplex, sed vbi ignea venis*
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebant.

Virg. *Sæpe in honore, Deum medio stans hostia ad aram*
Lanea dum niuea circumdatur infula vitta
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros,
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates.
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infuscatur arena.
Obscura cœlo labitur Phœbi soror,
Tristisque mundus nubilo pallet nouo:
Nullum serenis noctibus sidus micat,
Sed grauis, & ater incubat terris vapor:
Obtecti arces cælitum, ac summas domos
Inferna facies, denegat fructum Ceres
Adulta, & altis flaua cum spicis cremat:
Arente culmo sterilis emoritur seges:

Pars nulla regni immunis exitio vacat.
Sed omnis ætas pariter, & sexus ruit,
Iuuenesque senibus iungit, & gnatis patres,
Funesta pestis, vna fax thalamos cremat,
Fletuq; acerbo funera, & questu carent:
Quin ista tanti peruicax clades mali
Siccauit oculos, quodq; in extremis solet,
Perière lacrymæ, portat hunc æger parens
Supremum ad ignem mater hunc amens gerit,
Properatq; vt alium regerat in eundem locum:
Quin luctu in ipso luctus exoritur nouus,
Suæque circa funus exequiæ cadunt:
Tum propria flammis corporis alienis cremant
Diripitur ignis, nullus est miseris pudor.
Non ossa tumuli sancta discreti tegunt,
Arsisse satis est, pars quota in cinereis abit?
Deest terra tumulis, tam rogos sylua negant,
Non vota, non ars vlla corruptos leuant,
Cadunt medentes, morbus auxilium trahit.
Iura domosque dabam subito cum tabida membris, Virg. 3. Æne.
Corrupto cœli tractu, miserandaque venit
Arboribusque satisque lues, & lethifer annus:
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora, tum steriles exurere Sirius agros,
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat. Hor Epo. 16.
Nulla, nocent pecori contagia. Mart. lib. 1.
Indignas premeret pestis cum tabida fauces,
Inque ipsos vultus serperet atra lues. Ibid.
Vreret implicitum cum scelerata lues. Catullus.
Me miserum aspicite, & si vitam puriter egi
Eripite hanc pestem, pernitiemque mihi:
Quæ mihi subrepens imos vt torpor in artus,
Expulit ex omni pectore lætitias:
Ipse valere opto, & tetrum hunc deponere morbum,
— resoluit Aera tabificum. Luc. 3. Phar.
Præparat innumeras puppes Acherontis adusti Luc. 5. Pharſ.
Portitor, in multas laxantur Tartara pœnas:
Vix operi cunctæ dextra properante sorores
Sufficiunt, lassant rumpentes stamina Parcas.
— vel grauem populis luem Sparsura pestis, Sen. in Thyę.
Corpora tum soluit tabes & digerit artus:
Traxit iners cœlum fluidæ contagia pestis Luc. 6. Pharſ.
Obscuram in nubem tali spiramine Nesis

Obscu-

Emittit Stygium nebulosis aëra saxis,
Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant,
Inde labant populi, caloq; paratior vnda
Omne pati virus durauit viscera cœno:
Iam riget atra cutis, distentaq; lumina rumpit,
Igneaq; in vultus, & sacro feruida morbo
Pestis abit, sessumq; caput sese ferre recusat:
Iam magis, atque magis præceps agit omnia fatum.
Nec medij dirimuut morbi vitamq;, necemq;.
Sed languor cum morte venit turbaq; cadentum
Aucta lues, dum mista iacent incondita viuis
Corpora. nam miseros vltra tentoria ciues
Spargere funus erat, tamen hos minuere labores
At tergo pelagus, pulsusq; Aquilonibus aër.
Aera pestiferum tractu, morbosque fluentes.
Luc.7.Pharſ. *Insanamque famem.*
Cur Libycus, tantis exundet pestibus aer Fertilis in mortes,
Luca.9.Phar. *Hæc ratio quondam morborum, & mortifer æstus*
Luc. lib.6. *Finibus Cecropiis funestos reddidit agros,*
Vastauitque vias, exhausit ciuibus vrbem:
Nam penitus veniens Ægypti finibus ortus,
Aera permensus, multum camposque natanteis,
Incubuit tandem populo Pandionis omnes
Inde cateruatim morbo, mortique dabantur
Principio caput incensum feruore gerebant
Et duplices oculos suffusa luce rubenteis:
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & vlceribus vocis via septa coibat,
Atque animi interpres manebat lingua cruores
Debilitat a malis, motu grauis, aspera tactu:
Inde vbi per fauceis pectus complerat, & ipsum
Morbida vis in cor mœstum confluxerat ægris,
Omnia tum verò vitai claustra lababant:
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritui
Atque animi prorsum vires, totius, & omne
Languebat corpus, lethi iam limine in ipso,
Intolerabilibusque malis erat anxius angor
Assiduè comes, & gemitu commista querela:
Singultusque frequens noctem persæpe, diemque
Corripere assiduè neruos, & membra coarctans
Dissoluebat eos defessos ante fatigans,

Nec

Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo summam feruescere partem
Sed potius tepidum manibus proponere tactum,
Et simul vlceribus quasi inustis omne rubore
Corpus, vt est, per membra sacer cum dicitur ignis:
Intima pars homini verò flagrabat ad ossa.
Flagrabat stomacho flamma, vt fornacibus intus.
Nil adeo posset cuiquam leue, tenueq; membris
Vertere in vtilitatem ad ventum, & frigora semper.
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes corpus in vndas.
Multi præcipites lymphis putealibus altè
Inciderunt ipso venientes ore patente.
Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Æquabat multum parus humoribus imbrem.
Nec requies erat vlla mali, defessa iacebant
Corpora: mussabat tacito medicina timore.
Quippe patentia cum totas ardentia nocteis
Lumina versarent oculorum expertia somno.
Multaq; præterea mortis tum signa dabantur
Perturbata animi mens in mœrore, metuque
Triste supercilium, furiosus vultus, & acer.
Sollicita porro, plenaque sonoribus aures.
Creber spiritus, aut ingens, raroque coortus,
Sudorisque madens per collum splendidus humor,
Tenuia sputa, minuta, croci concincta colore,
Salsaque per fauces raucas vix edita tussi.
In manibus verò nerui trahier, tremere artus,
A pedibusque minutatim succedere frigus
Non dubitabat, item ad supremum denique tempus
Compressa nares, nasi primoris acumen
Tenue, cauati oculi, cana tempora, frigida pellis,
Duraque inhorrebat rictum, frons tenta manebat.
Nec nimio rigida prostrati morte iacebant:
Octauoque fere candenti lumine solis,
Aut etiam nona reddebant lampada vitam.
Quorum si quis (vt est) vitarat funera lethi,
Visceribus tetris, & nigra polluuie alui:
Posterius tamen hunc tabes, lethumque manebat,
Aut etiam mu tus captis cum sæpe dolore
Corruptus sanguis plenis ex naribus ibat:
Huc hominis tota vires, corpusque fluebat:
Profluuium porro qui tetri sanguinis acre,

Exierat

Exierat tamen in neruos huic morbus, & artus
Ibat, & in partes genitaleis corporis ipsas:
Et grauiter partim metuentes limina lethi
Viuebant ferro priuati parte virili,
Et manibus sine nonnulli, pedibusque manebant
In vita tamen, & perdebant lumina partim:
Vsque adeo mortis metus his incesserat acer:
Atque etiam quosdam cœpere obliuia rerum
Cunctarum, neque se possent cognoscere vt ipsi.
Multaque humi cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus, atque ferarum
Aut procul absiliebat, vt acrem exiret odorem,
Aut, vbi gustarat, languebat morte propinqua:
Nec tamen omnino temerè illis solibus vlla
Comparebat auis, nec noctibus secla ferarum
Exibant syluis, languebant pleraq; morbo,
Et moriebantur: cum primis fida canum vis
Strata viis animam ponebat in omnibus ægram:
Extorquebat enim vitam vis morbida membris:
Incomitata rapi certabant funera vasta:
Nec ratio remedi communis certa dabatur:
Nam quod aliis dederat vitaleis aeris auras
Voluere in ore licere, & cœli templa tueri:
Hoc alijs erat exitio lethumque parabat:
Illud in his rebus miserandum, & magnopere vnum
Aerumnabile erat, quod vbi se quisque videbat
Implicitum morbo, morti damnatus vt esset:
Deficiens animo mœsto cum corde iacebat.
Funera respectans, animam & mittebat ibidem,
Idq; vel in primis cumulabat funere funus:
Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
Ex alijs alios auidi contagia morbi,
Nam quicumque suos fugitabant visere ad ægros,
Vitai nimium cupidi, mortisq; timentes,
Pœnibat paulò post turpi morte, malaque
Desertos opis experteis incuria mactans,
Lanigeras tanquam pecudes, & buccera sæcla.
Qui fuerant autem præsto, contagibus ibant,
Atque labore pudor quem tum cogebat obire,
Blandaque lassorum vox mista voce querela.
Optimus hoc lethi genus ergo quisq; subibat,
Inque alijs alium populum sepelire suorum
Certantes, lacrymis lassi, luctuque redibanti

Inde

Inde bonam partem in lectum mœrore dabantur.
Nec poterat quisquam reperiri quem neq; morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Præterea iam pastor, & armentarius omnis,
Et robustus item curui moderator aratri,
Languebant, penituſq; casis contrusa iacebant
Corpora, paupertate, & morbo dedita morti:
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses retroque videre
Matribus, & patribus natos super edere vitam.
Nec minimum partim ex agris ægroris in vrbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia conueniens ex omni morbida parte.
Omnia complebant loca, tectaq; quo mage eos tum
Confertos ita aceruatim mors accumulabat.
Multa siti prostrata viam per, proque voluta
Corpora silanos ad aquarum strata iacebant
Intercluſa anima nimia ab dulcedine aquai.
Multaque per populi passim loca prompta, viasque
Languida semianimo tum corpore membra videres,
Horrida pædore & pannis cooperta perire
Corporis illuuie, pellis super ossibus vna,
Vlceribus tetris prope iam sordiq; sepulta.
Omnia deniq; sancta deum delubra replerat
Corporibus mors exanimis, oneritaq; passim
Cuncta cadaueribus cælestum templa manebant
Hospitibus loca, quæ complerant aduentes
Nec iam religio diuum, nec numina magni
Pendebantur enim, præsens dolor exsuperabat,
Nec mos ille sepultura remanebat in vrbe,
Quo prius hic populus semper consuerat humari.
Perturbatus enim totus trepidabat, & vnus
Quisq; suum pro re consortem mœstius humabat,
Multaque vis subita, & paupertas horrida suasit,
Namque suos consanguineos aliena rogorum,
Insuper exstructa ingenti clamore locabant,
Subdebantq; faces multo cum sanguine sæpè
Rixantes potius, quam corpora desererentur. Iuue. Sat. 2.
— dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plureis, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci. Oui -
Constat & in fonteis vitium venisse, lacusq;,
Molliaque inculta serpentum multa per agros

Errasse, atq; suis fluuios temerasse venenis,
Strage canum primo, volucrumque auiumque, boumque,
Inque feris subiti deprensa potentia morbi?
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros medioque recumbere sulco,
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte sua, lanæque cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam magnæque in puluere famæ
Degenerat, palmæ, veterumque oblitus honorum,
Ad præsepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper irasci meminit, non fidere cursu
Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrsi.
Omnia languor habet, syluisque agrisque diisque
Corpora fœda iacent, vitiantur odoribus auræ,
Mira loquar, non illa canes auidæque volucres,
Non cani tetigere lupi, dilapsa liquescunt,
Afflatuq; nocent, & agunt contagia late.
Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
Pestis, & in magnæ dominatur mœnibus vrbis.
Viscera torrentur primo flammæque latentis
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni.
Aspera lingua tumet, tepidisque arentia ventis
Ora patent, auraque graues captantur hiatu.
Non stratum, non vlla pati velamina possunt.
Dura sed in terra ponunt præcordia, nec fit
Corpus humo gelidum, sed humus de corpore feruet.
Nec moderator adest, inque ipsos sæua minantes
Erumpit clades, absuntque auctoribus artes,
Quo propior quisque est, seruitque fidelius ægro,
In partem lethi citius venit, atque salutis
Spes abijt, finemque vides in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla, quid vtile, cura est.
Vtile enim nihil est, passim positoque pudore
Fontibus & fluuiis, puteisque capacibus hærent,
Nec sitis est extincta prius, quam vita, bibendo.
Inde graues multi nequeunt consurgere, & ipsis
Immoriuntur aquis: aliquis tamen hausit & illas,
Tantaque sunt miseris inuisi tædia lecti,
Prosiliunt, aut si prohibent consistere vires,
Corpora deuoluunt in humum, fugiuntque penates
Quisque suos, sua cuique domus funesta videtur.
Et quia causa latet, locus est in crimine notus,
Semianimes errare viis, dum stare valebant,

Aaſpiceres, flenteis alios, terraque iacenteis.
Laſſaque verſantes ſupremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad ſidera cæli
Hic, illic, vbi mors deprenderat, exhalantes,
Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit eſſe?
Ni vitam odiſſem, & cuperem pars eſſe meorum,
Quò ſe cunque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat, ſtratum, veluti cum putria motis
Poma cadunt ramis, agitat æque ilice glandes.
Templa vides contra gradibus ſublimia longis.
Iuppiter illa tenet, quis non altaribus illis
Irrita thura dedit quoties pro coniuge coniux,
Pro nato genitor, dum verba precantia dicit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu thuris pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis, dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me, patriaq; tribuſque
Cum facerem natis, mugitus victima diros
Edidit, & ſubitò collapſa ſine ictibus vllis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros:
Fibra quoq; ægra notas veri, monituſq; deorum
Perdiderat, triſtes penetrant ad viſcera morbi:
Ante ſacros vidi proiecta cadauera poſteis,
Ante ipſas, quo mors foret inuidioſior, aras
Pars animam laqueo claudunt, mortiſque timorem
Morte fugant, vltroq; vocant venientia fata:
Corpora miſſa neci nullis de morte feruntur
Funeribus, neq; enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos. & iam reuerentia nulla eſt,
Deque rogis pugnant, alieniſque ignibus ardent.
Qui lachryment, deſunt, indefletæque vagantur
Natorumque virumque animæ, iuuenumque ſenumque,
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignèis.
—ſedet acta medullis Sil. Ita. libr. 2.
Iamdudum, atque inopes penitus coquit intima peſtis;
Eſt furtim lento miſeris durantia tabo
Viſcera, & exurit ſiccatas ſanguine venas
Per longum celata fames iam lumina retrò
Exeſis fugere genis, iam lurida ſola
Tecta cute, & venis malè iuncta trementibus oſſa

Extant, consumptis visu deformia neruis
Ni subito importuna Lues, inimicaq; pestis
Sil. Ita. lib. 14. *Inuidia diuum, pelagique labore parata*
Polluto miseris rapuisset gaudia cœlo
Criniger astriferis Titan feruoribus auras,
Et patulam Cyanem, lateq; palustribus vndis
Stagnantem Stygio Cocyti oppleuit odore,
Temporaque Autumni latis florentia donis.
Fœdauit, rapidoque accendit culminis igni.
Fumabat crassus nebulis caliginis aer,
Squalebat tellus, vitiato feruida dorso,
Nec victum dabat, aut vllas languentibus vmbras.
Atq; ater picea vapor expirabat in æthra
Vim primi sensere canes, mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris
Inde feræ syluis sterni, tum serpere labes
Tartarea atque hausis populari castra maniplis.
Arebat lingua, & gelidus per viscera sudor
Corpore manabat tremulo, descendere fauces
Abnuerant siccæ iussorum alimenta ciborum.
Aspera pulmonem tussis quatit, & per anhela
Igneus effiatur sitientum spiritus ora,
Lumina ferre grauem vix sufficientia lucem
Vnca nare iacent, sanies immista cruore
Expuitur, membrisque cutis, tegit ossa peresis,
Heu dolor, insignis notis bellator in armis,
Ignauo rapitur letho, iactantur in ignem,
Dona superba virum multo Mauorte parata
Succubuit medicina malis, cumulantur aceruo
Labentum, & magno cineres sese aggere tollunt.
Passim etiam deserta iacent, inhumataq; latè
Corpora pestiferos tetigisse timentibus artus.
Serpit pascendo crescens acherusia pestis,
Nec leuiore quatit Trmacria mœnia luctu,
Pœnorum parem castris fert aira laborem,
Æquato par exitio, & communis vbiq;
Sen. in Oedi. *Ira Deum, atque eadem lethi versatur imago.*
Occidis Cadmi generosa proles
Vrbe cum tota, vidua colonis
Respicis terras miseranda Thebe.
Carpitur letho tuus ille Bacche
Miles extremos comes vsq; ad Indos.
Ausus Eois equitare campis,

Figere

Figere & mundo tua ſigna primo.
Cynammis ſyluas Arabum beatas
Vidit, & verſas equitis ſagittas
Terga conuerſi metuenda Parthi.
Littus intrauit pelagi rubentis.
Promit hic ortus, aperitque lucem
Phœbus, & flamma propiore nudos Inficit Indos.
Stirpis inuictæ genus interimus,
Labimur ſæuo rapiente fato:
Ducitur ſemper noua pompa morti.
Longus ad Manes properatur ordo
Agminis mœſti, ſerieſque triſtis
Hæret, & turbæ tumulos petenti
Non ſatis ſeptem patuere portæ.
Stat grauis ſtrages, premiturque iuncto Funere funus,
Prima vis tardas tetigit bidenteis.
Laniger pingueis male carpſit herbas,
Colla tacturus ſteterat ſacerdos
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur ſegnis, patuit ſub ictu
Ponderis vaſti reſoluta ceruix.
Nec cruor ferrum maculauit atra
Turpis è plaga ſanies profuſa eſt.
Segnior curſu ſonipes in ipſo
Conſidit gyro, dominumque prono Prodidit armo.
Incubant pratis pecudes relictæ,
Taurus armento pereunte marcet.
Deſicit paſtor grege diminuto,
Tabidos inter moriens iuuencos
Non lupos cerui metuunt rapaceis,
Ceſſat irati fremitus leonis,
Nulla villoſis feritas in vrſis.
Perbibit peſtem latebroſa ſerpens,
Aret, & ſicco moritur veneno.
Non ſua ſylua decorata coma
Fundit opacis montibus vmbras.
Non rura virent vbere glebæ,
Non plena ſuo vitis Iacchо Brachia curuat.
Omnia noſtrum ſenſere malum.
Rupere Erebi clauſtra profundi
Turba ſororum face Tartarea.
Phlegetonq; ſua mouit ripa

Miscuit vndis Styga Sydoniis.
Mors alta auidos oris hiatus.
Pandit, & omneis explicat alas.
Quique capaci turbida cymba
Flumina seruat durus senior
Nauita Charon, vix assiduo
Brachia conto lassata refert.
Fessus turbam vectare nouam.
Quin Tænarij vincula ferri
Rupisse canem fama, & nostris
Errasse locis, mugisse solum
Vaga per lucos simulacra virum
Maiora viris, bis Cadmæum
Niue discussa tremuisse nemus
Bis turbatam sanguine Dircen,
Amphionios vlulasse canis Nocte silenti.
O dira noui facies lethi,
Grauior letho piger ignauos
Alligat artus languor, & ægro
Rubor in vultu, maculæque caput
Sparsere leues, tum vapor ipsam
Corporis arcem flammeus vrit.
Multoque genas sanguine tingit.
Oculique rigent, & sacer ignis,
Pascitur artus, resonant aures,
Stillatque niger naris aduncæ
Cruor, & venas rumpit hianteis,
Intima creber viscera quassat
Gemitus stridens, tunc amplexu
Frigida presso saxa fatigant,
Quos liberior domus elato
Custode finit, petitis fontes,
Aliturque sitis lætice ingesto,
Prostrata iacet turba cadentum,
Oratque mori solum hoc faciles
Tribuere dei delubra petunt,
Haud vt voto numina placent.
Sed iuuat ipsos satiare deos.
Oui. 15. Met. *Dira lues quondam latias vitiauerat auras,*
Mart. lib. 5. *Pallidaque exangui squalebant corpora morbo,*
Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe.
Corripit exustis lethalis flamma medullis,
Labentesque rapit populos toto asque per vrbeis,

Publi-

Publica succensis peraguntur fata sepulchris.
Qualis Erichthonios pestis populata colonos
Extulit antiquis per funera pacis Athenas.
Alter in alterius labens cum fata ruebant,
Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant,
Cesserat officium morbis, & funera deerant,
Mortibus & lacrymæ, fessus defecerat ignis,
Et coaceruatis ardebant corpora membris,
Ac tanto quondam populo vix contigit hæres.

Mortarium, *vide* TERERE IN MORTARIO.

Mugire.

— Furit mugitibus æther Concussus. Virg. 3. Georg.
— reboant syluæ. Ibid.
— crebris mugitibus amnes Arentesque sonant ripæ, Ibid.
Clamores simul horrendos ad sydera tollit. Virg. 2. Æne.
Quales mugitus, fugit cum saucius aram Taurus. Ouid. 1. Met.
— mugitus edidit ore.
Pertimuitque sonos, propriaque exterrita voce est.
— ad mea verba remugis. Ibid.
— & Luctisono mugitu cum Ioue visa queri est. Ibid.
— ne more iuuencæ Mugiat. Ibid.
— implerunt falsis mugitibus agros Virg. Eclo. 6.
More bouis Paphio clausus in ære genas. Oui in Ibin.
Bos stetit, & tollens speciosum cornibus altis Oui. 3. Met.
Ad cælum frontem, mugitibus impulit auras,
Discessu mugire boues, atque omne querelis Virg. 8. Æne.
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, vastoque sub antro Mugijt.
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus Terrificos ciet. Vir. 12. Æne.
— cuncta mugienti fremitu loca resonant. Catullus.
Rumpere mugitu carmina docta boues. Tib. lib. 2.
— sonuere iuuenci. Prop. lib. 4.
Aruaque mugitu saucite boaria longo. Ibid.
Parte sonant alia syluæ mugitibus altæ, Oui. 1. de rem.
Et queritur vitulum mater abesse suum.
— mugitus victima diros edidit. Oui. 7. Met.
Nec rauco taurus cessauit (flebile) ad aras Immugire sono. Sil. Ita. lib. 5.
— iamque feroci Mugitu nemora exterret. Sil. Ita. lib. 16.
Tristes in alta valle mugiunt tauri. Mart. lib. 5.
Mugi tum rauca furta dedere sono. Ouid. 1 Fast.
— mugitus edere raucos. Oui. 14 Met.

Mulgere.

— vbera vaccæ lactea demittunt. Virg. 2. Georg.

Ibid. —nec tibi fœta
Ore patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ.
Tota in dulces consument vbera natos.
Ibid. —hinc largi copia lactis.
Pro magis exhausto spumauerit vbere mulctra
Lacta magis pressis manabant flumina mammis.
Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis, Nocte premunt
Virg. 3. Æne. Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat.
Hor. Epo. 2. Claudensque textis cratibus latum pecus.
Distenta siccet vbera.
Ho Epo. 16. Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ.
Refertque tanta grex amicus vbera.
Vir. Eclo. 2. Bina die siccant ouis vbera.
Vir. Eclo. 3. Hic alienus oues custos bis mulget in horæ.
Et succus pecori, & lac subducitur agnis,
Ibid. Bis venit ad mulctram.
Ibid. —Sic lac præceperit æstus,
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis
Vir. Eclo. 4. Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ, Vbera.
Virg. Eclo. 9 Sic cythiso pastæ distentent vbera vaccæ.
Vir. 11. Æne. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino.
Nutribat, teneris immulgens vbera labris,
Catullus. —caprimulgus,
Tib. lib. 1. —vltroque ferebant
Obuia securis vbera lactis oues.
Luc. 4. Phar. Distentas siccant pecudes, & lacte negato.
Sordidus exhausto sorbetur ab vbere sanguis,
Luc. lib. 1. Hinc fessæ pecudes pingues per pabula læta
Corpora deponunt, & candens lacteus humor.
Vberibus manat distentis, hinc noua proles
Artubus infirmis teneras lasciua per herbas
Oui. 15. Met. Ludit lacte mero mentes perculsa nouellas
Vbera dent saturæ manibus pressanda capellæ.

Mulier.

Virg. 4. Æne. —varium, & mutabile semper Fœmina.
Tib. lib. 1. Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen.
Sen. in Hipp. Sed dux malorum fœmina, & scelerum artifex
Obsedit animos,
Ibid. —fœminas dirum genus,
Cicero. Crede ratem ventis, animum ne crede puellis,
Namque est fœminea tutior vnda fide.
Fœmina nulla bona est, vel si bona contigit vlla
Nescio quo fato, res mala facta bona est.

Multi-

Multitudo.

— domibusque immissa superbis vnda fremit vulgi, Stat.2.The.
— chorus æqualis Dryadum, Virg.4.Georg.
Qualis in Europæ ripis, aut per iuga Cinthi
Exercet Diana choros, quam mille sequutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.
Hic Dolopum manus Virg. 2. Æne.
— magna comitante caterua Ibid.
— Phrygia agmina circumspexit. Ibid.
— & sese medium iniecit moriturus in agmen. Ibid.
Iliadum turba & Phrygijs comitata ministris.
Atque hic ingentem comitum adfluxisse nouorum Ibid.
Inuenio admirans numerum, matresque, virosque
Collectam exilio pubem miserabile vulgus, Virg Georg.
— cuncta cohors Virg.1. Geo.g.
— & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis. Oui. 13. Meta.
— vulgi stante corona, Stat.3. Theb.
— letho regalia cœtu Atria complentur.

Vide CONGREGARE.

Multus, Multi, & Multa.

Ciniphiæ segetis citius numerabis aristas: Oui, 2. de Pon.
Altaque quam multis floreat Hybla thymis:
Et quot aues motis nitantur in aëra pennis,
Quotque natent pisces æquore certus eris.
Quàm tibi nostrorum statuatur summa laborum,
Quos ego sum terra, quos ego passus aqua.
— diuersaq; vulnera passus. Id.6. Met.
Innumeras circa gentes. Id.5.Trist.
Inter tot millia Id.2. Trist.
Excessitque fidem meritorum summa tuorum. Id.7.Met.
— Innumerabilis annorum series. Horat.
Milliaque incultos serpentum multa per agros. Oui.7.Met.
Sæpè breuis nobis viribus via visa loquendi est, Id.2.de Pon.
Pluraque si mundus verba fuere gradu.
Iam dolor in morem venit meus, vtque caducis Ibid.
Percussu crebro saxa cauantur aquis:
Sic ego continuò fortunæ vulneror ictu,
Vixque habet in nobis iam noua plaga locum.
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu,
Nec magis à curuis Appia trita rotis,
Pectora quàm mea sunt serie calcata malorum
Et nihil inueni, quod mihi ferret opem

Id. 4. Trist. *Meque tot aduersis cumulat, quot littus arenas,*
Quotquot fretum pisces, ouaque piscis habet.
Vere prius flores, æstu numerabis aristas:
Poma per autumnum, frigoribusque niues:
Quàm mala quæ patior toto iactatus in orbe
Dum miser Euxini littora sæua peto.

Ibid. *Totque tuli terra casus, pelagoque, quot inter*
Occultum stellæ conspicuumque polum.

Id. 5. Trist. *Felix qui patitur quæ numerare potest.*
Quot frutices sylvæ, quot flauas Tibris arenas
Mollia quot Martis gramina campus habet,
Tot mala pertulimus.

Ibid. *Contentusque mei iam tandem parte doloris,*
Exiguum pleno de mare demat aquæ.
Detrahat vt multum, multum restabit acerbi,
Parsque meæ pœnæ totius instar erit.
Littora quot conchas, quot amæna rosaria flores,
Quotue soporiferum grana papauer habet:
Sylua feras quot alit, quot piscibus vnda natatur
Quot tenerum pennis aëra pulsat auis:
Tot premor aduersis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Ibid. *Elige nostrorum minimum minimumque laborum,*
Isto, quo quæreris, grandius illud erit.
Quàm multa madidæ celantur arundine fossæ:
Floridaquàm multus hybla tuetur apes:
Quàm multæ gracili terrena sub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta solent:
Tam me circumstat densorum turba malorum
Crede mihi, vero est nostra querela minor.
His, qui contentus non est: in littus arenas.
In segetem spicas, in mare fundet aquas.

Idem 1. Trist. *Scire meos casus si quis desiderat omnes;*
Plus, quam quod fieri res sinit, ille petit.
Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent:
Paruaq; quod siccus corpora puluis habet.
Multaq; credibili tulimus maiora, ratamque
Quamuis acciderint, non habitura, fidem.

Id. 4. de Pōt. *Quæ numero tot sunt quot in horto fertilis aruis*
Punica sub lento cortice grana rubent.
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

Id. 5. Met. *— Et innumeris distinctas floribus herbas.*

Hinc

Hinc & multiplices struit tabellas. Marti. libr. 11.
Multaq; vt eripiat multo mihi plura relinquet Ouid. 6. Met.
Multa super Priamo rogitans super Hectore multa. Vir. 1. Æne.
Plebs habitat diuersa locis Oui. 1. Met.
Plura locuturum, Ibid.
Edidit innumeras species, Ibid.
—tot iugera. Ibid.
Immensa spectantur opes. Id. 6. Met.
Deq; tot, ac tantis. Id. 2. Met.

Vide CONVENIRE, CONGREGARE & POPVLVS.

Mundus.

Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, Vir. 1. Æne.
—magnum sparsa per orbem Ibid.
—ac totum sub legeis mitteret orbem, Vir. 4. Æne.
—sub magna labentia flumina terra, Vir. 4. Georg.
Quæ regio in terris? Vir. 1. Æne.
—lata as caligine terras Occuluit. Oui. 1. Met.
—maximus orbis Vir. 1. Georg.
Aspice connexo, nutantem pondere mundum, Vir. Eclog 4.
Terrasque, tractusq; maris, cælumq; profundum?
Qui mare, & terras, variisq; mundum Temperat horis. Ho. 1. c. o. 12.
Nec circumfuso pendebat in aere tellus Ponderibus librata suis. Oui. 1. Met.
Densior hic tellus, elementaque grandia traxit, Ibid.
Et pressa est grauitate sui.
Principium terram ne non æqualis ab omni Ibid.
Parte foret magni speciem glomerauit in orbis.
Orbe locus medio est inter terrasque fretumq;, Oui. 12. Met.
Cælesteisque plagas triplicis confinia mundi. Oui. 2. Met.
Terrarumque orbem, Ibid.
Terra viros vrbesque gerit, syluasque ferasque Fluminaque. Vir. 8. Æne.
Omnia sub pedibus, qua sol vtrumque recurrens Ouid. epist. 9.
Aspicit Oceanum, vertique regiq; videbunt. Ibid.
Et mare, quod supra teneant, quodque alluit infra. Tib. lib. 3.
Respice vindicibus pacatum viribus orbem. Luc. libr. 4.
Quà latum Nereus cæruleam ambit humum:
Se tibi pars terra, tibi se tota æquora debent,
Implesti meritis solis vtramque domum.
Nec quas terrarum sustinet orbis opeis.
—opus magni mirabile mundi.
Qualis in immenso desederit aere tellus,
Nam circumfuso consistit in aëre tellus,
—totaque discors Lucre. lib. 10.
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.

Qua

Ibid. *Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem.*
Luc. lib. 5. *— ruet moles, & machina mundi.*
Se. in He. fur. *Quodcunque abluitur solum*
Se. in He. Oct. *Longo Tethyos ambitu, Alcidæ domuit labor,*
Vtraque Phœbi sentiunt fulmen domus.
— bruta tellus,
Ho. 2. c. 3. o. 4. *— quà terra patet fera regnat Erynnis.*
Oui. 1. Met. *— totusque perhorruit orbis.*
Ibid. *— terræ mortalibus orbæ.*
Ibid. *— & mundi moles operosa laboret,*
Ibid. *Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras.*
Ibid. *Et mundi struxere globum.*
Manil. lib. 1. *Vltima subsedit glomerato pondere tellus,*
Ibid. *Est igitur tellus mediam sortita cauernam*
Ibid. *Aëris & toto pariter sublata profundo,*
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem,
Vndique surgentem, pariter pariterque cadentem.

Mungere & Mucus.

Mart. lib. 7. *Exprimeret, quoties rorantem frigore nasum*
Lethalem iugulo iusserat esse notam.
Turpis ab inuiso pendebat styria naso,
Cum flaret madida fauce December atrox
Collegæ tenuêre manus, quid plura requiris?
Emungi misero, Castrice, non licuit
Catullus. *— Mucusque & mala pituita nasi.*

Murmur, *vide* CLAMARE.

Mus.

Virg. 1. Georg. *— sæpè exiguus mus*
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit.
Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur
Ho. 2. se. Sa. 6. *Accepisse cauo.*

Musæ.

Mart. lib. 7. *— Castalidumque gregem,*
Catullus. *Collis ô Heliconij Cultor Vraniæ genus.*
Idem. *Etsi me assiduo confectum cura dolore*
Seuocat à doctis Ortale virginibus:
Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus.
Vir. 9. Æne. *Vos ô Calliopes precor aspirate canenti,*
Vir. 10. Æne. *Pandite nunc Helicona deæ, cantusque mouete:*
Stat. 2. Theb. *— Heliconia turba.*
Virg. 7. Æne. *Nunc age, qui reges Erato: &c.*
Claud. *His Latio cessit Graia Thalia toga,*
Sil. Ita. lib. 14. *Flectite nunc vestras Heliconis numina cantus.*

Siceli-

Sicelides Musæ paulò maiora canamus. Virg.
Pieridas Pueri, doctos, & amate poëtas Tib. lib. 2.
Quem referunt Musæ, vinet, dum robora tellus, Ibid.
Dum cælum stellas, dum vehet amnis aquas,
Siue Camœnarum de grege nona venis, Mart lib. 6.
— doctæque sorores. Tib. lib. 3.
At quodcunque meæ poterunt audere Camœnæ, Tib. lib. 4.
Pandite nunc Musæ præsentia numina vatum Oui. 15. Met.
Nunc aliam citharam me mea Musa docet. Prop. lib. 2.
Et Pallas, doctique cohors Heliconia Phœbi. Stat. us 5. Syl.
Non datur ad Musas currere lata via. Boet. lib. 3..
— de monte sororum, Ibid.
Mollia Pegasides vestro date serta poetæ. Ibid.
Soli Castalidum decus sororum. Mart. lib. 4.
At musæ comites, & carmina chara legenti. Prop. lib. 3.
Et defessa choris Calliopea meis. Ibid.
E quarum numero me contigit vna dearum,
Vt reor à facie, Calliopea fuit.
Talia Calliope, lymphisque à fonte petitis,
Ora Philetæa nostra rigauit aqua,
Me quoque musarum studium, sub nocte silenti Cla. lib. 3.
Artibus assuetis sollicitare solet.
Inter tot proceres nostra Thalia loqui, Idem.
Fortis heroïs Erato labores Differ, Statius.
Nec mihi Pierides subeunt, Driadesue puellæ, Ouid. epist. 21.
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat,
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant, Ibid.
Ingenium nobis molle Thalia dedit. Ibid.
Adde Heliconiadum comites, Luc. lib. 3.
Terpsichorem odit. Inue. Sat 7.
— desertis Aganippes Ibid.
Vallibus esuriens migraret in atria Cleio.
Heliconidasque, pallidamque Pirenen, Pe s. in prò.
Dicite quæ fonteis Æganippidas Hippocrenes Oui. 5. Fast.
Grata Medusæi signa tenetis equi.
Dissensere deæ, quarum Polyhymnia cœpit Prima.
Carmina Calliope libris heroica mandat Virg.
Clio gesta canens transactis tempora reddit
Dulciloquos calamos, Euterpe flatibus vrget,
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu,
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget
Plectra gerens Erato saltat pede carmina vultu
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu,

Vranie

Vranie cœli motus scrutatur & astra
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia,
Mentis Apollinea vis has mouet vndique Musas
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Mussipontum in Lotharingia.

Petr. de Blar. *Applicat in pontẽ, cui Monsio nomẽ ab annis Indidit antiquis.*
Lætus & auspicio est pontus, quem Iulius olim
Cæsariens Gallos contra struxisse venusta
Vi lapidum fertur, Pontismontemque vocasse.

Mutabilis & Mutari, *vide*, TRANSFORMARI & CHAMELEON.

Mutus.

Oui. 6. Met. *Os mutum facti caret indice.*
Ibid. *Verbaque quærenti satis indignantia lingua*
Defuerant.
Ibid. *—Rapta silet alterna lingua.* Vide SILERE.

Mutuum.

Mart. lib. 9. *Tarpeio Deus hic commodet ora patri.*
Id. lib. 12. *Cùm rogo te nummos sine pignore: non habeo, inquis:*
Idem si pro me spondet agellus habes.
Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,
Credis Coliculis arboribusque meis
Id. lib 9. *Quadringentorum reddis mihi, phœbe, tabellas.*
Centum da potius mutua, phœbe, mihi
Quære alium, cui te tam vano munere iactes.
Quod tibi non possum soluere phœbe, meum est.
Id. lib. 2. *Mutua viginti sestertia fortè rogabam,*
Quæ vel donanti non graue munus erant
Id. lib. 4. *Mutua quod nobis terquinquaginta dedisti*
Id lib. 8. *—ducenta quæris,*
Sed consumis, & vsque mutuatus.

Nanceium in Lotharingia.

Parua sub Arctoo, nunc cunctis nota sub axe
Pet. de Blar. *Vrbs sedet, vrbis habent si forsitan oppida nomen,*
Leucenses inter populos, gentemque Vosagam;
Ac Barrense solum, surgente & prouida bello:
Quæ quo pacis amat iucundius otia, quoue
Dedidicit lites annosius, armaque tanto
Irritat acferos fert iracundius hostes.
Namque situ nec non fossa, muroque superbas
Aspernata minas, cum sulphure saxa vomentes
Despicit hæc rigidi furias & fulmina Martis.
Exultatque loco piscoso accedere Murtham,

Qua

Quâ parte Auroram nasci spectamus, & Eurum:
Nanceium vocat hanc vetus incola.
—ad vrbis Nanceiæ muros. Idem.
In Nanceiana dux postquam Carolus aula Astitit. Idem.

Narrare.

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Vir. 2. Georg.
Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint, Ibid.
Et numerus: neque enim numero comprendere refert.
An memorem portus. Quid maiora sequar? Ibid.
Omnia iam vulgata, quis aut Eryshea durum, Ibid.
Aut illaudati nescit Busiridis Aras? Virg. 3. Georg.
Cui non dictus Hylas puer?
—ardentes cingar dicere pugnas.
—quid pascua versu Prosequar? Ibid.
—cœlestia dona Exequar. Ibid.
—populos & prælia dicam. Vir. 4. Georg.
Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo. Ibid.
—altiùs omnem Ibid.
Expediam, prima repetens ab origine famam. Ibid.
—curam narrabat inanem,
Atque Chao densos diuûm numerabat amores.
Consedit scopulo medius numerumque recenset,
—quis tanta relatu Æquet? Stat. 2. Theb.
Cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis, Cla. 3. in Coss.
Arma virumque canò. Hono.
Musa mihi causas memora. Virg. 11. Æneï.
—fabor enim, quando hæc te cura remordet
Longius, & volvens fatorum arcana movebo.
—sociisque exacta referre, Ibid.
O dea si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum.
Imò age & à prima dic hospes origine nobis Insidias Danaum Ibid.
—ita digerit omnia Calchas. Ibid.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando Ibid.
Explicet, aut possit lachrymis æquare labores?
—referes ergo hæc & nuncius ibis Ibid.
Pelidæ genitori, illi mea tristia facta
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Talia perstabat memorans. Ibid.
Surge age & hæc lætus longæuo dicta parenti Vir. 3. Æne.
Haud dubitanda refer:
Anchisen facio certum remque ordine pando Ibid.
Pauca tibi expediam è multis.

Ibid. *Sic pater Æneas intentis omnibus vnus*
Fata renarrabat diuûm cursusq; docebat,
Virg.4.Æne. *— quid bella Tyro surgentia dicam,*
Ibid. *— quæ plurima fando Enumerare vales.*
Ouid.1.Met. *Longa mora est, quantum noxæ sit vbique repertũ Enumerare.*
Oui.in Ibin. *Nec malæ voce meæ poterunt tua cuncta referri,*
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Oui.12.Met. *Sed noctem sermone trahunt, virtusq; loquendi*
Materia est, pugnas referunt hostisq; suasq;.
Inq; vices adita, atque exhausta pericula sæpe
Commemorare iuuat, quid enim loqueretur Achilles?
Proxima præcipuè domito victoria Cygno in sermone fuit.
Ouid.4.Met. *Vtile opus manuum vario sermone leuemus,*
Perq; vices aliquid quod tempora longa videri
Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures:
Dicta probant, primamque iubent narrare sorores:
Illa quid è multis referat (nam plurima nórat)
Virg.6.Ænei. *Cogitat, & dubia est ante Babylonia narret.*
Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Oui.15.Met. *Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,*
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Virg.11.Æne. *Deseret ante dies, & in alto Phœbus anhelos*
Æquore tinget equos, quàm consequar omnia dictis.
Cætera qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos, interq; manus sunt omnia vestras:
Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti,
Vir. 6. Æne. *Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.*
Ibid. *Expediam dictis, & te tua fata docebo.*
Auctor. *Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat,*
Ardentis ignes ocyus ætheris
Pontive micas, quam meus vndique
Quos sustuliſti Dithyrambus
Enumeret, pater alme, fures.
Luc.1. Phar. *Fert animus causas tantarum expromere rerum.*
Lu ad Cal.Pi. *Nec si cuncta velim, breuiter decurrere possim,*
Et prius ætheriæ moles circumuaga flammæ
Annua bis senis reuocabit mensibus astra,
Quàm mihi priscorum titulos, operosaque bella
Contigerit memorare.
Ouid.1.Fast. *Et quos præterea longa referre mora est.*
Oui.1. Trist. *Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,*
Eleg. 4. *Pluraque cum linguis pluribus ora forent:*
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,

Mate-

Materia vireis exuperante meas.
Sæpè breuis nobis vicibus via visa loquendi est, Ou. 2. de Pon.
Pluraq; si numeres, verba fuêre gradu: Eleg. 10.
Sæpè dies sermone minor fuit, inq; loquendo
Tarda per æstiuos defuit hora dies.
Non mihi si centum Deus ora sonantia linguis, Oui. 2. Meta.
Ingeniumq; capax, totumq; Helicona dedisset,
Tristia persequerer miserarum vota sororum.
Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis Oui. 13. Met.
In promptu mihi sit, rerum tamen ordine ducar. Clau. in Frat.
Non mihi centenis resonent si vocibus ora,
Multifidusq; ruat centum per pectora Phœbus,
Acta Probi narrare queam.

Nasci.

Cùm primùm lucem pecudes hausêre, virumq; Virg. 2. Geor.
Ferrea progenies duris caput extulit aruis.
Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. Virg. 2. Æne.
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar. Ibid.
Troianoq; à sanguine clarus Aceſtes. Ibid.
Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat. Ibid.
— quo sanguine cretus. Virg. 2. Æne.
— satum quo te mentiris. Ibid.
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. Virg. 3. Æne.
— hinc Dardanus ortus. Ibid.
Iasiusq; pater, genus, à quo principe nostrum. Ibid.
— vbi gentis cunabula nostræ. Nate dea. Virg. 4. Ænei.
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum. Ibid.
Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum. Ibid.
Hic Ammone satus. Ibid.
— genus alto à sanguine Teucri Proderet,
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Virg. 1. Æne.
— & Maia genitum demisit alto. Ibid.
— an Nympharum sanguinis vna, Oui. 1. Meta.
— sobolemq; priori
Dissimilem populo promittit origine mira.
Inde genus durum sumus, experiensq; laborum,
Et documenta damus, qua simus origine nati,
— magni genitus de semine tandem Creditur esse Iouis.
Sole satus Phaëton.
— si modo sum cœlesti stirpe creatus, Virg. 1. Geor.
Ede notam tanti generis, meq; asserе cœlo. Virg. Eclog. 4.
Vnde homines nati, durum genus.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Nascenti puero Lucina fauo.

Ho.1.car.o.2. *Mecœnas atauis edite regibus.*

Ho.3.ca.o.4. *Regium certè genus, Cara deûm soboles.*

Ibid. *—potuisse nasci Matre pudenda.*

Ho.3. ca.o.6. *Non his iuuentus orta parentibus.*

Ibid.o.17. *Auctore ab illo ducis originem.*

Ouid.1.Met. *—scires è sanguine natos.*

Ibid. *Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit*
Ille opifex rerum mundi melioris origo,
Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
Æthere cognati retinebat semina cœli,
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

Ouid.in Ibin. *Qui simul impuræ matris prolapsus ab aluo est.*
—fate sanguine diuûm.

Vir. 6. Ænei. *—puerique claris Patribus orti.*

Ho.4. ca. o.6. *Mnestheus, genus à quo nomine Memmi.*

Vir.3. Ænei. *—scyllaq; Colanthus*

Ibid. *Cærulia, genus vnde tibi Romane Cluenti.*
Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis,

Ibid. *Alter Atis, genus vnde Atij duxere Latini.*

Ibid. *Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Aceστes.*
Anchisæ generate deûm certissima proles,

Virg. 6.Æne. *—genus alto à sanguine Teucri.*
Hic genus antiquum, Teucri pulcherrima proles,

Ibid. *Magnanimi heroes, nati melioribus annis.*

Ibid. *—qui maneant Itala de gente nepotes.*
—primus ad auras

Ibid. *Ætherias, Italo commistus sanguine surget*

Ibid. *Siluius, Albanum nomen, tua posthuma proles,*
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regumq; parentem
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba,

Virg.7.Æne. *Ab Ioue principium generis Ioue Dardana pubes*
Gaudet auo, rex ipse Iouis de gente suprema Troius Æneas.

Ibid. *—geminosq; iugales Semine ab æthereo.*

Auctor. *—intergelidis vsta rigoribus.*
—virgineis vbi.
In caula rigido stramine lactibus
Auctor nascitur omnium.

Vir. 9. Ænei. *Durum à stirpe genus, natos ad flumina primum.*

Oui.6.Meta. *Et genus à magno ducentem forte Gradiuo.*

Ouid.3.Met. *Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo Eripitur.*

Omne

Omne hominum genus in terris Boet.lib.3.
Simili surgit ab ortu.
Sicaniæ figulo sum genitore satus.
— & nostro genitus de sanguine. Oui.epist.35.
Felix illa dies, totumq; canenda per orbem, Lu.ad Cal.Pi.
Quæ tibi, vitales cùm primùm traderet auras,
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
— per te quoniam genus omne animantum Luc.lib.1.
Concipitur, visitq; exortum lumina solis.
Nec sine te quicquam dias in luminis auras Exoritur. Ibid.
Inde enascitur, atque oras in luminis exit, Ibid.
Semine quando opus est rebus, quo quæque creata Ibid.
Aëris in tenuens possint proferrier auras.
Vt vix humana videatur stirpe creatus. Ibid.
Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi. Lucr.lib.2.
Tunc cùm gignimur, & vitæ cùm limen inimus. Lucr.lib.3.
— nudus humi iacet infans, indignus omni Lucr.lib.5.
Vitali auxilio, cùm primùm in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit. Mart.lib.5.
Nascere Dardanio promissum nomen Iulo.
Vera Deûm soboles, nascere magne puer. Sen.in Med.
Auoq; clarum sole deduxi genus Mart.lib.7.
Hæc est illa dies, quæ magni conscia partus
Lucanum populis, & sibi Polla dedit. Mart. lib.12.
Martis alumne dies, roseam quo lampada primùm,
Magnaq; siderei vidimus ora Dei. Stat.9.Theb.
Crenæus, cui prima dies in gurgite fido,
Et natale vadum, & virides cunabula ripæ. Vide, GIGNERE.

Natare.

— Torrentem vndam leuis innatat alnus. Vir. 2. Ænei.
— fluuiosq; innare rapaces. Virg.3.Geor.
Nocte natat cæca serus freta. Ibid.
— & flumina tranant Ibid.
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt, Virg.2.Æne.
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontum Pone legit. Oui. 1. Meta.
Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones, Ho.1. ca.o.2.
Et superiecto pauidæ natarunt Æquora damæ. Ho.3.car.o.7.
Tusco denatat alueo. Oui.2.Met.
— quarum pars nare videtur Virg.8.Ænei.
Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis. Virg.5.Ænei.
— & risêre natantem,
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus. Ibid.

Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Virg.6.Æne. *Carpathium, Lybicumq; ſecant, ludunt q; per vndas.*
Ibid. *Paulatim adnabam terræ.*
Oui.6.Meta. — *Stygiamq; innare paludem,*
Auctor. — *ſummo modo gurgite nare.*
Vir. 9. Ænei. — *in veris Ruyri poëta Nas pie riuo.*
Virg.10. Æn. — *ſecant ſpumantem pectore pontum.*
Ibid. — *& littora nando Curua petat.*
Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei
Oui.5.Meta. *Stagna viam ſcandens, humero ſupereminet vndas.*
Nudaq; mergor aquis, quas dum ferioq;, trahoq;
Catullus. *Mille modis labens, excuſſaq; brachia iacto.*
Tib.lib.1. — *Neptuni naſſe per vndas.*
Pro. lib.2. *Dum licet in liquida nat tibi linter aqua.*
Statius. *Ionio laſſas ducere rore manus.*
Aut ingens in ſtagna cadit, vitreasq; natatu
Oui.2.de art. *Plaudit aquas.*
Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis
Oui.epiſt.17. *Flumina ſi contra quam rapit vnda, rates.*
— *depoſitoq; pariter cum veſte timore,*
Sil.Ita.lib.3. *Iactabam liquido brachia lenta mari.*
Sil. Ita.lib.8. — *& ſueto certamine nandi*
Candida perſpicuo conuertunt brachia ponto.
— *vndoſum frangere nando*
Indutus thoraca vadum. Vide TRANARE, & LAXARE.

Nauale Certamen. *Vide*, CERTAMEN.

Naufragari.

Virg.1.Ænei. *His accenſa ſuper iactatos æquore toto*
Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli
Arcebat longè Latio, multosq; per annos
Ibid. *Errabant acti fatis maria omnia circum.*
Multum ille & terris iactatus, & alto, Vi ſuperum,
Ibid. *Nauibus, infandum, amiſſis vnius ob iram*
Prodimur, atque Italis longè diſiungimur oris.
Ibidem. *Et quo ſub cœlo tandem quibus orbis in oris*
Iactemur, doceas, ignari hominumq; locorumq;
Erramus vento huc, & vaſtis fluctibus acti.
Idem. *Quo primùm iactati vndis, & turbine Pœni*
Effodere loco ſignum.
Ibid. — *ſi quem iactatum ventis videat.*
Ibid. — *ater quos æquore turbo*
Diſpulerat penitusq; alias aduexêre oras.
Ibid. *Troes te miſeri venti is maria omnia vecti*

Oramus,

Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes. Ibid.
Frater vt Æneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur odiis Iunonis iniquæ
— dispersi iactamur gurgite vasto. Virg.3. Æne.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis, Ibid.
Tres adeo incertas cœca caligine noctes Ibid.
Erramus pelago, totidem sine sidere soles.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & iidem Ibid.
Subducta ad manes imos descendimus vnda,
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere,
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra. Ibid.
— hic pelagi tot tempestatibus actus. Virg.1. Ænei.
— neque enim ignari sumus ante malorum,
O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem penitusq; sonantes
Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa Experti.
— ah miser Quanta laboras in Charybdi. Ho.1. ca 0.7.
Siue per immensas iactabor naufragus vndas, Ouid. in Ibin.
Nostraq; longinquus viscera piscis edet,
Tres Notus hibernas immensa per æquora noctes Oui.6.Meta.
Vexit me violentus aqua.
Nauim frequentes haud secus in tuam. Auctor.
Cauros Auernus suscitat, & truci
Flamma retentat, nubilisq;
Frangere perpetuo tenebris,
Naufrago nobis inimicus obstat Turbine Caurus. Idem.
— sed non puppis tua Tarchon: Virg. 10. Æne.
Namque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu, fluctusq; fatigat,
Soluitur, atque viros medius exponit in vndis,
Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahit q; pedes simul vnda relabens.
Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas, Ouid. epist.7.
Naufragum vt eiectum spumantibus æquoris vndis. Catullus.
— nigro iactatis turbine nautis. Idem.
— & naufragus ebibet vndas. Prop.lib.2.
Saxa triumphales fregêre Capharea puppes. Prop.lib.3.
Naufraga cum fasto Græcia tracta salo est.
Et fluctibus minantem Curat spernere pontum, Boet.lib.2.
Vix tenuit lacera naufragæ membra ratis. Oui.1. de art.
Huc fractas Aquilone rates, submersaq; pontus Luc.4.Pharſ.
Corpora sæpe tulit, cœcuq; abscondit in antris.
— qualis cum turbidus Auster

Luc.1.Pharſ. *Reppulit à Lybicis immenſum Syrtibus æquor,*
Fractaq; veliferi ſonuerunt pondera mali,
Deſilit in fluctus deſerta puppe magiſter,
Nautaque, & nondum ſparſa compage carina,
Naufragium ſibi quiſque facit.

Sil.Ita.lib.4. *Ceu gelidus Boreas totum cùm ſuſtulit imo*
Icarium fundo victor mare, nauita vaſto
Iactatur ſparſus lacerata claſſe, profundo.

Sil.Ita.lib.10. *Sic Lagæa ratis, vaſto velut inſula ponto*
Conſpecta illiſit ſcopulis, vbi nubifer Eurus
Naufragium ſpargens operit freta, iamq; per vndas
Et tranſtra, & malo lacerosq; aplustria velo.
Ac miſeri fluitant reuomentes æquora nautæ.

Sen.in Oct. —*fertur in altum*
Prouecta ratis, quæ reſoluta
Robore labens preſſa dehiſcit,
Sorbetq; mare: tollitur ingens
Clamor ad aſtra, cum fœmineo
Miſtus planctu, mors ante oculos
Dira vagatur, quærit lethi
Sibi quiſque fugam, alij laceræ
Puppis tabulis hærent nudi,
Fluctusq; ſecant, repetunt alij

Cla.3.in Coſſ. Hono. *Littora nantes, multos mergunt Fata profundo.*
—*qualis piratica puppis,*
Dum prædam de more putat, viduataq; cæſi
Remigibus, ſciſſis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis ſaucia fractis.
Ludibrium pelagi vento iactatur, & vnda,
Vaſtato tandem pœnas luitura profundo.

Vide, FLVCTVARE, TEMPESTAS, IMMERGERE, VENTI.

Nauigare.

Virg.2.Geor. *Sollicitant alij remis freta cæca.*

Ibid. *Sed immenſum ſpatiis confecimus æquor.*

Virg.3.Geor. —*ac per aperta volans, ceu liber habenis*
Æquora vix ſumma veſtigia ponat arena.

Virg.4.Geor. *Vela traham & terris, feſtinem aduertere proram.*

Ibid. —*nec portitor Orci*
Amplius obiectam paſſus tranſire paludem.

Ibid. —*magnum qui piſcibus æquor,*
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.

Ibid. *Illa quidem Stygia nabat iam frigida cimba.*

Virg.1.Æneï. *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum*

Vela dabant læti, & spumas salis æra ruebant.
Gens inimica mihi Tirrhenum nauigat æquor, Ibid.
Apparent rari nantes in gurgite vasto Ibid.
Atque rotis summas leuibus perlabitur vndas. Ibid.
— quas vento accesserit oras. Ibid.
Defessi Æneadæ quæ proxima littora cursu Ibid.
Contendunt petere & Lybiæ vertuntur ad oras,
— naues quæ forte paratæ, Ibid.
Corripiunt, onerantq; auro, portantur auari Ibid.
Pigmalionis opes pelago.
Nos Troia antiqua diuersa per æquora vectos Ibid.
Fortè sua Lybicis tempestas appulit oris. Ibid.
— penates Classe veho mecum Ibid.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor.
— aut pleno subit ostia velo, Virg. 2. Æneid.
Nos abijsse rati, & vento petijsse Mycenas. Ibid.
— dum vela darent, si fortè dedissent. Ibid.
— tentanda fuga canit æquora Calchas. Ibid.
— pelagoq; remenso Improuisi aderunt. Ibid.
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt,
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ Litora nota petens. Ibid.
Magna pererrato statues quæ denique ponto. Ibid.
— & vastum maris æquor arandum. Virg. 3. Æneid.
Et pater Anchises dare ventis vela iubebat. Ibid.
— & dare classibus Austros Ibid.
Inde vbi prima fides pelago, placatáq; venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat Auster in Altum
Deducunt socij naues, & littora complent, Ibid.
Prouehimur portu, terræq; vrbesq; recedunt. Ibid.
Teucrus Rhateas primùm est aduectus in oras. Ibid.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; volamus
Olearon, niueamq; Paron, sparsasq; per æquor Ibid.
Cycladas, & crebris legimus freta consscia terris. Ibid.
— remenso Hortatur pater ire mari. Ibid.
Nos tumidum sub se permensi classibus æquor. Ibid.
Vela damus, vastumq; caua trabe currimus æquor.
Postquam altum tenuêre rates, nec iam amplius vllæ
Apparent terræ, cœlum vndique, & vndique pontus. Ibid.
Tres adeò incertos cœca caligine soles
Erramus pelago totidem sine sidere noctes.
Vela cadunt, remis insurgimus, haud mora, nautæ Ibid.
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt,
— ventisq;

Ibid. —ventisq; vocatis Ibimus Italiam
Ibid. —tum littore funem
Diripuêre, excussosq; iubet laxare rudentes:
Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus vndis.
Quà cursum, ventusq; gubernatorq; vocabant:
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.
Effugimus scopulos Ithacæ Laertia regna,
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis,
Ibid. Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris,
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt,
Ibid. Protinus aërias Phæacum abscondimus arces.
—& aurâ
Ibid. Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus Austro.
Ibid. —ire per altum
Ante, & Trinacria lentandus remus in vnda,
Ibid. Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor.
Ibid. —& longo læua petantur Æquora circuitu.
Quamuis increpitent socij, & vi cursus in altum
Ibid. Vela vocent possisq; sinus implere secundos.
Ibid. Interea classem velis aptare iubebat,
—hanc arripe velis.
Ibid. Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.
—nullum maris æquor arandum,
Ibid. Arua neque Ausoniæ semper cedentia retro Quærenda.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
Vnde iter Italiam, cursusq; breuissimus vndis,
Ibid. Tentamusq; viam, & velorum pandimus alas.
Ibid. Erripite, ô socij, pariterq; insurgite remis,
—primusq; rudentem
Ibid. Contorsit leuas proram Palinurus ad vndas,
Ibid. Læuam cuncta cohors, remis, ventisq; petiuit.
Verrimus, & proni certantibus æquora remis
Ibid. Præcipites metus acer agit quocumque rudentes
Virg. 4. Ænei. Excutere, & ventis intendere vela secundis.
Ibid. —certum est dare linteа retro
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Ibid. Quin etiam hiberno moliris sidere classem,
Ibid. Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.
Ibid. Troia per vndosum peteretur classibus æquor.
I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.
Tum verò Teucri incumbunt, & littore celsus
Ibid. Deducunt toto naues: natat vncta carina.

Rursus

Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebo. Ibid.
Præcipites vigilate viri, & considite transtris,
Soluite vela citi.
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntq́, ruuntq́, Ibid.
Littora deseruere, latet sub classibus æquor,
Annixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Vidit vt æquatis classem procedere velis, Ibid.
Littoraq́, & vacuos sensit sine remige portus.
— date vela, impellite remos. Ibid.
— cymba sedet alter aduncos, Oui.1. Met.
Et ducit remos illic, vbi nuper ararat,
Ille super segetes, aut mersa culmina villæ Nauigat.
— parua rate vectus adhæsit. Ibid.
Nondum secabant credulæ pontum rates. Sen.in Hipp.
Ventis iturus non suis, Hor.Epod.9.
Exercitatas aut petit Syrtes Noto aut fertur incerto mari,
Mala soluta nauis exit alite Ferens olentem Mœuium. Hor.Epo.10.
Quietiore nec feratur æquore. Ibid.
Ire pedes quocumque ferent, quocumque per vndas. Hor.Epo.16.
Notus vocabit, aut proteruus Africus.
Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor. Virg.1.Georg.
Tunc alnos primùm fluuij sensère cauatas Ibid.
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum Ibid.
Remigiis subigit, si brachia fortè remisit.
Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis. Ibid.
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Et quando infidum remis impellere marmor Ibid.
Conueniat, quando armatas deducere classes.
— non illa quisquam me nocte per altum Ibid.
Ire, neque à terra moneat conuellere funem,
— tentare Tethin ratibus. Virg.Eclog.4.
— vt trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta secet mare. Ho.1.ca.o.1.
— qui fragilem truci Commisit pelago ratem Ibid.o.3.
Primus, nec timuit præcipitem Africum.
Non tangenda rates transiliunt vada Ibid.
O nauis, referent in mare te noui fluctus. Ibid.o.14.
Pastor cùm traheret per freta nauibus Idæis Helenem. Ibid.o.15.
— quippe ter, & quater Ibid.o.30.
Anno reuisens æquor Athlanticum.
Quicunque Bithyna lacessit Ibid.o.35.
Carpathium pelagus carina. Ho.3.ca.o.4.
Insanientem nauita Bosphorum Tentabo. Ouid.1. Meta
Nondum cæsa suis, peregrinum vt viseret orbem.

Montibus in liquidas pinus descenderat vndas,
Nullaq; mortales præter sua littora norant,
Ibidem. *Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos*
Nauita quæque diu steterant in montibus altis,
Oui.epist.20. *Fluctibus ignotis insultauêre carinæ.*
Ho.3.c.o.17. *Vnde tuam sine me vela tulêre ratem.*
Tunc me biremis præsidio scaphæ
Mart.lib.3. *Tutum per Ægeos tumultus Aura feret.*
—per vada tarda nauigantes,
Mart.lib.1. *Lentos tingitis ad celeusma remos.*
Oui.12.Met. *Lapsa per Tyberim volent carinæ*
Oui.7.Met. *Accipiunt ventos à tergo mille carinæ.*
Ibid. *Iamq; fretum Mynia Pagasæa puppe secabant.*
Virg.5.Ænei. *Vt per me sospes sine me det lintea ventis.*
Interea medium Æneas iam classe tenebat
Ibid. *Certus iter fluctusq; atros Aquilone secabat.*
Vt pelagus tenuêre rates, nec iam amplius vlla
Ibid. *Occurrit tellus, maria vndique, & vndique cœlum.*
Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi
Vir.7.Ænei. *Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite classis.*
—postquam alta quierunt
Virg.8.Æne. *Æquora, tendit iter velis, portumq; relinquit.*
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Ho.4.ca.o.5. *Vela dare, & laxos iam iamq; immittere funes.*
Virg.5.Æne. *Pacatum volitant per mare nauitæ.*
— adductis spumant freta versa lacertis,
Infindunt pariter sulcos, totumq; dehiscit
Conuulsum remis, rostrisq; ruentibus æquor.
Ibid. *— & longa sulcant vada salsa carina.*
Ibid. *Agmine remorum celeri, ventisq; vocatis*
Prona petit maria ac pelago decurrit aperto,
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum celeres neque commouet alas.
Ibid. *Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pristis*
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.
Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhospita saxa,
Sideraq; emensa ferimur, dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & voluimur vndis.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
Ibid. *—iubet ocyus omnes*

Attolli

Attolli malos, intendi brachia velis: Ibidem.
Vnà omnes fecêre pedem, pariterq; sinistros,
Nunc dextros soluêre sinus, vna ardua torquens
Cornua, detorquentque, ferunt sua flumina classem. Ibid.
Currit enim tutum non secius æquore classis.
Promissisq; patris Neptuni interrita fertur. Virg. 6. Æneï.
— magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te, penitusq; repostas
Massylum gentes, prætentaq; Syrtibus arua. Virg. 8. Æne.
Ergo iter inceptum celerans rumore secundo,
Labitur vncta vadis abies, mirantur & vndæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè.
Scuta virûm fluuio, pictaq; innare carina.
Olli remigio noctemq; diemq; fatigant,
Et longos superant flexus, variisq; teguntur
Arboribus, viridesq; secant placido æquore syluas.
Vt celsas vidêre rates, atque inter opacum Ibid.
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis.
— pars cætera prona Ibid.
Fertur aqua, segnisq; secundo defluit amni, Ibid.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostris stridentibus æquor,
Alta petunt, pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus instant. Auctor.
— Zephyri fretum minore
Cogunt altius ingredi carina,
Quam si rexeris, arrogante cauti
Scyllæa latus admouêre velo Audebit.
— ab Aphris Solibus Aduentat felici remige Romam. Idem.
Naufraga doctus vti velocibus æquora remis Idem.
Nauta secat, nigris vbi cœlum
Turbari nebulis conspexit, & ære morantes
Festinat contingere terras. Idem.
Sume tunc Syrtes iter ad remotas,
Ne sit insanos penetrare terror
Bosphori fructus, tumidive septem Ostia Nili.
— & ad insolentes Idem.
Ferfer illius valido Gelonos Remige nomen.
— pelagi petere alta parabat. Virg. 9. Æne.
Filius, æquales comitatus classe cateruas, Virg. 10. Æne.
Ingentem remis Centaurum promouet, ille
Ins. at aquæ, saxumq; vndis immane minatur

Attolli

Arduus,

Arduus, & longa ſulcat maria alta carina.
It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctum
Ibid. *Verberat aſſurgens, ſpumant vada marmore verſo:*
Huc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem præfert, in Priſtin deſinit aluus:
Spumea ſemifero ſub pectore murmurat vnda:
Ibid. *Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant,*
Subſidio Troiæ, & campos ſalis ære ſecabant.
Nunc ô lecta manus validis incumbite remis
Tollite ferte rates, inimicam findite roſtris
Hanc terram, ſulcumq; ſibi premat ipſa carina,
Ibid. *—ſociis conſurgere tonſis,*
Spumantesq; rates aruis inferre Latinis.
Ibid. *Labitur alta ſecans fluctuque, æſtuq; ſecundo,*
Et patris antiquam Dauni defertur ad vrbem:
Oui.6.Meta. *—iubet ille carinas*
In freta deducique, velocq; & remige portus
Cecropios intrat, Pyrræaq; littora tangit.
Ibid. *Ac ſimul impoſita & pictæ philomela carinæ,*
Admotumq; fretum remis, tellusq; repulſa eſt.
Ouid.3.Met. *Addidici regimen dextra moderante carinæ Flectere.*
Ibid. *—& impellit properantibus æquora remis*
Ibid. *—remorum in verbere perſtant,*
Velaq; deducunt, geminaq; ope currere tentant.
Ouid.epiſt.3. *Te dare nubiferis lintea plena Notis.*
Ibid. *Quam ſine me Pythiis caneſcant æquora remis.*
Et videam puppes ire relicta tuas.
—Siue paras impellere remige claſſem.
Ouid.epiſt.5. *Cæſa abies, ſectæq; trabes, & claſſe parata,*
Cærula ceratas accipit vnda rates.
Ibid. *Aura leuis rigido pendentia lintea malo*
Suſcitat, & remis eruta canet aqua.
Oui.epiſt.6. *Vltimus ex ſociis ſacram conſcendit in Argon,*
Illa volat ventis concaua tela tenet;
Cærula propulſa ſubdueitur vnda carina.
Oui.epiſt.7. *Cùm dabit aura viam, præbebis carbaſa ventis.*
Oui.epiſt.10. *Vt rate felici pacata per æquora labar.*
Oui.Epiſt.13. *Cùm venies, remoq; moue veloq; carinam.*
Idem. *Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi,*
Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.
Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten,
Idem. *Quæ ſimul ac roſtro ventoſum proſcidit æquor,*

Totaq;

Totaq; remigio ſpumis incanuit vnda. Idem.
Immemor at iuuenis fugiens pellit vada remis
Irrita ventoſq; & linquens promiſſa procellæ,
Atque ita naue leui, nitens, ac lenibus auris Idem.
Magnanimum ad Minoa venit. Idem.
—fugit lentos incuruans gurgite remos.
Cùm Medi irrupêre nouum mare, cumq; iuuentus Tib.lib.1.
Per medium claſſi Barbara nauit Athon,
Vel ſi cæruleas puppis volet ire per vndas Ibid.
Ipſe leuem remo per freta pelle ratem. Tib.lib.4.
Prima ratem ventis credere docta Tyros. Ibid.
Et ferro tellus, pontus confunditur ære.
Pro te vel rapidas auſim maris ire per vndas, Se. in Troia.
Aduerſis hibernæ licet tumeant freta ventis.
Et tuba iuſſi dare vela nautæ,
Cùm ſemel ventis properante remo
Prenderint altum fugientq; littus.
Non ego nunc Adriæ vereor mare noſcere tecum Prop.lib.1.
Tulle, neque Ægeo ducere vela ſalo. Ibid.
—ſeu pontum carpere remis. Ibid.
Tunc audire potes veſani murmura ponti,
Fortis & in dura naue iacere potes? Ibid.
Ah pereat quicumque rates, & vela parauit Ibid.
Primus, & inuito gurgite fecit iter. Prop.lib.3.
Candida felici ſoluite vela Noto Ibid.
Et freta gemmiferi findere claſſe maris. Ibid.
Non ego velifera tumidum mare findo carina,
Nunc agite ô ſocij propellite in æquora nauem,
Remorumq; pares ducite ſorte vices.
Iungite q; extremo felicia lintea malo,
Nam liquidum nautis aura ſecundat iter.
Nec te quod claſſis centenis remiget alis Prop.lib.4.
Terreat, inuito labitur illa mari. Ibid.
Nauta per vmbranas velificabat aquas, Boet.lib.2.
Nondum maris alta ſecabat,
Nec mercibus vndique lectis
Noua litora viderat hoſpes. Statius.
Ceu feſſis vbi remigum lacertis
Prima carbaſa ventilantur aura. Oui.1.de arte.
—Ventis dare vela iubebo. Se.in He.fur.
—carbaſa ventis Credit dubius nauita vitæ,
Laxos aura complente ſinus.
—nec ſemper eodem Oui.2.de art.

Totaq;

In poſi-

In positos vento panda carina vehit:
Nam modo Threicio Borea modo currimus Euro,
Sæpè tument Zephyro lintea, sæpè Noto.
Ibid. *Aut mare nauigiis scindite.*
Ouid.epist.21. *— agili peragit freta cærula remo.*
Ouid.epist.6. *— expediunt iam sua vela Phryges.*
Ibid. *Qui ferat in patriam, iam tibi ventus erit.*
Ibid. *Vela quidem ventis Creten dedit illa secundis.*
Oui.epist.15. *Troica classis adest armis instructa, virisque,*
Iam facient celeres remus, & aura vias.
Luc.3.Pharſ. *Propulit vt classem velis cedentibus Auster*
Incumbens, mediumq; rates tenuêre profundum.
Luc.2.Pharſ. *— Nam murmure vasto*
Impulsum rostris sonuit mare, fluctuat vnda,
Totq; carinarum permistis æquora sulcis.
Ibid. *Sæpè Noto plena, tensisq; rudentibus actæ*
Ipsa maris per claustra rates fastigia molis
Discussêre salo, spatiumq; dedêre carinis.
Luc.3.Pharſ. *— emissas venti rapuêre carinas,*
Ibid. *Absconditq; fretum classes.*
— mouit ab omni
Quisque suam statione ratem, paribusq; lacertis
Cæsaris hinc puppes, hinc Graio remige classis
Tollitur, impulsæ tonsis tremuêre carinæ,
Crebraq; sublimes conuellunt verbera puppes,
Cornua Romanæ classis, validæq; triremes,
Quas quater surgens extructi remigis ordo
Commouet, & plures quæ mergunt æquora pinus.
Multiplices cinxêre rates, hoc robur aperto
Oppositum pelago, lunata classe recedunt.
Ordine contentæ gemino creuisse Liburnæ.
Celsior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus sæuis agitur, molemq; profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis,
Vt tantum medij fuerat matris vtraque classis
Quod semel excussis posset transcurrere tonsis,
Innumeræ vasto miscentur in æthere voces
Remorumq; sonus premitur clamore nec vllæ
Audiri potuêre tubæ, tunc cærula verrunt,
Luc.5.Pharſ. *Atque in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.*
Cùm pariter soluêre rates, totosq; rudentes
Laxauêre sinus, & flexo nauita cornu
Obliquat læuo pede carbasa, summaq; pandens

Suppa-

Suppara, velorum perituras colligit auras,
Vt primùm leuior propellere lintea ventus
Incipit, exiguumq; tument mox reddita malo
In mediam cecidêre ratem, terraq; relicta
Non valet ipsa sequi puppes, quæ vexerat aura. Ibid.
— soluensq; ratem dat carbasa ventis. Ibid.
— Soluere carinas
Quas ventus, doctæq; pari moderamine dextræ
Permistas habuêre diu, latumq; per æquor,
Vi terrestre coit consertis puppibus agmen.
Prima fretum scindens Pagasæo litore pinus, Luc.6.Pharſ.
Terrenum ignotas hominem proiecit in vndas.
Ecce velut nauis præfixo concita rostro Oui.4.Meta.
Sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis.
Donec iter liquidum volucri rapiente carina Sil.Ita. lib.5.
Consumpsit visus, tellus, pontusq; recessit.
Vltima vox duras hæc tunc penetrauit ad aureis, Sil.Ita.lib.6.
Cætera percussi vetuerunt noscere remi:
Tum fluuio raptum ad pelagi deuoluimus oras,
Ac legimus pontum, pinuq; iuuante cauata, Sil.Ita.lib.14.
Æquor, & immensas curua trabe findimus vndas,
Nec contrà Ausonius tonsis aptare lacertos
Addubitat, mersisq; celer fodit æquora remis:
Verberibus torsêre fretum, salis icta frequenti
Albescit pulsu facies, perq; æquora latè
Spumat canenti sulcatus gurgite limes.
Audax nimium, qui freta primus Scuſc.in Me.
Rate tam fragili perfida rupit,
Terrasq; suas post terga videns,
Animam leuibus credidit auris,
Dubioq; secans æquora cursu
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ, mortisq; vias
Nimium gracili limite ductо. Ibid.
Ausus Tiphys pandere vasto
Carbasa ponto, legesq; nouas
Scribere ventis, nunc lina sinu
Tendere toto, nunc prælato
Pede transuersos captare Notos,
Nunc antennas medio tutas
Ponere malo, nunc in summo
Religare loco, cùm iam Notos
Anxius nimium nauita flatus

Suppa-

Optat,

Optat, & alto rubicunda tremunt Suppara velo.
Quisquis audacis tetigit carinæ
Nobiles remos, nemoris sacrati
Pelion densa spoliauit vmbra.

Ibidem. *Quisquis intrauit scopulos vagantes,*
Et tot emensus pelagi labores,
Barbara funem religauit ora,
Raptor externi rediturus auri,
Exitu diro temerata ponti Iura piauit.

Sen. in Aga. *Aurata primas prora signauit vias,*
Aperitq; cursus, mille quos puppes secent:
Hinc aura primo lenis impellit rateis
Allapsa velis, vnda vix tactu leuis
Tranquilla zephyri mollis afflatu tremit,
Splendetq; classe pelagus, & pariter latet:
Iuuat videre nuda Troiæ litora,
Iuuat relicti sola Sigæi loca:
Properat iuuentus omnis adductos simul
Lentare remos, adiuuat ventos manu,
Et valida nixu brachia alterno mouet.
Sulcata vibrant æquora, & latera increpant.
Dirimuntq; canæ cæruleum spumæ mare.
Vt auro plenos fortior tendit sinus,
Posuêre tonsas, credita est vento ratis,
Fusisq; transtris nauita aut terras procul
Quantum recedunt vela fugientes notat,
Properant placidos linquere portus

Sen. in Oct. *Iussi nautæ, resonant remis*
Pulsata freta, fertur in altum Prouecta ratis.
Vela cadunt primo, & dubia librantur ab aura.

Ouid. 3. Fast. *Findite remigio nauita dixit aquas.*
Dumq; parant torto sua subducere carbasa lino,
Percutitur rapido puppis aduncа Noto,

Ouid. 4. Fast. *Vere monet curuas materna per æquora puppes*
Ire, nec hibernas iam timuisse minas.

Oui. 2. Meta. *Portubus exierant, & mouerat aura rudenteis,*
Obuertit lateri pendenteis nauita remos,
Cornuaq; in summa locat arbore, totaq; malo
Carbasa deducit, venientiq; accipit auras.
Inuenta secuit primus qui naue profundum,

Cla. 1. de rap. Pro. *Et rudibus remis sollicitauit aquas:*
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum.
Quas natura negat, præbuit arte vias.

Tran-

Tranquillis primum trepidus se credidit vndis,
Littora securo tramite summa legens.
Mox longos tentare sinus, & linquere terras,
Et leni cœpit pandere vela Noto
Vix reserata dies, & iam rate celsus Iason. Stat. 2. Theb.
Ire iubet, primoque ferit dux verbere pontum:
Illos & scopulis, & summo vertice montis
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Prosequimur visu.
Ecce autem arata dispellens æquora prora Ibid.
Pelias intacti late subit hospita ponti
Pinus agunt Mynia, geminus fragor ardua canet
Per latera, abruptam credas radicibus ire
Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem:
Aſt vbi ſuſpenſis siluerunt æquora tonſis.
Nec vitam pelago, nec ventis credere vota Audebant. Man. lib. 1.
Et vagus incertum penetrauit nauita pontum, Ibid.
Fecit & ignotis itiner commercia terris.
Qua duce per fluctus Graia dant vela carina. Ibid.
— propria rate pellimus vndas. Ibid.
— facile est ventis dare vela secundis. Manil. lib. 3.
Iamque hùc, atque illùc, caligine vertere clauum;
Et franare ratem, fluctus q; effindere rectos, Manil. libr. 4.
Aut remis agere, aut lentas inflectere tonsas:
Rector erit puppis, clauoq; immobilis hærens Man. libr. 5.
Mutabit pelago terras, ventis q; sequetur
Fortunam, totumque volet tranare profundum
Classibus, at q; alios menses, aliumq; videre
Phasin, & incautes Tiphyn superare trementem.

Nauis, & ipsius partes.

— & terris festinem aduertere proram. Virg. 4. Georg.
Stygia nabat iam frigida cymba, Disiecitque rates. Ibid.
Submersas q; obrue puppes, Virg. 1. Æne.
Phrygiasque biremes, celsis in puppibus. Ibid.
— classem quo littore linquant. Ibid.
— statio malefida carinis. Vir. 2. Æne.
Anchora de prora iacitur. stant littore puppes. Vir. 3. Æne.
Imperat ad naues ferri stipata q; carinis. Ibid.
— rudentem contorsit proram. Ibid.
— natat vncta carina. Virg. 4. Æne.
— vocat iam carbasus auras. Ibid.
— æquatis classem procedere velis. Ibid.
— cymba sedet alter adunca.

Ouid.1. Met. — *parua rate vectus.*
Ibid. — *tot ora natium grauí Roſtrata duci pondere.*
Hor. Epo. 4. *Mala ſoluta nauis exit alite*
Hor.Epo.10. *Vt horridis vtrumq; verberes latus*
Auſter memento fluctibus
Virg.1.Geor. *Tunc alnos primum fluuij ſenſere cauatas:*
Ibid. — *cauat arbore lintres.*
Vir. Eclo. 4. — *nec nautica pinus Mutabit merces.*
Ho.1.ca.o.1. — *vt trabe Cypria:*
Ibid. *Myrtoum pauidus nauta ſecet mare,*
Ibid.o.3. — *mox reficit rates Quaſſas*
Ibid o 4. *Qui faſelem truci Commiſit pelago ratem.*
Ibid.o.14. *Trahantq; ſiccas machinæ carinas.*
Nudum remigio latus,
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemunt, ac ſine funibus Vix durare carinæ
Poſſunt imperioſius Aequor, non tibi ſunt integra lintea.
Ibid.o.14. *Nil pictis timidus nauita puppibus fidit*
Ho.3. c. o.4. — *iiſdem Sit trabibus, fragilemq; mecum*
Soluat phaſelum
Ibid.o.29. *Tunc me biremis præſidio ſcapha Aura feret.*
Oui.1.Met. — *quæq; diu ſteterant in montibus altis:*
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ
Vir.5. Ænei. *Quattuor ex omni delectæ claſſe carinæ*
Ibid. — *ingentemq; ingenti mole Chimæram*
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana verſu
Ibid. *Impellunt, terno conſurgunt ordine remi,*
Ibid. — *vaſtis tremit ictibus ærea puppis*
Ipſi tranſtra nouant, flammuque ambeſa reponunt
Virg.6.Æne. *Robora nauigiis, aptant remoſque rudentesque.*
— *gemuit ſub pondere cymba*
Virg. 8.Æne. *Sutilis, & multam accepit rimoſa paludem.*
Auctor. — *turritis puppibus inſtant.*
Caliginoſis imperioſior
Obſtiſtit Euris malus, & impiam
Haud prora Scyllam, Boſphorumue.
Nec validi metuunt rudentes:
Prudente clauum, nauita callide,
Dextra gubernas, & dare carbaſum
Noſti ſecundis eminentem,
Et nocuis remouere ventis.
Idem. *Luna rapiantur tibi, nec rudentes*
Ignicas ſæcli tolerare nubes

Ampli-

Amplius possunt, & inepta nutas Remigis exors.
Cum quis arata miserans vtrumque Idem.
Fulserit pinu latus, eminenti
Sicca Mœcenas religaueritque Lintea malo.
Fundatura citas flectuntur robora naues. Ouid. epist. 15.
Texitur & costis panda carina suis,
Addimus antennas, & vela sequentia malos,
Accipit & pictos puppis adunca deos, Catullus.
Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimam.
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse præterire, siue palmulis
Opus foret volare, siue linteo.
Inde infecta vago suspendam lintea malo.
Funestam antennæ deponunt undique vestem,
Candidaque intorti sustollunt vela rudentes.
Cum primum inflati conspexit lintea veli.
Tiphys in Æmonia puppe magister erat. Ouid. 1. de art.
Fractaque veliferi sonuerunt pondera mali. Luc. 1. Pharf.
Eridanus fractas deuoluit in æquora syluas. Luc. 2. Phar.
— quid inerti condita portu, Lu. ad Cal. Pi.
Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis
Armamenta ferat, teretique fluentia malo
Possit, & excusso dimittere vela rudente.

Vide NAVIGARE.

Negare.

Abnegat excisa vitam producere Troia, Virg. 2. Æneï.
— victum seges ægra negabat. Vir. 3. Æne.
— Dictæa negat tibi Iuppiter arua. Ibid.
— quis talia demens Abnuat? Vir. 4. Æne.
— ego te, nunquam regina negabor. Ouid. 1. Met.
— iussisque Deæ parere recusat. Ouid. 2. Met.
Progenies Phaeton haud inficianda parenti, Ouid. 3. Met.
— elige, ait, nullam patiêre repulsam. Ouid. de nuc.
Et crimen vox est inficiata suum,
— pretium rex inficiatur. Ouid. 11. Met.

Neptunus.

— tuque ô cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti Neptune, Vir. 1. Georg.
Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo. Ho. 1. ca. 0. 5.
— tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi. Ouid. 1. Met.
— Deus æquoris alti. Ouid 12. Met.
At Deus æquoreas qui cuspide temperat vndas, Ibid.

Virg.5. Æne. *Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti*
Oui 6. Met. *Stare Deum, pelagi, longoq; ferire tridente*
Prop.lib.3. — *Cærula fuscina sumpta Deo est.*
Luc.4.Pharſ. *Æquorei rector facias Neptune tridentis.*
Oui. 4. Met. *ô numen aquarum,*
Proxima cui cœlo cessit Neptune potestas,
Iuue.Sat.13. — *sortitus triste profundi Imperium.*
Sil.Ita.lib.9. *Et domitor tumidi pugnat maris.*
Sil. It. lib.15. *Diue tridente potens.*
Sil.It.lib.17. — *alloquitur Regem maris.*
Se.in He.fur. *Et tu, secundo maria qui sceptro regis.*
Sen. inHipp. — *sæui dominator freti.*
Sen. in Met. *Et tu profundi sæue dominator maris.*

Nere.

Vir.4.Georg. — *dum fusis mollia pensa Deuoluunt.*
Virg.1.Geor. *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ.*
Oui.in Ibin. *Nouit & infausta stamina pulla manu.*
Oui.12.Met. — *colum; 1 cape cum calathis, & stamina pollice torque.*
Oui.in Ibin. *Quæque ratum triplici pollice nectis opus.*
Ouid.4.Met. *Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,*
Aut hærent telæ, famulasque laboribus vrgent.
E quibus vna leui deducens pollice filum,
Vtile opus manuum vario sermone leuemus.
Oui.6. Met. *Siue leui teretem versabat pollice fusum.*
Ibid. *Seu digitis subigebat opus, repetitaque longo*
Vellera mollibat, nebulas aquantia tractu.
Oui.2.Fast. — *sic stamina nouit.*
Virg.10.Æne. — *molli mater quam neuerat auro,*
Virg.8. Æne. — *ceu fœmina primùm*
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Noctem addens operi, famulas ad lumina longo
Exercet penso.
Ouid.epist.3. *Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus,*
Et minuent plenas stamina nostra colos,
Prop. lib.3. *Tam dura traheret mollia pensa manu.*
Sil.Ita li.2. *Non calathis mollita manus, operataue fuso.*
Oui.14.Met. — *quæ vellera motis*
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt.
Ouid.epist.9. *Crassaque robusto deducis pollice fila,*
Æquaque formosæ pensa rependis heræ.
Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,
Oui. epist.10. *Prænalidæ fusos comminuere manus.*
Oui.epist.12. *Neue traham serua grandia pensa manu.*
Debuerant fusos euoluisse suos.

Æternum-

Æternumque manus carpebat rite laborem, Catullus.
Læua colum molli lana retinebat amictam,
Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens,
Libratum tereti versabat turbine fusum.
— fatalia nentes Stamina. Tib. lib. 1.
Hinc & Fœmineus labor est, hinc pensa, colusque, Tib. lib. 2.
Fusus & apposito pollice versat opus,
Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt. Tib. lib. 3.
Idem ego Sidonia feci seruilia palla Prop. lib. 4.
Officia, & Lyda pensa diurna colo.
Victorem Alciden dominæ quis pensa tenere Aul. sab. Epi.
Crederet? & lanas nere coëgit amor.
Tortaque versato ducentes stamina fuso, Oui. epist. 18.
Fœminea tardas fallimus arte moras,
— famulas ad lumina cernit Oui. 4. Met.
Lenia versato ducentes stamina fuso.
— vos tenui prægnantem stamina fusum Iuue. Sat. 2.
Penelope melius, melius torquetis Arachne.
— niueo trahet aurea pollice fila, Mart. lib. 5.
Et totam Phryxi Iulia nebit ouem
Ante torum calathi, laxaque mollis erat: Oui. 2. Fast.
Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant
— Lanam mollire puellæ Ouid. 3. Fast.
Discant, & plenas exonerare colos.

Nescire, *vide* IGNORARE.

Nidificare Nidus.

Antiquasque domos auium. Virg. 2. Geor.
— illæ altis nidum petiere relictis. Ibid.
— nidis immitibus escam. Virg 4 Georg.
Progeniem nidosque fouent. Ibid.
Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo. Ibid.
— quos durus arator Obseruans, nido implumes detraxit. Ibid.
Progeniem paruam dulcesque reuisere nidos. Virg. 1. Georg.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore summa. Ouid. 12. Met.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens, Infelix auis. Ho. 4. ca. o. 12.
— columba, Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi. Virg 5. Æne.
Dirarum nidis domus opportuna volucrum. Virg. 8. Ænei.
Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas, Vir. 12. Æne.
Ergo nec nidos foliis hærere, nec vllam Oui. de nuc.
Sedibus in nostris stare videtis auem.
— propria cum iam facit arbore nidos, Iuue. Sat. 14.
— fœtusque suos Nido pauida titubante fouent, Sen. in Ag.

Oui.1.Fast. — *ignotaque prodit hirundo.*
Ibid. *Et luteum celsa sub trabe figit opus.*
Luc.3.Pharſ. *Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis.*
Oui.3.Trist. *Nunc auis in ramo tecta, laremq; parat.*
Eleg.12. *Vtq; malæ crimen matris deponat hirundo,*
Oui.8.Met. *Sub trabibus cunas, paruaque tecta facit.*
Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos.
Propter humum volitat, ponitque in sepibus oua.
Stat.8.Theb. *Sic Pandioniæ repetunt vbi fida volucres*
Hospitia, atque larem bruma pulsante relictum,
Stantque super nidos, veterisque exordia fati Enarrant tectis,
Auctor. *Tunc & in ramo stipulas achantis*
Ponit, & lanam, glomeransque nidum
Versibus præter solitum canoris Temperat auras,
Idem. *Aut paruas auium domos.*

Niger.

Mart. lib.1. — *nocte nigriorem,*
Formica, pice, graculo, cicada,
Oui.12.Met. — *totus pice nigrior atra.*
Oui.epist.16. — *cœlum pice nigrius,*
Oui.2.Met. *Qui color albus erat, nunc est contrarius albo,*
Luc.lib.2. — *quæ nigro fuerint paulo ante colore.*
Ibid. — *de nigrante colore.*
Oui.4.de Pon. *Illyrica si iam pice nigrior essem.*
Eleg.14. *Sit moro coma nigrior caduco.*
Mart.lib.8. — *laticeis nigrescere sacros.*
Vir. 4. Æne. *Signatus tenui media inter cornua nigro,*
Vna fuit labes, cætera lactis erant.
Oui. 1. de art. — *stygia modo nigrior vnda.*
Mart.lib. 1. — *quæ nigrior est cadente moro.*
Vir.5.Æne. — *Nigrantes terga iuuencos.*

Ningere, Nix.

Ho.1.c.o.9. *Vides vt alta stet niue candidum.*
Soracte, nec iam sustineant onus Syluæ laborantes,
Oui 1. Met. *Nix tegit alta duas.*
Ho 1.c.od.2. *Iam satis terris niuis, atque diræ Grandinis misit pater.*
Cum nix alta iacet.
Vir.1.Georg. *Toto nix cecidit repente cœlo,*
Marti. lib.4. *At quum tonantis annus hibernus Iouis*
Hor.Epo.2. *Imbres, niuesque comparat.*
Ego viridis algida Idæ niue amicta loca colam.
Catullus. — *æstiuo prouocat orbe niues,*
Nec via per iactas candida facta niues.

— *video*

— *video Pangæa niuosis Cana iugis.* Tib. lib. 1.
— *quam zona niualis,* Oui. 1. de art.
Perpetuæque premunt hyemes. Luc. 1. Pharſ.
Iamque Pyrenæa, quas nunquam ſoluere Titan Luc. 4. Pharſ.
Eualuit, fluxere niues. Ibid.
Riphæas huc ſolue niues. Ibid.
— *iam ſparſerat Æmo Bruma niues.* Luc. 1. Phar.
— *niuis, quam nec veſtigia duri* Ouid. 2. Met.
Calcauere pedis, nec ſoluit Aquaticus Auſter.
— *neque nix acri concreta pruina Cana cadens violat.*
— *in campos albas deſcendere niuis*
— *haurit hiatu.* Luc. libr. 3.
Nix reſoluta viros, altoque à culmine præceps Lucre. lib. 6.
Viuentes turmas operit delapſa ruina. Sil. Ita. lib. 3.
— *decies niuibus Canuit Ide.* Se. in Troia.
— *aut poſita ſub niue terra latet.* Oui. 1. Faſt.
Fert vbi perpetuas obruta terra niueis. Oui. 1. de Pon.
Tectaque brumali ſub niue terra latet. Eleg. 4.
Talis hyperborea viridem niue verberat agros Iuppiter. Oui. 1. de Pon.
— *non tanta cadentibus Hœdis* Eleg 5.
Aeream Rhodopen ſolida nive verberat Arctos. Stat. 8. Theb.
— *niuibuſque albentia rura.* Vide LIQVEFACERE. Mart. lib. 2.

Nobilis.

— *nobiles non ſunt mihi* Se. in He. fur.
Aui, nec altis inclytum titulis genus.
Troianoque è ſanguine clarus Aceſtes. Vir. 1. Æne.
Multi Lydia nominis Ho. 3. ca. 6. 9.
Romana vigui clarior Ilia. Sil. Ita. lib. 6.
— *genere, & præclaro nomine tantum Inſignis.* Vir. 10. Æne.
Stirpe genus clarum, cœloque affinis origo. Se. in He. fur.
Mæonia generoſe domo. Vir. 11. Æne.
— *ô clarum trahens à ſtirpe nomen regia.* Sil. Ita. lib. 2.
— *genus huic materna ſuperbum Nobilitas dabat.* Virg. 11. Æne.
Clara genus, clarumque trahens à ſanguine nomen.
Cui genus à proauis ingens, clarumque paterna Stat. 1. Theb.
Nomen erat virtutis, & ipſe accerimus armis. Oui. 6. Met.
Diues auis, & vtroque Iouem de ſanguine ducens. Ibid.
— *non illa loco, nec origine gentis Clara, ſed arte fuit.*
— *opibusque virisque potentem,* Sen. in Oedi.
Et genus à magno ducentem fortè Gradiuo, Oui. epiſt. 6.
Adeſt ne clarus ſanguine, ac factis Creon?
Si te nobilitas generoſaque nomina tangunt,
En ego Minoo nata Theante feror.

Bacchus auus. Bacchi coniux redimita corona,
Tib. lib. 2. *Præradiat ſtellas ſigna minora ſuis,*
Boet. lib. 2. *—ſanguine auito Nobilis.*
Auſon. *Et magna titulis fulgeat claris domus.*
Ou. Epiſt 18. *Multiplici illuſtres vidit honore domus.*
Oui. epiſt. 10. *Nobilis ille quidem eſt, clarus origine.*
Et genus, & proauos, & regia nomina iactas,
Iuue. Sat. 8. *Clara domus ſatis hæc nobilitate tua eſt.*
Stemmata quid faciunt, quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus Maiorum.
Stat. 2. Theb. *—tibi larga Pelops, & Tantalus auctor*
Nobilitas; propiorque fluat de ſanguine iuncto Iuppiter.
Oui. 2. de Po. *Regia progenies, cui nobilitatis origo*
Eleg. 19. *Nomen in Eumolpi peruenit vſque Coti.*
Ibid. *Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis,*
Conuenit & tanto, quantus eſt ipſe viro.
Hoc nitor iſte tui generis deſiderat, hoc eſt
A ſuperis ortæ nobilitatis opus,
Ibid. Eleg. 3. *Hoc tibi & Eumolpus generis clariſſimus auctor,*
Et prior Eumolpo ſuadet Erichthonius.
Clau. in lau. ſere. *Maxime, qui claris nomen virtutibus æquas,*
Nec ſinis ingenium nobilitate premi.
Quod ſi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina cauſæ,
Quis venerabilior ſanguis? quæ maior origo,
Quam regalis erit? non te priuata dedere
Limina, nec tantum poterat contingere nomen
Anguſtis laribus, paruo te principe celſam.
Stat. 3. Theb. *Bellipotens illuſtrat auus*
Ouid. 1. Faſt. *—Huic ampla quidem de ſanguine priſco Nobilitas.*
—qui quamquam clarus vtroque
Nobilior ſacra ſanguine matris erat.

Nocere.

Vir. Eclo. 3. *Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,*
Vir. Eclo. 10. *Arboribus venti.*
—ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra.
Vir. 1. Georg. *Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbræ.*
Oui. 5. Met. *Arboribusque ſatiſque Notus, pecorique ſiniſter.*
—primis ſegetes moriuntur in herbis,
Et modo ſol nimius, nimius modo corripit imber,
Sydera nunc ventique nocent, auidæque volucres
Semina iacta legunt, lolium tribulique fatigant
Virg. 1. Geor. *Triticeæ meſſes.*

—nun-

— nunquam imprudentibus imber Obfuit. Ibid.
— & amaris intyba fibris
Officiunt aut vmbra nocet. Auctor.
— frumentis nocuam Oui. 15. Met.
Nocte nocent potæ sine noxa luce bibuntur. Oui. 2. Meta.
Lingua fuit damno. Id. 7. Met.
— obsuntq; authoribus artes. Id. 10. Met.
— ipsaq; damno est mihi proximitas.

Nocteſcere, Nox.

Quid tantum Oceano properent se tingere soles. Vir. 4. Georg.
Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet. Ibid.
— aut noctem ducentibus Astris Virg. 3. Georg.
Solis ad occasum, cum frigidus aëra vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida luna. Ibid.
Cum sol pallentes haud vnquam discutit vmbras,
Nec cum inuectus equis altum petit æthera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum. Ibid.
Nocte premunt quod iam tenebris, & sole cadente. Vir. 4. Georg.
— seraque reuertens Nocte domum. Ibid.
Te veniente die, te decedente canebat. Virg. 1. Æneï.
Eripiunt subito nubes cœlumque, diemque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra. Virg. 2. Æne.
— & iam nox humida cœlo Ibid.
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox Ibid.
Inuoluens vmbra magna terramque, polumq; Ibid.
— tacita per amica silentia lunæ. Ibid.
— nox atra caua circumuolat vmbra. Ibid.
— per cæcam congressi prælia noctem. Virg. 3. Æne.
— obscura nocte per vmbram. Ibid.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat. Ibid.
Noctem hyememque ferens, & inhorruit vnda tenebris. Ibid.
Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum Abstulit. Ibid.
Tres adeo incertos cœca caligine soles
Erramus pelago totidem sine sidere noctes. Ibid.
Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci. Ibid.
Nec dum orbem medium nox horis acta subibat,
Interea fessos ventus cum sole reliquit.
Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æther Ibid.
Siderea polus obscura, sed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. Ibid.
— lumenque obscura vicissim.
Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos Virg. 4. Æ.

Ibid. —& nocte tegentur opaca.
Ibid. Nocte volat cœli medio, terraque per vmbram
Ibid. —quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.
Ibid. —nox cum terras obscura teneret.
Ibid. Nox, erat & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, sylvaque, & sæua quierunt
Æquora, cum medio voluuntur sidera lapsu.
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaque volucres.
Clau.lib.3. Tempore nocturno reddit amica quies.
Ouid.1.Met. —traherent cum sera crepuscula noctem.
Ibid. Cum Deus inducta latas caligine terras Occuluit.
Ibid. Et noctis faciem nebulas fecisse volucres.
Ibid. —cum sol tellure sub alta est.
Hor.Epo.15. Nox erat, & cœlo fulgebat luna sereno Inter minora sydera.
Vir.1.Georg. Libra, die somnique pares vbi fecerit horas,
Ibid. Et medium luci, atque vmbris iam diuidet orbem,
Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox
Ibid. Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
Illic sera rubens accendit lumina vesper.
Ibid. Et quidam seros hiberni ad luminis ignes Peruigilat.
Ibid. —noctisque per vmbras.
Vir.Eclo.1. Visa sub obscurum noctis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Vir.Eclo.6. Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.
Ho.2 ca.o 9. —& inuito processit vesper Olympo.
Oui.in Ibin. —nec tibi vespero
Lue.lib.6. Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente solem.
Oui.10. Met. Noxq; tenebrarum specie reuerenda tuarum,
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris,
Tempus erat, quo cuncta silent, interq; triones
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes:
Ad facinus venit illa suum fugit aurea cœlo
Oui. 15. Met. Luna, tegunt nigræ latitania sidera nubes.
Nox caret igne suo.
Vir.8.Æne. Candidus Oceano nitidum caput abdiderat sol.
Et caput extulerat densissima siderum nox.
Vir.11. Æne. Nox erat, & terras animalia fessa per omnes
Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat.
Vir.10. Æne. Ni roseos fessos iam gurgite Phœbus Hero
Tingat equos, noctemque die labente reducat.
Hor.4.c.o.6 Iamq; dies cœlo concesserat, almaq; curru
Vir.5 Æne. Nocti uago Phœbe medium pulsabat Olympum.
Ibid. Quum Sol Oceano subest.

Et

Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Iamq; ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ.
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in syluis, vbi cœlum condidit vmbra. Virg. 6. Æne.
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem. Virg. 8. Æne.
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat, Ibid.
Deuexo interea propior fit vesper Olympo. Ibid.
Nox ruit & fuscis tellurem amplectitur alis. Oui. 3. de Pōt.
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ Eleg. 3.
Nox erat, & bifores intrabat luna fenestras, Auctor.
Pulsæ noctis vti sæpè crepusculo Intentante vices. Vir. 9. Æne.
Nocte super media. Ibid.
— nocti sque per vmbram. Vir. 11. Æne.
— nox humida donec
Inuertit cœlum stellis fulgentibus aptum. Oui. 6. Met.
Iam labor exiguus Phœbo restabat, equique
Pulsabant pedibus spatium decliuis Olympi. Ouid. epist. 14.
— modo facta crepuscula terris.
Vltima pars lucis, primaque noctis erat. Catullus.
Sed moraris, abit dies. Idem.
Vesper adest, iuuenes consurgite, vesper Olympo
Expectata diu vix tandem lumina tollit. Idem.
Nimirum Eoos ostendit noctifer imbres. Tib. lib. 8.
Iam nox æthereum nigris emensa quadrigis
Mundum cæruleo lauerat amne rotas. Tib. lib. 4.
Illic & densa tellus absconditur vmbra,
Quippe ibi non vnquam Titan super ingerit ortus. Prop. lib. 1.
Nox erat, & sparso triste cubile gelu. Prop. lib. 4.
At mihi cum noctes induxit vesper amaras. Boet. lib. 2.
— cœlo venientibus astris
Desuper in terram nox funditur. Ibid.
Et qui primæ tempore noctis
Agit algentes hesper ortus. Boet lib. 2.
Vt quas duxerit Hesperus
Phœbe noctibus imperet. Boet. lib. 3.
Cadit Hesperias Phœbus in vndas. Boet. li b. 4.
Semper vicibus temporis æquis
Vesper seras nunciat horas. Statius.
Vix dum cærula nox subibat orbem. Ouid. epi. 17.
Nox erat incipiens. Oui. epist. 8.
Sic vbi lux acta est, & noctis amicior hora.

Exhi-

Exhibuit pulsa sidera clara die
Oui. epi. 20. *— cum iam propè luce peracta*
Demere purpureis sol iuga vellet equis.
— lunaribus æstuet horis.
Luc. 3. Phar. *— Titan iam pronus in vndas*
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet luna, seu plena futura est,
Seu iam plena fuit.
Ibid. *Aut cœlum nox atra tenet.*
Ibid. *Nox subit, atque oculos vastæ obduxere tenebræ.*
Luc. 4. Phar. *— quo tempore primas*
Impetit ad noctem iam lux extrema tenebras.
Luc. 5. Pharſ. *Sidera prima poli Phœbo labente sub vndas*
Exierant, & luna suas iam fecerat vmbras,
Luc. 6. Pharſ. *— alia Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit*
Sub nostra tellure diem,
Ibid. *— denſas non præstitit vmbras.*
Luc. lib. 5. *At nox obruit ingenti caligine terras,*
Aut vbi de longo cursu sol extima cœli
Impulit, atque suos effiauit languidus igneis.
Concussos itere, & labefactos æremulto,
Aut quia sub terras cursum conuertere cogit
Luc. li. 9 *Vis eadem supra terras, quæ pertulit orbem.*
Oui. 4. Met. *Nox vbi terribili terras caligine texit.*
Ibid. *Noxque vicem peragit.*
Iamque dies exactus erat, tempusque subibat
Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem,
Oui. 7. Met. *Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.*
Ter iuga Phœbus equis in Hibero flumine mersis
Oui 7. Met. *Dempserat, & quarta radiantia nocte micabant Sidera,*
Sil. Ita. lib. 1. *Nox subit, & curis exercita corpora somnus Occupat.*
Atque vbi fessus equos Titan immersit anhelos,
Ibid. *Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.*
Nox tandem optatis terras, pontumque tenebris
Sil. Ita. lib. 2. *Condidit, & pugnas erepta luce diremit.*
Sicut agit leuibus per sera crepuscula pennis,
Sil. Ita. lib 5. *E pastu volucreis ad nota cubilia vesper.*
Sil. Ita. lib. 7. *— infusa subducto sole tenebræ.*
Cuncta per, & terras, & lati stagna profundi
Condiderat somnus, positoque labore dierum
Sil. Ita. lib. 8. *Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.*
Sil. Ita. lib. 10. *— tacito nox atra sopore*
Donec anhelantes stagna in Tartessia Phœbus

Mersit

Merſit equos, fugienſque polo Titania cæcam Sil.Ita.lib.11.
Orbita nigranti traxit caligine noctem
Iamque diem ad metas defeſſis Phœbus Olympo
Impellebat equis, fuſcabat & Heſperus vmbra
Paulatim infuſa properantem ad littora currum.
— cœlumq; tenebris Sil.Ita. lib.12.
Claudit ur, & terras cæco nox condit amictu, Ibid.
— poſtquam Abſtulerat terras nigrantibus Heſperus vm- (*bris:* Ouid.6.Faſt.
Humida cum pulſo nox eris orta die, Sil.Ita.lib.13.
Et ni cæca ſinu terras nox conderet atro. Sil.Ita.lib.15.
Nox ſimileis morti dederat placidiſſima ſomnos. Ibid.
Donec nox atro circumdat corpus amictu
Nigrantes inuexit equos, ſuaſitque quietem. Ibid.
Iamque diem, ſoliſque vices nox abſtulit atra. Ibid.
Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis
Purgarat, tenebræque horrendâ ſilentia alebant, Sil.Ita.lib.16.
— obſcuro iam veſper olympo
Fundere non æquam trepidanti cœperat vmbram. Sen. in Thy.
Nox atra fiat, excidat cœlo dies. Ibid.
Nondum ſera nuntius horæ
Nocturna vocat lumina veſper:
Nondum Heſperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos ſoluere currus:
Nondum in noctem vergente die Ibid.
Tertia miſit buccina ſignum.
Vix lucet ignis ipſe, quin æther grauis
Inter diem noctemq; deſertus ſtupet:
Quid hoc magis magisq; concuſſi labant
Conuexa cœli, ſpiſſior denſis coit
Caligo tenebris, noxq; ſe in noctem abdidit, Se.in He.Oct.
Fugit omne ſidus.
— cum ferens Titan diem Oui.13. Met.
Laſſam rubenti mergit Oceano rotam. Sen. in Troia.
— nox cœlum ſparſerat aſtris.
Vt eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet
Iam iam cadentis, aſtra repetunt vices. Sen.in Met.
Premiturq; dubius nocte vicina dies.
Nunc Phœbe mitte currus
Nullo morante loro,
Nox condat alma lucem,
Mergat diem timendum
Dux noctis Heſperugo
Iam laſſa Titan colla releuabat iugo, Sen.in Aga.

In

In astra iam lux prona, iam præceps dies.
Exigua nubes sordido crescens globo
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar,
Suspecta varius occidens fecit freta:
Nox prima cœlum sparserat stellis,
Ibid. *— fugit lux alma, & obscurat genas*
Nox alta, & æther abditus tenebris latet.
Ibid. *— Alcides, Cui lege mundi Iuppiter rupta,*
Roscidæ noctis geminauit horas,
Iussit q; Phœbum tardius celeres
Agitare currus, & tuas lentè
Remeare bigas candida Phœbe.
Retulit q; pedem alternis nomen
Stella quæ mutat, seq; mirata est
Hesperum dici: Aurora mouit
Ad solidas vices caput, & relabens
Imposuit senis humero mariti.
Sen. in Oed. *— lata nam postquam dies*
Sideribus atris cessit, & nocti polus.
Se. in Her. *Dum lassa Titan mergat Oceano iuga.*
Ouid. 1. Fast. *Ergo vbi nox aderit venturis tertia Nonis,*
Sparso q; cœlesti rore madebit humus.
Oui. 2. Fast. *Proximus Hesperias Titan abiturus in vndas*
Gemmea purpureis cum iuga demet equis.
Ibid. *Iam q; vbi suadebit placidos nox humina somnos:*
Ibid. *— conderè iam vultus sole parante suos.*
Oui. 3. Fast. *Iam q; vbi cærulei um variabunt sidera cœlum.*
Ibid. *Inde quater pastor saturos vbi clauserit hœdos:*
Ouid. 4. Fast. *Postera cum cœlo motis Pallantias astris*
Fulserit, & niueos Luna leuarit equos.
Ibid. *Interea placidum redimita papauere frontem.*
Nox venit, & secum somnia nigra trahit.
Oui. 5. Fast. *At simul inducunt nocturna crepuscula noctem*
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ibid. *Nox vbi iam media est, somnum q; silentia præbent:*
Et canis, & varia conticuistis aues.
Oui. 6. Fast. *At pater Heliadum radios vbi tinxerit vndis,*
Et cinget geminos stella serena polos.
Oui. 1. Trist. *Iam q; quiescebant voces hominum q; canum q;.*
Eleg. 3.
Oui. 11. Met. *Luna q; nocturnos alta regebat equos.*
Pronus erat Titan, inclinato q; tepebat
Hesperium temone frenum.
Ouid. 14. Met. *Presserat occiduus Tarthesia littora Phœbus.*

— seram pepulêre crepuscula lucem, Ouid. 15. Met.
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi.
Merserat vnda diem, sparso nox humida somno Cla. 1. de rap.
Languida cæruleis inuexerat otia bigis. Pro.
Stellanteis nox picta sinus. Cla 2. de rap.
Iamq; soporiferas nocturna silentia terris Explicuere viceis Pro.
Attollens thalamis Idalium iubar Clau. 3. de rap.
Dilectus Veneri nascitur Hesperus. Cla. de Epi.
Iamq; per emeriti surgens confinia Phœbi
Titanis, latè mundo subuecta silenti
Rorifera gelidum tenuauerat æra biga: Stat. 1. Theb.
Iam pecudes, volucresq; tacent, iam somnus auari
Inserpit curis, pronusq; per aëra nutat
Grata laboratæ referent oblinia vitæ.
— astriferum velox iam circulus orbem Stat. 2. Theb.
Torsit, & amissa redierunt montibus vmbræ.
Cœperat humenti Phœbum subtexere palla Ibid.
Nox, & cæruleum terris infuderat vmbram.
Nocte sub ancipiti quamuis humentibus astris Stat. 3. Theb.
Longus ad Auroram supereſt labor.
Soluerat Hesperij deuexo margine ponti Ibid.
Flagranteis sol pronus equos, rutilamq; lauabat
Oceani sub fronte comam, cui turba profundi
Nereos, & rapidis accurrunt passibus Horæ.
Frenaq;, & auratæ textum sublime coronæ
Diripiunt, laxant calidis humentia loris
Pectora pars meritos vertunt ad molle iugales
Gramen, & recto currum temone supinant,
Nox subit, & curas hominum, motusq; ferarum
Composuit, nigroq; polos inuoluit amicta Stat. 5. Theb.
Tardius humenti noctem deiecit Olympo Iuppiter. Stat. 7. Theb.
— donec sol montibus omnis
Erepsit, rebusq; dedit sopor otia fessis, Stat. 8. Theb.
— sed vesper opacus Lunares iam ducit equos. Stat. 10. Theb.
Obruit Hesperia Phœbum nox humida porta, Ibid.
Conciderant iam vota diem, nox addita curas
Iungit, & aggestis vigilant altaria flammis. Auso. in Mus.
— seras cum protulit vmbras Hesperus. Ibid.
Conciderat iam solis equos Tartesia Calpe,
Stridebat q; freto Titan insignis Ibero,
Iam succedenteis quatiebat luna tuuencas,
Vinceret vt tenebras radijs, velut æmula fratris.
Iam volucres, hominum q; genus superabile curis

Mulce-

Mulcebant placidi tranquilla obliuia somni.

Stat.12.Theb. *Iam pater Hesperio flagrantem gurgite currum*
Abdiderat Titan aliis rediturus ab vndis.

Ibid. *—modò nox magis ipsa tacebat,*
Solaque nigrantes laxabant Astra tenebras.

Stat.3.Syl. *Cùm graue nocturna cœlum subtexitur vmbra.*

Stat.1.Ach. *Scandebat roseo medij fastigia cœli*
Luna iugo, totis vbi somnus inertior alis
Defluit in terras, mutumq; amplectitur orbem,

Ho.1.ser.sa.5. *—iam nox inducere terris*
Vmbras, & cœlo diffundere signa parabat.

Oui.1.Amo. *Vrbe silent tota, vitreoque madentia rore*
Tempora noctis erant.

Oui.4.Fast. *Iam color vnus inest rebus, tenebrisque teguntur*
Omnia, iam vigiles conticuêre canes.

Oui.1.Amo. *Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo,*

Tib.lib.2. *—nox iungit equos, currumq; sequuntur*
Matris lasciuo sidera fulua choro.

Sta.2.Theb. *Ast vbi prona dies longos super æquora fines*
Exigit, atque ingens medio notat vmbra profundo.

Stat.2.Achil. *Frangebat radios humili iam pronus Olympo*
Phœbus, & Oceani penetrabile littus anhelis
Promittebat equis.

Manil.lib.1. *Hinc etiam ipse dies moritur, terramq; per orbem*

Manil.lib.3. *Subripit, & noctis captam sub carcere claudit.*

Manil.lib.1. *Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus.*

Auctor. *At cùm obducta nigris nox orbem texerit alis,*
Et Venus accenso cùm ducit vespere noctem.
Lumina ne doleas sub aquis Latonia condi.

Notare, *vide*, LIGARE.

Nomen & Nominare, *vide*, COGNOMINARE.

Nothus.

Oui.5.Met. *—dubio genitore creatus.*

Virg.7.Æne. *Illorum de gente, patri, quos Dædala circe*
Suppositá de matre Nothos furata creauit.

Nouus.

Ouid.8.Met. *—nec visa prioribus annis*

Ibid. *—animæque recentes.*

Id.15.Met. *Si tamen est aliquid mira nouitatis in istis.*

Id.7.Met. *—nouitate monebere facti,*

Mart. *Res noua non vllis cognita temporibus*

Id.lib.4. *Quod nouus & nuper factus tibi præstat amicus.*

Id.lib.10. *Vt rosa delectat, metitur quæ pollice primo,*

Sic

Sic noua, nec mento sordida charta iuuat. Oui. 4. Meta.
— faciemque nouauit Id. 7. Met.
— populisque recentibus vrbem partior.

Vide RARVS & RENOVARE.

Nubes.

Obscuramque trahi vento mirabere nubem. Virg. 4 Georg.
Inque vicem speculantur aquas, & nubila cœli. Ibid.
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris. Virg. 1. Ænei.
Nimborumque facis, tempestatumque potentem. Ibid.
Eripuit subitò cœlumque, diemque Ibid.
Teucrorum ex oculis.
Collectasque fugat nubes. Ibid.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit. Ibid.
Et multo nebulæ dea circumfudit amictu. Ibid.
— & nube cauâ speculantur amicti. Virg. 2. Æne.
— toto sonuerunt æthere nimbi. Virg. 3. Æne.
Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus, obscuro sed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
Interea magno misceri murmure cœlum Virg. 4. Æne.
Incipit, insequitur commista grandine nimbus.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat Nubila. Ibid.
Nubila disiecit, nimbisque Aquilone remotis. Oui. 1. Met.
— tenues agit antia fumos Nubila conducit, Ibid.
Et noctis faciem nebulas fecisse volucres Ibid.
Sub nitido mirata die, nec fluminis illas
Esse, nec humenti sensit tellure remitti.
— dum nubila pendent. Virg. 1. Georg.
— media nimborum in nocte. Ibid.
Et fœdum glomerant tempestatem imbribus atris Ibid.
Collecta ex alto nubes.
— simul atra nubes Hor. 2. c. o. 16.
Condidit Lunam, neq; certa fulgent Sidera nautis.
— & agente nimbos Ocyor Euro. Ibid.
Illic, & nebulas, illic consistere nubes. Ouid. 1. Met.
— & inducta piceis è nubibus vmbra Oui. 11. Met.
Omne latet cœlum, duplicatq; noctis imago est.
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor. Oui. 10. Met.
— fugit aurea cœlo
Luna, tegunt nigræ latitantia sidera nubes. Vir. 10. Æne.
— aut actam nubibus Irim. Autor.
— nubilisq; Frangere perpetuò tenebris, Idem.
— nigris in cœlum Turbari nebulis conspexit. Idem.

Vir. 12. Æne. *Pallam cæruleis nubibus horridam Nox oblita.*
Qualis vbi ad terras obrupto sidere nimbus
It mare per medium, miseris heu præscia longè
Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas
Arboribus stragemq; satis ruet omnia latè:
Ante volant, sonitumq; ferunt ad littora venti.
Oui. 3. Met. *— vultumq; sequentia traxit*
Nubila, queis nimbos, immistaq; fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
Catullus. *— ceu pulsæ ventorum flamine nubes.*
Tib. lib. 1. *Quamuis prætexens picta ferrugine cœlum*
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.
Prop. lib. 2. *Vt timeas, quoties nubilus Auster erit.*
Boet. lib. 1. *Vt cùm præcipiti glomerantur sidera Coro,*
Nimbosisq; polus stetit imbribus,
Sol latet, ac nondum cœlo venientibus astris
Ibid. *Desuper in terram nox funditur.*
Nubibus atris Condita nullum
Fundere possunt Sidera lumen.
Et latet obscura condita nube dies.
Oui. epist. 18. *— seu sponte Deum, seu turbidus Auster*
Luc. 1. Phar. *Impulerat, mœstam tenuerunt nubila lucem,*
Lu. ad Cal. Pi. *Non semper fluidis adopertus nubibus æther*
Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis,
Luc. 4. Phar. *— perpetuis impendas ærа nimbis*
Luc. 1. Pharſ. *Læsum nube diem iubar extulit.*
Ibid. *Nam sol non rutilas deduxit in æquora nubes,*
Concordesq; tulit radios, Noton altera Phœbi,
Altera pars Boream deducta luce vocabat.
Orbe quoque exhaustus medio, languensq; recessit,
Spectantes oculos infirmo lumine passus:
Lunaq; non gracili surrexit lucida cornu,
Haud orbis medij puros exesa recessus,
Nec duxit rector tenuata cacumina cornu.
Ventorumque nota rubuit, tam lurida pallent
Ora tulit vultu sub nubem tristis ituro.
Ibid. *— latet obsitus aër*
Infernæ fallore domus, nimbisq; grauatus
Deprimitur, fluctusq; in nubibus accipit imbrem,
Luc. 6. Pharſ. *— sed obscurum nimbosus dissilit aër.*
Luc. lib. 5. *— si nimbus, & atra Sidera subducunt nubes.*
— nubes succedere soli
Luc. lib. 6. *Cœperè, & radios inter quasi rumpere lucis.*

Haud

Haud igitur mirum est, si paruo tempore sæpè
Iam magnos montes tempestas, atque tenebræ
Cooperiant maria, ac terras impensa supernè
Nubila concrescunt, vbi corpora multa volando.
Hoc super in cœli spatio coiere repentè
Asperiora, modis quæ possunt indupedita
Exiguis, tamen inter se comprensa teneri:
Hæc faciunt primùm paruas consistere nubeis,
Inde ea comprehendunt inter se, conq; gregantur,
Et coniungendo crescunt, ventis q; feruntur
Vsque adeò, donec tempestas sæua coorta est, Ouid. 7. Met.
Principio cœlum spissa caligine terras
Pressit, & ignauos incluſit nubibus æstus. Sil. Ita. lib. 5.
Tum super ipse lacus densam caligine cæca
Exhalans nebulam, late corruperat omnem
Prospectum miseris, atq; atræ noctis amictu Oui. 10. Met.
Squalebat pressum picea inter nubila cœlum.
— fugit aurea cœlo
Luna, tegunt nigræ latitantia sidera nubes:
Nox caret igne suo.
— tenetur Nubibus, & dubio vanescit Cynthia cornu. Cla. de Phœ.
Sed nec puniceo rediturum nubila cœlo Stat. 1. Theb.
Promisere iubar, nec rarescentibus vmbris
Longa repercusso nituêre crepuscula Phœbo:
Densior à terris, & nulli peruia flammæ
Subtexit nox atra polo:
Delituit cœlum, & subitis lux candida cessit Stat. 3. Syl.
Nubibus, & tenuis grauiore Fauonius Austro
Immaduit, qualem Libyæ Saturnia nimbum Attulit;
— piceo nox obuia nimbo Stat. 1. Theb.
Lucentes turbauit equos.
Non quæ terrarum, cœliq; amplexa labores Ibid.
Ignea, multiuago transmittis sidera lapsu.
Indulgens reparare animum.
At niger obscura Cancer cum nube feretur. Manil. lib. 5.
Quæ velut extinctis Phœbeis ignibus ingens
Officit, & multa fuscat caligine sidus.
— & iam ardua crescere nubes Incipit. Stat. 2. Achil.

Vide, PLVERE, & TEMPESTAS.

Nudare, Nudus.

Nuda genu. Vir. 1. Æne.
Nudati socij. Vir. 3. Æne.
— & nudos media plus parte lacertos. Oui. 1. Met.

Oui. 5. Met. — neque eo content a recingor.
Molliaq; impono salici velamina curuæ.
Nudaq; mergor aquis,
Virg. 5. Æne. Nudatosque humeros
Ibid. — duplicemque ex humeris reiecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque Exuit.
Ouid. 6. Met. — humeroque suas à pectore postquam
Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro,
Concolor huic humerus nascendi tempore dextro.
— velamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato.
Ibid. Oraq; deuelat miserę pudibunda sororis.
Oui. 3. Met. — nudę sua pectora nymphę.
Ibid. — visę sine veste Dianę.
Ibid. — me posito visam velamine narret.
Ibid. Altera deposit æ subiecit brachia pallę,
Ibid. Vincla duę pedibus demunt
— summa vestemque reduxit ab ora.
Statius. Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
Idem. — glaucos exutus amictus
Oui. epist. 17. — teneris ostrum puerile lacertis Exuit.
— Deposito pariter cum veste timore,
Oui. epist. 18. Iactabam liquido brachia lenta mari.
Oui. epist. 15. Iamne suos humeru illum deponere vestes.
Ibid. Prodita sunt, memini, tunica tua pectora laxa.
Atque oculis aditum nuda dedere meis.
Oui. epist. 16. Tres sibi se nudas exhibuere deæ.
Ibid. Ter mihi deposita est in sicca vestis arena,
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Luc. lib. 5. — nudos sine pellibus.
Oui. 4. Met. Mollia de tenero velamina corpore Ponit.
Se. in Troia. — veste remissa
Substringe sinus, vteroque tenus Pateant artus.
Oui. 1. Fast. Altera dissuto pectus aperta sinu.
Oui. 2. Fast. — nymphę velamina ponunt. Exuerat tunicas.
Stat. 1. Theb. — vacuumque ferens velamine pectus.
Stat 2. Ach. — iam pectus amictu Laxabat.
Sta. 5. Theb. humeros exertus vterque, Nudus vterque genas.

Nugæ

Man. lib. 12. Sunt apinæ tricæque & si quid vilius istis
Id. lib. 13. Non potes in nugas dicere plura meas.
Id. lib. 2. Turpe est difficiles habere nugas
Et stultus labor est ineptiarum

— qui

—qui reuoluant Id.lib.11.
Nostrarum tineas ineptiarum
Quæcunque lusi iuuenis & puer quondam, Id.lib.1.
Apinasque nostras, quas nec ipse iam noui,
Malè collocare si bonas voles horas,
Et inuidebis otio tuo, lector:
A Valeriano Pollio petes Quinto:
Per quem perire non licet meis nugis.
Quas tu dixisti nugas non esse putasti Ovven.
Non dico nugas esse sed esse puto. Vide CVCVLLVS.

Nullibi, *vide* NVSQVAM.

Numeri misti.

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas Virg.5.Æne.
Ternaque transierint Rutilis hyberna subactis.
—nam te iam septima portat. Virg.1.Æne.
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.
Alter ab vndecimo iam tum me cœperat annus. Vir.1.Æne.
Triginta magnos voluendis mensibus orbes Vir. Eclo.8.
Imperio explebit.
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis, Vir. 8.Ænei.
Ascanius claram condet cognominis Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos. Vir.1.Æne.
Iamque dies alterque dies processit. Virg. 8. Ænei.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram. Virg.
—vix lumine quarto Prospexi Italiam. Idem.
Post vbi nona suos aurora ostenderit ortus. Virg.1. Georg.
Præterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit
—nouamque serena Virg.8.Æne.
Auroram Phaetontis equi iam luce vehebant.
—bis senos lætantes agmine cygnos. Virg.1.Æne.
Bis quinos silet, ille dies. Virg.2.Æne.
—duo fulmina belli. Ibid.
—geminosque parentes. Vir.3.Æne.
—quinas de more bidentes: Virg.5.Æne.
Verum ad millia quindecim, ac ducenta. Catullus.
—è meis amicis Idem.
Antistes mihi millibus trecentis. Oui.3.Fast.
Sed quia bis quino fœmina mense parit. Ho.1.Se.sa.3.
—sæpe ducentos, sæpe decem seruos. Ibid.sat.1.
Millia frumenti tua triuerit area centum. Ibid sat.3.
—decies centena dedisses. Ibid sat.5.
Quatuor hinc rapimus viginti & millia rhedis: Manil.lib.1.

Et ter vicinas partes latet, atq; trecentas
In longum: bis sex latescit fascia partes.

Vide ANNVS, & MENSIS.

Nunc.

Quid. 2. Met. — *Non iam mortalis.*
Ibid. *Et nunc alludit*
Id. 8. Met. *Nam modò te iuuenem, modò te videre Leonem*
Nunc violentus amor: nunc quem tetigisse timeres
Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum
Ibid. *Longa dies citior brumali sidere nox q;*
Tardior hyberna solstitialis erit.
Nec Babylon æstus, nec frigora pontus habebit
Calthaq; Pæstanas vincet odore rosas.
Quam tibi nostrarum veniant obliuia rerum.
Id. 1. de Pont. *Nam prius incipient turres vitare columbæ,*
Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas:
Quam malè se præstet veteri Græcinus amico.

Nuper, *vide* OLIM.

Nunciare, Nuncius.

Vir. 6. Æne. — *verus mihi nuncius ergo.*
Venerat extinctam ferro q; extrema secutam,
Vir. 7. Æne. *Cùm prouectus equo long æ iuuenis ad aures*
Nuncius ingentes ignota in veste reportat Aduenisse viros:
Vir. 11. Æne. *Nuncius ingenti per regia tecta tumultu.*
Ecce ruit, magnisque vrbem terroribus implet,
Instructos acie Tiberino à flumine Teucros.
Virg. 9. Æne. *Nuncia ventura Ascanio rerumque patrisq;*
Ibid. — *mittiq; viros, qui certa reportent.*
Ibid. — *quisve Æneæ iam nuncius esset.*
Ibid. *Multa patri portanda dabat mandata.*
Vir. 10. Æne. *Ductori Turno perfertur nuncius hostem*
Feruere cæde noua.
— *sed certior auctor*
Statius. *Aduolat Æneæ, tenui discrimine lethi*
Esse suos
Stat. 2. Theb. *Felix ad aureis nuncius venit meas.*
— *tristia Thebis*
Nuncius acta feram
Stat. 4. Theb. *Iamque Athlantæas implerat nuncius aureis.*
Ire ducem bello.

Nunquam.

Vir. Eclo. 1. *Ante leues ergo pascentur in æthere cerui.*
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Ante pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Quàm

Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.
—ſed prius Apulis iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoe peccet adultero. Ho. 1. c. o. 33.
Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor,
Iunctaq; cum luna lumina ſolis erunt, Qui. in Ibin.
Parſq; eadem cœli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido ſtabit ab axe Notus:
Et ver Autumno, bruma miſcebitur æſtas,
Atque eadem regio veſper, & ortus erit:
Quàm mihi ſit tecum poſitis, qua ſumpſimus, armis,
Gratia, commiſſis, improbe rupta tuis. Prop. lib. 1.
Multa prius vaſto labentur flumina ponto,
Annus & inuerſas duxerit ante vices,
Quàm tua ſub noſtro mutetur pectore cura. Prop. lib. 2.
Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros ſol agitabit equos.
Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores, Cla. 2. de bell.
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit. Gildo.
prius æſtra chaos miſcebit Auerno. Prop. lib. 3.
Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas,
Fluminaq; ad fontis ſint reditura caput
Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis
Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo:
Quàm poſſit veſtros quiſquam reprehendere curſus, Sil. Ita. lib. 8.
Dum cœlum rapida ſtellas vertigine voluet.
Lunaq; fraterno luſtrabit lumine terras
Pax nulla Æneadas inter, Tyriosque manebit.
—prius Extinguet ortus, referet occaſus diem. Se. in He. fur.
Pax ante fida niuibus, & flammis erit,
Et Scylla Siculum iunget Auſonio latus,
Primusq; multo, vicibus alternis fugax. Se. in Troia.
Euripus vnda ſtabit Euboica piger.
Amat Thieſtea frater? atheras prius
Perfundet arctos pontus, & Siculi rapax
Conſiſtet æſtus vnda, & Ionio ſeges
Matura pelago ſurget, lucem dabit
Mox atra terris: ante cum flammis aqua,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem,
Fœdusq; iungent. Sen. in Hipp.
—ignibus iungens aquas,
Et amica ratibus ante promittet vada
Incerta Syrtis: ante ab extremo ſinu
Heſperia Tethys lucidum attollet diem.

Sen. in Med. *Et ora damis blanda præbebunt lupi,*
Quam victus animum fœmina mitem geram.
Dum terra cælum media libratum feret,
Nitidusque certas mundus evoluet vices,
Numerusque arenis deerit, & solem dies,
Noctem sequentur astra, dum siccas polus
Verſabit arctas, flumina in pontum cadent.
Sen. in Octa. *Nunquam meus ceſſabit in pœnas furor.*
Iungentur ante ſæua ſideribus freta,
Et ignis undæ, tartaro triſte polus,
Lux alma tenebris, roſcidæ nocti dies.
Quam cum ſceleſti coniugis mente impia Mens noſtra

Nuptiæ, *vide*, MARITARE.

Nuſquam.

Cui maxima quondam
Oui. 6. Met. *Exiguam ſedem paritura terra negauit*
Nec cælos nec humo, nec aquis Dea
Veſta recepta eſt,
Exul erat mundo. Vide VBIQVE.

Nutrire, *vide* ALERE.

Nux *vide* POMA.

Nymphæ, & Nympharum varia nomina.

Vir. Ecl. og. 2. — *tibi lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais.
Vir. 1. Æne. *Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,*
Quarum qua forma pulcherrima, Deiopeiam,
Connubio iungam ſtabili.
Vir. Eclo. 5. — *Dryadesque puellæ,*
Vir. Eclog. 6 *Ægle Naiadum pulcherrima.*
Ibid. — *Nymphæ Dictææ Puellæ Naiades.*
Idem. *Iam neque hamadryades.*
Vir. 4. Georg. — *nymphasque ſorores.*
Centum quæ ſyluas centum quæ flumina ſeruant,
At chorus Dryadum,
— *& Actias Orythia.*
Ibid. — *faciles venerare Napæas.*
Ibid. *Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ*
Ibid. *Hinc atque hinc glomerantur Oreades.*
Vir. 5. Æne. *Nereidum, Phorcique chorus, Panopæaque virgo.*
Vir. 7. Æne. *Nymphæ Ægeriæ*
Vir g. 9 Æne. *Nereia Clotho, & Galathea ſecant.*
Vir. 12. Æne. *Nymphæ decus fluuiorum.*
Ouid. 6. Me. *Naiadas & Driadas mediis incedere ſyluis*

— mon-

— montani numinis vnam. Id.8.Met.

Talibus agrestem compellat Orcada dictis
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti Vir.4.Georg.
Sensit: eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore,
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phillodoceque:
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,
Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, & flaua Lycorias: altera virgo
Altera tum primos Lucina experta labores:
Clioque, & Beroë soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque opis atq; Asia Dei opeia,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem.

Obedire.

— Deum præcepta secuti Venimus. Virg.4.Geor.
Haud mora, continuò matris præcepta facessit, Ibid.
Vt quamuis auido parerent arua colono: Ibid.
— mihi iussa capessere fas est. Virg.1. Æne.
Et iam iussa facit. Paret amor dictis. Ibid.
— neu præceptis parere recusa. Virg.2. Æne.
— & diuûm ducunt quâ iussa sequamur. Vir. 3. Æne.
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur. Ibid.
Haud secus ac iussi faciunt. Vir.4. Æne.
& celeres defer mea dicta per auras Ibid.
— ille patris magni parere parabat Imperio. Ibid.
— ocyus omnes Imperio læti parent, ac iussa facessunt.
— celeres mandata per auras Detulit, Ibid.
Iussa tamen diuûm exequitur. Ibid.
— atque vltima Teucrum Iussa sequar. Ibid.
— sequimur te sancte deorum Ibid.
Quisquis es imperioque iterum paremus ouantes.
— tibi me est æquum parere Menalca. Vir.Eclo.5.
— iussisque deæ parere recusat. Oui.1.Met.
Ille quidem obsequitur. Ibid.
Ni frænum accipere, & victi parere fatentur, Virg.12. Æne
Iussa viri faciunt Oui.3. Met.
— quibus parere necesse est. Catullus.
Longa dies homini docuit parêre leones, Tib. lib.1.
— iussa capesse Dei Boet. lib. 2.
Imperiumque pati, & domino parere minori. Statius.
Stat celer obsequio iussa ad Neptunia Triton, Idem.

Se. in He. fur. *Minorq; labor est Herculi iussa exequi,*
Quàm mihi iubere, latus imperia excipit.
Sen. in Hipp. *Me vel sororem Hippolyte, vel famulam voca,*
Famulamq; potius, omne seruitium feram,
Non me per altas ire, si iubeas niues,
Pigeat, gelatis ingredi Pindi iugis,
Non si per igneis ire, & infesta agmina,
Cunctèr paratis ensibus pectus dare:
Mandata recipe, sceptra, me famulam accipe.
Te imperia regere, me decet iussa exequi.
Stat. 1. Theb. *Nec mora præceptis.*

Obiurgare.

Mart. lib. 10. *— iam tumidus vocat magister*
Castigatq; moras.
Ouid. 3. Met. *Increpor à cunctis, totumq; immurmurat agmen.*
Id. 5. Met. *Increpat hos.*
Marti. lib. 9. *Murmure iam sæuo, verberibusq; Ionas.*

Vide ARGVERE DOMINARI.

Obliuiſci.

Vir. 4. Æne. *— aut quo tibi nostri Pulsus amor?*
Virg. 2. Æne. *— amissos hic iam obliuiscere Graios.*
Ibid. *— aut quonam nostri tibi cura recessit?*
Vir. 3. Ænei. *Oblitus ve sui est Ithacus.*
Vir. 4 Æne. *— heu regni, rerumq; oblite tuarum,*
Hor. Epo 14. *Mollis inertia cur tantam diffuderit imis*
Obliuionem sensibus.
Pocula Lethæos vt si ducentia somnos
Arente fauci traxerimus.
Vir. Eclo. 1. *Quàm nostro illius labatur pectore vultus.*
Ho. 1. ca. o. 1. *— teneræ coniugis immemor.*
Oui. 1. epist. 1. *— ô nimium, nimiumve oblite tuorum*
Oui. 1. epist. 2. *Vtq; tibi excidimus nullam puto Phyllida nosti.*
Oui. 1. Trist. *Quàm subeant animo meritorum obliuia nostro.*
Auctor. *Et longa pietas excidat ista die,*
Catullus. *Sed ne tanta feri bibat rigorem Lethi gratia.*
Ipse autem cæca mentis caligine Theseus
Consitus oblito dimisit pectore cuncta.
Idem. *Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis*
Idem. *Effluxisse meo forte putes animo,*
Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti.
Idem. *Ne fugiens sæclis obliuiscentibus ætas*
Illius hoc cæca nocte tegat studium.
Idem. *Ne nostrum scabra tangat rubigine nomen.*

Hæc

Hæc, atq; illa dies, atque alia, atque alia, Claud.
Perfidus & ſpatio debilitatur amor.
Excidimusne tibi? Oui. epiſt. 19.
Exciderant animo fœdera lecta tuo. Luc. 3. Pharſ.
Me non Lethæa coniux obliuia ripa
Immemorem fecêre tui Luc. 4. Pharſ.
Immemor ô patriæ, ſignorum oblite tuorum. Se. in Med.
— vadis oblitus mei,
Et tot meorum facinorum? excidimus tibi? Oui. 1. Triſt.
Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos? Eleg. 7.
Cunctane Lethæus merſa feruntur aquis? Oui. 3 de Põt.
Non ego, ſi biberes ſecura pocula Lethes, Eleg. 4.
Excidere hæc credam pectore poſſe tuo. Ibid Eleg. 11.
Nominis ante mei venient obliuia nobis,
Pectore quàm pietas ſit tibi pulſa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras. Cla. 3. de rap.
Quàm fiat meriti gratia vana tui. Pro.
Tantane te noſtri tenuêre obliuia, tantum Mart. lib. 1.
Vnica deſpicior?
Quæris quis hic ſit, excidit mihi nomen.

Vide MEMINISSE.

Obſeruare.

Inque vicem ſpeculantur aquas, & nubila cœli. Virg. 4. Geor.
— & omnes Vir. 3. Æne.
Explorat ventos, atque auribus aëra captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo. Luc. 6. Pharſ.
Armatumque auro circumſpicit Oriona.
— & Aſſyria ſcrutetur ſidera cura.

Obſes.

Me tamen accepta poterat deponere bellum Oui. 8. Met.
Obſide, me comitem vt me pacis pignus haberes.
— Miſſi de gente Moloſſa. Id. 1. Met.
Obſidis Vnius iugulum mucrone reſoluit.

Obſidere, & ri.

Obſedêre alij telis angusta viarum Oppoſiti. Virg. 2. Æne.
— alij ſtricto mucronibus imas Obſedêre fores. Ibid.
— Danaique obſeſſa tenebant Limina portarum, Ibid.
Et Salentinos obſedit milite campos. Vir. 3. Æne.
Danaoſque in tecta ruentes Virg. 2. Æne.
Cernimus, obſeſſumque acta teſtudine limen.
Hærent parietibus ſcalæ, poſtesque ſub ipſos
Nituntur gradibus, clypeosque ad tela ſiniſtris
Protecti obijciunt, prenſant faſtigia dextris.

— & Achai-

Ibid. —& Achalca castra Aggressi ferro circum
Idem. — Irruerant Danai, & tectum omne tenebant,
Vir. 3. Ænei. — cingique vrbem obsidione videret
Ouid. 1. Met. Neve foret terris securior arduus æther,
Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes:
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Ibid. Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui, qua centum quisque parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia cœlo
Vir. 11. Æne. — cum mures obsidet hostis.
Virg. 8. Æne. —ingentique vrbem obsidione premebat.
Ibid. Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
Ibid. At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circumsistunt, ipsumque, domumque.
Vir. 9. Æne. Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, & vellere vallum.
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
Quà rara est acies, interlucetque corona
Non tam spissa viris telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello,
Saxa quoque infesso voluebant pondere, si quà
Possent tectam aciem perrumpere, cùm tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiunt, nam quà globus imminet ingens,
Immanem Teucri mole voluunt que ruuntque.
Quæ Rutulos strauit latè, armorumque resolvit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant,
Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes
At Messapus equûm domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit,
Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco, summis quam viribus omnes
Expugnare Itali summaque euertere opum vi
Certabant, Troes contra defendere saxis,
Perque cauas densi tela intorquere fenestras, &c.
Ibid. Non pudet obsidione iterum, valloque teneri,
Ibid. —aut quatit oppida bella.
Vir. 10 Æne. Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis

At

At legio Æneadum vallis obsessa tenetur.
Nec spes vlla fugæ, miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxère corona, Ibid.
At puer Ascanius muro fossisque tenetur
Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos.
Dixerat, atque animis pariter certantibus omnes Virg. 12. Æne.
Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur,
Scala improuiso, subitusque apparuit ignis. Catullus.
Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant.
Troicaq; obsident longinquo mœnia bello. Luc. 3. Pharſ.
Periuri Pelopis vastabit tertius hæres,
— si claudere muros Luc. 6. Pharſ.
Obsidione paras, & vi perfringere portas, Sil. Ita. lib. 1.
— veluti circumdatus arcta Obsidione, Sil. Ita. lib. 9.
— Obsessa pallatia vallo Pœnorum.
— vt qui castella per altos
Oppugnat munita locos atque obsidet arceis. Vir. 2. Æne.
— nunquamne leuari Obsidione fines? Oui. 2. Fast.
Cingitur interea Romanis Ardea signis,
Et patitur longas obsidione moras. Oui. 6. Fast.
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis,
Fecerat obsidio iam diuturna famem. Ibid.
Totque domos vestras obsidione premi. Cla. 3. in Coss.
— videt alto ex æthere clausa Hono.
Meque minabatur calcato obsidere vallo. Stat. 20. Theb.
Mœnia, & insomni vallum statione teneri.

Obtruncare, *vide* DECOLLARE.

Obuiare.

Cui mater media sese tulit obuia sylua. Vir. 1. Æne.
Cùm mihi se, non ante oculis tam clara, videndam Obtulit. Vir. 2. Æne.
Si quà fortè ferant oculis sese obuia nostris Vir. Eclo. 6.
Errabunda bouis vestigia.
Occursare capro, cornu ferit, ille caueto. Vir. Eclo. 5.
Occurris quocumque loco mihi Posthume. Manil. lib. 2.
— raptoque volat telo obuius ipse. Vir. 8 Æne.
— non obuia ferre Arma viros. Vir. 9. Æne.
Obuius ardenti sese obtulit, Oui. 7. Met.
Cum tam pulchra mihi tam par ætate iuuentus
Obuia processit.

Occare terram.

Seminibus positis superest deducere terram Virg. 2. Geor.
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes. Ibid.
— glebaq; versis Æternum frangenda bidentibus. Ibid.

Ipsa

Ipsa satis tellus, cùm dente recluditur vnco,
Virg. 3. Geor. *Sufficit humorem.*
Ergò agrè rastris terram rimantur.
Virg. 1. Geor. *Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes.*
Vimineasque trahit crates.
Ibid. *Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris.*
Virg. Eclo. 4. *Non rastros patietur humus.*
Mart. lib. 2. *Sanguineam rastris quà renouabat humum.*
Oui. 1. de art. *Et grauibus rastris sub Ioue versat humum.*
Oui. 1. de rem. *Obrue versata Cerealia semina terra,*
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.

Occasus, Occidentales partes.

Virg. 2. Geor. *Extremi sinus orbis.*
Vir. 4. Geor. *Oceani finem iuxta Solemque cadentem,*
Vir. 4. Æne. *Vltimus Æthiopum locus est, vbi maximus Athlas*
Oui. 1. Met. *Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*
Hor. Epo. 1. *Vel Occidentis vsque ad vltimum sinum,*
Oui. 1. Met. *Vesper, & occiduo, quæ littora sole tepescunt,*
Proxima sunt Zephyro.
Boet. lib. 1. *Decolor extremo quà cingitur India Gange.*
Boet. lib. 2. *Æthiopasque suos positosq; sub ignibus Indos Sidereis transit.*
Boet. lib. 4. *Vel cur Hesperias sidus in vndas Casurum.*
Claud. *Hic tamen sceptro populos regebat,*
Sil. It. lib. 15. *Quos videt condens radios sub vndas Phœbus.*
Sil. It. lib. 19. *Nunquam occiduo lota profundo.*
— *occiduisque plagis.*
Sen. in He. fur. *At quà prospectat Phœbi iuga sera cadentis.*
Sen. in Hipp. — *Bætisque lauare*
Clau. in Coss. *Solis equos dulci consuetus fluminis vnda.*
Manil. — *quà lucem premit, Aperitque Tethys.*
Ho. 1. ser. sa. 4. *Quaque ad occasus iacet ora seros*
Ouid. *Vnius fit cura viri quodcunque rubescit*
Occasu, quodcunque dies deuexior ambit.
— *surgente à sole ad eum, quo Vespertina tepet regio.*
Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras,
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Siuè super terras Phœbus, seu curreret infra,
Oui. 5. Fast. *Seu quis ab occiduo Sole domandus erit.*
Oui. in Ibin. — *à vespere Solis ad ortus.*

Occidere solem, *vide* NOCTESCERE.

Occidere, & Occidi, & Occidendi varij modi.

Virg. 2. Geor. — *Baccho caper omnibus aris Caditur.*

— *cæsos*

— cæsosque videre iuuencos. Vir. 3. Georg.
— nec funera vulgo Ibid.
Tam multa informes vrsi stragemq; dedere,
— cape saxa manu, cape robora pastor, Ibid.
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem Deijce.
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum. Ibid.
— quam ferro mactauerat antè sacerdos. Ibid.
Iamq; cateruatim dat stragem, atque aggerat ipsis Ibid.
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo
Et manibus Progne pectus signata cruentis. Vir. 4. Georg.
— eum, ne prodigus obsit, Dede neci. Ibid.
— duris errando in cotibus alas Ibid.
Attriuere, vltroque animam sub fasce dedere.
Huic gemina nares & spiritus oris Ibid.
Multa reluctanti obstruitur.
— plagisque perempto. Ibid.
— & me miserum & te perdidit Orpheu. Ibid.
Et nigram mactabis ouem. Ibid.
— tuaque animam hanc effundere dextra. Virg. 1. Æne.
— Ille Sichæum Clam ferro incautum superat. Ibid.
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi.
— traiectaque corpora ferro Nudauit. Ibid.
— primo quæ prodita somno Ibid.
Tydides multa vastabat cæde cruentus.
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat, Virg. 2. Æne.
Demisere neci.
— sacrum qui cuspide robur Ibid.
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam. Ibid.
— per q; vias sternuntur inertia passim Corpora. Ibid.
— & formidine captos Sternimus. Ibid.
— multos Danaum demittimus Orco. Ibid.
— quos obscura nocte per vmbram Fudimus insidiis.
Ilicet obruimur numero, primusque Coræbus
Penelei dextra Diuæ armipotentis ad aram,
Procumbit, cadit & Ripheus iustissimus vnus, Ibid.
— pereunt Hypanisque Dymasque
Confixi à socijs nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit. Ibid.
Fit via vi, rumpunt aditus, primosque trucidant,
Priamumque per aras Ibid.
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat ignes.
— qui nati coram me cernere lethum Ibid.

Fecisti

Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.
Ibid. *Implicuit q3 comam læua, dextraq3 coruſcum*
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
Ibid. *Iam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.*
Ibid. *Ipſe manu mortem inueniam,*
Ibid. *Alterum in alterius mactatum ſanguine cernam.*
Virg.3.Æne. *— hic confixum ferrea texit Telorum ſeges.*
Ibid. *Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres*
Ibid. *Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro*
Prenſa manu magna medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſanieq3 aſperſa notarent Limina.
Ibid. *Vos animam hanc potius quocumque abſumite letho.*
Virg 4.Ænei. *— ipſumq3 abſumere ferro Aſcanium.*
Ibid. *— illam mediam inter talia ferro*
Collapſam aſpiciunt comites, enſemq3 cruore
Spumantem, ſparſasq3 manus.
Oui.1.Meta. *Nocte grauem ſomno, nec opina perdere morte Me parat,*
Ibid. *— ſolitæq3 cupidine cædis*
Vtitur in pecudes, & nunc quoque ſanguine gaudet.
Ibid. *Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis*
Ante, niſi in damis, capreisq3 fugacibus vſus,
Mille grauem telis exhauſta pæne pharetra
Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.
Qui dare certa fera, dare vulnera poſſumus hoſti.
Ibid. *Qui modo peſtifero tot iugera ventre prementem*
Straueimus innumeris tumidum Pythona ſagittis.
— lethoq3 dat imperat Argum.
Ibid. *Nec mora, ſaltato nutantem vulnerat enſe,*
Ibid. *Quà collo eſt confine caput: ſaxoq3 cruentum*
Deijcit, & maculat præruptam ſanguine rupem:
Arge iaces, quodq3 in tot lumina lumen habebat,
Extinctum eſt, tentumq3 oculos nox occupat vna;
Hor.Epod.5. *Petita ferro bellua.*
Hor.in Cani. *Modo enſe pectus Norico recludere.*
reſp. *Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam.*
Virg.1.Geor. *Audiet ciues acuiſſe ferrum,*
Ho.2.ca.o.1. *Quo graues Perſæ melius perirent*
Ibid.o.12. *— animæq3 magnæ Prodigum Paulum.*
Ibid.o.13. *— quantam moues funera Dardanæ Genti.*
Ibid.o.16. *Iræ Thyeſtæ exitio grauiſtrauere.*
Ibid.o.23. *Atqui non ego te tigris vt aſpera,*
Getulusve leo frangere perſequor.
Ho.2.ca.o.4. *Barbaræ poſtquam cecidere turmæ*

Theſſalo

Thessalo victore, & ademptus Hector.
— me truncus illapsus cerebro Sustulerat. Ibid.o.17.
Illu n, & parentis crediderim sui Ibid.od.13.
Fregisse ceruicem, & penetralia
Sparsisse nocturno cruore Hospitis.
— & ingentem cæcidit Antiochum. Ho.3.car.o.6.
— funerarius arboris ictu, Ibid.od.8.
Impia sponsos potuêre diro Perdere ferro. Ibid.od.11.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Oui.1.Meta.
Sæuus, & infelix furiali dente peremit. Mart.lib.2.
Opprimat hostili tegula iacta manu. Oui.in Ibin.
— iaculis moriaris adactis. Ibid.
Qui datus est letho coniugis ense sua.
Vt qui perfusam miserorum cæde procorum
Ipse suo melius sanguine tinxit humum.
Legimus infandæ Sphinga dedisse neci. Ibid.
Quosque fera morti Lemnia turba dedit. Ibid.
— quem morte peremit. Ibid.
Ethalon vt vita spoliauit Isidius hospes. Ibid.
Sæpè venenorum sitis est mihi, sæpè cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat. Ouid.epist.2.
— & iam Sigæa rubebant
Littora, iam letho proles Neptunia Cygnus Oui.12.Met.
Mille viros dederat, iam curru stabat Achilles,
Totaq; Peliacæ sternebat cuspidis ictu Agmina.
— victum spoliare parabat. Ibid.
— gladioq; aduersa reducto Ibid.
Ter quater ora viri capulo caua tempora pulsat,
Cedentemq; sequens instat, turbatq; ruitq;. Ibid.
Hunc pede conuulso mensæ Pelleus acernæ
Strauit humi Belates deiecto in pectora mento,
Cumq; atro mistos sputantem sanguine dentes,
Vulnere Tartareas geminato misit ad vmbras. Ibid.
Cumq; suis Gryneus immanem sustulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen,
Oppressitq; duos. Ibid.
— socium quoque saxea moles Oppressit. Ibid.
— non Aræus, & Imbreus Ibid.
Effugere necē, quos omnes dextra Driantis Perculit aduersos. Ibid.
Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant. Ibid.
— mittentem stipite querno
Occupat Ægides, cubitiq; ingentia fregit
Ossa, nec vlterius dare corpus inutile letho

Aut vacat, aut curat.

Ibid. *— vultum, minitantiaq́ ora*
Robore nodoso, præduraq; tempora fregit:
Robore Nedymnum, iaculatoremq́ Lycetum Sternit.

Ibid. *— fœdo disiectum vulnere.*

Ibid. *Perq́ armos vno duo pectora perforat ictu,*
Ante tamen letho dederat Phlegræon.

Ibid. *Quinque neci Cæneus dederat.*

Ibid. *— iactanti talia Cæneus*
Extensum cursu missa latus eruit hasta.

Ibid. *— nostro tua corpora ferro*
Tentemus, capuloq́ tenus demisit in armos
Ensem fatiferum, cæcamq́ in viscera mouit

Ibid, *Versauitq; manum, vulnusq́ in vulnere fecit.*
Saxa trabesq́ super, totosq́ inuoluere montes,
Viuacemq́ animam missis elidite syluis,

Ibid. *Sylua premat fauces, & erit pro vulnere pondus.*
Obrutus immani cumulo sub pondere Cæneus
Æstuat arboreo, congestaq́ robora duris
Fert humeris, sed enim postquam super ora, caputq́
Creuit onus, nec habet, quas ducat spiritus auras,

Ibid. *Deficit interdum.*

Ibid. *— alij sub inania corpus*
Tartara detrusum syluarum mole ferebant.
Atque inter nubes sublimia membra ferentem,
Pendentemq́ ferit lateri quà iungitur ala:
Nec graue vulnus erat, sed rupti vulnere nerui
Deficiunt, motumq; negant viresq́ volandi:
Decidit in terram non concipientibus auras Infirmis pennis.

Ibid. *— occulta nec opinum perde sagitta.*

Ibid. *— ostendens sternentem Troica ferro. Corpora Peliden.*

Ibid. *At si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum*
Thermodontiaca malles cecidisse hipenni.

Vir. 12. Æne. *Aut hac Dardanium dextrà sub Tartara mittam*

Ibid. *— Turno exstincto.*

Vir. 11. Ænei. *— quando tot stragis ateruos*
Teucrorum tua dextra dedit?

Virg. 9. Æne. *Vnus homo, & vestris ô ciues vndique septas*
Aggerimus, tantas strages impune per orbem
Ediderit, iuuenum primos tot miserit Orco?

Virg. 11. Æne. *Quem telo primum, quem postremum aspera virgo*
Deijcis, aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre, cuius apertum

Aduersi longo transuerberat abiete pectus
Obuia multa virum demittit corpora morti. Vir.10.Ænei.
An sese mucrone ob tantum dedecus amens Ibid.
Induat, & crudum per costas exigat ensem.
Qualis sæpè viæ deprensus in aggere serpens, Virg.5.Ænei.
Ærea quem obliquum rota transiit, aut grauis ictu:
Seminecem liquit saxo, lacerumq; viator.
Perculit, & fulua moribundum extendit arena. Ibid.
— duros q; reducta Ibid.
Librauit dextra media inter cornua cæstus,
Arduus, effractoq; illisit in ossa cerebro:
Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos. Ibid.
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuaq; hic obrue dextra Ibid.
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret letho, gemerentq; repleti
Amnes, nec reperire viam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus. Virg.6.Ænei.
Postquam illum victor vita spoliauit Achilles. Ibid.
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset, Ibid.
— qui sibi lethum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi Proïjcere animas, Virg.7.Æne.
Sternitur, hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ
Vocis iter, tenuemq; incluſit sanguine vitam. Virg.8.Æne.
— vt prima nouercæ,
Monstra manu, geminosq; premens eliserit angues. Ibid.
Tu Cressia mactas
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem. Ibid.
— longa sic morte necabat. Ibid.
Et regem hæc Herylum dextra sub Tartara misi, Ibid.
Ter letho sternendus erat: cui tum tamen omnes
Abstulit hæc animas dextra. Ibid.
— tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem,
Tot viperarum sibila faucibus Auctor.
Repressit Alcidæ labor igneæ.
— Lacinum strauerit Hercules. Ibid.
Tot pertinaci si tremendos Pondere contulerit Gigantas.
Quos sustuliſti, Dithyrambus Ibid.
Enumerat, pater alme, fures.
Sons vbi scutis iacet interempta Virgo Sabinis. Ibid.
Dum loquor nullam Lotharinga cladem Passa te virtus ruit. Ibid.
— & parentis Ibid.

Vir. 9. Æneï. *Hasta confusum tremulo parentem Funere mergit.*
Ibid. *— ferro sceleratam excindere gentem.*
Pectore in aduerso totum cui cominus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit:
Ibid. *Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista*
Vina refert moriens
— Rhamnete reperto
Ibid. *Exangui, & primis vna tot cæde peremptis.*
Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conijcit: hasta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq;
Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.
Soluitur ille vomens calidum de pectore flumen.
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat:
Diuersi circumspiciunt, hoc acrior idem
Ecce aliud summa telu n librabat ab aure.
Dum trepidant, it hasta Tago per tempus vtrumque
Stridens, traiectoq; hæsit tepefacta cerebro
Ibid. *— sed viribus ensis adactus*
Transadigit costas, & candida pectora rupit:
Voluitur Euryalus letho, pulchrosq; per artus
Ibid. *It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit.*
— ac rotat ensem
Ibid. *Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore*
Ibid. *Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hosti.*
Ibid. *— me primam absumite ferro.*
— tuoq; Inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo.
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ibid. *Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco.*
— hunc primo leuis hasta Themillæ
Strinxerat ille manum, proiecto tegmine, demens
Ad vulnus tulit, ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditaq; intus
Ibid. *Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.*
Stridentem fundam, positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Ibid. *— fortemq; manu fudisse Numanum.*
Ibid. *Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem,*
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immani vulnere malas,
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro

Sternit

Sternit humi moriens, atque illi partibus æquis
Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pependit. Ibid.
Lyncea tendentem contra, sociosq; vocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat: huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longè iacuit caput.
— huic gladio, perq; ærea scuta, Virg. 10. Æne.
Per tunicam splendentem auro latus haurit apertum.
— nec longè Cissea durum, Ibid.
Immanemq; Gyam sternentes agmina claua, Deiecit letho
— & rigida Dryopem ferit eminus hasta, Ibid.
Sub mentum grauiter pressa, pariterq; loquentis
Vocem, animumq; rapit, transiecto gutture, at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem,
— incautum crudeli morte sodalis Ibid.
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit. Ibid.
— saxo ferit ora Thoantis.
Ossaq; dispergit cerebro permista cruento. Ibid.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur:
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum:
Dixerat, ac clypeum, tot ferri terga, tot æris
Cùm pellis toties obeat circumdata turri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæq; moras, & pectus perforat ingens:
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum,
Vna, eademq; via sanguis animusq; sequuntur:
Corruit in vulnus, sonitum super arma dedêre,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Proxima quæque petit gladio, latèq; per agmen Ibid.
Ardens limitem agit ferro. Ibid.
Sic fatus galeam leua tenet atque reflexa
Ceruile orantis crapulo tenus abdidit ensem. Ibid.
— subit oras hasta per imas.
Fulgentis clypei tum læuum perforat inguen:
Excussus curru moribundus voluitur aruis. Ibid.
Tum, latebras animæ, pectus mucrone recludit:
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
Morte furens. Ibid.
— prolem Delicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumq; fugacem.
Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis

Occupat os, faciemq; aduersam.
Ibid. *Sternitur infelix Acron, & calcibus atram*
Ibid. *Tundit humum expirans, infractaq; tela cruentat.*
— dixit, stridentem q; eminus hastam
Iecit, at illa volans clypeo est excussa, procul q;
Egregium authorem latus inter, & ilia figit.
Sternitur infelix alieno vulnere, cælumq;
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
Ibid. *— extremaq; Lauso*
Parcæ fila legunt, validum namque exigit ensem
Per medium Æneas, iuuenem, totumq; recondit,
Transiit & parmam mucro, leuia arma minacis,
Et tunicam molli mater quam neuerat auro,
Impleuit q; sinum sanguis, tum vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpusq; reliquit.
At verò, vt vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris.
Et quos mille die victos sub Tartara misit,
Vir. 11. Æne. *Hastam intorsit equo ferrumq; sub aure reliquit,*
Ibid. *Quo sonipes ictu furit arduus, altaq; iactat,*
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura.
Voluitur ille excussus humi.
Vir. 12. Ænei. *Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis*
Transadigit costas, fuluaq; extendit arena.
Ibid. *Multa virum volitans dat fortia corpora letho,*
Semineces voluit multosq;, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Ibid. *Iamq; neci Stelenumq; dedit.*
Ibid. *Æneas Rutulum mucronem haud multa moratus*
Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudo
Transadigit costas.
Ibid. *Occidis, Argiuæ quem non potuêre phalanges*
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles
Ibid. *Præterea regina, tui fidissima, dextra*
Occidit ipsa sua, lucemq; exterrita fugit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Oui. 6. Meta. *Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra,*
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
— cum tento concita neruo,
Sicut erant iuncti, traiecit vtrumque sagitta,
Ingemuêre simul, simul incuruata dolore
Membra solo posuêre, simul suprema iacentes
Ibid. *Lumina versarunt, animam simul exhalarunt.*

— nam

— nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro:
Quod simul eductum est, pars est pulmonis in hamis
Eruta cumq; anima cruor est effusus in auras. Ibid.
— aut per vulnera mille
Sontem animam expellam. Ibid.
Tendentemq; manu, & iam sua fata videntem,
Et mater, mater clamantem, & colla petentem,
Ense ferit Progne, lateri quà pectus adhæret,
Nec vultus vertit; satis illi ad fata vel vnum
Vulnus erat, iugulum ferro Philomela resoluit. Oui. 5. Meta.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit,
Qui postquam cecidit, ferrumq; ex osse reuulsum est, Ibid.
Calcitrat, & positas aspergit sanguine mensas
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Insligitq; viro, rutilum vomit ille cruorem, Ibid.
Et resupinus humum moribundum vertice pulsat.
— Phlegianque, Clytumq; Ibid.
Sternit, & extructos morientum calcat aceruos.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit ense caput, quod protinus incidit aræ,
Atque ibi semianimis verba execrantia lingua
Edidit, & medios animam expirauit in ignes. Ibid.
Raptaq; de dextro robusta repagula posse
Ossibus illisit mediæ ceruicis: at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci. Ibid.
— namque omnibus vnum Opprimere est animus. Ibid.
Huius in obliquo missum stetit inguine ferrum.
(Lethifer ille locus) quem postquam vulneris auctor
Singultantem animam, & versantem lumina vidit
Bactreus Alcianeus, hoc quod premis, inquit habeto
De tot agris terræ, corpusq; exangue reliquit.
Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam
Vltor Abantiades, media quæ nare recepta
Ceruice exacta est, in partesq; eminet ambas:
Dumq; manum fortuna iuuat, Clytiumq;, Caninq; Ibid.
Matre satos vna diuerso vulnere fudit Ibid.
— trepidum Perseus, & inertia frustra
Brachia tendentem Cyllenide confodit Harpo.
Magna feres tacitas solatia mortis ad vmbras Ibid.
Atanto cecidisse viro.
Seq; iacit vecors è summo culmine turris,
Et cadit in vultus, discussisq; ossibus oris

Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.
Oui.3.Meta. *Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum*
Cominus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse.
Hic quoque, qui letho dederat, non longius illo
Viuit, & expirat modo quas acceperat, auras,
Exemploq; pari furit omnis turba, suoq;
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres,
Ibid. *Iamq; breuis vitæ spatium sortita iuuentus*
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem.
Ibid. *—finita per plurima vulnera vitæ.*
Oui.1.epist.3. *Corpora serpentum baculi violauerit ictu.*
Vidi (quantus) fusum tellure cruenta
Ibid. *Pectora iactantem sanguinolenta virum.*
—validoq; precor vibrata lacerto
Ibid. *Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.*
—stricto pete corpora ferro.
Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.
Me petat ille tuus, qui, si dea posse fuisset,
Ensis in Atridæ pectus iturus erat
Oui.epist.4. *Ossa mei fratris claua percussa trinodi*
Ibid. *Sparsit humi. Et cadat aduersa cuspide fossus aper.*
Oui.Epist.7. *Præbuit Æneas, & causam mortis, & ensem,*
Ipsa sua Dido concidit vsa manu.
Oui.epist.9. *Exegit ferrum sua per præcordia mater.*
Oui.epist.10. *Me quoque qua fratrem mactasses improbe claua,*
Oui.epist.11. *Scimus, & vtemur violento fortiter ense.*
—Pectoribus condam dona paterna meis.
Oui.epist.14. *Si manus hæc aliquam posset committere cædem,*
Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.
Catullus. *Respersum iuuenem fraterna cæde.*
Idem. *Namque velut densas prosternens messor aristas,*
Sole sub ardenti flauentia demetit arua
Troiugenum infesto prosternet corpora ferro,
Idem. *—morti quoque dedita præda.*
Idem. *Quæ, velut ancipiti succumbens victima ferro.*
Proïciet truncum submisso poplite corpus,
Idem. *Perfudêre manus fraterno sanguine fratres.*
Prop.lib.2. *Viderat informem multa Patrocolon arena,*
Porrectum, sparsas cæde iacere comas.
Prop.lib.4. *Idem Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ Tinxit.*
Boet.lib.2. *Fratre qui quondam ferus interempto*
Matris effuso maduit cruore.
Oui.1.de rem. *Quæque parare necem miseris patruelibus ausa,*

Et nece

Et nece natorum ſanguinolenta parens. Ibid.
Cur aliquis rigidè fodiat ſua pectora ferro Ouid.1. de re.
Deformem Atriden (hei mihi) cæde nouâ.
Pectore ſi fratris gladium, iugulosq; parentis Luc.1.Pharſ.
Condere me iubeat, plenaq; in viſcera partu Coniugis.
Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur Luc.2.Pharſ.
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas,
Non ſenis extremum piguit vergentibus annis
Præcipitaſſe diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata,
Crimine quo parui cædem potuêre mereri?
— infandum domini per viſcera ferrum Ibid.
Exegit famulus, gnati maduere paterno Sanguine. Ibid.
— quis nolet ab iſto
Enſe mori, quamuis alieno vulnere labens, Luc.3.Pharſ.
Vxor & à charo poſcet ſibi fata marito,
Vulnera miſcebunt fratres. Ibidem.
Frangit cuncta ruens nec tantum corpore preſſa
Exanimat, totos cum ſanguine diſſipat artus. Ibid.
Exta ſed in medium venêre trementia pectus,
Auertitq; ratem morientis dextra magiſtri. Ibid.
Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum,
Affixusq; rati, telo retinente, pependit. Ibid.
— pars vltima trunci
Tradidit in lethum vacuos vitalibus artus.
At tumidus quà pulmo iacet, qua viſcera feruent,
Hæſerunt ibi fata, diu, luctataq; multum Ibid.
Hæc cum parte viri vix omnia membra tulerunt.
— quamuis capulum per viſcera miſſi Polluerat gladij. Luc.4.Pharſ.
Nec nos, cum calido fodiemus viſcera ferro,
Diſperaſſe putent.
Ecquis, ait, iuuenum eſt, cuius ſit dextra cruore
Digna meo, certaq; fide per vulnera noſtra
Teſtetur ſe velle mori? nec plura locuto
Viſcera non vnus iam dudum tranſigit enſis,
Collaudat cunctos, ſed eum, cui vulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.
Fulmineum mediis excepit faucibus enſem. Luc.6.Pharſ.
Prima velim caput hoc funeſti lancea belli, Luc.7.Pharſ.
Si ſine momento rerum, partisq; ruina
Caſurum eſt, feriat.

— fodien-

Ibid. —fodient em viscera cernet Me mea.
Ibid. —let hiferum per cuius viscera vulnus
Exierit, quis fusa solo vitalia calcet,
Ore quis aduerso demisso faucibus ense
Expulerit moriens animam, quis corruat ictu,
Oui.2.Meta. —dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu.
Luc.8.Pharſ. At postquam mucrone latus funestus Achilles Perfodit.
Oui.4.Meta. Quoq; erat accinctus, demisit in ilia ferrum.
Ibid. Dixit, & aptato pectus mucrone sub imum
Incubuit ferro, quod adhuc à cæde tepebat.
Ibid. Deq; sinu matris ridentem parua Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis, terq; per auras
More rotat funda, rigidoq; infantia saxo
Discutit ora ferox.
—& ferit altè Insurgens gladio cristata cassidis æra.
Sil.Ita.lib.1. Perq; ipsum tegmen crepitantia dissipat ossa.
Ibid. Hæc inter cernens subeuntem comminus hostem,
Præruptum q; loci, fidum sibi congerit ingens
Aggere conuulso saxum, & nitentis in ora
Deuoluit, pronoq; silex ruit incitus ictu.
Subsedit duro concussus fragmine muri
Manil.lib.2. Tum saltu Hasbyten conantem linquere pugnæ,
Occupat incussi gemina inter tempora claua,
Feruenteisq; rotas, turbat aq; frena pauore
Disiecto sparsit collisa per essa cerebro.
Ac rapta properans eadem ostentare bipenni,
Amputat è curru reuoluta virginis ora.
Sil.Ita.lib.4. —frontem in mediam grauis incidit ensis.
Et diuisum humeris iacuit caput.
Sil.Ita. lib.5 —subsidens ilia nisu
Conantis suspensa fodit, tum feruidus atro
Pulmone exundat perhiantia viscera sanguis.
Sil.Ita.lib.4. Namque super tepido lapsantem sanguine, & ægra
Lubrica nitentem nequicquam euadere planta
Impacto prosternit equo, trepideq; leuantem
Membra afflicta solo, pressa violentius hasta
Ibid. Implicuit terræ, telumq; in cæde reliquit.
Heu sortem necis, euasit Garamantica tela.
Marmaridum q; manus, vt inerti, cuspide fusus
Occideret, telo non ad sua vulnera misso.
Voluitur exanimis, turpat q; decora iuuenta
Ora nouus pallor, membris dimissa solutis

Arma

Arma fluunt, errat q̃ niger per lumina somnus. Sil. Ita. lib. 8.
Parcite crudeles superi, iam stragis aceruis Deficiunt campi. Ibid.
— pons ecce cadentum
Corporibus struitur, tacitus q̃ cadauera fundit Aufidus.
Tum silicem scopulo auulsum, quem montibus altis Sil. Ita. lib. 9.
Detulerat torrens, raptum contorquet in ora,
Turbidus, incusso crepuerunt pondere mala.
Ablatus q̃ viro vultus, concreta cruento
Per nareis cerebro sanies fluit, atra q̃ manant
Orbibus elisis, & trunca lumina fronte.
Hic exultantem Galarim, atque erepta volentem
Induere excelso cæsi gestamina trunco
Ense subit, capulo q̃ tenus ferrum impulit ira.
— atque inde superbis Ibid.
Hasta comes dictis, murali turbine pectus
Transforat, & voces venturas occupat ictu.
— cedunt q̃ caduntque, Sil. Ita. lib. 11.
Alterni q̃ animas sæuo in mucrone relinquunt.
Quot iste famulus tradidit reges neci? Se. in Hc. fur.
Genitorem adortus impia strauit nece. Sen. in Theb.
Hæc fatus, iaculo Lucam qui maximus æui, Sil. Ita. lib. 10.
Transadigit, pressa iuuenis cum cuspide labens
Arma super fratrum, resupino concidit ore.
Mortiferum inde manu properantem vellere ferrum
Pilo Volsonem (namque hoc de strage iacentum
Fors dabat) affixa sternit per tegmina nare.
Tum Vesulum calido lapsantem in sanguine fratrum
Ense metit rapido, plenam q̃ (hei barbara virtus)
Abscisi galeam capitis, teu missile telum
Conuersis in terra iacit Telesinus ad ossa
Illiso saxo, qua spina interstruit artus,
Occumbit, fratrisque videt labentia membra
Quercentis, quem funda procul per inane voluta Ibid.
Sopierat, dum supremam Telesinus in auras Ibid.
Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit. Sil. Ita. lib. 15.
Victorem assequitur lethali q̃ occupat ictu.
Inuadit, læua q̃ fodit vitalia mamma.
— telum q̃ intorsit, & vna Sil. Ita. lib. 17.
Pradam animam q̃ simul victori victor ademit.
Præuenit, hasta volans imo sub gutture sedit,
Et vitæ, vocis q̃ vias simul incita clausit. Ibid.
Iam q̃ ardore truci lustrans, fortissima quæque
Nomina obit ferro, claris spectata per orbem

Stragi-

Stragibus occumbit latè inter tela iuuentus.
Mart.lib.5. *Meq; petis stricto medium transfigere ferro.*
Se.in He.fur. *Nati cruenta cæde confecti iacent, Perempta coniux.*
Sen.in Thye. *Ferro peremptus spiritum inimicum expuat.*
Ibid. *Ferrumq; gemina cæde perfusum tenens,*
Oblitus in quem fureret, infesta manu
Exegit vltra corpus, ac pueri statim
Pectore receptus ensis in tergo exijt.
Cadit ille, & aras sanguine extinguens suo,
Per vtrumque vulnus moritur.
Sen. in Hipp. *A fratre frater, dextera nati parens*
Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,
Perimuntq; fœtus impiæ matres suos.
Oui.2.Fast. *Nec mora celato fixit sua pectora ferro,*
Et cadit in patrios sanguinolenta pedeis,
Oui. 2.Met. *Occupat audentem, quaque est via proxima letho.*
Summa ferus geminos direxit ad inguina denteis.
Concidit Ancæus, glomerataq; sanguine multo
Viscera lapsa fluunt, madefactaq; terra cruore est.
Oui.13.Meta. *Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum*
Quà patuit ferro, lethalem condidit ensem.
Hostili quotiens Christiloquæ probus,
Et solers fidei pugil,
Caluiniq; timor Guisius horridas
Strageis intulit agmini?
Quitandem, gladiis clam superantibus,
Eheu vulnere concidit
Martyr Cæsareo, concidit inclytam
Frater Cardineo gerens
Ostro cæsariem, conciderat pater.
Et cæsis superest adhuc
Vindicta geminis frater Horatiis Felix tertius.

Vide IACVLARI, & CONIICERE.

Occisio, & Occisionis descriptio.

Virg.2.Æne. *Quis cladem illius noctis, quis funera fando explicet?*
Ibid. *— vbique pauor, & plurima mortis imago.*
— oriturq; miserrima cædes.
Ibid. *— vidi ipse furentem Cæde Neoptolemum.*
Vir.3.Ænei. *— pro cæde bouum, stratisq; iuuencis.*
Vir.4.Ænei. *— & sparsi fraterna cæde penates.*
Ho.3.ca.o.2. *— Leonem quem cruenta*
Per medias rapit ira cædes
Ouid.12.Met. *Eetioneas impleuit sanguine Thebas,*

Vel

Vel cùm purpureus populari cæde Cyacus Fluxit. Clau. in Frat.
Crescunt in cumulum strages, vallemq; profundam
Æquauêre iugis, stagnant immensa cruore Vir. 6. Ænei.
Corpora, traduntur permisto funere manes.
— fessumq; vasta cæde Pelasgum Auctor.
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tot qui sanguinea manu
Errabant Italis finibus exulum Virg. 9. Æne.
Stragem pracine,
— semineces q; viros, tepidum q; recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus Ediderit, Oui. epist. 3.
— materiam Cædis ab hoste pete. Catullus.
Cuius iter cæsis angustans corporum aceruis.
Alta tepefaciet permista flumina cæde. Idem.
Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra. Tib, lib. 1.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est. Tib. lib. 2.
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit. Luc. 1. Pharſ.
Dat stragem latè. Luc. 3. Pharſ.
Strage virum cumulata ratis, multoq; cruore Plena. Luc. 4. Pharſ.
— & cernere tantas
Permisit clades compressus sanguine puluis. Ibid.
Vt verò in pedites fatum miserabile belli
Incubuit, nullo dubij discrimine Martis
Ancipites steterunt casus, sed tempora pugnæ
Mars tenuit, neque enim licuit procurrere contra.
Et miscere manus, sic vndique septa iuuentus
Cominus obliquis, & rectis eminus hastis
Obruitur, non vulneribus, nec sanguine, solùm
Telorum nimbo peritura, ac pondere ferri:
Ergo acies tantæ paruum spissantur in orbem,
Ac si quis metuens medium correpsit in agmen,
Vix impunè suos inter conuertitur enses,
Densaturq; globus, quantum pede prima relato
Constrinxit gyros acies, non arma mouendi.
Iam locus est pressis, stipataq; membra teruntur,
Frangitur armatum colliso pectore pectus.
Non tam læta tulit victor spectacula Maurus,
Quem fortuna dabat, fluuios non ille cruoris,
Membrorumq; videt lapsum & ferientia terram
Corpora compressum turba stetit omne cadauer. Luc. 3. Pharſ.
Præparat innumeras puppes Acherontis adusti

Porti-

Portitor, in multis laxantur Tartara pœnas:
Vix operi cunctæ dextra properante sorores
Sufficiunt, lassant rumpentes stamina Parcas.

Vide OCCIDERE, CONTENTIO, & CERTAMEN NAVALE.

Occupari, occupatus.

Mart.lib.7. *Illi tu dabis hæc vel occupato:*
Instent mille licet, premantq; curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.
Idem l.1. *Male collocare si bonas voles horas,*
Et inuidebis otio tuo Lector
Idem l.2. *Vel tantum causis, vel tibi sæpè vacas.*

Vide DILIGENS, LABORARE & OTIARI.

Oculus.

Virg.3.Geor. *—& flammantia lumina torquens.*
Ibid. *Tum verò ardentes oculi.*
Virg.4.Geor. *Ardentes oculos intorsit lumine glauco*
Virg.1.Æne. *—lumenq; iuuentæ*
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.
Vir.3. Ænei. *—& telo lumen terebramus acuto*
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat
Ibid. *Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.*
Vir.4.Ænei. *—lumine toruo*
Ibid. *Tot vigiles oculi.*
Ibid. *—immota tenebat Lumina.*
Huc illuc voluens oculos, totumq; pererrat
Ibid. *Luminibus tacitis.*
Ibid. *—hæc oculis pater aspicit æquis.*
Ibid. *Illa graues oculos conata attollere rursus.*
Oui.1.Meta. *—videt igne micantes Sideribus similes oculos.*
Ibid. *Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.*
Ibid. *Succubuisse oculos, adaperta q; lumina somno.*
Ibid. *Languida permulcens medicata lumina virgo.*
—fit luminis arctior orbis.
Hor.Epod.5. *—fixa cibo Intabuissent populæ*
Virg.Eclo.3. *—transuersa tuentibus hirquis.*
Mart.lib.1. *Lumina sideribus certent.*
Virg.7.Æne. *—tum flammea torquens Lumina.*
Auctor. *Conniuentibus arduæ tuentur Hirquis æthera palpebræ.*
Oui.3.Meta. *—spectat, humi positus geminum sua lumina sidus.*
Catullus. *Cupit ipsa populæ ad se tibi dirigere aciem.*
Pro.lib.1. *—viles isti videantur ocelli.*
Oui.epist.19. *—Oculiq; tui, quibus ignea cedunt Sidera.*

—flagrant

—flagrant quoque lumina nymphæ: Oui.4.Meta.
Non aliter quàm cum puro nitidissimus orbe
Opposita speculi referatur imagine Phœbus, Iuue.Sat.6.
—si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Se.in He.fur.
—torpet acies luminum,
Hebetesq; visus vix diem ferunt. Sen.in Hipp.
Et qui tenebant signa Phœbea facis.
Oculi, nil gentile, nec patrium micant. Cla.3.de rap. Pro.
—oculorum infecerat igneis. Ou. 2. de arte.
Aspicies oculos tremulo fulgore micantes:
Vt sol in liquida sæpe refulget aqua.

Oculos eruere, *vide* COECVS.

Odisse, Odium.

—quibus aut odium crudele Tyranni, Virg.1.Ænei.
Aut metus acer erat.
—& verbis odia aspera moui. Vir. 2. Ænei.
Fas odisse viros. Ibid.
—stirpem, & genus omne futurum Exercete odijs; Virg.4.Æne.
—nullus amor populis, nec fœdera sunto, Ibid.
—Inuisam lucem. Ibid.
Illa velut crimen tædas exosa iugales. Ouid.1.Met.
—sæuumq; perosus Achillem, Oui.12.Met.
—Exedisse nefandis Vrbem odiis satis est. Virg.5.Ænei.
—sed inexorabile durus Ouid.5.Met.
Exerces odium, nec iniqua finis in ira est. Catullus.
Odissem te Odio Vatiniano. Boet.lib.3.
Inuisus tamen omnibus vigebat. Stat.2.Theb.
Cognita si dubijs fratris mihi iurgia signis
Ante forent, nec clara odiorum arcana paterent.

Odor, Olere.

Et si non alium late iactaret odorem. Virg.2.Geor.
—si tantùm notas odor attulit auras. Virg.3.Geor.
—odoratam stabulis accendere Cedrum, Ibid.
Galbaneosq; agitare graues nidore chelindros. Virg.4.Geor.
—& olentia late
Serpylla, & grauiter spirantis copia thymbræ. Ibid.
—croceis halantes floribus hosti Ibid.
—Galbaneos suadebo incendere odores. Ibid.
—& graueolentia Centaurea. Ibid.
Asper in ore sapor. Ibid.
—& liquidum Ambrosiæ diffudit odorem. Virg.1. Æne,
Ambrosiaq; comæ diuinum vertice odorem Spirauere. Ibid.

Thure

Vir. 3. Æne. *Thure calent aræ, sertisq; recentibus halant.*
Mart. lib 5. *— vox tetrum dira inter odorem.*
Hor. Epo. 12. *Fragrauit ore quod rosarium Pæsti.*
Quis sudor victis, & quam malus vndique membris
Hor. Epo. 2. *Crescit odor.*
Ibid. *— & florem iungit beneolentis anethi.*
Ibid. *— suauibus herbis.*
Ho. 3. c. o. 12. *Sic posita quoniam suaues miscetis odores.*
Tib. lib. 4. *— vetus aura multo Fumat odore.*
— metit quicquid beneolentibus aruis
Prop. lib. 4. *Cultior odorata diues Arabs segetis.*
Ho. 1. ca. o. 5. *— odorati victura rosaria Pæsti.*
Quis multa gracilis te puer in rosa
Ho. 2. c. o. 12. *Perfusus liquidis vrget odoribus?*
Mart. lib. 2. *— & rosa canos odorati capillos.*
Esse quid hoc dicam, quòd olent tua basia myrrham,
Quodq; tibi est nunquam non alienus odor?
Hoc mihi suspectum est, quòd oles bene Posthume semper,
Posthume non bene olet, qui bene semper olet.
Mart. libr. 3. *Quod spirat tenera malum mordente puella.*
Gramina quod redolent quæ modò carpsit ouis.
Ibid. *Pallidus Eoo thure quod ignis olet.*
Mart. lib. 1. *Pasceris & nigræ solo nidore culinæ,*
Virg. 6. Æne. *— graueolentis Auerni*
Ibid. *Quam super haud vlla poterant impunè volantes*
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Vir. 12. Æne. *Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.*
Catullus. *Nidorem q; ambusta dedit.*
Idem. *Suaueolentis amaraci*
Idem. *— suaues expirans lectus odores,*
Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni,
Hos in distinctis plexos tulit ipse corollis,
Queis permulsa domus iucundo risit odore.
Tib. lib. 1. *Spirabat Tyrio myrrhea rore coma.*
Boet. lib. 4. *Spirat florifer annus odores,*
Auson. *Forsan & vnus odor, sed celsior ille per auras*
Difflatur, terris proximus iste magis,
Araq; Panchæos exalat propter odores.
Luc. lib. 2. *Præterea quæcunque suo de corpore odorem*
Lucre. lib. 4. *Expirant acrem, panaces, absynthia tetra,*
Abrotanique graues, & tristia centaurea.
Hor. 1. Epist. *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.*

Olim.

Olim.

— me sicut antea iuuat. Horat.
Quod quondam vidi Oui. 7. Meta.
— mores quos ante gerebat. Ibid.
Et iam olim seras posuit quas Vinea frondes. Virg.
— nuper me in littore vidi. Idem.
— satis iampridem sanguine nostro. Idem.
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Temporibus priscis.
— priscis nam fortè diebus.
hactenus aruorum cultus
antea Magnus erat. Vide ANTIQVVS.

Oliua.

— & prolem tardè crescentis oliuæ. Vir. 2. Georg.
Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ. Ibid.
— sylua viuacis oliuæ. Ibid.
— tractu surgens oleaster eodem. Ibid.
Neue oleæ syluestres insere truncos. Ibid.
— foliis oleaster amaris. Ibid.
Hic pinguem & placitam paci nutritor oliuam. Ibid.
— liquidi corrumpitur vsus oliui. Ibid.
— radix oleaginæ, Ibid.
— quam lecta de pinguissimis Oliua ramis arborum; Ho. Epod. 1.
Germinat, & nunquam fallentis termes oliuæ Hor. Epo. 10.
— oleæq; Minerua Inuentrix. Virg. 1. Geor.
— pallenti cedit oliuæ, Virg. Eclo. 5.
Crateras q; duos statuam tibi pinguis oliui. Ibid.
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Vir. Eclo. 8.
— viridiq; certat Bacchus Venafro. Ho. 2. ca. o. 6.
— & densa montem qui canet oliua. Iuue Sat. 14.
Pacifer & q; manu ramum prætendit oliuæ. Virg. 8. Æne.
Fortè sacer Fauni foliis oleaster amaris Hic steterat: Virg. 12 Æne.
— cum baccis fœtum canentis oliuæ. Virg. 6. Æne.
— & ramis albentis oliuæ. Oui. epist. 11.
Leuis odorato ceruix manabit oliuo. Prop. lib. 3.
Fluctuet, & glauca pinguis oliua coma. Claud.
Mirata est oleas sæpè Minerua suas: Oui. de nuc.
Orbaq; si sciat hoc, Palladis arbor erit, Ibid.
Tingere iam pingui Pallade membra putas? Ouid. epist. 18.
— Cecropiæ prælata fronte Minervæ. Luc. 3. Phar.
Baccaque cum ramis semper frondentis oliuæ. Oui. 8. Met.
— baccis oleaster amaris. Oui. 14. Met.

Olus & Olerum genera

Vir. in Moret. *Hortus erat iunctus casulæ, quem vimina pauca,*
Et calamo redimita leui munibat arundo:
Exiguus spacio, variis sed fertilis herbis
Non illi deerat quod pauperis exigit vsus.
Interdum locuples à paupere plura petebat.
Nec sumptus erat illud opus, sed regula curæ,
Si quando vacuum Casula, pluuiæue tenebant,
Festaue lux: si fortè labor cessabat aratri,
Horti opus illud erat: Varias disponere plantas
Norat, & occultæ committere semina terræ,
Vicinosq; aptè cura submittere riuos.
Hic olus, hic latè fundentes brachia betæ,
Fœcundusq; rumex, maluæq;, imulæq; virebant.
Hic cicer, & capiti nomen debentia cæpe
Hic etiam nocuum capiti gelidumq; papauer,
Grataq; nobilium requies lactuca ciborum.
Et grauis in latum demissa cucurbita ventrem.
Verùm hîc non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat motisq; diebus
Venales olerum fasces portabat in vrbem
Inde domum cerulce leuis grauis ære redibat
Vix vnquam Vrbani comitatus merce macelli, &c.

Vide CONTENTVS, HERBÆ, & HORTVS.

Omnis, omnes, omnia.

Mart. lib. 14. *Quouiscunq; locatos hunc finire libellum.*
Oui. 1. Met. *Et quoscunq; Deos.*
Ibid. — *Omnes succubuisse Oculos.*
Ibid. — *per totum terruit orbem.*
Ibid. — *placeat sibi quisq;*
Id. 2. Met. — *Quicquid habet diues.*
Ibid. *Quodcunq; optaris*
Ibid. — *Cuncta remisit.*
Ibid. *Omnia Concutiens.*
Ibid. — *Et à cunctis expellitur æthere toto*
Id. 6. Met. — *Et nihil est quod non ausit.*
Id. 6. Met. — *Qualibet arbor*
Et cuiuis hominum. Vide VBIQVE.

Onerare, Onustus.

Virg. 1. Geor. *Sæpè etiam tardi costas agitator asselli,*
Vilibus aut onerat pomis
Virg Eclo. 1. *Nonnunquam grauis ære domum mihi dextra redibat.*
Prop. lib. 3. — *spoliis onerator Cæsaris axes.*

Terræq;

Terraq; graues pondere sidant. Boet. lib. 4.
Aspice curuatos pomorum pondere ramos, Oui. de rem.
Vt sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.
Pomaq; lassissent matrem, nisi subdita ramo Oui. de nuce.
Longa laboranti furca tulisset opem.
— sed fessa labat mihi pondere ceruix, Lu. ad Ca. Pi.
Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.
— pharetraq; grauis, spolioq; Leonis. Oui. 9. Met.
Nec graue pondus habet, quod onus ferat ætheris alti. Manil. lib. 1.
— Sunt fruges, sunt deducentia ramos, pondere poma suo. Oui. 15. Met.

Onus, & Onerosus, *vide* MOLES.

Opinari, Opinio.

— & quæ sit sententia posco. Virg. 3. Æne.
Omnibus idem animus. Ibid.
Hæc alternanti potior sententia visa est. Virg. 4. Æne.
Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit? Virg. 1. Æne.
Nos abisse rati. Virg. 2. Æne.
— & quorum melior sententia menti, Ibid.
— quam tu iam rere propinquam. Vir. 3. Æne.
Nulla sit hac melior sententia Hor. Epo. 16.
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. Virg. Eclo. 5.
— percipe porrò Virg. 9. Æne.
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat. Vir. 5. Æne.
— & quæ nunc animo sententia constet, Virg. 6. Æne.
Quod minimè reris. Ibid.
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum. Oui. epist. 16.
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Hoc placet, hæc dubiam vicit sententia mentem. Oui. 9. Met.

Optare quid alicui, *vide* PRECARI.

Oraculum, *vide* CONSVLERE, & PRÆDICERE.

Orare.

— & meliora Deos sedet omnia poscens. Virg. 3. Geor.
— simul ipsa precatur, Vir. 4. Geor.
Oceanumq; patrem rerum, nymphasq; sorores
— neque illum Orando flectes. Ibid.
Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda; Ibid.
— tu munera supplex
Tende petens pacem faciles venerare Napæas,
— aut supplex aris imponat honorem. Vir. 1. Æne.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est. Ibid.
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas, Ibid.
Talia voce refert.
ibant Orantes veniam & templum clamore petebant. Ibid.

Ibid. *Troes te miseri ventis maria omnia vecti*
Oramus prohibe infandos à nauibus ignes,
Ibid. *Ad te confugio, & supplex tua numina posco.*
Virg 2. Ænei. *— orandaque Diua Numina conclamant.*
Ibid. *At pater Anchises oculos ad sidera latus*
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
Virg. 3. Æne. *— veniamque precari*
Oui. 6. Met. *Dum rogat, & precibus mauult, quam viribus uti,*
Vir. 3 Æne. *— tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus.*
Ibid. *Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.*
Ibid. *— tum numina sancta precamur*
Ibid. *— nos magna precati Numina, sortitique vices,*
Vir. 4. Æne. *Tu modò posce deos veniam.*
Ibid. *Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.*
Ibid. *Talibus orantem dictis, arasque tenentem.*
Ibid. *— iterum tentare precando*
Cogitur, & supplex animum submittere amori.
Ibid. *— hostem supplex affare superbum.*
Ibid. *Extremam hanc oro veniam miserere sororis.*
Ibid. *Talibus orabat.*
Oui. 1. Met. *— vulgusque precari Cœperat.*
Ibid. *— placuit cœleste precari*
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes,
Ibid. *Illa etiam supplex Argo cum brachia vellet Tendere.*
Ibid. *— positisque in margine ripæ.*
Procubuit genibus, resupinoque ardua collo,
Quos potuit, solos tollens ad sidera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu
Cum Ioue visa queri est, finemque orare malorum,
Ibid. *Finiat vt pœnas, tandem, rogat*
Ho. in Cani. *Quid obseratis auribus fundis preces,*
resp. *Quem vocet diuum populus ruentis*
Hor. 1. c. o. 2 *Imperi rebus, prece qua fatigent*
Virgines sancta minus audientem Carmina Vestam.
Ibid. od. 13. *— at precor integra cum mente.*
Ibid o. 35. *Te pauper ambit sollicita prece Ruris colonus*
Ho. 3. c. o. 23. *Cœlo supinas si tuleris manus.*
Ibid. o. 26. *— ad miseras preces Decurrere, & votis pacisci.*
Mart. lib 9. *Dum voce supplex, dumque thure placabit*
Martona Diua dulce Iulia numen.
Oui. epist. 1. *Sæpe deos supplex, vt tu scelerate venires,*
Sum prece thuricremis deuenerata foci.
Oui. 9. Met. *Cede deæ, veniamque tuis temeraria dictis*

Supplice

Supplice voce roga. Ouid.11.Me.
— supplex pro tam furialibus ausis Ante pedes iacuit. Vir.6.Æne.
— fudit que preces rex pectore ab imo. Virg.9.Æne.
Multa deos orans oneraultque, æthera votis. Vir.11.Æne.
Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso. Virg.9.Æne.
Constitit ante Iouem supplex per vota precatus. Ho.4.ca.o.15.
Ritè deos prius apprecati Virg.5.Æne.
Ni palmas ponto tendens vtrasque Cloanthus, Ibid.
Fudisset que preces, Diuosque in vota vocasset. Ibid.
— superosque precati Trinacrij Vir.6.Æne.
Auxilioque vocare deos, & tendere palmas. Vir.8.Æne.
Talibus orabat dictis arasque tenebat. Ibid.
Iunoni fer rite preces, iramque minasque Ibid.
Supplicibus supera votis. Ibid.
— ac tales effundit ad æthera voces. Vir.10.Æne.
Ergo eadem supplex venio Ou.Epist.4.
Tum breuiter supera aspectans conuexa precatur. Ouid.epi.11.
Non ego dedignor supplex, humilisque precari. Oui.epist.12.
Fictaque sacra facit, dicitque precantia verba.
Nam tibi sum supplex, quod tu mihi sæpè fuisti,
Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
Quid prodest cœlum votis implesse Neæra Tib.lib.2.
Blandaque cum multo thura dedisse prece?
Deus exorabilis ille est, Prop.lib.2.
Si modo præsentes viderit ille preces.
— supplex voluerer ante pedes. Luc.7.Phar.
— dum verba precantia dicit, Oui.7.Met.
Dumque orat, cœloque attollit lumina supplex. Sil.Ita.lib.1.
Ac supplex geminas tendens ad sidera palmas, Sil.Ita.lib.15.
Tellurem, Noctemque, & cœlo sparsa precatur
Astra, ducemque viæ tacito sub lumine Phœben.
— en blandas manus Se.in He fur.
Ad genua tendens voce miseranda rogat. Cla.1. de rap.
— genibusque suas cum supplice fletu Admouere manus, Pro.
Te Christe solum nouimus, Te mente pura & simplici, Prudent.
Te voce, te cantu pio Rogare curuato genu
Flendo & canendo discimus.

Orationes.

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis. Virg.2.Æne.
Aspice nos, hoc tantum, & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma. Ibid.
Dij patrij, seruate domum, seruate nepotem,
Vestrum hoc augurium, vestroque in nomine Troia est. Vir.3.Æne.

Dij prohibete minas, dij talem auertite casum,
Ibid. Et placidi seruate pios.
Dij maris, & terræ, tempestatum q̃, potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Iuppiter omnipotens, cui nunc Marusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? an te, genitor, cum fulmina torques.
Nequicquam horremus? cæcis in nubibus ignes.
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Vir. 4. Æne. —sequimur te sancte deorum
Quisquis es, imperio q̃, iterum paremus ouantes,
Adsis ô placidus q̃, iuues, & sidera cœlo Dextra feras.
Vir. 10. Æne. Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum,
Virg. 5. Æne. Constituam ante aras voti reus, extaq̃, salsos
Proijciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum
Troianos, si quid pietas antiqua labores
Ibid. Respicit humanos, da flammam euadere classi.
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe letho.
Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti,
Virg. 6. Æne. Dijq̃, deæque omnes, tuque ô sanctissima vates
Præscia venturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros.
—natisq̃, patrisque
Alma precor miserere, potes namque omnia.
Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus vnda est,
Ibid. Tuque ô Tibri tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite Æneam, & tandem arcete periclis:
Qui te cumque locus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis,
Semper honore meo semper celebrabere donis,
Cornigeri Hesperidum fluuiorum regnator aquarum.
Adsis ô tandem, & propius tua numina firmes.
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori
Vir. 9. Æne. Astrorum decus, & nemorum Latonia custos,
Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi,
Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras.
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis,
Ibid. Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona.
Alma parens Idæa deum, cui Dindyma cordi,

Turri-

Turriger atque vrbes, bijugo ad frena Leones. Virg 10. Æneï.
Tu mihi nunc pugnæ princeps tu rite propinques
Augurium, Phrygibusque adsis pede Diua secundo. Oui. 3. Met.
Quisquis es ô faueas, nostrisque laboribus adsis.
His quoque des veniam. Catullus.
O dij si vestrum est misereri, aut si quibus vnquam
Extrema iam ipsa in morte tulistis opem,
Me miserum aspicite, & si vitam puriter egi?
Eripite hanc pestem, perniciemque mihi:
Quæ mihi subrepens imos vt torpor in artus
Expulit ex omni pectore lætitias,
Ipse valere opto, & tetrum hunc deponere morbum,
O dij, reddite mi hoc, pro pietate mea. Tib. lib. 1.
Nunc dea, nunc succurre mihi, nam posse mederi,
Picta docet templis multa tabella tuis. Pro. lib. 3.
Nunc ô Bacche tuis humiles aduoluimur aris,
Da mihi pacato vela secunda pater:
Tu potes insanos animi compescere fastus, Sil. Ita. lib. 1.
Curarumque tuo sit medicina mero
Dij procul ô (merita est si nunquam talia plecti
Carthago) prohibete nefas, nostrique solutas
Ductoris seruate manus. Ibid.
Ante Iouem genera ta, decus diuumque hominumque
Qua sine non tellus, pacem, non æquora norunt,
Iustitia consors, taciturnumque in pectore numen:
Exitiumue tua dirum spectare Sagunti,
Et tot pendentem pro te dea cernere pœnas
Vrbem lenta potes, moritur tibi vulgus, & vnà
Te matres, vincente fame, te mœsta virorum
Ora vocant, primaque sonant te voce minores.
Fer cœlo auxilium, & fessis da surgere rebus. Se. in He. fur.
O magne Olympi rector, & mundi arbiter,
Iam statue tandem grauibus arumnis modum,
Finemque cladi Ibid.
Prô numinum vis summa: prô cœlestium
Rector, parensque cuius excussis tremunt
Humana telis, impiam regis feri
Compesce dextram: quid Deos frustra precor?

Vide INVOCATIONES.

Orator, *vide* ELOQVENS.

Oriens, Orientalis.

Eoasque acies, & nigri Memnonis arma. Vir. 1. Æneï.
— ab Eoo fluctu Vir. 3 Æne.

Oui. 1. Meta. *Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit.*
Persidaq;, & radijs iuga subdita matutinis.
Ho. 1. c. o. 12. *— Orientis oris*
Ibid. o. 35. *— Eois timendum Partibus.*
Ho. 4. c. o. 15. *— porrecta maiestas ad ortus Solis.*
Vir. 8. Ænei. *Victor ab Auroræ populis, & littore rubro,*
Ægyptum, viresq; orientis, & vltima secum
Bactra vehit.
Auctor. *Eois latet hortus oris.*
Tib. lib. 2. *— Eoi quà maris vnda rubet*
Ibid. *Quaq; patet ortus, & quà fluitantibus vndis*
Solis anhelantes abluit amnis equos
Tib. lib. 4. *Et quascunque niger rubro de littore conchas*
Proximus Eois colligit Indus aquis.
Prop. lib. 3. *Felix Eois lex funeris vna maritis,*
Quos Aurora suis rubra colorat equis,
Prop. lib. 3. *Vsius & Eoa discolor Indus aqua.*
Prop. lib. 4. *— rutilo consurget ab ortu.*
Boet. lib. 1. *Aut Indus calido propinquus orbi*
Boet. lib. 3. *Misit ab Eois occiduisque plagis.*
Claud. *Vnde venit Tithan Orbe sub Eoo.*
Luca. 1. Phar. *— in ortus Phœbeos conuertit iter.*
Luc. 6. Pharſ. *— Eoaque tellus.*
Luca. 7. Phar. *Quicquid ad Eoos tractus, mundique teporem*
Luc. 8. Pharſ. *Labitur, emollit gentes clementia cœli,*
Quà Titan ortu terras aspergit Eoo.
Sil. Ita. lib. 15. *quà lucem premit,*
Se. in He. fur. *Aperitque Tethys, quà feris Titan diem*
Binos propinqua tingit Æthiopes face.
Se. in Hipp. *Quæque nascentem videt ora Solem.*
Sen. in Oedi. *Litus intrauit pelagi rubentis,*
Promit hic ortus, aperitque lucem
Phœbus, & flamma propiore nudos Inficit Indos.
Oui. 1. Met. *— & Eoa nouêre Lycoria terræ.*
Oui. 5. Faſt. *Seu quis ab Eoo nos impius orbe laceſſet.*

Orpheus.

Vir. Eclo. 4. *— nec Thracius Orpheus.*
Ho. 1. c. o. 12. *Vnde vocalem temerè insecutæ Orphea ſyluæ,*
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celeresque ventos
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid ſi Threicio blanditus Orpheo,
Ibid. o. d. 24. *Auditam moderere arboribus fidem.*

Nec

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos Virg.6.Æne.
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.
Orpheu te tenuisse feras, & concita dicunt Prop.lib.3.
Flumina Threicia detinuisse lyra.
Vates Threicius gemens. Boet.lib.3.
—Threicio Iunó placabilis Orpheo, Claud.
Saxa, feras q; lyra mouit Rhodopeius Orpheus. Oui.3.de art.
Vati credere Thracio. Se.in Her.
Oct.

Osculari.

Oscula libauit natæ. Virg.1.Æne.
Cùm dabit amplexus, atque oscula dulcia figet, Ibid.
Ille manus lambit, patriis q; dat oscula palmis. Ibid.
Charis multa sodalibus, Oui.1.Met.
Nulli plura tamen diuidit oscula, Quàm dulci Lamiæ, Ho.1.ca.o.36.
Dum fragrantia detorquet ad oscula Ceruicem.
Fertur pudicæ coniugis osculum, Ho.2.ca.o.12.
Paruosq; natos, vt capitis minor, Ho.3.ca.o.5.
A se remouisse, & virilem
Toruus humi posuisse vultum. Oui.1.Meta.
—procumbit vterque
Pronus humi gelidoq; parens dedit oscula saxo.
Basia dimidio quod das mihi Posthume labro. Mart.lib.2.
Basia das aliis. Ibid.
Dimidio nobis dare Posthumus ante solebat Ibid.
Basia, nunc labro cœpit vtroque dare.
Ausus es amplecti, colloq; infusus amantis Ouid.epist.2.
Oscula per longas iungere pressa moras.
—peregrinæq; oscula terræ Figit. Oui.3.Meta.
—vt iniiceret sperato brachia collo. Ibid.
Poscenti nymphæ sine fine sororia saltem Oui.3.Meta.
Oscula iamq; manus ad eburnea colla ferenti.
—Pariterq; suæ dabat oscula natæ. Oui.6.Meta.
Summaq; per galeam delibans oscula fatur. Ouid.12.Met.
Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo Oui.6.Meta.
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
—oscula libauit natæ, Vir.1.Ænei.
Vtq; fide pignus dextras vtrasque poposcit,
Inter seq; datas iunxit. Ibid.
Oraq; deuelat miseræ pudibunda sororis, Amplexumq; petit. Ibid.
—matrisq; salutem
Attulit, & paruus adduxit colla lacertis,
Mistaq; blanditiis puerilibus oscula iunxit. Oui.1.Meta.
—liquidis porreximus oscula lymphis.

Oui. epist.3. *Mistaq; mandatis oscula multa feram.*
Ibid. *Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis.*
Ouid.epist.5. *Non sic appositis vincitur vitibus vlmus,*
Vt tua sunt collo brachia nexa meo.
Ibid. *Oscula dimissa quoties repetita dedisti*
Oui.epist.8. *Non tibi blanditias primis mea mater in annis*
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis,
Non sedi gremio sarcina grata tuo.
Oui.epist.11. *Non super incubui non oscula frigida carpsi.*
Oui.epist.13. *Oscula plura viro, mandata q; plura dedissem.*
Ibid. *Multa tamen rapies oscula multa dabis.*
Tib.lib.1. *Et dare sacratis oscula luminibus.*
Tib. lib.2. *—gnatus q; parenti*
Oscula compressis auribus eripiet.
Prop.lib.4. *—osculer arma tua.*
Ibid. *Oscula cùm dederis tua flentibus.*
Claud. *Irrita quæsitis oscula figit aquis.*
Statius. *— & prono fusum super oscula vultu,*
Ou.2. de arte. *—paruo dedit oscula nato.*
Oui.epist.17. *Excipit amplexu, felicia q; oscula iungit.*
Ibid. *Oscula congerimus properata sine ordine raptim.*
Oui.epist.18. *—quoties do vestibus oscula.*
Ibid. *Obuiaq; in summis oscula demus aquis.*
Oui.Epist.21. *Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.*
Oui.Epist.9. *—mea turpiter oscula sumis.*
Oui.Epist.15. *Oscula si nata dederas.*
Oui.Epist.16. *Oscula luctando tantummodo pauca proteruus Abstulit.*
Luc.2.Pharſ. *Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.*
Luc.3.Pharſ. *—tacito tantum petit oscula vultu,*
Inuita q; patris claudenda ad lumina dextram.
Luc.5.Pharſ. *Dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis*
Pectus, & auersi petit oscula grata mariti.
Luc.lib.3. *—nec dulces occurrent oscula nati.*
Præripere & tacita pectus dulcedine tangent.
Lucre.lib.4. *Quæ complexa viri corpus cum corpore iungit,*
Et tenet adsuetis humectans oscula labris.
Oui.4.Meta. *—& gelidis in vultibus oscula figens.*
Ibid. *—charæ dedit oscula natæ.*
Ibid. *—ille suæ lambebat coniugis ora,*
Inq; sinus charos, veluti cognosceret, ibat.
Oui.7.Meta. *Et dabat amplexus, assuetaq; colla petebat.*
—tamen oscula terræ, Roboribusq; dedi.

Olli permulcens genitor caput, oscula libat. Sil.Ita.lib.1.
Tangere sacratos vultus atque oscula ab ore Libauisse tuo. Sil.Ita.lib.6.
— atque amisso redde parenti
Oscula sic fatus galeam exuit, atque rigentis
Inuadit nati tremebundis colla lacertis.
— & pedibus crebrò pauida oscula figens. Sil.Ita. lib.12.
Basia dum nolo, nisi quæ luctantia carpsi. Mart. lib.5.
Dum currit patrium natus ad osculum. Sen. in Thye.
Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ, Oui.2.Fast.
Occupant amplexu lachrymasq; per oscula siccat. Oui.3.Trist.
Brachiaq; excepi presso pendentia collo, Oui.3. Fast.
Et singultatis oscula mista sonis. Eleg.5.
Quodq; tibi in cunis oscula prima dedi. Ou.2. de Pon.
Gratatusq; darem cum dulcibus oscula verbis. Eleg.6.
Audes tu tamen oscula niuali Mart.lib.7.
Omnes obuius hinc, & hinc tenere, Ibid.
Et totam Line basiare Romam. Oui.8.Meta.
Hoc me frigore basiet nec vxor,
Blandis filia nec rudis labellis.
Oscula dant ipsi posito dant oscula lecto.
Post cinerem, cinereis haustos ad pectora pressant,
Affusæq; iacent, tumulo, signataq; saxo
Nomina complexæ lachrymas in nomina fundunt.
— tepido dant oscula ligno,
Affusiq; suo radicibus arboris hærent. Osculaq; ore tegit.
Blanda cruentatis, affigunt oscula dextris. Oui.9.Meta.
— collibus oscula notis Figit, Oui.13.Met.
— galeis iuuat oscula clausis. Geti.
Inserere amplexuq; truces deducere conos. Claud. 2. in lau.Stili.
Hos tibi complexus, hæc dent, ait oscula nati. Stat.2.Theb.
— tenerumq; dolorem Stat.4.Theb.
Coniugis amplexu solatur, & oscula mœstis Ibid.
Tempestiua genis posuit.

Vide AMPLECTI.

Ostentatio.

Iuuencus.

Sic vbi iustitiæ pandetur iusta facultas,
Deuitate oculos hominum, nam nulla manebit
Merces in cœlo, quæ factum tale sequatur,
Applaudet tantum sterilis iactatio vulgi,
Sed quod dextra facit, facias nescire sinistram,
Cùm veniet, iustis meritis tunc digna rependet
Occulti solus scrutator præmia cordis,
Sunt quos prætumida tollit iactatio mentis,

Et pre-

Et precibus propriis gaudent assistere turbas
Multifluisq; diem verbis ducendo fatigant.
His votis pompæ fructus succedit inanis, &c.
Mart. lib. 1. *Amissum non flet, cum sola est Galliæ, patrem:*
Si quis adest, iussæ prosiliunt lachrymæ.
Non luget, quisquis laudari, Gallia, quærit:
Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Otiari, Otium.

Vir. 3. Geor. — *secura sub alta Otia agunt terra.*
Vir. 4. Geor. — *me dulcis alebat.*
Parthenope studiis florentem ignobilis otij.
Ho. in palin. — *à labore me reclinat otium.*
Vir. Eclog. 1. — *Deus nobis hæc otia fecit.*
Ho. 3. c. o. 14. *Festus in pratis vacat otioso Cum boue pagus.*
Oui. 1. Meta. *Mollia securæ peragebant otia gentes.*
Mart. lib. 1. *Vos eritis nostræ portus, requiesq; senectæ.*
Si iuris fuerint otia nostra sui.
Oui. 4. Meta. *Immunes operum famulæ, dominæq; suorum,*
Boet. lib. 3. — *tunc ille senectæ Sera meæ requies?*
Quod caret alterna requie, durabile non est,
Vir. 9. Ænei. *Hæc reparat vires, fessaq; membra leuat.*
Ouid. epist. 4. *Languida non nostrer peragit labor otia.*
Hic erit vobis requies, laborum,
Tib. lib. 4. *Hic manens portus placida quiete,*
Tib. lib. 3. *Hoc patens vnum miseris asylum.*
— *cùm libera dantur*
Otia furtiuum nec timor vrget opus.
Oui. 2. de art. *Otia si tollas perière Cupidinis arcus,*
hac mente labores
Ouid. 1. de re. *Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant.*
Ho. 1. ser. sat. — *melius tranquilla sine armis Otia solus ages.*
— *innocuæ quibus est vitæ Tranquilla quies.*
Luc. 2. Pharsa. *Nec vlla requies, tempus aut vllum datur.*
Se in He. fur. — *finiat genitor tuos*
Ibid. *Opta labores, detur aliquando otium, Quies q; fessis.*
Ibid. *Me dulcis saturet quies.*
Sen. in Thye. *Obscuro positus loco Leni perfruar otio.*
Oui. in Trist. *Carmina secessum scribentis, & otia quærunt.*
Eleg. 1. *Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus vnda,*
Oui. 1. de rem. *Et quàm limosa canna palustris humo.*
Tam Venus otia amat.
Manil. lib. 1. — *mollemq; per otia luxum.*
Manil. lib. 4. *Otia, & æternam peragunt in morte iuuentam.*

Mollia

Mollia secura peragebant otia gentes. Ouid.5.Met.
Albi maxime, si vacabit hora; Mart.libr.11.
Hoc tantum lego: namque & occupatus
Et non es nimium laboriosis.
Durum est perdere festus. Idem lib.5.
— Disponere tempus ociosum. Ibid.
Ouidius.
Pelignus puto dixerat poëta. Mart.lib.11.
Et qui corpora prima transfigurat, Statius.
Peligni ruris alumnus, Ouid.
Pelignæ gentis gloria dicar ego. Ibid.
Norat Nasonem sola Corynna suum, Mart.lib.5.
Hic ego qui taceo tenerorum lusor amorum, Oui.3.Trist.
Ingenio perij Naso poëta meo. Eleg.3.
Ouis.
Aut fœtus ouium. Vir.2.Geor.
— pecus omne tenendum est. Ibid.
Quantum illi nocuêre greges. Ibid.
Lanigeros agitare greges Vir.3.Georg.
Continuoq; greges villis lege mollibus albos. Ibid.
— quamuis aries sit candidus ipse. Ibid.
— dolor balantum Ibid.
— neque oues hœdiq; petulci. Virg.4.Geor.
— pingues centum cum matribus agnos. Vir.1.Ænei.
Lanigeras claudit pecudes. Virg.3.Æne.
Lanigeræ comitantur oues. Ibid.
— mactant lectas de more bidentes Virg.4.Æne.
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri Virg.1.Geor.
— pinguia gallicis Crescunt vellera pascuis, Ho.3.c.o.6.
Centum lanigeras mactabant rite bidentes, Virg.7.Æne.
Quinque greges illi balantum, Ibid.
Non erat hic aries villo spectabilis auro. Oui.epist.6.
— ouis placidæ Oui.epist.15.
— pudeat tenuisse bidentem, Tib.ib.1.
Rure etiam teneris curam exhibitura puellis Tib.lib.2.
Molle gerit tergo lucida vellus ouis.
Corniger Idæi vacuam pastoris in aulam Prop.lib.3.
Dux aries saturas ipse reduxit oues.
Non mille balant lanigeri greges. Statius.
Balantes pecudes. Luc.lib.2.
— lanatis animalibus abstinet. Iuue.Sat.15.
— in guttura velleris atri. Oui.7.Meta.
Arcanus aries, ductor opulenti gregis; Se.in Thyes.

Quid

Ouid.5.Met. *Quid meruistis oues placidum pecus, in quibus tuendos*
Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar?
Mollia quæ nobis vestris velamina lanis
Præbetis, vitaq; magis, quàm morte iuuatis.

Vide PASCERE.

Pœdagogus, *vide* LVDIMAGISTER.

Pallatium, *vide* DOMVS.

Pallere, & Pallidus.

Effice ne macies pallentes occupet artus,
Tib. lib.4. *Neu notet informis pallida membra color.*
Diriguêre oculi, calidusq; è corpore sanguis
Oui.14.Met. *Inducto pallore fugit.*
— illa timore Pallet.
Oui.2.Fast. *Palluit vt sera lectis de vite racemis*
Oui.1. de rem. *Pallescunt frondes, quas noua læsit hyems.*
Quæq; suos curuant matura Cydonia ramos:
Cornaq; adhuc nostris non satis apta cibis:
Oui.Epist.11. *Fugerat ore calor.*
Oui.4. Met. *— oraq; buxo Pallidiora gerens.*
Luc.lib.6. *Terribilis sygio facies pallore grauatur.*
Ou.1. de Pon. *— Membraq; sunt cera pallidiora noua.*
Oui.6.Meta. *— totoq; expalluit ore.*
Lucr.lib.6. *— pallenti tabida forma.*
Ouid. 5. Tri. *Quiq; per Autumnum percussis frigore primò*
Est color in foliis quæ noua læsit hyems,
Clau. in Eut. *Is mea membra tenet.*
Catullus. *— cum pallida nudis*
Ouid.7.Met. *Ossibus horrorem dominis præberet imago Decolor.*
Vir. 4. Ænei. *Quantò sæpè magis fulgore expalluit auri.*
Oui 11. Met. *Palluit, & subito sine sanguine frigida sedit.*
Ouid.6.Fast. *— pallor simul occupat ora.*
— buxo q; similimus ora Pallor obit.
— color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet seris, quas noua læsit hyems.
Oui.2. Meta. *— vt pallent amisso sanguine venæ.*

Palus, ludis.

Luc.4.Pharf. *— hue stagna, lacuq;*
Et pigras vbicumque iacent, effunde paludes.
Virg.4.Æne. *Speluncisq; lacus clausos.*
Virg.1.Geor. *— quiq; paludis*
Collectum humorem bibula deduxit arena.
Vir.Eclog.1. *Limosi q; palus obducat pascua iunco.*
Oui. 6. Met. *Fortè lacum mediocris aquæ prospexit in imis*

Vallibus

Vallibus, agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis, gratumq́ paludibus vlnam.
Haud procul Ætneis lacus eſt à mœnibus altus Oui. 5. Met.
Nomine Perguſa, non illo plura Cayſter
Carmina cygnorum labentibus auxit in vndis
Sylua coronat aquas cingens latus omne, ſuisq́
Frondibus vt velo, Phœbeos ſummouet ignes,
Frigora dant rami, varios humus humida flores. Catullus.
— in liquentibus ſtagnis, Ibid.
— aduſque limpidum lacum. Claud.
Hærent ſtagna loco, plenas quantia ripas,
— Præſcriptumq́ timent exiluiſſe modum. Statius.
Hi ſiccant bibulas manu lacunas Luc. 5. Pharſ.
Pigrius immotis hæſêre paludibus vndæ. Ibid.
— mœſtoq́ ignaua profundo Stagna iacentis aquæ. Ibid.
— dum ſe torpentibus vnda Excutiat ſtagnis. Ibid.
Sed ſterili iunco, cannaq́ intexta paluſtri. Oui. 4. Met.
— videt hic ſtagnum lucentis ad imum
Vſque ſolum lymphæ, non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles vuæ, nec acuta cuſpide iunci,
Perſpicuus liquor eſt, ſtagna tamen vltima viuo
Ceſpite cingitur, ſemperq́ virentibus herbis.
— ſtagnis paluſtre Linternum. Sil. Ita. lib. 8.
— limoſis ſegnior vndis Ibid.
Lenta paludoſæ perſcindunt ſtagna Rauennæ.
Fons ſtat ſub vmbra triſtis, & nigra piger Sen. in Thye.
Hæret palude, talis eſt diræ ſtigis Deformis vnda.
Vbi Mæander ſuper æqualeis Sen. in Hipp.
Labitur agros tiger, & ſterileis
Anne maligno radit arenas.
Hic ſtagnat humor frigore æterno rigens, Sen. in Oedi.
Limoſa pigrum circuit fontem palus.
— vda teneræ paludes. Oui. 6. Faſt.
Amne redundatis foſſa madebat aquis.
Hic quoque locus erat iuncis, & arundine denſus, Ibid.
Et pede velato non adeunda palus.
Concaua vallis erat, quo ſe dimittere riui Oui. 8. Met.
Aſſuerant pluuialis aquæ, tenet ima lacuna
Lenta ſalix, vuæq́ leues, iunc & paluſtres,
Viminaque, & longæ parua ſub arundine cannæ; Ibid.
Haud procul hinc ſtagnum eſt, tellus habitabilis olim,
Nunc celebres mergis, ſulicisq́ paluſtribus vnda. Oui. 11. Met.
Iuncta paluſtribus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis.

Quam

Ouid.11.Met. *Quam restagnantis fecit maris vnda paludem.*
— cultor Stagnorum, querulis vis infestissima ranis!
Auso.in Musc. *Luteus obscuras vlua, cœnôq; lacunas Obsidet.*

Vide INFERNVS.

Palus, li.

Virg. 2.Geor. *Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos.*
Ibid. *— & vallos primum sub tecta referto.*
Ibid. *Tum lenes calamos, & rasa hastilia virgæ,*
Fraxineasq; aptare sudes.
Virg.1.Geor. *Exacuunt alij vallos, furcasq; bicornes,*
Atque amerina parant lentæ retinacula viti,
Virg.5.Ænei. *Ferratasq; sudes, & acuta cuspide contos.*
Tib.lib.1. *Hic docuit teneram palis adiungere vitem.*
Luc.6.Pharſ. *Nunc sude nunc duro contraria pectora conto*
Detrudit muris.

Pan.

Virg.1.Georg. *Pan ouium custos.*
Ho.4.ca.o.12. *Delectant q; deum, cui pecus, & nigri Colles Arcadiæ placent.*
Vir.8.Æne. *Aruorum pecorisq; deo.*
Oui.epist.4. *— montanaq; numina Panes.*
Prop.lib.3. *Capripedes calamo Panes hiante canent.*
Luc.3.Pharſ. *Ruricolæ Panes*
Luc. lib. 4. *— cum Pan Pinea semiferi capitis velamina quassat.*
Oui.11.Met. *Vnco sæpè labro calamos percurrit hianteis*
Panaq; montanis habitantem semper in antris.
Adsis ô Tegeææ fauens.

Panis.

Vir.1. Æne. *— Cereremq; canistris Expediunt.*
Ibidem. *Tum Cererem corruptam vndis cerealiaq; arma.*
Expediunt fessi rerum, frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
— vt vertere morsus
Vir.7.Æne. *Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,*
Et violare manu, malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti patulis nec parcere quadris.
Virg.8.Æne. *— onerantq; canistris*
Dona laborata Cereris.
Luca.lib.4. *— satis est fluuiusque, Ceresque.*
Iuue.Sat.5. *— panem Vix fractum, solida iam mucida frusta farina,*
Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum:
Sed tener, & niueus, mollisq; siligine factus
Ouid.6.Fast. *Mucida cærulei panis consumere frusta.*
Oui.11.Meta. *Sola prius furnis torrebant farra coloni;*

— nec

— nec toſtæ frugis egentes. Ibidem.
— ſiue ille ſua cerealia dextra
Munera contigerat, cerealia dona rigebant. Hor. 1. Epiſt.
Pane egeo iam mellitis potiore placentis. Hor. 2. Epiſt.
— viuit ſiliquis, & pane ſecundo.

Papa.

Xyſto, cui tempora fulgens Vida.
Infula tergemina redimibat ſacra corona. Idem.
Ipſe ſacerdotum primus, aut tempora ſacra Infula cingebat. Bencius.
Romanus det Iura pater. Auctor.
— feras ſuperni
Qui patris vice ſoluis, & coërces
Terras, alme ſenex, & orbis huius Numen dicere. Idem.
Pontificum iubar Alme parens. Idem.
— optime Telluris Athlas. Idem.
— nauita callide, Pater alme. Idem.
Terrarum pater optime Pontificum maxime. Idem.
— venerande gentis Paſtor humanæ. Idem.
Aſt vulgata tibi Syderea viceis Idem.
Vt primum retulit fama potentia Conceſſas.
— pater maxime, & eminens
— Terrarum columen.
O diuine ſenex, ardue Syderum
Interpres geminis ſemideum fatens
In terra venerorte genibus, ſacros
Amplectorq; iacens pedeis.
Mercurius citior, Saturnus amicior, Athlas Idem.
Fortior humanis, quam fuit ante datur.
Annua ſemidei recolat ſolemnia tellus,
Annua ſemideo ſerta miniſtret ager.
— ſuperis qui fungitur aris.
Qui patris ergo viceis alti molire ſacerdos Idem.
Maxime, quem flexo poplite terra colit. Idem.
Interpres diuine prai.
Aſt vbi ſyderibus comparuit æqua poteſtas, Idem.
Mens in ſemideo firma repente fuit.

Papauer.

— & cereale papauer. Virg. 1. Geor.
Vrant lethæo perfuſa papauera ſomno. Ibid.

Papilio.

Quæque ſolent canis frondes intexere filis Ouid. 15. Met.
Agreſtes tineæ, res obſeruata colonis
Ferali mutant cum papilione figuram.

Papyrus.

Mart.lib.4. *Nec ſumma potes in ſceda teneri*
Idem. *Perdite Niliacas, Muſa mea damna papyros.*
Idem. *Inuerſa pueris orande charta.*

Vide CVCVLLVS, LEGERE & SCRIBERE.

Par, Parilitas.

Oui.7.Meta. —*mihi tam par ætate iuuentus*
Mart.lib.8. *Cùm ſitis ſimiles, pareſq; vita.*
Ibid. *Par domus eſt cœlo.*
Ouid.7.Met. —*pares annis, animisq;*
Idem 14.Met. *Optantemq; eadem, pariliq; cupidine captam.*
Idem 1.Met. *Proximus eſt aër illi leuitate.*
Idem 6.Met. —*ſed erat par forma duarum*
Idem 7.Met. *Talibus atque aliis.*
Idem 8.Met. —*parilisq; ætate philemon.*
Virgil. *Vno namque modo vina Venusq; nocent.*

Vide ASSIMILARE & ÆQVARE.

Et paulò poſt: PARES CVM PARIBVS.

Paradiſi deſcriptio.

Inuio latè matris angiportu
Auctor. *Cinctus Eois latet hortus oris,*
Menſtruæ calum ſuperans ouanti Vertice Phœbes.
Dictus antiquis Paradiſus herbis
Semper intacto fouet amne, ſemper
Vere pubeſcit, variisq; ſemper Floribus halat.
Semper Aiacis nece (fabulabor
Semen, at verum miniabo tempe)
Sparſo quem tellus dedit apparatur Ceſpitis oſtro,
Frons ibi dumos amat, & perenni
Roris effulgent adamante chalta.
Tempus æterno madefacta pingit Gramina riſu.
Nulla diuinos pede Nympha, roſtro
Nulla conturbat latices volucris.
Nullus arbuſtum caper in virenti Margine carpit.
Veris hic riuus fluit, atriumq;
Nemini quamuis hiet, vnus vndam
Bencius. *Tangis, & ſancto ſitibunda roras Guttura potu.*
Et credent primæuos eſſe parentes
Sedibus è placidis olim, latisq; viretis
Bencius. *Artibus exactos noſtris?*
Queis etiam in nemus vmbriferum, ſedesq; quietas
(Quattuor in partes, vitreus quas irrigat amnis
Et placido ſpirans interſtrepit aura ſuſurro.

Ver ibi

Ver tibi perpetuum) adductus, letissima ruris
Otia, & asperis viridantia floribus arua Sedulius.
In campos Paradise tuos, vbi flore perenni
Gramineus blanditur ager, nemorumq; voluptas
Irriguis nutritur aquis.
Est locus Æoos phœbi nascentis ad ortus
Arduus attollens vicina cacumina cœlo. Mant.
Threicia maior Rhodope, sublimior Ossa,
Pelion Æmonium superans & culmen Olympi,
Caucaseasq; niues vbi sunt iuga maxima Tauro.
Illic perpetuo vernantia gramine rura
Perpetui fructus, æternaq; gratia florum,
Vernaq; temperies semper siue nubilus aër
Limpidus, Auster abest: Boreas non sibilat Eurus
Exulat; occidua Zephirus non murmurat aura
Hic primæua quies homini, ieiuna priusquam
Infelix vetita vitiasset guttura fruge.
In medio fons est lato pulcherrimus orbe
Quatuor vnde fluunt occulto flumina cursu.
Nam tria secretis delapsa meatibus Arcton
Versus eunt: at mox verso reuocantur in Austrum
Tramite, ad Æthiopes combustaq; solibus arua
Defluit assiduis quartum Meroenque refuso
Gurgite complectens Memphitica regna peragrat.

Paraliticus.

Ecce reuertenti iuuenis torpentia membra Iuuencus.
Officium quorum morbus dissoluerat acer
Ante pedes ponunt tepido recubantia lecto,
Ecce aderant viuum portantes, iamq; cadauer Sedulius.
Bis bina ceruice viri, lectoq; cubantem
Vix hominem, cui vita manens sine corporis vsu
Mortis imago fuit, resolutaq; membra iacebant
Officiis deserta suis fluxisq; per artus
Languida demissis pendebant vincula neruis.

Parasitus, *vide* CONVIVA.

Parcæ.

Quæq; ratem triplici pollice netis opus. Oui. in Ibin.
— dum sororum Ho. 2. ca. 0. 3.
Fila trium patiuntur atra. Auctor.
Quod nere quamuis serius Parcæ negent. Oui. epist. 12.
Tunc quæ dispensant mortalia fata sorores,
Debuerant fusos euoluisse suos. Catullus.
Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus. Tib. lib. 1.

Hunc cecinêre diem Parcæ fatalia nentes
Stamina non vlli dissoluenda Deo.
— tristesq; sorores,
Tib.lib.3. *Stamina quæ ducunt, quæq; futura neunt.*
Prop.lib.2. *Iussisset quauis de tribus vna soror.*
Claud. *Nec quamuis Lachesis lethali stamine damnet.*
Statius. *O saue nimium, graueisq; Parcæ.*
Luc.3.Pharſ. *— lassant rumpentes stamina Parcas.*
Luc.6.Pharſ. *— repetitæq; fila sorores Fractura.*
Ouid.2.Met. *— triplices q; deæ tua fila resoluent.*
Se.in He.fur. *Durâ peragunt pensa sorores,*
Nec sua retro fila reuoluunt.
Stat.3.Theb. *Et Lachesim putri vacuantem sæcula penso.* Vide MORI.

Parcere.

Virg 2.Geor. *— & exciperet cœli indulgentia terras.*
Virg.4.Geor. *— parcesq; futuro*
Ibid. *Ignoscenda quidem scirent si ignoscere Manes,*
Ibid. *Namque dabunt veniam votis, irasq; remittent.*
Virg.1.Ænei. *Parce pio generi, & propiùs res aspice nostras.*
Vir.3. Ænei. *— iam parce sepulto:*
Ouid.1.Met. *Detq; sibi veniam pauido rogat ore.*
Virg.6.Ænei. *— Pergameæ iam fas est parcere genti.*
Oui.6.Meta. *— veniamq; tuis temeraria dictis*
Supplice voce roga, veniam dabit illa roganti.
Oui.2.Meta. *His quoque des veniam.*
Oui.Epist.7. *Da veniam culpæ.*
Catullus. *Ignosces igitur.*
Ausonius. *Inq; meis culpis da mihi tu veniam,*
Iuue. Sat.8. *Dat veniam coruis, vexat censura columbas.*
Stat.1.Theb. *Indulge veniam pueris, Inq; vicem ignoscunt.*

Parcus & parsimonia, *vide* APES & AVARVS, & FORMICA.

Parere, *vide* GIGNERE.

Pares cum paribus.

Oui.lib.2.de Ponto. *Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis,*
Et seruat studij fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.
Tu quoque Pieridum studio studiose teneris,
Ingenioq; faues ingenioso meo.

Pares in arte.

Ouid.2.de Ponto. *Distat opus nostrum, sed fratribus exit ab ijsdem,*
Artis & ingenuæ cultor vterque sumus.

Thyrsu

Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis,
Sed tamen ambobus debet inesse calor.
Vtq; meis numeris tua dat facundia neruos,
Sic venit à nobis in tua verba nitor.
Iure igitur studio confinia carmina vestro,
Et commilitij sacra tuenda putas
Te iuuenem princeps cui dat Germania nomen Ibid.
Participem studiis Cæsar habere solet.
Tu Comes antiquus, tu primis iunctus ab annis,
Ingenio mores æquiparante places,
Vos quoque consortes studij pia turba poëtæ, Idem 5. hist.
Lucida Pieria tendis in astra via.

Paris.

Victus es à timido Graiæ raptore maritæ. Oui. 12. Met.
Pastor cùm traheret per freta nauibus Ho. 1. Carm.
Idæis Helenen perfidus hospitam
Dardanius gemino cum Ganymede Paris. Mart. lib. 10.

Parnassus, & alia loca Musarum.

Perge linquere Thespiæ Rupis Aonias specus
Limpha quos simul irrigat Frigerans Aganippe Catullus.
Collis ô Heliconij Cultor, Ibid.
— Parnassi è vertice summo. Vir. 10. Ænei.
Pandite nunc Helicona deæ. Oui. 1. Meta.
Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnassus superatq; cacumine nubes.
Quod Permessidos ad virentis undas Lectum. Auctor.
Castaliamq; vmbram, Pierioq; lacus. Mart. lib. 3.
Iam tempus lustrare aliis Helicona choreis, Prop. lib. 2.
Et campum Hæmonio iam dare tempus equo. Ibid.
Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes,
Sed modo Permessis flumina lauit Amor, Manil. lib. 11.
— primusq; nouis Helicona mouere
Cantibus, & viridi nutantes vertice syluas.
Hic me tam graciles vetuit contemnere Musas, Prop. lib. 2.
Iussit, & Ascræum sic habitare nemus:
Non vt Pieriæ quercus mea verba sequantur
Aut possim Ismaria ducere valle feras. Prop. lib. 3.
— opus hoc de monte sororum Detulit. Ibid.
Visus eram molli recubans Heliconis in vmbra,
Bellerophontei quà fluit humor equi. Ibid.
Cùm me Castalia speculans ex arbore Phœbus. Ibid.
— nec Aonium cingere Marte nemus.

Ibid. *Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta,*
Musarumq; choris implicuisse manus.
Ibid. *At mons laurigero concussus vertice duras*
Gallica Parnassi sparsit in arma niues.
Claud. *Tunc opibus, totoq; Heliconis sedula regno,*
Ornabat propriam Calliopea nurum.
Idem. *— Pierides, doctumq; fluens Aganippe.*
Statius. *Docti largius euagentur amnes,*
Et plus Aoniæ virete sylvæ.
Idem. *— cui non Heliconia cordi*
Serta, nec imbelles Parnassi e vertice laurus,
Idem. *Parnassiq; iugis, sylvaq; Heliconide festis*
Thura dedit flammis.
Clau. de bell. Geti. *Personat, & noto Pythia vate domus:*
Mart. lib. 8. *Cùm siccare sacrum largo Permessida posset*
Ore verecundam maluit esse sitim.
Statius. *— Castaliæ vocalibus vndis.*
— excludit sanos Helicone poëtas.
Ho. de ar. po. *Hesperio tantum, quantum sumptus Eoo*
Luc. 5. Pharſ. *Cardine Parnassus gemino petit æthera colle,*
Mons Phœbo, Bromioq; sacer, cui numine misto.
Ibid. *Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.*
Castalios circum latices, Virgineusq; Helicon.
Oui. 2. Meta. *Parnassus: q; biceps.*
Luc. lib. 3. *— qui primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.
Ibid. *Auia Pieridum peragro loca.*
Luca. lib. 4. *Nomen ab organico saltu delatum Heliconis.*
Iuue. Sat. 7. *— desertis Aganippes vallibus.*
Ibid. *— Musarum, & Apollinis ædes relicta.*
Ibid. *— aptusq; bibendis*
Fontibus Aonidum: neque enim cantare sub antro Pierio.
Perſ. in prol. *Nec fonte labra prolui caballino,*
Nec in bicipiti somniasse Parnasso.
Sene. in Aga. *— sacra Parnassi iuga.*
Manil. lib. 2. *Omnis ad accessus Heliconis semita trita est,*
Et iam confusi manant de fontibus amnes,
Nec capiunt haustum, turbamq; ad sacra ruentem.
:n. in Hipp. *Summaq; montis iuga Cecropij.*
in Oedi. *Gemina Parnassi nitalis arx trucem somnum dedit,*
Imminens Phœbea laurus tremuit, & mouit domum:
Ibid. *At repente sancta fontis lympha Castalij stetit.*
Frondifera sancta nemora Castalia petens,

Calcauit

Calcauit altis obsidum dumis iter,
Trigemina quà se spargit in campos via:
Secat vna gratum Phocidos Baccho solum,
Vnde altus ima deserit cœlum petens.
Clementer acto colle Parnassius biceps.
Et quas Aonius latex, Alpheusq; sacer lauat, Sene. in Med.
Dicite quæ fonteis Aganippidos Hippocrenes Ouid. 5. Fast.
Grata Meduseis signa tenetis equi.
— nec nos vnda submouit ab illa Oui. 4. de Pō.
— vngula Gorgonei quam caua fecit equi. Eleg. 8.
Tu fueris Musis Pegasis vnda meis.
Fons vbi Castalius vitreo torrente superbit Mart. lib. 9.
Vnde nouem dominas sæpè bibisse ferunt. Mart. lib. 12.
Antraq; Musarum longo torpentia somno Cla. 2. de cap. Pro.
Excutis, & placidos ducis ab ore sonos.
Nuntia votorum celeri iam fama volatis
Mouerat Aonios audito consule lucos, Clau. in Coss.
Concinuit felix Helicon, fluxitq; Aganippe. Manil.
Largior, & docti riferunt floribus amnes.
— sed floribus illis. Clau. in laud. Sere.
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius vrit
Æstibus, æterno sed veris honore rubentes
Fons Aganippæa Permessius educat vnda,
Vnde pia pascuntur apes, & prata legentes
Transmittunt seclis Heliconia mella futuris.
— summaq; biuertitis vmbra Parnassi residens. Stat. 2. Theb.
Audaci fidium tangere permouent Altos ordine verticeis. Auctor.

Parum, paucus.

— pauca loquutus. Oui. 7. Meta.
— modicum consumit oliui. Pauxillumq; meri. Mart. lib. 4.
Siue obscura nimis, siue Latina parum. Idem lib. 4.

Vide CONTENTVS & PARVVS.

Paruus.

De multis minima posco. Oui. 6. Meta.
Iam labor exiguus Phœbo restabat. Ibid.
Contentus modicis. Mart. libr. 4.
Inq; breuem formam, ne sit vis magna monendi Ouid. 5. Met.
Contrahitur, paruoq; minor mensura lacerta est
Ingenium mihi, Gaure, probas, sic esse pusillum Mart. lib. 9.
— parua mouscula certis Ibid.
— vota minora facit. Ibid.
— pœna leuius visa est Ouid. 10. Met.
Exiguam sedem. Idem 6. Met.

Mart. lib. 1. *Quod dixit tamen hoc leue & pusillum est*
Ouid. 1. Met. *Luctus erat lenire.*
Idem 5. Met. *— tenuissima quæque liquefiunt*
Ibid. *Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas*
Transitus est.
Idem. *In tenues abeant euanida riuos.*
Dum tamen in rebus tentamus carmina paruis,
Materiæ gracili sufficit ingenium.

Vide FORMICA.

Pascere, & Pasci, & Pascuum.

Ouid. 15. Meta. *Sunt viridi prato cornua litora, quorum*
Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis
Quas neque cornigeræ morsu læsêre iuuencæ
Nec placidæ carpsistis oues, hirtæque capellæ,
Iuuencus. *Circa sollicitæ pecorum custodia noctis*
Pastores tenuit vigiles per pascua lata.
Virg. 2. Geor. *Pascentem niueos herboso flumine cygnos*
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt,
Ibid. *Et quantum longos carpent armenta diebus.*
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbram
Virg. 3. Geor. *Sufficiunt, septemq; satis, & pabula melli.*
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum
Ibid. *Flumina, muscus vbi, & viridissima gramine ripa,*
Ibid. *— armentaq; pasces Sole recens orto.*
Ibid. *Cætera pascuntur virides armenta per herbas.*
Atque ideo tauros procul atque in sola relegant
Ibid. *Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata.*
Ibid. *Pascitur in magna sylua formosa iuuenca*
Ibid. *— stabulis edico in mollibus herbam*
Carpere oues.
— iubeo frondentia capris
Ibid. *Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes.*
Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi,
Ibid. *Horrentesq; rubos, & amantes ardua dumos.*
— victumq; feres & virgea lætus
Ibid. *Pabula nec tota claudes fœnilia bruma*
Ibid. *In saltus vtrumque gregem atque in pascua mittes,*
Ibid. *Pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis Hospitiis.*
— aut summas carpentem ignauius herbas.
Virg. 4. Geor. *Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ.*
— pascuntur, & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamque, crocumq; rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.

Qui

Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi. Ibid.
— priusquam Vir. 1. Æne.
Pabula gustassent Troiæ Xantumque bibissent.
— & longum per valles pascitur agmen. Ibid.
— coluber mala gramina pastus. Virg.2. Æne.
Quattuor hic primùm omen, equos in gramine vidi Vir.3. Æne.
Tondentes campum latè candore niuali,
Et modo quà graciles gramen carpsêre capellæ, Ouid.1. Met.
Frondibus arboreis, & amara pascitur herba, Ibid.
Ereptamque patri diuersa in pascua natam Abstrahit. Ibid.
Hac agit, vt pastor, per deuia rura capellas. Ibid.
— neque enim pecori fœcundior vllo Ibid.
Herba loco est, aptamque vides pastoribus vmbram.
— cui pinguia Cea Vir. 1. Georg.
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Ibid.
— meas errare boues. Vir.Eclog.
— & ipse capellas Ibid.
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco,
Pascite, vt ante, boues pueri submittite tauros.
Limosoque palus obducat pascua iunco: Ibid.
Non insueta graues tentabunt pabula fœtus. Ibid.
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ: Ibid.
Non ego vos posthac, viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam, non, me pascente, capellæ
Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.
Mille meæ siculis errant, in montibus agnæ.
— pascentes seruabit Tityrus hœdos. Vir.Eclog. 2.
Non vlli pastos illis egere diebus Vir.Eclo. 5.
Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neque amnem Ibid.
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam
— pastorem Tityri pingues Pascere oportet oues, Vir.Eclo.9.
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. Vir.Eclo.10.
Æthiopum versemus oues. Ibid.
— nec pinguia gallicis Crescunt vellera pascuis. Ho.3.ca.o.1.
— lætis capreæ pascuis Intentæ Ho.4.ca.o.4.
— passimque soluti Per campos pascuntur equi. Virg.6. Æne.
— tauroque hac victor agebat.
Ingentem, vallemque boues, amnemq; tenebant. Virg.8. Æne.
Nullus arbustum caper in virenti Margine carpit. Auctor.
— & religatos rite videbat Carpere gramen equos Vir.9.Æne.
— & quisquis montibus illis Ouid.6 Met.

Lanigeroſque greges, armentaq; bucera pauit.
Tib. lib. 2. *Pauit, & Admeti tauros formoſus Apollo.*
Ibid. *Ipſe deus ſolitus ſtabulis expellere vaccas,*
Et potum paſtas ducere fluminibus.
Ibid. *Et multo innumeram iugere paſcat ouem.*
Ibid. *Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccæ.*
Tib. lib. 3. —*niueas pauiſſe iuuencas*
Tib. lib. 4. *Nec quadrupes denſas depaſcitur aſpera ſyluas,*
Ibid. —*præbent nec pabula terræ.*
Ibid. *Cuique pecus denſo paſcebant agmine colles,*
Oui. 1. de art. *Seruauit pecudes vallibus Aſcra tuis.*
Oui. 2. de art. —*vaccas pauiſſe per æſtus.*
Quid. 2. de re. *Aſpice tondentes fertile gramen oues:*
Ecce petunt rupes, præruptaque ſaxa capellæ,
Vt referant hœdis vbera plena ſuis
Aul ſa. Epi. 2. *Cum paſtos agerem te comitante greges.*
Luc. 4. Pharſ. —*non pabula tellus*
Paſcendis ſubmittit equis.
Luc. 7. Phar. —*gregibus dumeta carerent,*
Nulluſque auderet pecori permittere paſtor
Vellera ſurgentem de noſtris oſſibus herbam.
Oui. 2. Met. —*montano gramine paſci Armentum regale vides.*
Luc. lib. 2. *Nam ſapè in colli tondentes pabula læta*
Lanigeræ reptant pecudes: quò quamq; vocantes
Inuitant herbæ gemmantes rore recenti,
Ibid. *Et ſatiati agni ludunt, blandeq; coruſcant.*
Oui. 4. Met. *Mille greges illi, totidem q; armenta per herbas Errabant.*
Iuue. Sat. 11. *Hœdulus & toto grege mollior, inſcius herbæ.*
Virgas humilis mordere ſalicti,
Sil. It. lib. 7. *Paſtor & errantes dumoſa per auia tauros*
Argutæ reuocans ad roſcida paſcua canna.
Se. in Hec fur. —*aperit q; domos*
Paſtor, gelida cana pruina
Grege dimiſſo pabula carpit,
Ludit pratolibet aperto
Nondum rupta fronde iuuencus,
Vacuæ reparant vbera matres,
Errat curſu leuis incerto
Molli petulans hœdus in herbæ
Ibid. *Paſtor Pheræos Delius pauit greges.*
Sen. in Hipp. —*quæ comitatæ*
Gregibus parcis nocturna petunt Pabula feræ,
Ibid. *Theſſali Phœbus pecoris magiſter*

Egit

Egit armentum positoq; plectro
Impari tauros calamo vocauit.
Ipse ego pendenteis (liceat modo) rupe capellas. Oui.1 de Pon. Eleg.9.
Ipse velim baculo pascere nixus oueis.
Ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,
Ducam ruricolas sub iuga panda boueis, Man.libr.4.
Et totis armenta, sequi pascentia campis.
Propulit è stabulis ad pabula lata capellas Vir.in Cul.
Pastor, & excelsi montis iuga summa petiuit
Lurida qua patulos velabant gramina colles.
Iam syluis, dumisq; vagæ, ia.n vallibus abdunt
Corpora: iamq; omni celeres è parte vagantes
Scrupea deserta perrepunt ad caua rupis.
Tondentur tenero viridantia gramina morsu:
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis:
Densaq; virgultis auidè labrusca petuntur
Nec suspensa rupit carpente cacumina morsu
Vel Salicis lentæ, vel quæ noua nascitur alnus.
Hæc teneras fruticum sentes rimatur, at illa
Imminet in riui præstantis imaginis vndam.

Pastor.

— veluti stabuli custos in montibus olim. Virg.4.Geor.
— non incola montis, Ouid. 1.Met.
Non ego sum pastor, non hic armenta, gregesque
Horridus obseruo.
— aptamq; vides pastoribus vmbram. Ibid.
— Pan curat oues, ouiumq; magistros. Vir.Eclo.2.
— pecorisque magistro Vir.Eclog.3.
Formosi pecoris custos: Aut custos gregis. Vir.Eclo. 5.
Dicant in tenero gramine pinguium Ho.4.c.o.12.
Custodes ouium carmina fistula.
Indensæ gremio frondis ouantibus Auctor.
Custodes ouium ludite fistulis. Duxque gregis. Oui.5. Met.
— armenta q; pastor agebas. Oui.epist. 5.
— varias dux gregis inter oues. Tib.lib.1.
Pastor in æquali modulatur arundine carmen. Oui.1.de rem.
Nec desunt comites sedula turba canes
Cum pastor agerem te comitante greges. Aul.fab.Epi.3.
— iam pastor & armentarius omnis, Luc.lib.6.
Illud erat tempus, quo te pastoria pellis Oui.2. Meta.
Texit, onusque fuit baculus syluestris olivæ,
Alterius, dispar è septem fistula cannis
Diuitis hic saltus, herbosaq; pascua Nelei. Ibid.

Nobi-

Nobiliumq; greges custos seruabat equarum
Sil Ita.lib.2. *Pastorumq; cohors stabulique, gregisque magister.*
Oui.3. Fast. *In stabulis habitasse, & oueis pauisse nocebat,*
Iugeraq; inculti pauca tenere soli
Oui.4. Trist. *Fessus vt incubuit baculo, saxoq; resedit*
Eleg.1. *Pastor, arundineo carmine mulcet oueis.*

Pater.

Vir.1. Ænei. —*accitu cari genitoris,*
Virg 2. Æne. —*parentem liquerit.*
Vir.3. Æne. —*Heu genitorem omnis curæ, casusq; leuamen*
Amitto Anchisen, hic me pater optime fessum Deseris,
Oui.1. Met. —*genitor carissime.*
Mart.lib.8. —*genitor, parensque Ianus.*
Virg.7. Æne. —*isque parentem*
Te Saturne refert, tu sanguinis vltimus auctor.
Oui. 6. Met. —*mihi Tantalus auctor.*
Catullus. —*cum tuo parente.*
Oui.2. Met. *Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus.*
Ouid.4. Met. —*generis mihi Iuppiter auctor.*

Patere, *vide* APERIRE.

Pati, & Patientia.

—*& qua sibi quisque timebat*
Virg.2. Æne. *Vnius in miseri exitium conuersa tulêre.*
Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus.
Ibid. *Et quo quemque modo fugiatque feratque laborem*
Virg.3. Æne. —*immania monstra Perferimus.*
Ibid. —*nec talia passus Vlysses.*
Ibid. —*dolorem Et perferre soror potero,*
Virg.4. Æne. *Audax omnia perpeti.*
Ho. 1. ca.o.3. —*peioraq; passi Mecum saepè viri.*
Ibid. o. 7. *Durum, sed leuius fit patientia*
Ibid.o.24. *Quidquid corrigere est nefas,*
Ho. 2 ca.o.2. *Æquam memento rebus in arduis Seruare mentem.*
Ibid. o. 10. *Rebus angustis animosus atque Fortis appare.*
Luc.lib.4. —*fortissimus ille est,*
Qui promptus metuenda pati.
Luc.lib.9. —*gaudet patientia duris.*
Virg 8. Æne. —*patiar quemuis durare laborem.*
Vir.9. Æne. —*ventos perpessus, & imbres.*
Fortiter ediscam tristia posse pati.
Tib.lib.1. —*sit diues iure, furorem*
Qui maris, & tristes ferre potest pluuias.
Oui.2.de rem. *Posse pati facile est, tibi ni patientia desit,*

Passu-

Passurus terra tot mala, totq; mari, Aul.fab.Ep.1.
— patientia cunctos Hos superat casus. Sil.Ita.lib.6.
— quod fuit durum pati, Meminisse dulce est. Se.in He.fur.
Quò plura possis, plura patienter feras. Se.in Troia.
— durum Patientia corpus Clau 1.in lau.
Instruit, vt nulli cupiat cessisse labori. Stili.
Dum potuit solita gemitum virtute repressit. Oui.9.Met.
Victa malis postquam est patientia reppulit aras,
Impleuit q; suis nemorosam vocibus Oeten.

Patria.

Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis. Vir.12.Æne.
Antiquasque domos Vir.3.Æne.
Hæ nobis propriæ sedes. Ibid.
Et patrio insontes Harpyas pellere regno. Ibid.
— patria incensa. Virg.4.Æne.
Hic amor, hæc patria est. Vir. Eclo. 1.
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus. Ibid.
— patrios longo post tempore fines. Oui.7. Met.
Et natale solum. Catullus.
Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix. Idem.
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero. Idem.
— patrijs abductam perfide ab oris. Tib.lib. 1.
— patrios celebrare penates, Prop. lib. 2.
Et ferre ad patrios præmia dira lareis. Oui.1. de rem.
— à laribus patrijs exire pigebit, Ibid.
— lar patrius. Luc.2.Pharſ.
— quod si pro legibus arma
Ferre iuuat patrios, libertatemq; tueri. Sen.in Ag.
Tandem reuertor sospes ad patrios lareis, Oui.1. Fast.
Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor, Oui.3. Trist.
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet Eleg. 3.
Vel saltem patria contumularer humo. Oui 1.de Pon.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Eleg.4.
Ducit, & immemoreis non sinit esse sui. Ouid.7.Met.
— tactusque loci natalis amore. Clau. de bel-
Desertosque lareis, & pignora læta reuisunt, lo Geti.
Miratur sua quemq; domus Stat. 2. Theb.
Et patrijs spondet reduces inducere regnis. Auctor.
Vtreo campos subiens Mosella Fonte nataleis. Oui. 1. Met.
Pisa mihi patria est & ab Elide ducimus ortus, Ibid.
— patria est clara, mihi dixit, Athenæ.

Paucus, *vide* PARVM & PARVVS.

Pauper,

Pauper, & Paupertas.

Virg.1.Georg. —& duris vrgens in rebus egestas.
Ho.3.ca.o.2. — angustam pauperiem pati
Ibid.o.16. Importuna tamen pauperies, abest.
Ibid.o.19. Mundæq; paruo sub lare pauperum
Cœnæ sine aulæis, & ostro,
Ho,1.ca.o.3. —tarda necessitas.
Ho.2.c.o.16. Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.
Nec leues somnos timor, aut Cupido Sordibus aufert.
Ibid. —mihi parua rura.
Ibid.od.18. Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar,
Non trabes hymetiæ
Premunt columnas vltimæ recisas,
Aphrica, neque Attali
Ignotus hæres regiam occupaui,
Nec Laconias mihi
Trahunt honestæ purpuras clientes
At fides, & ingenij
Benigna vena est, pauperemque dines Me petit.
Tib.lib.3. —liceat mihi paupere cultu
Securo cara coniuge posse frui.
Pers.Sat.3. —rure paterno
Est tibi far modicum, purum, & sine labe salinum.
Iuue.Sat.4. Tecum habita, & noris quàm sit sibi curta suppellex
Iuue.Sat. 3. Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quod ridiculos homines facit.
Ibid. —quorum virtutibus obstat Res angusta domi.
Ouid.6. Met. Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis.
Ibid. Perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam
Ho.4.ca.o.9. Duramque callet pauperiem pati.
Vir.6. Æne. —& turpis egestas,
Ibid. Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
Ibid. Curibus paruis, & paupere tecto.
Auctor. Arca flauentes mea non aceruos
Obserat, puro manus haud renidet
Cincta Beryllo, vetat integrare Fragmen egestas,
Oui.3.Met. —humili de plebe parentes.
Ibid. Pauper, & ipse fuit, linoque solebat & hamis
Decipere, & calamo salientes ducere pisces.
Ars illi sua census erat.
Tib.lib.1. Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

—possum contentus viuere paruo. Ibid.
—nec vos è paupere mensa, Ibid.
Dona, nec è puris spernite fictilibus,
Fictilia, antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili compositque luto:
Non ego diuitias patrum fructusque requiro
Quos tulit antiquo condita messis auo
Parua seges satis est, satis est requiescere lecto,
Scilicet, & solito membra leuare toro. Prop. lib. 2.
Atque vtinam Romæ nemo esset diues, & ipse
Straminea posset dux habitare casa. Ibid.
—cui parua domi fortuna relicta est. Auson.
—ab exili progrediere loco: Statius.
Nos parua tellus, peruigil, & focus,
Culmenque multo lumine sordidum Solantur. Oui. 2. de rem.
Hic male dotata pauper cum coniuge vixit. Ibid.
Cur nemo est Helacen, nulla est quæ ceperit Irum,
Nempe quod alter egens, altera pauper erat. Oui. epist. 11.
Factus inops. Lu. ad Cal. Pi.
—nos humilis domus, & sincera parentum,
Sed tenuis fortuna sua caligine celat. Luca. 5. Phar.
—pradam ciuilibus armis
Scit non esse casas: ô vitæ tuta facultas
Pauperis, angustique lares. Ibid.
Angustos opibus subitis implere Penates,
—quamquam plebeio tectus amictu. Iuue. Sat 3.
—si fœda, & scissa lacerna,
Si toga sordidula est, & rupta calceus alter
Pelle pater, vel si consuto vulnere crassum,
Atque recens linum ostendit non vna cicatrix,
Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit. Ibid.
—quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Iuue. Sat. 7.
Paupertas, atque æris inops, quo nocte, dieque Corpus eget, Ibid.
—rara in tenui facundia panno. Sil. Ita. lib. 14.
Nudus opum. Marti. lib. 5.
Iro pauperior forem. Mart. lib. 6.
Cum sis tam pauper, quam vel miserabilis Irus,
Tam iuuenis quam nec Parthenopæus erat,
—& læta suo, Paruoque domus. Se. in He. fur.
Humilique loco, sed certa sedet Ibid.
Sordida paruæ fortuna domus.
Nullus inops adeo, nullum sic vrget egestas, Clau. 1. Eutr.

Vt velit Eutropij fortunam, & membra paciſci.

Cla. de Pau. *Paupertas me ſæua domat: Eſuriens pauper.*

Hor. 1. Epiſt. *Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.*

Ho. 1. ſe. Sa. 1. *Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.*

Ibid. ſat. 6. *— qui macro pauper agello.*

Manil. lib. 4. *Pauperiorque bonis quiſque eſt quo plura requirit.*

Hor. 2. Epiſt. *Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit.*

Vide CONTENTVS & IGNOBILIS.

Pax, Pacificare, & ri.

Vir. 1. Æne. *Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis*
Cana fides, & veſta Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt, diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ.

Luc. lib. 2. *Quæ placidam ducunt auram, vitamq; ſerenam.*

Vir. 4. Æne. *— pacem æternam, pactoſque hymenæos Exercemus.*

Ibid. *Miſcerine probet populos, aut fœdera iungi.*

Oui. 1. Met. *Hanc Deus, & melior litem natura diremit*
Diſſociata locis concordi pace ligauit.

Ibid. *Non galeæ, non enſis erat ſine militis vſu,*
Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.

Virg. 7. Æne. *— rex arua Latinus, & vrbes*
Iam ſenior, longa placidas in pace regebat.

Vir. 10. Æne. *— & placidum lati componite fœdus.*

Virg. 11. Æne. *— pacem hanc æterno fœdere iungas.*

Ibid. *Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes*
Turne, ſimul pacis ſolum inuiolabile pignus.

Ho. 1. ſer. ſa. 5. *— auerſos ſoliti componere amicos.*

Vir. 7. Æne. *Dic in amicitiam coeant, & fœdera iungant.*

Vir. 8. Æne. *Ergo & quam petitis, iuncta eſt mihi fœdere dextra.*

Ibid. *— ſic placida populos in pace regebat.*

Ibid. *Poſt ijdem inter ſe poſito certamine reges*
— iungebant fœdera.

Auctor. *Iamque pacato rediuiua Cœlo*
Terra coniungi, ſuperæq; ſanctum
Velle cum nobis animæ videntur Fœdus inire.

Se. in He. fur. *— alta pax genteis alat, Enſeſque lateant.*

Virg. 9. Æne. *— nec placida contenta quiete eſt,*

Vir. 11. Æne. *Oblato gaudens componi fœdere bellum.*

Ibid. *Cùm iam connubiis pacem felicibus (eſto)*
Component, cùm iam leges, & fœdera iungent.

Boet. lib. 2. *Hinc ſancto populos quoque Iunctos fœdere continet.*

Boet. lib. 4. *Illic iuſto fœdere rerum Veterem ſeruant ſidera pacem.*

Statius. *Et pacem propria domo reponit.*

Hinc

Tunc genus humanum positis sibi consulat armis, Luc.1. Phar.
Inq; vicem gens omnis amet, pax missa per orbem
Ferrea belligeri compescat limina Iani.
Non erat is populus, quem pax tranquilla iuuaret. Ibid.
Quem sua libertas immotis pascoret armis.
— cum pace serena Lu. ad Cal. Pi.
Publica securis insultent otia terris. Luc.4. Pharf.
Nunc ades, æterno complectens omnia nexu,
O rerum, mistiq; salus concordia mundi,
Et sacer orbis amor.
Otia des fessis, vitam patiaris inermes Degere. Ibid.
— ô quantum donata pace potitos Ibid.
Excussis nunquam ferrum vibrasse lacertis Pœnituit?
Effice, vt interea fera munera militiai Luc.lib. 1.
Per maria, ac terras omnes sopita quiescant:
Nam tu sola potes tranquilla pace iuuare Mortales.

Peccare, Peccatum.

— errorem q; illum. Virg.3. Geor.
Magna lues commissa. Virg.4. Geor.
Cum subita incautum dementia cœpit amantem. Ibid.
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei. Vir.1. Æneï.
Post mihi non simili pœna commissa luetis. Ibid.
Quid meus Æneas in te committere tantum Ibid.
Quid Troes potuêre?
— cæcum q; domus scelus omne retexit. Ibid.
— prima mali labes. Virg.2. Æne.
— & culpam hanc miserorum morte piabunt. Ibid.
At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis. Ibid.
Nec se vlli poterunt posthac submittere culpæ.
— tantum q; nefas patrio excidit ore. Ibid.
Fas omne abrumpit. Virg.3. Æne.
Huic vni forsan potui succumbere culpæ. Virg.4. Æne.
Dissimulare etiam sperasti perfide tandem, Posse nefas: Ibid.
— sine crimine. Ibid.
— quantum nox & sit vbique repertum, Oui.1. Met.
— quà terra patet fera regnat Erynnis. Ibid.
Tam multæ scelerum facies. Vir.1. Georg.
Heu cadit in quenquam tantum scelus? Vir. Eclo.9.
Gens humana ruit per vetitum nefas. Ho.3.ca.o.3.
Neque per nostrum patimur scelus Ibid.
Iracunda Iouem ponere fulmina.
Delicta maiorum immeritus lues. Ho.3.ca.o.6.
Protinus irrupit vena peioris in æuum Oui.1.Met.

Omne nefas fugere pudor verumque fidesque,
In quorum subiere locum fraudes dq; dolique,
Insidiæq;, & vis, & amor sceleratus habendi,
Mart.libr.2. *Martia non vidit maius arena nefas.*
Iuue.Sat.2. *— dedit hanc contagio labem,*
Et dabit in plures sicut grex totus in agris
Iuue.sat.8. *Vnius scabie cadit, & porrigine porci.*
Summum crede nefas
Iuue.sat.13. *Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,*
Oui.5.Meta. *Facti crimen habet*
Virg.8.Æne. *— quæ te germane furentem*
Mens agit in facinus?
At furiis Caci mens effera, nequid inausum,
Hor.4.c.6.6. *Aut intentatum scelerisue, dolisue fuisset.*
Vir.6.Æne. *Peiusque letho flagitium timet.*
Virg.7.Æne. *Ausi omnes immane nefas.*
Auctor. *Maius adorsa nefas, maioremque orsa furorem.*
Portenta quis prudentiori.
Oui.epist.12. *Te scelerum fera mente frangit.*
Catullus. *— Laudarer, si scelus ausa forem.*
Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando.
Idem. *Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt.*
Impia non verita est diuos scelerare penates,
Omnia fanda nefanda malo permista furore,
Idem. *Iustificam nobis mentem auertere deorum.*
Si mea nec turpi mens est obnoxia facto,
Ibid. *Nec læsit magnos impia lingua deos.*
Pro.lib 1. *Ne cor sollicitant facta nefanda meum.*
Prop. lib.2. *Nec tremit admissa conscia nequitia,*
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Prop.lib.3. *Nequitiaque sua noluit esse rudes.*
Statius. *Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes.*
Idem. *O dirum scelus, ô scelus tacebis.*
Conatus scelerum, ai dq; animos infanda parantes.
Idem. *— quæ culpa, quis error?*
Sen. in Hipp. *Tum scelera dempto fine per cunctas domos*
Iere, nullum exemplo nefas,
Luc. 1. Pharſ. *Iusque datum sceleri.*
Luc.3.Phar. *Nec sic horret iners scelerum contagia mundus.*
Luc.5. Pharſ. *— facinus quos inquinat,*
Ibid. *— ipse per omne Fasdq; nefasq; rues?*
Iuue.sat.8. *Omne animi vitium tanto conspectius in se.*
Iuue.Sat.13. *Crimen habet quanto maior, qui peccat, habetur.*
Se.in Thyeſ. *— recenti de scelere, & fidei violatæ crimine.*

— aliquod

— aliquod audendum est nefas Atrox, cruentum. Ibid.
Quid enim reliquit crimine intactum, aut vbi
Sceleri pepercit? coniugem stupro abstulit,
Regnumq; furto specimen antiquum imperi
Fraude est adeptus, fraude turbauit domum. Ibid.
— facinus ingens ausus. Sc. in Theb.
— facinus ignotum, efferum,
Inusitatum fare, quod populi horreant,
Quod esse factum nulla non ætas neget,
Quod patricidam pudeat.
— nullum crimen hoc maius poteris Natura ferre. Ibid.
Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat Oui. 2. Trist
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit,
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, & ira Hor. 1. Epi 4.
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Cùm datur iniusto peccandi optata potestas, Prosp. A
Vt mala mens, prauè quod cupit, efficiat.
Denique committunt homines mala crimina semper.
peccasse fatebor,
Et potuisse datis simili succumbere culpæ
Me quoque muneribus

Vide INIQVVS.

Pecten, Pectinare. Ho. 2. ca. o. 10.

— vt sit coma pectine leuis.
Sæpè cythoriaco deducit pectine crines,
— & colla comantia pectunt.
Nec mihi pectendos cura est præbere capillos.
Ipsa comas pectam.
— quisquis colit arte capillos. Ibid. o. 16.
— longas nunc bene pecte comas.
Crinem comite. Nec compone comam.
Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Impexis onerata comis. Ho. 1. ca. o. 22.
Non mihi detonso crineis de pectore buxo.
Theplico roseos nectebat pectine crineis.
— crinem Comere. spes,

Pellis. Hor. Epo. 1.

Cùm positis nouus exuuiis.
— vdisque aries in gurgite villis.
— aret Pellis, & ad tactum tractanti dura r Virg. 6. Æne.
— per integram soluuntur viscera pellem, Auctor.
— fuluiq; insternor pelle leonis.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus.

Virg. Eclo. 2. —sparsis nunc pellibus albo.
Mart. lib. 2. Coccina non læsum cingit aluta pedem.
Ibid. —sit sordida nolo cutis.
Vir. 7. Æne. —tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta, cum dentibus albis.
Virg. 8. Æne. —quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.
Virg 9. Æne. —pellem, horrentisq; leonis Exuuias.
uue. Sat. 10. —deformem pro cute pellem
il. Ita. lib. 3. —velamina capri setigeri.

Pendere.

r. 4. Georg. Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent.
r. 3. Æne. Solamenq; mali de collo fistula pendet.
o. 3. c. o. 27. Quid mori cessas? potes hac ab orno
V Pendulum zona bene te secuta Ladere collum.
Aut bin. Morte vel intereas capti suspensus Achai,
Qui miser aurifera teste pependit aqua.
Oui. epi. Non pyra quæ lenta pendent religata genesta,
Catullus. —& volucrem traiecto in fune columbam,
uo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Idem. —nodos, & vincula linea rupit.
Innexa pedem malo pendebat ab alto.
Ororibusq; affixa superbis
Idem. Iustinum tristi pendebat pallida tabo.
Si me ona Spicea quæ templi pendeat ante fores.
Ibid. Nec la suas laqueo sibi sumere pœnas,
Pro. lib 1. Ne cor rapuit ficus de vertice mortem.
Prop. lib. 2. Nec tre lana garrulæ parte lyra.
Illa pue Lalage, tortis suspensa capillis,
Prop. lib. 3. Nequit. e pependit Abscissa fixus torrens.
Statius. Tu vit um robore pendens
Idem. O diru ruce sublimis spectaret ab alta.
Conat um, atque altè manante cruore
Idem. — enderunt curuato exanguia ramo.
Sen. in Hipp. Tum us laquei religaret vincula summis,
Iere, n caput, sed tum quoque versus ad illam est,
Luc. 1. Pharſ. Iusque infelix elisa fauce pependit:
Luc. 3. Phar. Nec sic motu, trepidantem, & multa gementem
Luc. 5. Pharſ. —sensum est, adapertaq; ianua factum
Ibid. —exclamant famuli frustraq; leuatum
Iuue. sat. 8. Omn er occiderat) referunt ad limina matris.
Iuue. Sat. 13. Crim liberato penderet pondere tellus.
Se. in Thyeſ. —ici Natura admiranda videri

Penden-

Pendentis terræ debet, cum pendeat ipse
Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo.
Terra quoque aërias leges imitata pependit. Ibid.

Vide STRANGVLARE.

Peregrinari.

Heu quid agam? externas trans pontum quærere terras Vida.
Iam pridem est animus: quo nunquam nauita, nunquam
Piscator veniat: fors illic nostra licebit
Fata queri, Boreæ extremo damnata sub axe
Stagna petam, & rigidis nunquam non cana pruinis?
An Lybiæ rapidas, Austriq; tepentis arenas
Et videam nigros populos, solemq; propinquum?
Nondum cæsa suis, peregrinum vt viseret orbem. Ouid. 1. Met.
Montibus in liquidas pinus descenderat vndas,
Nullaq; mortales præter sua littora norant. Ho. 3. ca. o 4.
Vt cunq; mecum vos eritis, libens
Insanientem nauita Bosphorum
Tentabo, & arentes arenas Litoris Assyrij viator:
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum:
Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus vmnem.
Iam Dædaleo ocyor Icaro Ho. 2. ca. o. 10.
Visam gementis littora Bosphori,
Syrtesq; Getulas canorus
Ales, Hyperboricosq; campos:
Me Colchus & qui dissimulat metum
Martia cohortis Dacus, & vltimi
Noscent Geloni, me petitus
Discet Hyber, Rhodaniq; pōtor, Ibid. o. 16.
Septimi Gades aditure mecum.
Contabrum indoctum iuga ferre nostra, &
Barbaras Syrtes, vbi Maura semper Æstuat vnda.
Siue per Syrtes iter æstuosas, Ho. 1. ca. o. 22.
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes,
— & te vel per Alpium iuga,
Inhospitalem, & Caucasum, Hor. Epo. 1.
Vel Occidentis vsque ad vltimum sinum
Forti sequemur pectore.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit, Virg. 6. Æne.
Sume tunc Syrtes iter ad remotas, Auctor.
Ne sit insanos penetrare terror

Catullus. *Bosphori fluctus tumidiue septem Ostia Nili.*
Puri, & Aureli comites Catulli,
Siue in extremos penetrauit Indos,
Litus vt longè resonante Eoa Tunditur vnda:
Siue in Hircanos, Arabasq; molles,
Seu Sacas, sagittiferosq; Parthos,
Siue quà septem geminus colorat Æquora Nilus:
Siue trans altas gradietur Alpes,
Cæsaris visens monimenta magni,
Idem. *Gallicum Rhenum, horribilesque vltimos Britannos,*
Ad claras Asiæ volemus vrbes.
Iam mens prætrepidans auet vagari,
Tib. lib. 4. *Iam læti studio pedes vigescunt*
Ille per ignotas audax errauerit vrbes,
Quà maris extremis Tellus includitur vndis,
Nam Cyconusq; manus aduersis reppulit armis,
Non valuit Cyclops cœptos auertere cursus:
Cessit & Ætheæ Neptunius incola rupis
Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho
Vexit & AEolos placidum per Nereа ventos,
Incultos adijt Lestrygonas, Antiphatenq;,
Nobilis Arsaciæ gelidos quos irrigat vnda.
Solum nec dicta verterunt pocula Circes:
Quamuis illa foret solis genus, apta vel herbis,
Aptaq; vel cantu veteres mutare figuras:
Cimerion etiam obscuras accessit ad oras,
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Siue super terras Phœbus, seu curreret infra.
Vidit vt inferno Plutoni subdita regna
Magna Deûm proles leuibus discurreret vmbris,
Prætereatq; cita Syrenum littora puppi.
Illam tergemina nantem confinia mortis
Nec Scylla sæuo conterruit impetus orbe,
Cum canibus rapidas inter freta serperet vndas,
Nec violenta suo consumpsit more Charybdis.
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
Vel si interrupto remearet gurgite pontum.
Non violenta vagi sileantur pascua solis,
Non amor, & fœcunda Athlantides arua Calypsus.
Finis & errorum miseri Phæacia tellus.
Claud. *Nec bibit ignotas nobilis hospes aquas.*
Idem. *Erret, & extremos alter scrutetur Iberos.*
Ouid. 4. Met. *—longusq; erroribus actus*

Conti-

Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines. Clau in Fratres.
Si tu Roma velis pro te quascunque per oras
Ibimus, & nulla sub tempestate timentes,
Solstitio Meroem, bruma tentabimus Istrum.

Vide AMBVLARE.

Perficere, *vide* FINIRE.

Perforare, *vide* CAVARE, & INFIGERE.

Pergere in scriptis.

Quid maiora sequar? Vir. 2. Georg.
— quid vltra Prouehor Vir. 3 Æne.
Perge sequar. Virg. 4. Æne.
— quid pascua versu Prosequar? Virg. 3. Æne.
— si prima repetens ab origine pergam. Vir. 2. Æne.
Quo magis incœptum pergam pertexere dictis. Luc lib. 6.

Periculum, & Subire.

Oblitusue sui est Itachus discrimine tanto. Virg. 3. Æne.
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis, Vir. 4. Æne.
— & rursus caput obiectare periclis. Vir. 2. Æne.
Paratus omne Cæsaris periculum subire Hor. Epo. 1.
— ah miser Quanta laboras in charybdi? Ho 1. c. o. 27.
Quæcunq; aquor habet, quæcunque pericula tellus. Oui. epist. 1.
Inq; vices adita atque exhausta pericula sæpe. Oui. 12. Met.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues, Proijcis? Vir. 11. Æne.
— quantum iactatum nate periclis. Vir. 6. Æne.
— animas q; in aperta pericula mittunt, Vir. 9 Æne.
Totq; maris, vastæque exhausta pericula terræ. Vir 10. Æne.
— nihil timentis, Catullus.
Non incendia, non graues ruinas,
Non facta impia, non dolos veneni,
Non casus alios periculorum.
Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas,
Aduersis hiberna licet tumeant freta ventis,
Pro te vel solus densis obsistere turmis,
Vel paruum Aethneæ corpus committere flammæ.
Aspice me quanto rapiat fortuna periclo. Prop. lib. 4.
Et maris, & cæca cæca pericla viæ. Prop. lib. 2.
— vexatæ per multa pericula vitæ. Ibid.
Fata sed in præceps solitus dimittere Cæsar, Luc. 5. Pharf.
Fortunamque suam per summa pericula gaudens Exercere.
— matura pericula surgunt Clau. in Ruff.
Vndique & impositi radiant ceruicibus ensis.

Vide ADVERSITATES.

Permittere,& permitti.

Vir. 1. Æne. *Si quà fata sinunt.*
Ibid. *—nec plura querentem Passa Venus.*
Ibid. *—cur dextra tungere dextram Non datur?*
Ibid. *—& coram data copia fandi.*
Ibid. *—quaue hunc tam barbara morem Permittit patria?*
Virg. 2. Æne. *—haud ille sinit.*
Vir. 3. Æne. *—vbi sistere detur. Portusque intrare licebit.*
Ibid. *Verùm vbi nulla datur dextram affectare potestas,*
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.
Vir. 4. Æne. *—tibi fas tentare.*
Ibid. *Me si fata meis paterentur ducere vitam*
Auspiciis.
Vir. 1. Georg. *Fas & iura sinunt.*
Statius. *Obscura patitur licere nocti.*
Mart. lib. 1. *Non cuicunque datum est habere nasum.*
Non cuicunque homini contingit adire Corinthum.
Ouid. 2. Met. *—quod illi fas tum contingere non est.*
Ibid. *—animas tibi reddere ademptas*
Fas erit: idque semel dijs indignantibus ausus,
Posse dare hoc iterum flamma prohiberis aiuta.

Perpetuo, *vide* ÆTERNVS.

Pestis, *vide* MORTALITAS.

Petere.

Vir. 1. Æne. *—Veniendi poscere causas.*
Ibid. *—coram quem quæritis adsum.*
Ibid. *—poposcit Impleuitque mero pateram.*
Ibid. *Multa super Priamo rogitans.*
Vir. 2. Æne. *—pœnas cum sanguine poscunt.*
Ibid. *Tum verò ardemus scitari, & quærere causas,*
Ibid. *—quæ sint ea numina Diuum Flagitat.*
Ibid. *—mihique hæc edissere vera roganti.*
Ibid. *—nec me quærentem vana moratur.*
Vir. 3. Æne. *—& causas penitus tentare latentes.*
—quæ sit sententia posco.
His vatem aggredior dictis.
Virg. 4. Æne. *—habes tota quod mente petisti,*
Ouid. 1. Met. *Talia quærentes.*
Ibid. *—& scitabere ab ipso.*
Mart. lib. 2. *Non dicam, licet vsque me rogetis Quis sit.*
Mart. lib. 4. *Nunquam diuitias Deos rogaui.*
Ho. 3. ca. 0. 30. *Quid dedicatum poscit Apollinem Vates, quid orat.*
Vir. 12. Æne. *—notumque efflagitat ensem.*

—nihil

—nihil supra Deos lacesso, nec potentem amicum Ho.2.ca.o.18.
Largiora flagito.
Et nihil arcano qui roget ore Deos. Mart.lib.1.
—pacemq́ exposcere Teucris. Virg.7.Æne.
Sæpè tibi studioso animo venante. Catullus.
Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Tib.lib.1.
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.
Vtq́ tuam supplex poscere cogar opem, Au.Sab.Ep.3.
—nomenq́ Dei scitarier ausa est. Oui.2.Meta.
Pande requirenti nomen. Oui.4.Meta.
— quoniam scitaris digna relatu. Idem.
Nec percunctteris. Oui.1.epist.
Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam. Ibid.
— & percunctabere doctas. Ibid.

Philosophus.

—isq́ licet cœli regione remotus, Oui.15.Meta.
Mente Deos adijt, & quæ natura negabat,
Viribus humanis, oculis ea pectoris hausit.
Cumq́ animo, & vigili perspexerat omnia cura.
In medium discenda dabat, cœtusq́ silentum,
Dictaq́ mirantum, magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura docebat,
Quid Deus, vnde niues, quæ fulminis esset origo,
Iuppiter, an venti discussa nube tonarent,
Quid quateret terras, quà sidera lege mearent.
Et quodcunque latet.
—nec quicquam tibi prodest Ho.1.ca.o.28.
Aërias tentasse domos, animoq́ rotundum
Percurrisse polum morituro. Catullus.
Omnia qui magni despexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit, atque obitus:
Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur,
Vt cedant certis sydera temporibus,
Et Triuiam furtim sub Latmia saxa relegans Prop.lib.1.
Dulcis amor, gyro deuocet aërio. Ibid.
Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
Proderit, aut rerum dicere posse vias?
Harum nulla solet rationem quærere mundi,
Nec cur fraternis Luna laboret equis. Prop.lib.3.
Nec si post Stygias aliquid restauerit vndas,
Nec si consulto fulmina missa tonent.
Tum mihi naturæ libeat perdiscere mores,
Quis Deus hanc mundi temperet arte domum:

Quà veniet exoriens, quà deficit, vnde coactis
Cornibus in plenum menstruus redit Luna redit:
Vnde solo superant venti, quid flamine captet
Eurus, & in nubes vnda perennis aqua.
Sic ventura dies, mundi quæ subruat arces,
Purpureus Pluuias cur bibat arcus aquas:
Aut cur Perrhabi tremuêre cacumina Pindi.
Solis & atratis luxerit orbis equis:
Cur seruus versare boues, & plaustra Bootes.
Pleiadum spisso cur coit igne chorus:
Curve suos fines altum non exeat æquor,
Ibid. *Plenus & in partes quatuor annus eat.*
Illic vel studijs animum emendare Platonis
Boet lib. 2. *Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis.*
Hic quondam cœlo liber aperto
Suetus in ætherios ire meatus,
Cernebat roseis lumina solis
Visebat gelidæ sidera lunæ,
Et quæcumque vagos stella recursus
Exercet, varios flexa per orbes
Compressam numeris victor habebat.
Quinetiam causas, vnde sonora
Flamina solicitant æquora ponti,
Quis voluat stabilem spiritus orbem,
Vel cur Hesperias sidus in vndas
Casurum, rutilo surgat ab ortu,
Quis veris placidas temperet horas.
Vt terras roseis floribus ornet,
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat vuis,
Rimari solitus, atque latentis
Naturæ varias reddere causas,
Sil. Ita. lib. 14. *Vir fuit Ismaicis decus immortale colonis.*
Ingenio facile Ante alios telluris alumnos.
Nudus opum, sed cui cœlum, terræq; paterent,
Ille nouus pluuias Titan vt proderet ortu.
Fuscatis tristis radijs ille hæreat, anno
Pendeat instabilis tellus cur fœdere certo
Hunc affusa globum Thetis circumliget vndis
Nouerat atque vna pelagi, lunæq; labores,
Ouid. 1. Fast. *Et pater Oceanus qua lege effunderet æstus*
Quis vetat & stellas, vt quæque oriturq; cadit q;
Dicere? promissi pars fuit illa mei.

Felices

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum,
Inq; domos superas scandere cura fuit.
Quicquid Socratico manauit ab ordine, quicquid
Docta Cleanthæa sonuerunt atria turbæ.
Inuentum quodcumque tuo Chrysippe recessu,
Quicquid Democritus risit, dixitq; tacendo.
Pythagoras, uno sepectore cuncta vetustas
Condidit, & maior collectis viribus exit.
Ornantur veteres & nobiliore magistro
In Latium spretis Academia migrat Athenis.
Vt tandem proprius discat, quo fine beatum
Dirigitur, qua norma boni, quis limes honesti,
Quænam membra sui virtus diuisa domandis
Obiectet vitiis, quæ pars iniusta recedat,
Quæ vincat ratione metus, quæ frenet amores.
Ah quoties elementa doces, semperq; fluentis
Materiæ causas, qua vix animauerit astra,
Implerit q; choros, quo viuat machina motu,
Sydera cur septem retro nitantur in ortus
Obluctata polo, varijsq; meatibus idem
Arbiter, an gemina conuertant æthera mentes,
Sitne color proprius rerum, lucisq; repulsu
Eludant aciem: tumidos quæ Luna recursus
Nutriat Oceani, quo fracta tonitrua vento,
Quis trahat imbriferas nubeis, quo saxa crecntur
Grandinis, unde rigor niuibus, quæ flabra per auras
Excutiant rutilos tractus, aut fulmina velox
Torqueat, aut tristem figat crinita cometen.
Vranie redimita comas, quæ sæpè magistra
Manlius igniferos radio descripserat axeis.
Fallaceis vitreo stellas componere mundo.
Et vaga Saturni sydera sæpè queri,
Venturumq; Iouem paucis promittere nummis.
Cureti genitor nouerat Vranius.

Ibid.

Clau. in Cur.

Phœnix.

Vna est, quæ reparet, seq; ipsa reseminet ales:
Assyrij (phœnica vocant) nec fruge nec herbis,
Sed thuris lachrymis & succo viuit amomi.
Hæc ibi quinque suæ complenit secula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ.
Vnguibus & duro nidum sibi construit ore.
Quo simulac casias & nardi, & lenis aristas,
Quassaq; cum fuluo substrauit Cynnama myrrha,

Oui. 15. Met.

Se super

Se super imponit, finitq; in odoribus ævum,
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renasci.
Cùm dedit huic ætas vires, onerique ferendo est,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ,
Fertq; pius, cunasq; suos, patriumq; sepulcrum,
Perq; leues auras Hyperionis vrbe potitus
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Virg. — *Phœnix reparabilis ales.*

Piger, pigritia.

Virg. 4. Geor. — *horridus alter*
Virg. 1. Geor. *Desidia latam trahens inglorius ævum.*
Mart. lib. 3. *Ignauaq; fame, & contracto frigore pigra,*
Mart. lib. 1. *Nec torpere graui passus sua regna veterno.*
Ouid. 12. Met. — *veterno, resinaq; pigriores.*
— *desidiosus homo es.*
Cla. 2. in con. Hono. — *quæ te vecordia Theseus Erite pulsat? ait.*
— *non hibernacula segnes Eneruent torpore manus.*
Arator. *Quis te, Barbite, sæculis*
Culpandus manuum torpor inutilem
Tam felicibus occulit,
Ouid. 1. de re. *Inter scruta fides dissociantia?*
Luc. 3. Pharſ. — *desidiosus erat*
Stat. 2. Theb. *Implicitas magno Cæsar torpere cohortes Vt vidit*
Luc. 4. Pharſ. — *quæ tanta ignauia?*
— *tum frigidus artus*
Luc. 7. Pharſ. *Alligat, atque animum subducto robore torpor.*
Iuue. ſat. 4. — *tamen omnia torpor Pectora constrinxit.*
Se. 2. Thyeſ. *Desidia tardas*
Cla. 3. de rap. Pro. *Ignaue, iners, inneruis,*
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Clau. in Coſſ. Hono. Aug. *Otia & ignaui senium cognouimus æui.*
Mart. lib. 2. *Sopitosq; diu populos torpore paterno.*
Non tibi desidiæ molleis, nec marcida luxus
Otia, nec somnos genitor permisit inerteis.
Lectis vixtibi paginis duabus,
Spectas ἐχατονκωλιὸν seuere,
Et longas trahis oscitationes.
Nunquam deliciæ supiniores,
Lassus, tam citò deficis viator,
Et cum currere debeas Bouillas,
Interiungere quæris ad Camenas.
Idem lib. 9. *O tardus nimis & piger maritus.*

Vide Ocium & Somnvs.

Pilo-

Pilosus.

Nunc tibi crura pilis, & sunt tibi pectora setis Horrida. Mart.lib.2.
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus. Oui.1.de art.
Hispida membra quidem, & dura per brachia seta. Iuue.Sat.1.
In villas abeunt vestes. Oui.1.Meta.
— squalore huic hispida diro, Sil.Ita.lib.5
Et villosa feris horrebant pectora setis.
Quod tibi crura rigent setis, & pectora villis, Mart.lib.6.

Pingere.

Picta docet templis multa tabella tuis. Tib.lib.1.
Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas Prop.lib.2.
Et posuit casta turpia visa domo.
Non istis olim variabant tecta figuris, Statius.
Cùm paries nullo crimine pictus erat.
— varias vbi picta per artes Oui.3.de art.
Gaudet humus, superantq; nouis Asarota figuris. Ausonius.
Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles.
Fingere si nostram pictor meditaris alumnam,
Æmula Cecropias ars imitetur apes. Mart.lib.1.
Hanc ne lex rapiat suprema totam,
Pictam Publius exprimit tabella,
In qua tam similem videbis Issam:
Vt sit tam similis sibi, nec ipsa.
Issam denique pone cum tabella:
Aut vtranque putabis esse veram,
Aut vtranque putabis esse pictam.

Pinsere, pistor.

Liba sua properasse manu Tegæa sacerdos Ouid.6.Fast.
Traditur, & subitò cocta dedisse foco.
Hinc pistor fatuas facit placentas. Mart.lib.1.
Surgite iam vendit pueris ientacula pistor. Idem lib.14.
Fingebat tremula rustica liba manu. Ouid.3.Fast.
Postquam impleuit opus iustum versatile finem, Virg. in Moret.
Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
Et quatit: ac remanent summo purgamina dorso:
Subsidit sincera, foraminibusq; liquatur
Emundata Ceres: leui tum protinus illam
Componit tabula, tepidas superingerit vndas.
Contrahit admistos tum fontes, atque farinas
Transuersat durata manu: liquidoq; coacto
Interdum grumos spargit sale, iamq; subactum
Format opus, palmisq; suum dilatat in orbem.
Et notat impressis aqua discrimine quadris

Inserit

Infert inde foco (Cybale mundauerat aptum
Ante locum) testisq; tegens superaggerat ignes.

Piscator, piscari, piscis, piscium genera.

Oui.13.Met. —*scilicet alni*
Deditus aquoribus tantum exercebar in illis,
Nam modo ducebam ducenti a retia pisces,
Ibid. *Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.*
Prudent. —*pisces Insuper exposui, quos aut in retia casus,*
Aut sua crudelitas in aduncos egerat hamos.
Ecce per aquora fructi uagos Texta greges sinuosa trahunt.
Piscis item sequitur calamum Raptus acumine vulnifico.
Vida. *Credula succius ora cibo.*
Idem. *Quiq; modò indociles vitam piscosa, secundum*
Sanaz. *Flumina venatu tenui sine more trahebant*
Quodq; leues hamos, nodosaq; retia tracto.
Idem. *Escas nam quærere tempus,*
Vir.3.Georg. *Et tibi nunc vacuæ fluitant sine pondere nassæ.*
Ibid. *Et genus æquoreum.*
Oui.1.Meta. *Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum.*
Virg.1.Geor. —*hic summa piscem deprendit in vlmo.*
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens, pelago quæ alius trahit humida lina.
Mart.lib.13. *Ne toga cordilis desit.*
Mart.lib.2. *Hamus & in nullum mittitur arte lupum.*
Mart.lib.3. *Teq; iuuant gerres, & pelle melandria cana,*
Mart.lib.4. *Murenaq; latus.*
Oui.8.Meta. —*tremulâ dum captat arundine pisces.*
Ho.1.ca.6.1. *Piscium & summa genus hæsit vlmo.*
Mart.lib.1. *Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ.*
Sic altidis fallax indulget piscibus hamus.
Virg.8.Æne. *Et circum argentò clari delphines in orbem*
Æquora verrebant caudis, æstumq; secabant.
Oui.15.Met. *Nec telate cibis vncos fallacibus hamos.*
Oui.3.Meta. —*limoq; fidebat, & hamis*
Decipere, & calamo salientes ducere pisces.
Oui.2.de Pō. *Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,*
Eleg.4. *Omnibus vnca cibis ara subesse putat.*
Tib.lib.2. —*hac captat arundine pisces,*
Cùm tenues hamos abdidit ante cibus
Oui.epist.18. —*nunc piscem duciris hamo.*
Mart.libr.5. *Tremulæve captum linea trahit piscem.*
Ouid.6.Fast. —*qui lina madenti ex ducunt,*
Prop.lib.2. *Quiq; regunt paruis ara recurua cibis.*

Aridus

Aridus & sicco gurgite piscis erit. Prop. lib. 4.
— hoc pisces calamo prædabor. Boet. lib. 2.
Non altis laqueos montibus abditis
Vt pisce ditetis dapes. Ibid.
Nec non quæ tenero pisce, vel asperis.
Præstent & hamis litora. Oui. 1. de art.
— qui sustinet hamos,
Nou t quæ multo pisce natentur aquæ. Ibid.
Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo. Ibid.
Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis
Hos caua contento retia fune trahunt: Oui. 1. de rem.
Vel quæ piscis edax auido malè deuoret ore,
Abdere supremis æra recurua cibis. Luc. lib. 1.
Squamigerum genus. Ibid.
Cædere squamigeris latices nitentibus aiunt. Luc. lib. 2.
— mutas squamigerum pecudes. Sil. Ita. lib. 5.
Haud secus, ac vitreas solers piscator ad vndas.
Ore leuem patulo texens de vimine nassam
Cautius interiora ligat, mediamq; per aluum
Sensim fastigans compressa cacumina nectit,
Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab æquore piscem. Sil. Ita. lib. 7.
Non aliter, quam qui sparsa per stagna profundi
Euocat è liquidis piscem penetralibus esca.
Cumq; leuem summa vidit iam nare sub vnda,
Ducit captiuum sinuato ad littora lino.
Imitantur hamos dona, namq; quis nescit
Auidum vorata decipiscarum muscas? Mart. lib. 5.
Hic exesis pendens scopulis, Se. in He. fur.
Raraq; per longos pendebant retia remos Sennaz.
Ante pedes, cistæq; leues, hamiq; iacebunt
Et calami, nassæque, est viminici Labyrinthi.
Aut deceptos instruit hamos,
Aut suspensus spectat pressa Præmia dextra. Sen. in Octa.
Sentit tremulum linea piscem.
— fluctibus tectos graueis Cla. 2. in Ruff
Extrahere pisces rate, vel calamo leui.
— sic attonitos ad litora pisces
Æquoreus populator agit, rarosq; plagarum Auso. in Mus.
Contrahit anfractus, & hianteis colligit oras.
Squamigeri gregis ede choros liquidoq; sub alueo Ibid.
Dissere cærulæo fluitanteis amne cateruas. Ibid.
Amnigenos inter pisceis.

Tu quo-

Ibid. *Tu quoque flumineas inter memorande cohortes Gobbio:*
Ibid. *Nunc pecus æquoreum celebrabere magne siluro.*
Ibid. *Amnicolam Delphina reor*
Tu loricato squamosus pectore.
Ibid. *Squameus herbosas capite inter lucet arenas.*
Ibid. *— cærula turba natantum,*
Ibid. *— & lubrica pisces Agmina.*
Iam verò accessus facilis quà ripa ministrat.
Scrutatur toto populatrix turba profundo:
Heu malè defensos penetrali flumine pisces;
Hic medio procul amne trahens humentia lina
Nodosis derepta plagis examina verrit:
Astì hic tranquillo quà labitur agmine flumen.
Ducit corticeis fluitantia retia signis:
Ille autem scopulis subiectas pronus in vndas
Inclinat lentæ conuexa cacumina virgæ,
Implicitos escis iaciens lethalibus hamos,
Quos ignara doli postquam vaga turba natantum
Rictibus inuasit, patulæq; per intima fauces
Sera occultati senserunt vulnera ferri,
Dum trepidant, subit indicium, crispoq; tremori
Vibrantis setæ nutans consentit arundo:
Nec mora, & excussam stridenti verbere prædam
Dextera in obliquum raptat, puer excipit ictum:
Dumq; alij notosq; sinus, piscosaq; circum
Sennaz. *Æquora collustrant flammis, aut linea longè*
Retia captiuosq; trahunt ad litora pisces
Spiritus vt fractis quondam per inane flagellis
Aura crepat, motoq; adsibilat aëre ventus,
Exultant vdæ super arida saxa rapinæ.
Luciferiq; pauent lethalia tela diei,
Cuique sub amne suo mansit viror aëre nostro
Segnis anhelatis vitam consumit in auris,
Iam piger inualidos vibratur corpore plausus,
Torpida supremos pátitur iam cauda tremores;
Nec coëunt rictus, haustas sed hiatibus auras
Manil. lib. 4. *Reddit, mortiferos expirans brancia flatus.*
Et placidum ductis euertere retibus æquor,
Manil. lib. 5. *Littoribusq; suis populos exponere captos,*
Aut vncos celare cibis, aut carcere fraudem.
Pendentem & cæco captabit in æquore piscem.
Cumq; suis dominus conchas, vallosq; latentes
Protrahet immersas.

Pius,

Pius, & Pietas.

—*sine fine manet mens dedita Christo,* Fortunat.
Linquens turbam hominum stat sociata Deo.
Catholicæ fidei splendor, pietate coruscans
Templorum cultrix, prodiga pauperibus.

Vide Bonvs, & Sancti.

Placare iras, & crudelitatem.

Ille tigrim rabie soluet, pacique domabit Ibid.
Quæque alia infestant syluis animalia terras
Iunge amicitia secum.
Exorare tigres, rabiem que auferre leoni. Manil.lib.4.
Tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem. Stat.1.Theb.
Iam faciles, ventis vt decertata residunt
Æquora laxatis que diu tamen aura superstes
Immoritur velis passi subière penates,
Nemo adeò ferus est, vt non mitescere possit. Hor.1.Epist.
Accensum quis bile ferat, famulis que tumentem Stat.2. Syl.
Leniet, ardentique in se deflectet ab ira:
—*& ira Iam leuior tardo flectebat pondere vultum.* Stat.7.Theb.
Quæ non seditio, quæ non insania vulgi Clau.in Coss.
Te viso lenita cadat? quæ dissona ritu Manil.
Barbaries, mediam quàm non reuerentia frangat.
Indomitisque loqui, & sedare leonibus iras Sil.Ita.lib.3.
Sceptra tenens, mollit que animas, & temperat iras. Virg.1.Æne.
—*ponunt que ferocia Pœni* Ibid.
Corda volente Deo, in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum.
Assuetas patrio mulcet sermone leænas. Sil.Ita.lib.2.
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda Virg.4.Geor.
Quo gemitu conuersi animi, impressus & omnis Impetus. Vir. 2. Ænei.
—*quid pectus ferum Mollire tentas precibus?* Sen.in Theb.
—*quale posset impia Mollire Thracum pectora* Hor.Epod.9.
Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit, Ouid.in Ibin.
Leniat aut odium tempus, & hora meum.
Musaque quæ mouit, motam quoque leniet iram, Oui.1.Trist.
Exorant magnos carmina sæpè Deos.
—*haudquaquam dictis violentia Turni* Virg.12.Æne.
Flectitur exsuperat magis, ægrescit que medendo
Iunonis grauis ira, & inexsaturabile pectus, Virg.5.Æneï.
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,
Nec Iouis imperio, fatisve infracta quiescit. Luc.4.Pharſ.
Mansueuêre feræ, & vultus posuêre minaces. Statius.
—*constrata mansuescere profuit ira.* Virg.6.Æne.

Ibid. *Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt.*
Ibid. *Si te nulla mouet tanta pietatis imago.*
Ibid. *— tumida ex ira tum corda residunt.*
Ibid. *Lenibat dictis animum, lacrymasq; ciebat*
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Virg. 7. Æne. *Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.*
Vir. 8. Æne. *Mulcebatq; iras.*
Auctor. *iramq; minasq; Supplicibus supera votis:*
Ast lenes, tibi qui secunda pacant
Vir. 11. Æneï. *Vultus sidera, nantiumq; mulcent Antemnas Zephyri.*
Ouid. 3. Met. *Vt primum placati animi, & trepida ora quierunt.*
Nec, nisi finita per plurima vulnera vita,
Ouid. epist. 3. *Ira pharetrata fertur satiata Diana.*
Propter me mota est, propter me desinat ira.
Idem. *Sis licet immitis, matrisq; ferocior Andis,*
Vt taceam: lacrymis comminuere meis.
Tib. lib. 3. *Armenias tigres, & fuluas illecebras*
Vicit, & indomitis mollia corda dedit
Tib. lib. 4. *Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi,*
Non alius sedare queat, seu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.
Statius. *— qui vocem pones prauertere morsus*
Serpentum, atque omnes vultu placare nouercas.
Luc. 4. Pharſ. *Paulatim cedit ira ferox mentesq; tepescunt.*
Luc. 8. Pharſ. *— tuas Latij compescunt iras.*
Ou. 3. de Pon. *— mitescet Cæsaris ira,*
Eleg. 3. *Et venit votis mollior aura tuis.* Vide FLECTERE.

Placare mare, & placatum.

Vir. 1. Æneï. *Et mulcere dedit fluctus.*
Ibid. *Sic cunctus pelagi cecidit fragor.*
Ibid. *— sed motos præstat componere fluctus.*
Ibid. *— Et dicto citius tumida æquora placat,*
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit,
Ibid. *Et vastas aperit Syrtes, & temperat æquor.*
Vir. 1. Æneï. *Sanguine placastis ventos.*
Oui. 1. Meta. *Nec maris ira manet, positoq; tricuspide telo*
Mulcet aquas rector pelagi.
Virg. Eclo. 1. *Cum placidum ventis staret mare.*
Oui. 12. Met. *— pariter maris ira recessit.*
Vir. 7. Æne. *Cùm venti posuere, omnisq; repente resedit*
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
Vir. 10. Æneï. *Cum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.*
Vir. 5. Æneï. *— placidi strauerunt æquora uenti,*

Creber.

Creber, & aspirans rursus vocat Auster in altum. Ibid.
— ferunt ipsa æquora classem,
Æquataæ spirant auræ, datur hora quieti.
Mene salis placidi vultum, fluctusq; quietos Ignorare iubes. Ibid.
Nam liquidum nautis aura secundat iter. Prop. lib. 3.
— postquam alta quierunt Æquora. Virg. 7. Æne.
Tibris ea fluuium, quam longa est, nocte tumentem Virg. 8. Æne.
Lenijt, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor, aquis, remo vt luctamen abesset,
Iam venti ponent strataq; æqualiter vnda. Oui. epist. 7.
Cæruleis Triton per mare curret equis.
Dum freta mitescunt. Ibid.
Quin rapidum placidis etiam mare constitit vndis. Tib. lib. 4.
Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus, Prop. lib. 3.
Eurus in aduersos desinit ire Notos;
Littore sic tacito sonitus rarescit arenæ. Boet. lib. 2.
— tu mitibus Euris
Æquora pacari prosperiora iube. Luc. 3. Pharſ.
Et posito Borea, pacemq; tenentibus Austris,
Seruatum bello iacuit mare. Luc. 5. Pharſ.
— fessumq; tumentes.
Compressit pelagus, ventis patientibus vndas.
Nec non Hesperij lassatum fluctibus æquor
Vt videre duces purumq; insurgere cælo
Fracturum pelagus Boream.
Si suæ ventis cecidêre vires, Sen. in Thyeſ.
Mitius stagno pelagus recumbit.
— immoti iacent Sen. in Troia.
Immota pelagi, ventus abiecit minas,
Placidumq; fluctu murmurat leni mare,
Triton ab alto cecinit Hymenæum choro.
Dum mare pacatum, dum ventus amicior esset. Oui. 13. Met.
Detumuêre animi maris, & clementior Auster Vela vocat. Stat. 5. Theb.
— ad spumea Triton Ibid.
Frena natans, latè pelago dat signa cadenti:
Et iam plana Tethis, montesq; & littora crescunt.
Mira quies pelagi, ponunt hic lassa furorem Stat. 2. ſyl.
Æquora, & insani spirant clementius Austri:
Hæc præceps minus audet hyems, nullo q; tumultu
Stagna modesta iacent. Stat. 1. Theb.
— ventis vt decertata residunt
Æquora, laxatiq; diu tamen aura superstes

Manil.lib.3. *Immoritur velis.*

Stat.3.Theb. *Tum primum muta pelagus consternitur vnda.*
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Æquor, & imbelli recubant vbi littora somno.
Syluarumq; comas, & abacto flamine nubeis
Mulcet iners æstas, tunc stagna lacusq; sonori
Detumuêre, iacent exhausti solibus amnes.

Plantare.

Virg. 2. Geor. *— iuuat Ismara Baccho*
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

Ibid. *— hæc quoque si quis*
Inserat, vult scrobibus mandet mutata subactis.

Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.

Ibid. *Collibus an plano melius sit ponere vites.*

Ibid. *— nec semine iacto.*
Concretam patitur radicem affigere terræ.

Ibid. *Vere tument terræ & genitalia semina poscunt.*

Ibid. *Et dubitant homines serere, atque impendere curam.*

Vir. 4. Geor. *— pinosq; ferens de montibus altis*
Tecta serat latè circum.

Ibid. *— ipse feraces Figat humo plantas.*

Mode. Iurisc. *Semina quo iacienda modo*

Virg. 1. Georg. *— iacto qui semine comminus arua Insequitur.*

Ibid. *Queis sine nec potuêre seri, nec surgere messes.*

Ibid. *Semina vidi equidem multos medicare serentes.*

Ibid. *— serite ordea campis.*
Debita quàm sulcis committas semina, quamq;
In vitæ properes anni spem credere terræ.

Ibid. *Si verò viciamq; seres, vilemq; faselum.*

Ibid. *Incipe, & ad medias sementem extende pruinas*

Vir. Eclog. 1. *— en queis conseuimus agros:*
Insere nunc Melibœe pyros pone ordine vites.

Ho. 3. ca. o. 18. *Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem*
Circa mite solum Tyburis.
Ille & nefastis te posuit die

Ho. 1. ca. o. 13. *Quicunque primum, & sacrilega manu Produxit arbos.*

Ibid. *— agro qui statuit meo Te triste lignum.*

Oui. 1. Met. *Semina tum primum longis Cerealia sulcis*
Obruta sunt, pressiq; iugo gemuêre iuuenci.

Auctor. *— viridem cacuminiq; laurum ponet.*

Oui. 5. Meta. *Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris.*

Ibid. *Dona fero Cereris latos qua sparsa per agros*
Frugiferas messes, alimentaq; mitia reddant.

— partimq;

—partimq; rudi data semina iussit Spargere humo. Ibid.
—motaq; iubet supponere terræ Vipereos dentes. Ouid.3.Met.
—vt presso sulcum patefecit aratro,
Spargit humi iussos mortalia semina dentes. Ibid.
Populus est (memini) fluuiali consita ripa. Oui.Epist.9.
Vipereos dentes in humum pro semine iactos. Oui.Epist.6.
Semina præterea populos genitura iuberis Oui. Epist.12.
Spargere deuota lata per arua manu.
Arua venenatis pro semine dentibus imples. Ibid.
Ipse seram teneras maturo tempore vites, Tib. lib. 1.
Rusticus, & facili grandia poma manu.
Primus inexpertæ commisit semina terræ. Ibid.
—tunc consita pomis. Tib.lib.2.
—spes sulcis credit aratris. Ibid.
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Tunc larga negantibus Sulcis semina credidit. Boet. lib.2.
Qui serere ingenuum volet agrum, Boet.lib.3.
—dare semina terræ. Ausonius.
Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis, Ou. 1. de arte.
—viuis plantam defigere in hortis Oui.1. de re.
Cum serimus, cælum ventis aperite secundis Ouid.1.Fast.
Cum latet ætherea spargite semen aqua.
Ipse manu capulum pressi moderator aratri, Ou.1.de Pon.
Experiar mota spargere semen humo. Eleg.9.
—& opacum vitibus Istrum Conserit.
Rimatur terras, & sulcis semina miscet. Manil lib.4.
Semina q; in fœnus sulcatis reddere terris. Manil.lib.5.

Pluere, Pluuia.

Quiq; satis largum cœlo demittitis imbrem. Virg.1.Geor.
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem. Ibid.
—hoc effusos munimen ad imbres. Ibid.
—aut vnde nigerrimus Auster Virg.3.Geor.
Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum.
Vere madent vdo terra ac pluuialibus Austris. Ibid.
—non densior aëre grando, Virg.4.Geor.
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Obscuramq; trahi vento mirabere nubem. Ibid.
Inq; vicem speculantur aquas & nubila cæli. Ibid.
—à stabulis pluuia impendente recedunt.
Donec vt æstiuis effusus nubibus imber Erupere. Ibid.
Vesper vbi aut hibernus agit de montibus imber Ibid.
Dum pelago desæuit hyems & aquosus Orion Vir. 4. Æneï.
Piniferum caput & vento pulsatur & imbri. Ibid.

Virg. 1. Æne. *Fluctibus oppressos Troas caliq; ruina.*
Vir. 3. Ænei. *Tum tibi cæruleus supra caput astitit imber.*
Hor. Epo. 10. *Nec sidus atra nocte amicum appareat.*
Quà tristis Orion cadit.
Oui. 1. Meta. *— & ex omni nimbos dimittere cœlo:*
Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris:
Et quæcumque fugant inductas flamina nubes:
Emittit q; notum, madidis Notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis,
Fronte sedent nebulæ: rorant penn æq; sinusq;
Vtq; manu latè pendentia nubila pressit,
Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi.
Nuncia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Hor. Epod. 15. *Horrida tempestas cælum contraxit, & imbres*
Niues q; deducunt Iouem.
Hor. Epo. 15. *— nautis infestus Orion.*
Turbaret hibernum mare.
Hor. Epo. 16. *— largis aquosus Eurus arua radat imbribus.*
Vir. 1. Geor. *Quiq; satis largum cælo demittitis imbrem.*
Ibid. *Nec tenues pluuiæ.*
Ibid. *Sæpè etiam immensum cælo venit agmen aquarum.*
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther
Et pluuia ingenti sata lata, boumq; labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt,
Cum sonitu feruet q; fretis spirantibus æquor.
Ibid. *— & densissimus imber.*
Ibid. *Maximus agricolis pelago q; parabitur imber.*
Vir. Eclog. 6. *Altius atque cadant summotis nubibus imbres.*
Vir. Eclog. 7. *Iuppiter è læto descendet plurimus imbri.*
Ho. 1. c. o. 21. *Quod latus mundi nebulæ, malusq; Iuppiter vrget.*
Ibid. od. 7. *Albus vt obscuro deterget nubila cælo*
Sæpe Notus, neque parturit imbres Perpetuos.
Ho. 1. c. o. 9. *Non semper imbres nubibus hispidos*
Manant in agros, nec mare Caspium
Vexant inæquales procellæ.
Oui. 1. Meta. *— contraria tellus*
Nubibus assiduis, pluuio q; madescit ab Austro.
Mart. lib. 14. *Sed quid agam potius madidis Saturne diebus.*
Mart. lib. 1. *Imbribus immodicis cælum nam forte ruebat.*
Mart. lib 4. *Et madet assiduo lubricus imbre lapis.*

Neue

Neue grauis subita te premat iris aqua. Vir. 11. Æne.
—tantus se nubibus imber Ruperat, Virg. 5. Æneid.
Vix hæc ediderat cum effusis imbribus, atra
Tempestas sine more furit, tonitruq; tremiscunt
Ardua terrarum, & campi, ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densi q; nigerrimus Austris,
Implentur q; super puppes, semusta madescunt Robora. Auctor.
Imbre Phœbeos aperire vultus
Semper infesto negat vdus Auster. Virg. 9. Æne.
Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hædis
Verberat imber humum, quam multa grandine nimbi
In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemem, & cælo caua nubila rumpit.
—quà nos decliue sub antrum Oui. epist. 7.
Cæruleus subitis compulit imber aquis:
Aut gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster. Tib. lib. 1.
Non mihi cum multa decidit imber aqua. Ibid.
Te propter nullos tellus tua postulat imbres. Ibid.
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.
Purpureus pluuias curbibat arcus aquas. Boet. lib. 1.
Hyemem defluus irrigat imber. Boet. lib. 4.
Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua Oui. 1. de art.
Imbribus, atque annos sicca fuisse nouem.
Sæpe fere imbrem cælesti nube solutum. Oui. 2. de art.
Nec tepidus pluuias concitat Auster aquas. Oui 3. de art.
Quid nisi suffugium nimbo, vitantibus essem. Oui. de nuce.
Non expectata cum venit imber aqua.
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres. Luc. 1. Pharſ.
Cum medium nubes Borea cogente sub axem Luc. 3. Pharſ.
Effusis magnum Lybia tulit imbribus annum.
—pereant imbres, vbi eos pater, æther Lucr. lib. 2.
In gremium matris terrai præcipitauit.
Nunc age, quo pacto pluuius concrescat in altis Lucr. lib. 6.
Nubibus humor, & in terras demissus vt imber
Decidat, expediam. Primumiam semina aquai
Multa simul vincam consurgere nubibus ipsis
Omnibus ex rebus, pariter q; ita crescere vtrasque
Et nubeis, & aquam, quæcumque in nubibus extat.
Vt pariter nobis corpus cum sanguine crescit,
Sudor item, atque humor quicunque est deniq; membris
Concipiunt etiam multum quoque sæpe marinum.
Humorem, veluti pendentia vellera lanæ,
Cum supra magnum venti mare nubila portant:

Consimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubeis: quo cum bene semina aquarum
Multa modis multis conuenêre vndique adaucta:
Conferta nubes vi venti mittere cœpant
Dupliciter nam vis venti contrudit, & ipsa
Copia nimborum turba maiore coorta
Vrget & è supero premit ac facit effluere imbreis.
Præterea cùm rarescunt quoque nubila ventis,
Aut dissoluuntur solis supericta calore,
Mittunt humorem pluuium, stillantq; quasi igni
Cera super calido tabescens multa liquescat:
Sed vehemens imber fit, vbi vehementer vtroque
Nubila vi cumulata premuntur, & imbre venti.

Sil. Ita. lib. 3. *Et tunc imbre recens fuso.*

Sil. Ita. lib. 12. *—fluit agmen aquarum*
Turbine confusum piceo, & nigrante procella,
Atque omneis circa campos spumantibus vndis Inuoluit.

Oui. 1. Fast. *Sæpe graueis pluuias adapertus nubibus æther Concitat.*

Oui. 2. Fast. *Sol fugit, & remouent subeuntia nubila cœlum.*
Et grauis effusis decidit imber aquis.

Ouid. 4. Fast. *Plura locuturi subito subducimur imbre,*
Pendula cælesteis libra mouebat aquas.

Ou. 2. de Pon. *Iuppiter vtilibus quoties rigat imbribus agros.*

Eleg. 1. *Fuderit assiduas nubibus Auster aquas.*

Ibid. *Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,*

Oui. 11. Met. *Inq; fretum credas totum descendere cælum.*

Cla. in 3. Coss. *—nam pluuiis ideo turbauerat omneis.*

Hono. *Ante dies, lunamq; rudem madefecerat Auster*

Ibid. *—aer Quamuis assiduo noctem fœdauerat imbre.*

Stat. 1. Theb. *—sed plurimus Auster,*
Inglomerat noctem, & tenebrosa volumina torquet,

Ou. 1. de Pon. *Diffunditq; imbreis.*
Nulla dies adeo est Australibus humida nimbis,

Oui. 9. Meta. *Non intermissis vt fluat imber aquis.*
Sed neque quas posset terris inducere nubeis,

Tib. lib. 1. *Tunc habuit, nec quas cœlo demitteret imbreis.*
Quamuis prætexens picta ferrugine cælum

Oui. 5. Fast. *—venturam admittat imbrifer arcus aquam,*

Ibid. *Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber.*

Manil. lib. 1. *—cœlum nigrescit ab Austris,*
Et subita frondes decutiuntur aqua.
Cur imbres ruerent.

Vide NVBES.

Pluto.

Pluto.

Inuictæ Cereris gener.	Oui. 5. Met.
Et pulsata nigri regia cæca dei,	Ouid. epist. 1.
— inamœnaq; regna tenentem Vmbrarum dominum.	Oui. 1. Met.
— inferni ianua regis.	Virg. 6. Æneï.
— patet atri ianua Ditis. Stygio Regi.	Ibid.
Dij, quibus imperium est animarum, umbræq; silentes,	Ibid.
Et chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia late.	Oui. 5. Met.
— rex pauet ipse silentum.	Ibid.
— inferni pollens matrona tyranni.	Tib. lib. 4.
— inferno Plutoni subdita regna.	Statius.
— deos silentum.	Luc. 1. Phars.
— Ditisque profundi Pallida regna.	Luc. 6. Phars.
— mœstum Regem noctis ames.	Oui. 4. Met.
— imi tecta tyranni.	Iuuc. Sat. 13.
— Sicula toruus cum coniuge Pluton.	Oui. 7. Met.
Vmbrarumque rogat rapta cum coniuge regem.	Sil. Ita. lib. 2.
— inferni dirum tonat aula parentis.	Ibid.
Tartareo est operata Ioui.	Se. in He. fur.
— limen inferni Iouis.	Ibid.
— ille opaca qui regit sceptro loca.	Se. in Med.
— dominumque regni tristis Dux Erebi.	Cla. 2. de rap. Pro.
— ô maxime noctis Arbiter, umbrarumque potens.	Cla. in Gig.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum	
Seruit, & immensum tendit per inane potestas.	
— rex ille silentum Letheo vehitur curru.	

Podagræ, & Chyragræ.

— scabiemque ferat turpesq; podagras,	Vir. 3. Georg.
— & podagra Diodorus Flacce laborat,	Mart. lib. 1.
Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.	Pers. sat. 1.
— sed cum lapidosa chiragra Fregerit articulos.	Oui. 1. de Pon. Eleg. 4.
Tollere nodosam nescit medicina podagram.	

Pœna, *vide* PVNIRE.

Pœnitere, & tædere.

Tanta mea si te cœperunt tædia laudis.	Virg. 4. Geor.
— nec te certasse priorem Pœniteat.	Vir. 1. Æneï.
Si non pertæsum thalami tædæque fuisset.	Vir. 4. Æne.
— nec me meminisse pigebit Elisæ.	Ibid.
Mortem orat, tædet cœli conuexa tueri.	Ibid.
— duo millia non piget ire.	Mart. lib. 2.
Imo etiam tædet, tædet, obestque magis.	Catullus.
Mœrentem stultos præteriisse dies.	Tib. lib. 1.
— nec te iam Phœbæ pigebit.	Tib. lib. 4.

Poeta.

Stat. 5. Syl. — tu pandere doctus
Carmina Battiadæ, latebrasque Lycophronis atri,
Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Corinnæ,
Sed quod parua loquor, tu par assuetus Homero
Ferre iugum senosque pedes æquare solutos.
Ausonius. Versibus, & nunquam passu breuiore relinqui.
Paule camœnarum celeberrime Castaliarum
Stat. 4. Theb. Alumne quondam: nunc pater.
Oui. 1. Met. — hic fretus doctas anteire canendo Aonias,
Mart. lib. 12. Ille caput flauum lauro Parnassidè vinctus.
Parthenio dic musa tuo, nostroque salutem,
Nam quis ab Aonio largius amne bibit?
Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro,
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat?
Mart. lib. 7. Ille tuus vates Heliconis gloria nostri:
Pieria caneret cum fera bella tuba.
Non tua Pantheris nimium sepræferat illi:
Quamuis Pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudauit amatrix.
Ibid. Castior hæc, & non doctior illa fuit.
Mœonioque cupis doctius ore loqui.
Oui. 4. de Pon. Dignum Mœonijs Phæacidà condere chartis,
Eleg. 12. Cum te Pierides perdocuêre deæ.
Oui. 4. de Pon. Gloria Pieridum summa futurus eras.
Eleg. 8. Nam modo bella geris, numeris modo bella coerces,
Quodque alijs opus est, hoc tibi lusus erit:
Vtque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo est,
Sed venit ad sacras neruus vterque manus:
Sic tibi nec docti desunt, nec principis artes:
Mista sed est animo cum Ioue Musa tuo.
Quæ quoniam nec vos vnda submouit ab illa,
Vngula Gorgonei quam cana fecit equi.
Prosit, opemque ferat communia sacra tueri,
Mart. lib. 11. Atque ijsdem studijs imposuisse manum,
Ho. 3. c. o. 1. — Pieridumque comes:
— carmina non prius
Audita Musarum sacerdos
Mart. lib. 4. Virginibus puerisque canto,
Virg. 9. Æne. Sili Castalidum decus sororum.
— & amicum Cretea Musis
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper,
Et citharæ cordi, numerosque intendere neruis.

Laurea

Laurea donandus Apollinari,	Ho. 4. c. 0. 2.
Seu per audaces noua dithyrambos	
Verba deuoluit, numerisque fertur Lege solutis.	Ibid. 0. 35.
— inter amabiles	Ibid.
Vatum ponere me choros.	Ibid. 0. 6.
Romanæ fidicem lyræ.	
Spiritum Phœbus mihi Phœbus artem	Ho. 1. ca. 0. 2.
Carminis, nomen quę dedit poëtæ.	Ho. 4 ca. 0. 6.
Quod si me Lyricis vatibus inseris	Auctor.
— docilis modorum Vatis Horati,	Idem.
— Clario dehinc amicum.	Catullus.
— Rauri diserte vates,	
Secli incommoda pessimi poëtæ,	Idem.
Homo est venustus, & dicax, & vrbanus,	
Idem quę longè plurimos facit versus.	Idem.
Collis ô Heliconij Cultor, Vraniæ genus,	Idem.
— veterum dulci scriptorum carmine	Tib. lib. 1.
Pieridas pueri, doctos & amate poëtas.	Tib. lib. 3.
Ite procul musæ, si non prodestis alumno.	Ibid.
Salue cura Deum, casto nam rite poëtæ	
Phœbusque & Bacchus, Pierideśq; fauent.	Tib. lib. 4.
— æterno propior non alter Homero.	Prop. lib. 1.
— non humilem mirabere sæpè poëtam.	Ibid.
Ardoris nostri magne poëta iaces.	Prop. lib. 2.
Et quantum Aeolio cum tentat carmina plectro.	
Par Aganippeæ ludere docta lyræ.	
Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ,	
Carminaq; Erynnes non putat æqua suis.	
Cedite Romani scriptores, cedite Graij.	Ibid.
Quo me fama leuat terræ sublimis, & à me	Prop. lib. 3.
Nata coronatis musa triumphat equis.	
Mollia Pegasides vestro date serta poetæ.	Ibid.
Me iuuat in primâ coluisse Helicona iuuentâ,	Ibid.
Musarumq; choris implicuisse manus.	
— sed quæ tam prona facultas,	Claud.
Carmina, seu fundis, seu Cicerone tonas,	
— ô vates magnorum maxime vatum.	Qui 4. de Pon.
Docto pectora concitus œstro.	Eleg. 2.
— fauete Musæ,	Statius.
Dum qui vos geminas tulit per artes,	Idem.
Et iunctæ pede vocis, & solutæ,	
Romani colitur chori sacerdos.	
— puer ô dicate Musis,	

Longæ-

Idem. *Longæuos citra transiture vates,*
Mart.lib.8. *Quanta quies placidi, tanta est facundia Neruæ.*
Sed cohibet vires, ingeniumque pudor,
Cum siccare sacrum largo Permessida posset
Luc.1.Pharſ. *Ore, verecundam maluit esse sitim.*
Lu. ad Cal. P1. *Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas*
Laudibus in longum vates demittitis æuum,
Pierij tutela chori, quo præside tuti
Luc.lib.1. *Non vnquam vates inopi timuere senectæ.*
Ennius, vt noſter cecinit, qui primus amœno
Luc.lib.3. *Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.*
Adde Heliconiadum comites, quorum vnus Homerus
Iuue.Sat.7. *Sceptra potitus.*
Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nihil expoſitum, ſoleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta.
Hunc qualem nequeo monſtrare, & ſentio tantum,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus ſyluarum, aptuſque libendis
Fontibus Aonidum: neque enim cantare ſub antro
Pierio, thyrſumve poteſt contingere ſana Paupertas.
Perſ.in prol. *Nec fonte labra prolui caballino,*
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, vt repente ſic poëta prodirem.
Ibid. *Coruos poëtas, & poëtridas picas*
Cantare credas Pegaſeium melos.
Perſ.Sat.1. *Dicerares grandeis noſtro dat Muſa poëta.*
Sil. It.lib.10. *Seu Muſas placidus, doctæque ſilentia vitæ*
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores.
Non vllum dixere parem, nec notior alter.
Ibid. —*ac magna ſororum*
Aonidum cura eſt & dignus Apolline vates:
Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu,
Attolletque duces cœlo, reſonare docebit
Hic latis Helicona modis, nec cedet honore
Aſtræo famaue ſeni.
Martil.lib.5. *Sexte Palatinæ cultor facunde Mineruæ,*
Ingenio frueris qui propiore dei.
Oui.4.Triſt. *At mihi iam puero cœleſtia ſacra placebant,*
Inque ſuum furtim Muſa trahebat opus.
Ibid. *Sponte ſua carmen numeros veniebat ad aptos,*
Et quod tentabam ſcribere verſus erat.
Ou.1.de Pon. —*Pierijs inuigilate choris.*

Fertile

Fertile pectus habes, interque Helicona tenentes Eleg. 6.
Vberius nulli prouenit ista seges. Oui. 4. de Pon.
At tu cui bibitur felicius Aonius fons, Eleg. 6.
Vtiliter studium, quod tibi cedit, ama: Ibid.
Sacraque Musarum meritò cole, quodque legamus, Ibid. Eleg. 10.
Huc aliquod curæ mitte recentis opus.
Pieridum numen, præsidiumque fori.

Vide APOLLO, & ELOQVENS.

Poli.

Mundus vt ad scythiam, Riphæasq; arduus arces Virg. 1. Geor.
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros:
Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus styx atra videt, manesq; profundi,
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, perq; duas in morem fluminis Arctos,
Arctos, oceani metuentes æquore tingi.
Illic (vt perhibent) aut intempesta, silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ?
Aut redit à nobis aurora, diemque reducit.
Nosq; vbi primus equis Oriens afflauit anhelis.
Illic sera rubens accendit lumina Vesper. Vide ASTRA.

Polyphemus.

Pascentem siculas aut Polyphemon oues. Mart. lib. 1.
— vasta se mole mouentem Virg. 3. Æne.
pastorem Polyphemum.
— anima hæc Cyclopis in ora venit. Oui. 14. Met.
Nam qualis, quantusq; cauo Polyphemus in antro. Vir. 3. Æne.

Pomum, & pomorum genera.

— quum decorum mitibus pomis caput Hor. Epo. 2.
Autumnus aruis extulit.
— insitiua decerpens pyra, Ibid.
Certantem & vuam purpuræ
Vilibus aut onerat pomis Vir. 1. Geor.
— sunt nobis mitia poma, Vir. Eclo. 1.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala, Vir. Eclog. 2.
Castaneasq; nuces. Addam cerea pruna.
— ex arbore lecta Aurea mala decem. Vir. Eclog. 3.
Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma. Vir. Eclo. 7.
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant, Oui. 1. Met.
Cornaque & in duris hærentia mora rubetis
Non pira quæ lenta pendent religata genesta, Ibid.
Aut imitata breues punica mala rosas.
— sed grauibus poma recludite Auctor.

Inter

Inter bracteolas publica ramulis.

Ouid. 3. Met. *Non aliter quàm poma solent, quæ candida parte,*
Parte rubent:

Catullus. *Vt missum sponsi furtiuo munere malum,*

Ouid. 15. Met. *— sunt fruges, sunt deducentia ramos*
Pondere poma suo.

Tib. lib. 1. *Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,*

Tib. lib. 3. *— & autumno candida mala rubent.*

Prop. lib. 1. *Roscida deserti poma sub arboribus.*

Prop. lib. 4. *Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna*
Cernis, & æstiuo mora rubere die.

Ouid. 1. de rem. *Aspice curuatos pomorum pondere ramos,*
Vt sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.

Ouid. 2. de nuc. *Annua cultori poma referre suo.*

Ibid. *Nunc neque continuos nascuntur poma per annos,*
Vuaque læsa domum, læsaque bacca venit.

Ibid. *Hoc in notitiam veniat maloque pyroque*
Destituent syluas vtraque poma suas,
Quæq; sibi vario distinguit poma colore,
Audiat hoc cerasus stipes inanis erit.

Ibid. *Poma cadunt mensis non interdicta secundis,*
Et condit lectas parca colona nuces.

Ibid. *At mihi maturos nunquam licet edere fœtus,*
Ante diem q; meæ decutiuntur opes:

Ouid. 4. Met. *— aprica pendentibus arbore pomis.*

Mart. lib. 7. *Infanti melimela dato, fatuasque mariscas.*

Ouid. 13. Met. *— sunt poma grauantia ramos,*
Sunt auro similes longis in vitibus vuæ,
Sunt & purpureæ: tibi & has seruamus, & illas:
Ipsa tuis manibus syluestri nata sub vmbra
Mollia fraga leges, ipsa autumnalia corna,
Prunaq; non solum nigro liuentia succo,
Verum etiam generosa, nouasq; imitantia ceras,
Nec tibi castaneæ me coniuge, nec tibi deerunt
Arbutei fœtus, omnis tibi seruiet arbos.

Mart. lib. 1. *Non quæ de tardis seruantur vitibus vuæ,*
Dulcibus aut certant quæ melimela fauis:
Non pyra, quæ lenta pendent religata genesta,
Aut imitata breues punica mala rosas.
Rustica lactantes nec misit fiscina metas,
Nec de picenis venit oliua cadis. Vide BELLARIA.

Ponderare, vide LIBRARE.

Populus & Populorum concursus & Diuersitas.

Ouid. 8. Met. *— iuuenesq; senesq;*
Et vulgus procerum gemunt. — mise-

— miserabile vulgus. Virg.3. Æne.
Vnda fremit vulgi. Stat.2.Theb.
Cum plebs & minor ordo, maximusq; Mart.lib.4.
Sancto cum duce candidius sederet.
— populusq; recentibus Vrbem Oui.7.Met.
partior, & vacuos priscis cultoribus agros.
Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar, Mart.
Ex qua spectator non sit in vrbe tua?
Venit ab Orphæo cultor Rhodopeius Hæmo,
Venit & epoto Sarmata pastus equo.
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem suprema Thethyos vnda ferit,
Festinauit Arabs, festinauere Sabæi,
Et Cilices nimbis hic maduêre suis.
Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes:
Vox diuersa sonat populorum, est vox tamen vna,
Cum verus patriæ diceris esse pater.
Indice te didici, nuper visenda coisse Oui.2.de Pon.
Innumeras gentes ad ducis ora sui.
Quæq; capit vastis immensum mœnibus orbem,
Hospitijs Romam vix habuisse locum.
Vide CONVENIRE & MVLTITVDO.

Porcus.

— ingens inuenta sub ilicibus sus. Virg.3. Æne.
Immundi meminere sues iactare maniplos. Setigeriq; sues. Virg.1. Geor.
Candida per syluam cum fœtu concolor albo Virg. 8. Æne.
Procubuit viridique in littore conspicitur sus.
Hostiaque è plena rustica porcus hara. Tib. lib.1.
Parua saginati lustrabant compita porci, Prop.lib.3.
— lutulenta ruit sus. Vide APER. Hor.1.Epist.

Porrigere manum.

Tendentemq; manus Priamum conspexit inermes. Vir.11. Æne.
Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus Virg.3. Æne.
Dat iuueni.
— non habuit quæ brachia tenderet Argo: Ouid.1.Met.
— & digitum porrigito medium. Marti. lib.2.
Da dextram misero. Ibid.
Vsque vbi tendentem aduersum per gramina vidit Ibid.
Aenean, alacris palmas vtraque tetendit.
Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis vltro. Oui. 8.Met.
Matris è gremio suæ Porrigens teneras manus. Catullus.
Tu nanti protende manum. Lu.ad Cal.Pi.

Deque

Oui.4.Met. *Deque sinu matris ridentem, & parua Learchum*
Brachia tendentem.
Oui.3.Trist. *Tendebant ad auos brachia parua suos.*
Ibid. *— & extentas porrigit vsque manus.*

Porta.

Vir. 1.Æne. *Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæq;*
Ære trabes foribus cardo stridebat ahenis.
Ibid. *— diræ ferro, & compagibus arctis*
Claudentur belli portæ.
Vir.2.Æne. *— ipso in limine portæ.*
Ibid. *— portisque alij bipatentibus adsunt,*
Ibid. *Limen erat, cæcæq; fores, postesque relicti.*
Vestibulum ante ipsum primoq; in limine.
Ibid. *— Postesque à cardine vellit Æratos.*
Ibid. *— labat ariete crebro*
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes,
Fit via vi, rumpunt aditus:
Ibid. *Barbarico postes auro, spoliisque superbi.*
Ibid. *Obscuraq; limina portæ.*
Virg.3.Æne. *Postibus aduersis figo.*
Ibid. *— Verso tenuis cum cardine ventus*
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes.
Oui.1.Met. *Postibus angustis eadem fidissima custos.*
Antè fores stabis.
Hor.Epo.11. *— Heu mihi postes, & heu limina dura.*
— Amatq; ianua limen.
Ho.2.c.o.18. *Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas Vrbs habet.*
Oui.4.Met. *Cur inuidendis postibus, & nouo*
Ho.3.c.o.1. *Sublime ritu moliar atrium?*
Oui.1.Met. *— Deorum Atria nobilium valuis celebrantur apertis.*
Mart.lib.1. *— Limenq; superbum,*
Nulla magis toto ianua poste patet.
Oui.12.Met. *Innumerosque aditus, & mille foramina tectis*
Addidit, & nullis inclusit limina portis.
Ouid.1.Met. *Argenti bifores radiabant limina valuæ,*
Virg.8.Æne. *Fultosque emunijt obice postes.*
Vir.11.Æne. *Arietat in portas, & duros obice postes.*
Virg.6.Æne. *Porta aduersa ingens, solidoq; adamante columnæ.*
Virg.7.Æne. *Sunt geminæ Belli portæ (sic nomine dicunt)*
Centum ærei claudunt vectes, æternaq; ferri
Robora, nec custos obsistit limine Ianus.
Vir.8.Æne. *— Ter saxea tentat Limina.*
Ibid. *— Aptaq; superbis Postibus.*

Mihi

Mihi Ianuæ frequentes, mihi limina tepida. Catullus.
— quæ templi pendeat antè fores.
Et iaceat tacita lapsa cathena sera. Prop. lib. 4.
Deiice murorum fastigia, non satis amplo Auctor.
Limina poste patent.

Portus.

— vix summa vestigia ponat arena. Vir. 1. Georg.
— & terris festinem aduertere proram. Virg. 4. Geor.
— aut portum tenet. Vir. 1. Ænei.
— classem quò littore linquant. Ibid.
Forte sua Lybicis tempestas appulit oris. Ibid.
Littora tum patriæ lacrymans portusq; relinquo. Vir. 3. Æne.
— portusque patescit Iam propior. Ibid.
Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum Ibid.
Portus ab accessu ventorum immotus & ingens. Ibid.
— & vacuos sensit sine remige portus. Ibid.
Siue iactatam religarat vdo Littore nauim. Ho. 1. cā. 0. 32.
Multaque perpessæ Phrygia potiuntur arena. Oui. 12. Met.
— fortiter occupa Portum. Ho. 1. cā. 0. 14.
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem. Virg. 7. Æne.
Donec rostra tenent siccum, & sedère carinæ. Vir. 10. Æne.
Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes. Vir. 5. Æne.
Ad terram fugit, & portu se condidit alto. Ibid.
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum. Vir. 6. Æne.
Anchora de prora iacitur stant littore puppes, Auctor.
Pone fragmentum retrahas, arenam
Occupes, vltra mare ne lacessas,
Anchoræ tuto inuat alligari, Cimbula, morsu. Virg. 9. Æne.
— & sua quæque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis. Oui. 3. Met.
— & portus puppibus aptos. Ibid.
— stetit æquore puppis
Haud aliter, quàm si siccum nauale teneret. Luc. 3. Phar.
— sed pertulit vnda,
Scruposisque angusta vacant vbi littora saxis,
Imposuit terræ, pariter tot regna, tot vrbes,
Fortunamque suam tacta tellure recepit. Oui. 11. Met.
— fessis loca grata carinis. Prop. lib. 4.
Est Phœbi fugiens Athamana ad littora portus: Ouid. Epist.
Quà sinus Ioniæ murmura condit aquæ:
Aëria Iuleæ pelagus monumenta carinæ,
Nautarum votis non operosa via,
Aspicit immensum moles natiua profundum,

Mons fuit, æquoreis illa resistit aquis.

Vide, APPELLERE, & LITVS.

Posse, Potestas, & potens

Virg. 4 Geor. — *neque est te fallere cuiquam.*
Virg. 1. Æne. *Cernere ne quis eos, mediusue occurrere posset.*
Ibid. *Non ea vis animo, nec tanta potentia victis.*
Ibid. — *grates persoluere dignas, Non opis est nostræ:*
Oui. 1. Met. *Nate meæ vires, mea magna potentia solus,*
Virg. 3. Æne. — *vires effundite vestras.*
Verùm vbi nulla datur dextram affectare potestas,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.
Ho. 1. c. 0. 3. *Nil mortalibus arduum est.*
Ibid. 0. 34. — *valet ima summis Mutare.*
Ho. 1. c. 0. 16. — *& insani leonis Vim stomacho apposuisse nostro.*
Ibid. 6. 33. — *fretis ærio Adriæ Curuantis Calabros sinus.*
Oui. 12. Met. *Pirithoi cecidisse Lycum virtute ferebant.*
Ibid. — *quid membra immania prosunt:*
Quid geminæ vires, & quid fortissima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Iuue. Sat. 10. — *viribus ille*
Confixus perijt, admirandæ q; lacertis.
Virg. 5. Æne. — *& qui viribus offert Ora Dares,*
Ibid. — *vastis cum viribus audax.*
Ibid. — *nunc illas promite vires,*
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vsi.
Ibid. *Victorem Buten immani corpore.*
Oui. 14. Met. *At tu siue aliquod regnum est in carmine, carmen*
Ore moue sacro, siue expugnantior herba est,
Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.
Ibid. *Ostendit q; humeros latos, alterna q; iactat*
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Ibid. — *heroum quondam fortissime frustra.*
Virg. 6. Æne. — *nec credere quiui.*
Ibid. *Qui iuuenes quum tas ostentant, aspice vires.*
Vir. 10. Æne. — *& prædurum viribus Orsen.*
Statius. *Par vigor est membris, promptæque ad fortia vires.*
Sufficiunt animo atque ingentia iussa sequuntur.
Luca. 4. Phar. — *non robora neruis, Et vires rediere viris.*
Luc. 5. Pharſ. — *dum comperit istas Omnia posse manus.*
Luc. 7. Pharſ. — *totas effundite vires*
Sed fusus latis humeris, & mole iuuenta,
Agmina vastabat claua.
Sil. Ita. lib. 1. — *at exiguis vigor (admirabile) membris.*

Vius

Vividus, & nisu magnos qui vinceret artus. Mart. lib. 5.
At grandis Linus omnibus lacertis.
Septem quod pueros leuat, vel octo Stat. 1. Theb.
Celsior ille gradu procera in membra, si mulq;
Integer annorum: sed non & viribus infra
Tydea fert animus, totoq; infusa per artus
Maior in exiguo regnabat corpore virtus.
Tanta erit, & virtus, & cum virtute potestas. Man. libr. 4.
Qui sua metitur pondera, ferre potest. Mart. lib. 12.
Contentus nostra si potes esse toga. Id. lib. 2.
Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas:
Liberior Partho viuere Rege potes.

Postea.

— Longo post tempore. Ouid. 7. Met.
— Ventiurum post modo quicquid erat Id 1. Fastor.
Post mihi non simili pœna commissa luetis Virg. 1. Æne.
— postea nullus eris, Ouid.

Posthac.

Scilicet & tempus veniet Virg.
Nam q; dies aderit, quam non procul auguror esse
Qua nouus hæc veniet. Ouid 3. Met.
Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro Id. 4. Met.
Arbor.
Quandocunque mihi pœnas dabis Id. 6. Met.
Tempus erit, cum vos, Orbemq; tuebitur idem Id. 1. Fast.
Non ego te vita frater amabilior aspiciam posthac Catullus.

Postquam.

Quam semel agnorunt. Ouid. 4 Met.
Nox vbi consumpta est. Id. 3. Met.
Vrq; domus altæ partem tenuere. Id. 6. Met.
At quum pulsa fames. Sil.
Postquam exempta fames. Virg. 8. Æne.
— quo primum contigit auras tempore. Ouid 15. Met.
Iamque dies exactus erat. Id 4 Met.
Postea cum primo stellas oriente fugârat. Vir. 6. Æne.
Clara dies.

Potare, *vide* BIBERE.

Præcipitare, *vide* CADERE, & STERNERE.

Prædari.

Omnia nam late vastant. Vir. 4. Georg.
Non nos aut ferro Lybicos populare penates, Vir. 1. Æne.
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.
— genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, Ibid.

Virg. 4. Æne. *Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum*
Cum populant, hyemis memores, tectoque reponunt.

Tib. lib. 1. *—prædamq; per herbas.*
Conuectant calle angusto.

Oui. 3. de art. *At vos exiguo pecori, furesq; lupiq;*
Parcite, de magno est præda petenda grege.
Ad multas lupa tendit oues, prædetur vt vnam. Vide LVPVS.

Prædicare verbum Dei.

Iuuencus. *—partem populi plerumq; docendo*
Ad verum conuertit iter, dominumq; Deumq;
Continuò primus noscet, plebemque mouebit.
Illius & populum duces per lumen apertum.

Idem. *Errorem per te spernent, mortisq; tenebras*
Abrumpent omnes, tua qui præcepta sequentur.
Exin' per terram Galileæ sancta ferebat,

Idem. *Insinuans populis regni præconia Christus,*
Illis expedient populis, mirabile dictu
Iustitiæ leges, vitaque salubria iussa
Virtutes patrias simul insinuando docebat. Vide DOCERE.

Prædicere, & Præuidere.

Vir. 2. Ænei. *— & multi mihi iam crudele canebant*
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.

Ibid. *Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris*
Ora Dei iussu, non vnquam credita Teucris.

Virg. 3. Æne. *Quæ Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo*
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.

Ibid. *—namq; omnem cursum mihi prospera dixit Relligio.*
Sola nouum, dictuque nefas Harpia Celano

Ibid. *Prodigium canit, & tristes denunciat iras.*

Ibid. *Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.*
Præterea (si qua est Heleno prudentia vati)
Si qua fides, animum, si veris implet Apollo,
Vnum illud tibi nate dea præque omnibus vnum

Ibid. *Prædicam, & repetens iterumque iterumque monebo.*

Ibid. *Illa tibi Italiæ populos venturaque bella Expediet.*
Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,

Ibid. *Hos mihi prædixit luctus.*
—magno præsensit pectore curas
Multaque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.

Ibid. *—haud ignara futuri*

Virg. Eclo. 2. *Sæpè sinistra cava prædixit ab ilice cornix.*

Vir. 4. Æne. *At regina dolos (quis fallere possit amantem?)*

Præsen-

Præsensit motusq; excepit prima futuros. Oui. in Ibin.
— cui casus ante futuros
Telemus Eurymedes vaticinatus erat. Tib.lib.2.
Fataque vocales præmonuisse boues. Oui.4.Meta.
— fore numinis iram Vaticinatus erat. Virg.6.Æne.
— magnam cui mentem, animumque
Delius inspirat vates, aperitque futura, Vir.10.Æne.
Agnouit longè genitum præsaga mali mens. Vir.5.Æne.
Seraque terrifici cecinerunt omina vates. Virg.8.Æne.
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros Æneadas magnos. Ouid 3.Met.
Namque dies aderit, quam non procul auguror esse. Catullus.
Veridicos Parcæ coeperunt edere cantus. Idem.
Talia diuino fuderunt carmine fata.
Accipe quòd lata tibi pandunt luce sorores
Veridicum oraculum,
Talia præfantes quondam felicia Pelei Idem.
Carmina diuino cecinerunt pectore Parcæ.
— sic magna sacerdos Tib.lib.1.
Est mihi diuino vaticinata sono.
Herophile Phœbo grata quod admonuit. Tib.lib.2.
Sed proles Semeles Bacchus, doctæque sorores Tib.lib.3.
Dicere non norunt quid ferat hora sequens:
At mihi fatorum leges, cuique futuri
Euentura pater posse videre dedit:
Quare ego quæ dico non fallax accipe vates,
Quodque Deus vero Cynthius ore ferat.
Quod si vera canunt sa ris oracula templis. Ibid.
Venturam melius præsagit nauita noctem. Prop.lib.3.
— erat verax vaticinata soror Ouid.epist.15.
Et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo Oui. epist.16.
Ilion arsuram præmonuisse ferunt.
— nec lux est notior vlli Luc.3.Pharf.
Crastina, seu Phœbum videat, seu cornua lunæ. Ho.1.se.Sa.1.
— casus aperit ore futuros Stat.2.Theb.
— haud ignara, ac non incauta futuri.
— ille hæc præuiderat omnia doctus
Aërius, & nulla deceptus ab alite, Vide PROPHETA.

Prædium, *vide* AGER & HORTVS.

Præferre, *vide* ANTEPONERE.

Prægnans, *vide* GRAVIDA.

Præmium.

— Olympiacæ miratus præmia palmæ. Vir.3. Georg.
— quæ gloria palmæ. Ibid.

Vir.1. Æne. —*sunt hic etiam sua præmia laudi.*
Ibid. *Præmia digna ferant.*
Ho in palin. —*aut quod me manet stipendium.*
Hor.1. c.o.1. —*palmaq; nobilis.*
Ibid. *Me doctarum hederæ præmia frontium.*
Iuue.Sat.8. *Diis miscent superis.*
Vir.5.Æne. *Præmia quanta bonos maneant.*
Ibid. —*meritæque expectent præmia palmæ.*
Ibid. *Et palmæ pretium victoribus.*
Ibid. *Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.*
Omnibus hic erit vnus honos, tres præmia primi
Accipient flauaq; caput nectentur oliua.
—*vestra, inquit, munera vobis*
Ibid. *Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo.*
Ibid. —*quæ munera Nisо*
Digna dabis, primam meruit qui laude coronam?
Vir 9. Æne. *Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem.*
—*quæ digna viro pro talibus ausis*
Luc. 1. Phar. *Præmia posse rear solui.*
—*mihi si merces erepta laborum est,*
Stat. 2. Theb. *His saltem longi, non cum duce præmia belli Reddantur.*
Manil lib.5. —*hæc illa venit post præmia merces.*
Nam semper tanti merces est parua laboris.

Præparare.

Vir 1. Æne. *Illi se prædæ accingunt:*
Vir. 2. Æne. *Accingunt omnes operi.*
Vir.3.Æne. —*tu mœnia magnis Magna para.*
Vir. 4. Geor. —*aut propugnacula bello Tuta parant.*
Ibid. *Armari classem, cursumq; parari.*
Ibid. —*rebus iam rite paratis.*
Vir.10 Æne. *Atque animos aptent armis, pugnæq; parent se.*

Pratum.

Virg.2 Geor. *Mollibus in pratis vnctos salière per vtres.*
Vir.3. Geor. —*non mollia possunt Prata mouere animum.*
Vir.4.Georg. —*camposq; patentes.*
Ibid *Ante nouis rubeant quàm prata coloribus.*
Vir Eclo.10. —*Hic mollia prata.*
Ho.2.c.o.5. *nunc in vdo ludere cum vitulis salicto.*
Ho.3.c o 18. *Ludit herboso pecus omne campo.*
Vir.6.Æne. —*& prata recentia riuis.*
Auctor. —*quantus olentia Flos ortis reserat prata Fauonius.*
Oui.1 de art. —*turpis sine gramine campus.*
Ho.de art. po. —*& aprici gramine campi.*

Prata-

Prataque nec bifero cessura rosaria Pæsto. Mart.lib.12.
Collis erat, collemque super planissima campi Vir.10.Æne.
Area, quam viridem faciebant graminis herba. Ouid.10. Met.
— per florea rura Cla.1. de rap.
— nec mollia desunt. Ibid.
Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant Perpetui flores.
Iuvat in æterno vestitos gramine campos. Cla.4.de rap.
Et prima sub luce legunt cum rore serenus
Alget ager, sparsosque bibunt violaria succos. Clau.1.Ruff.
Hic radiant flores, & prati viua voluptas,
Ingenio variata suo. Auso. in Mol.
— viridesq; per oras
Stringunt attonsis pubentia germina pratis, Manil.lib.5.
— & veris depinget prata figuris.

Precare quid alicui.

Quid dignum tanto ventrique, gulæque precabor? Mart.lib.1.
Quid tanta pro luce precor? Id.lib.7.
Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor ausis. Ibid.
Quid dignum meritis precemur istis. Id. lib.1.
Optemne tibi millies.

Princeps, *vide* HEROS.

Principes Electores.

Septem clara viris fulget Germania magna, Nic.Reus.
Quos penes arbitrium Cæsaris omne manet.
Poma Palatinus dapifer gerit aurea Princeps:
Dux gladios equitum Saxo Magister habet.
Marchio fert sceptrum Camerarius, inde Boëmus
Rex Pincerna manu pocula digna tenet.
Præsul Agrippinus fert signa per Itala regna,
Teutona Mogiacus, Gallica Treuir amat.

Prodere, Proditur.

— qui se ignotum venientibus vltro, Vir.2. Æne.
Hoc ipsum vt strueret, Troiamque aperiret Achiuis,
Obtulerat fidens animi, atq; in vtrumque paratus,
Seu versare dolos, seu certa occumbere morti. Ibid.
— falsa sub proditione Pelasgi. Catullus.
Quam iustam à diuis exposcam prodita multam. Ouid.2.Met.
— & me mihi perfide prodis.

Vide DECIPERE, IVDAS.

Prodesse.

— his vitibus ingruit vmbra. Virg.2.Geor.
Altera frumentis fauet. Ibid
— nec fertilis illa iuuencis. Virg.4. Geor.

Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
Ibid. *Proderit admiscere saporem.*
Vir. 3. Æne. *— iuuat euasisse tot vrbes Argolicas.*
Vir. 4. Æne. *— Quid vota furentem, Quid delubra iuuant?*
Mart. lib. 7. *Est operæ pretium discere.*
Hor. Epist. 2. *Sed tamen est operæ pretium cognoscere.*

Producere, *vide* CRESCERE.

Prohibere, *vide* PERMITTERE, IMPEDIRE, NEGARE & RESISTETE.

Proles, *vide* GIGNERE.

Prolixus.

Mart. lib. 10. *Si nimius videor, seraque coronide longus Esse liber.*
Mart. lib. 1. *Scribere me quereris, velox, Epigrammata longa*
Ipse nihil scribis, tu breuiora facis,
Ouid. 4. Met. *Non longis opus est ambagibus.*
Mart. lib. 2. *Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis.*
Id. lib. 9. *— Bis denis grandia libris.*
Qui scribis priami prælia, magnus homo es.
Id. lib. 11. *Quamuis tam longo possis satur esse libello,*
Lector adhuc à me disticha pauca petis. Vide BREVIS.

Promittere, Promissis stare, & contra.

Vir. 1. Æne. *— qui terras omni ditione tenerent*
Pollicitus, quæ te genitor sententia vertit?
Ibid. *Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem.*
Ibid. *— cernes vrbem, & promissa Lauini Mœnia.*
Vir. 2. Æne. *Promissi vltorem, & verbis odia aspera moui.*
Ibid. *Tu modo promissis maneas, seruataque serues Troia fidem.*
Mart. lib. 12. *Omnia promittis cum tota nocte bibisti*
Mane nihil præstes, Postume mane bibe.
Vir. 4. Æne. *Non seruata fides cineri promissa Sichæo.*
Oui. 1. Met. *Sobolem promittit origine mira.*
Ho. 1. ca. o. 7. *Certus enim promisit Apollo.*
Oui. epist. 12. *Adde fidem dictis*
Catullus. *At non hæc quondam Clarida promissa dedisti Voce mihi*
Tib. lib. 1. *— vt mihi verax Pollicita est.*
Oui. 6. Fast. *Dicta fides sequitur.*
Stat. 2. Theb. *— spondet reduces inducere terris.*
Lu. ad Cal. Pi. *Si tamen hoc vlli de se promittere fas est.*

Prometheus.

Mart. *Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus*
Assiduam nimio pectore pauit auem.
Horat. *Audax Iapeti genus*
— satus Iapeto.
— furtumque Promethei.

Prope.

Prope.

—plena secundum flumina. Virg.3.Geor.
—prope flumina Mellæ. Virg.4.Geor.
—iuxta q3 veterrima laurus. Vir. 2. Ænei.
—falsi Simoëntis ad vndam. Virg.3. Æne.
—secreti ad fluminis vndam. Ibid.
—vicina Ceraunia iuxta. Ibid.
—quos propter fluminis vndas Aurea parit. Catullus.
—haud procul hinc. Ouid.8.Met.

Propheta.

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi Vir. 3 Ænei.
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.
—atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos. Ibid.
—Si qua est Heleno prudentia vati,
Si qua fides, animum si veris implet Apollo.
Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima Ibid.
Fata canit, foliisq3 notas, & nomina mandat, Virg.4.Æne.
—Phœbi interpres. Ibid.
Heu vatum ignaræ mentes. Virg.6.Ænei.
Tuq3 harum interpres curarum.
—tuq3 ô sanctissima vates, Præscia venturi.
Haud vatum ignarus, venturi q3 inscius ævi. Virg.8.Æne.
—venturi præscia Manto Oui.6. Met.
Per medias fuerat diuino concita motu Vaticinata vias.
—sagax quondam ventura videre Fatidicus vates. Oui.5. Meta.
Tu procul eventura vides, tibi deditus augur Oui.3. Meta,
Scit bene quid fati prouida cantet auis: Tib.lib.2.
Tuq3 regis sortes, per te præsentit haruspex.
—patriæ sim vanus haruspex. Prop.lib.3.
—opus est an haruspice nobis? Iuue.Sat.2.
Præscia fatorum Tanaquil. Clau. in lau. fere.
—tu doctus iniquas
Parcarum prænosse manus fatumq3 quod vltra est. Stat.1. Theb.
—docte futuri Amphiarae vides. Vide PRÆDICERE. Ibid.

Propinare.

Quod nulli calicem tuum propinas Mart lib.2.
Nemo propinabit, Calliodore, tibi. Idem lib.6.
Hac propinauit Bitiæ pulcherrima Dido Idem lib.7.
In patria.
Inde propinator nimium quoque multa propinet. Ouid.
Vide BIBERE.

Protheus, vide TRANSFORMARE.

Proserpina.

Ouid.14.Met. —*Iunonis auernæ.*
Ouid.5.Meta. —*inferni pollens matrona tyranni.*
Ibid. —*quo dum Proserpina luco ludit.*
Ibid. *Persephones zonam. Erebi regina.*

Proximus, *vide* VICINVS.

Pudere, Pudor.

Ouid.1.Met. *Erubuit Phaëton, iramq; pudore repressit.*
Ho.1.ca.0.4. *Ne sit tibi pudori*
Ouid. 6.Met. *Sed tamen erubuit, subitusq; inuita notauit*
Ora rubor, rursusq; euanuit, vt solet aër
Vir. 10. Æne. *Purpureus fieri, cum primùm aurora mouetur.*
Vir.12. Ænei. —*æstuat ingens Imo in corde pudor.*
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit:
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.
Ouid. 6. Met. —*totoq; expalluit ore.*
Oraq; deuelat miseræ pudibunda sororis,
Amplexumq; petit, sed non attollere contra
Sustinet hæc oculos, pellex sibi visa sororis,
Dejectoq; in humum vultum iurare volenti,
Testariq; deos, per vim sibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit.
Ouid.3.Meta. *Qui calor infectis aduersi solis ab ictu*
Nubibus esse solet, aut purpureæ aurorę,
Is fuit in vultu visę sine veste Dianę.
Ouid.epist. 4. *Flaua verecundus tinxerat ora rubor.*
Sene. in Aga. —*quid pudor vultus grauat?*
Ouid.epist.12. *Erubuit, gremioq; pudor decocit ocellos,*
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
Ouid.1. Meta. —*pudet hæc opprobria nobis,*
Et dici potuisse, & non potuisse refelli.
Ouid. 7. Met. *Erubuere genæ, totoq; recanduit ore.*
Catullus. *Tardat ingenuus pudor.*
Idem. *Hinc manat tristi conscius ore rubor.*
Prop. lib.2. *Ah pudeat certè pudeat.*
Mart. *Sed cohibet vires, ingeniumq; pudor.*
Ouid.epist.19. *Quid tudor ora subit? nam sicut in æde Dianæ*
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Ibid. *Nil tua, Cydippe, facta veteris habent.*
Ouid epist.20. —*pudore sensi me totis erubuisse genu.*

Lumina

Lumina fixa tenet plena pudoris humo. Ibid.
Nec tibi plus cordis, sed minus oris inest. Ouid.epist.16.
Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu, Oui. 2. Met.
Vix oculos attollit humo, nec, vt ante solebat,
Iuncta deæ lateri, nec toto est agmine prima:
Sed silet, & lasi dat signa rubore pudoris. Oui. 3. Met.
— pueri rubor ora notauit:
Nescit quid sit amor, sed & erubuisse decebat,
Hic color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti
Cùm frustrà resonant æra auxiliaria lunæ. Se. in Troia.
— ipsa deiectos gerit
Vultus pudore, sed tamen fulgent genæ. Oui.4.Trist.
Purpureus molli fiat in ore pudor. Eleg.3.
Auertis vultus, & subit ora pudor. Ibid.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu. Oui.14.Met.
— niueos infecit purpura vultus. Cla.1.de rap.
Per liquidas succensa genas, casti q; pudoris Illuxêre faces. Clad. de rap.
— quoties incanduit ore Confessus secreta rubor. Virg.5. Æne.
Extremos pudeat redijsse, hoc vincite ciues.

Puer, *vide* IVVENIS.

Pulcher, *vide* FORMOSVS.

Pulsare.

Et pede prosubigit terram Vir.3.Geor.
— & pede terram Crebra ferit. Ibid.
— & tunsa pectora palmis. Vir.1.Ænei.
— funemq; manu coniungere gaudens. Virg.2.Ænei.
Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram. Ho.1.c.o.18.

Puluinar.

Talibus amplificè vestis decorata figuris Catullus.
Puluinar complexa suo velabat amictu.
Puluinar vero Diuæ geniale locatur, Idem.
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco. Oui.epist.18.
Collaq; puluino nostra ferenda dedi.

Puluis.

Hic subitam nigro glomerari puluere nubem Virg.9.Æne.
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. Luc.4.Pharf.
Quantus Bistonio torquetur turbine puluis,
Aëra nube sua texit, traxitq; tenebras. Oui.2 de nuc.
Non à vicina à puluerulenta viæ est. Luc.lib.5.
— pars terrai nonnulla perusta
Solibus assiduis, multa pulsata pedum vi

Pulue-

Puluueris exhalat nebulam, nubesq; volantes
Sil.Ital. *It globus intorquens nigranti turbine nubem*
Puluueris, & surgit sublatis campus arenis.
Sil.Ita.lib.16. *Fuluus arenosa surgens tellure sub auras*
Erigitur globus, atque operit caligine densa
Cornipedumq; vias, aurigarumq; labores.
Sen.in Theb. *Vide, vt atra nubes puluere abscondat diem,*
Fumoq; similes campus in cælum erigat Nebulas.
Stat.4.Theb. *—longoq; attollit puluere campum.*
Virg.1.Æne. Punire, & iri.
Virg.2.Æne. *Post mihi non simili pœna commissa luetis.*
Ibid. *Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.*
—iamdudum sumite pœnas.
Ibid. *Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,*
Persoluant grates dignas, & Præmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere lethum Fecisti.
Ibid. *—nec soli pœnas dant sanguine Teucri.*
Ibid. *Vlcisci patriam, & scelerat as sumere pœnas.*
Vir.3.Æne. *Haud impunè quidem.*
Vir.4.Ænei. *Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)*
Supplicia hausurum scopulis.
Ibid. *—dabis improbe pœnas.*
Ibid. *Castigantq; moras.*
Vir.4.Æne. *—meum quod non es vlta peccatum.*
Ouid.1.Meta. *Magna luues commissa tibi miserabilis Orpheus.*
Ibid. *Haud quaquam ob meritum pœnas (ni fata resistãt) Suscitat*
Virg.6.Ænei. *Ille quid impœnas (curam hanc dimittite) soluit.*
Vir.11.Ænei. *—dent ocyus omnes*
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas
Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?
Catullus. *—nimium crudele luisti Supplicium.*
Hor Epod.5. *Ac te his suppliciis remunerabor.*
Ho.in palin. *O multa fleturum caput.*
Virg.1.Geor. *—iussas cum fide pœnas luam.*
—satis iam pridem sanguine nostro
Ho.3.ca.o.6. *Laomedontææ luimus periuria Troiæ.*
Ouid.in Ibin. *Delicta maiorum immeritus lues.*
Mart.lib.1. *—pro crimine pœnas Marte luas.*
Ibid. *Denique supplicium dederat necis ille paternæ.*
Virg.11.Ænei. *Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas.*
Ibid. *Morte luet merita.*
Ibid. *—pœnasq; inimico à sanguine sumit.*
Ho.4.ca.o.14. *—mihi pariter det sanguine pœnas.*

Culpam pœna premit comes. Virg.6. Æne.
Vidi & crudelos dantem Salmonea pœnas: Ibid.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt, altæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto,
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni:
Quisque suos patimur manes.
Donec longa dies perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem. Virg.7. Æne.
— te triste manebit supplicium. Virg.9. Ænei.
Tu verò interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum. Virg 11. Æne
— infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes. Catullus.
Quam iustam à diuis exposcam prodita mulctam,
Quare facta virum mulctantes vindice pœna, Eumenides. Idem.
Supplicium sæuis exposcens anxia factis. Idem.
— pœnæ,
Quam quondam silici restrictus membra cathenæ Boet. lib. 5
Persoluit Ausonius.
— iustusq; tulit Crimen iniqui. Se. in He. fur.
Punio sic Persas vaniloquens Nemesis. Ibid.
Sequitur superbos vltor à tergo Deus.
Quod quisque fecit patitur, auctorem scelus Ibid.
Repetit, suoq; premitur exemplo nocens.
Certus includos tenet
Locus nocentes, vtq; fert fama, impios Se. in Theb.
Supplicia vinclis sæua perpetuis domant.
— non ego hoc tantum scelus Oui. 5. Fast.
Vlla expiari credidi pœna satis Vnquam. Oui. 3. Trist.
— mulctam subiere nocentes. Oui. 14. Meta
Exigeret dignas vltrix Rhamnusia pœnas.
Vltoresq; deos, & pectora dura perosam
Idaliam, memoremq; time Rhamnusidis iram. Cla. 2. in Co
Non dabitis murum sceleri, qui vindicat, ibit. Hono.
Quin etiam sonteis expulsa corrigit ira, Clau. in Cos
Et placidus delicta domas. Hor. 1 Epist.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Stat. 3. Theb.
Quod nisi me veterum pœnas sancire malorum
Gentibus, & diros sinitis punire nepotes.

Purpura, & purpureus.

— & Tyrio conspectus in ostro. Virg.3. Geor

Purpu-

Ibid. *Purpurea intenti tollant aulea Britanni.*
Ibid. *Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.*
Virg.4.Geor. *Purpureosq; metunt flores.*
Ibid. *— viola sublucet purpura nigra.*
Virg.1.Æne. *— strato q; superdissumbitur ostro.*
Vir.4.Æne. *— ostroq; insignis & auro.*
Ibid. *Aurea purpureum subnectit fibula vestem*
Ibid. *— Tyrioq; ardebat murice lana.*
Oui.1 Meta. *— atque humeros innato murice tectum.*
Hor.Epo.12. *Muricibus Tyrijs inficta vellera lanæ,*
Hor.Epo.4. *Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti*
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Ho.2.car.o.5. *Purpureo varius colore.*
Ibid.od 16. *— te bis Afro Murice tincta vestiunt lanæ.*
Ho.3.car.o.1 *Nec purpurarum sidere clarior Delinit vsus.*
Mart.lib.3. *Te purpura delicata velet.*
Oui.6.Met. *Illic & Tyrium quæ purpura sensit ahenum Textile.*
Ibid. *Phocaico bibulas tingebat murice lanas*
Sen.in Hipp. *Remouete famulæ purpura, atque auro illitas*
Vesteis, procul sit muricis Tyrij rubor.
Oui.1.Trist. *Nec te purpureo velent vaccinia succo.*
Non est conueniens luctibus ille color.
Vir.5.Æne. *— & ostro Perfusæ vestes.*
Virg.9.Æne. *Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis.*
Vir.10.Ænei. *Purpureum pennis, & pacta coniugis ostro.*
Vir.12.Ænei. *Indum sanguineo veluti violauerit ostro Si quis ebur.*
Oui.3.Met. *— vt variis solet vua racemis*
Dicere purpureum nondum matura colorem.
Oui.epist.13. *Scilicet ipsa feram saturatas murice vestes.*
Catullus. *— Indo quod dente politum*
Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco.
Idem. *Purpureave tuum consternens veste cubile.*
Tib.lib.3. *Illi selectos certent præbere colores.*
Africa puniceum, purpureumq; Tyros.
Tib.lib.2. *Tinctaq; Sidonio murice lana iuuat.*
Prop.lib.3. *Et Tyros ostrinos præbet Cadmæa colores*
Prop.lib.4. *— quo Pœnis tibi purpura fulgeat ostris:*
Boet.lib.3. *Quamuis ex Tyrio superbus ostro Comeret:*
Oui.2.de art. *Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.*
Mart.lib.15. *Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta Veste nites;*
Ho.1.se.sat.15. *— rubro vbi cocco*
Tincta super lectos canderet vestis eburnos:

Vide TANGERE, & INDVERE.

Putare,

Putare, *vide* OPINARI.

Putere, & Putor. *Vide* ODOR.

Putrefieri, Putris.

— *illuuie q; peresa* — Vir. 3. Geor.
Vellera nec telas possunt attingere patres. Vir. 1. Æneï.
Et Cererem corruptam vndis, Luc. 2. Pharſ.
— *iam putrida membra recidit.* Oui. 7. Met.
— *putria motis Poma cadunt ramis.* Mart. lib. 6.
— *de cupresso.*
Quæ nec secula centies peracta, Ibid.
Nec longæ cariem timet senecta.
Pullus abortiuo nec cum putrescit in ouo,
Amphora corrupto nec vitiata garo. Oui. 1. de Pon.
— *occulta vitiata teredine nauis.*

Pyramis.

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis Mart. lib. 1.
Romæ pyramidum cautibus arcus Auctor.
Fanorum cane grandibus Ornatas. Idem.
— *surgens obeliscus.* Idem.
Quot ponderosis pyramidum sola
Prætexuisti Romula molibus. Idem.
— *Pyramis eminens.* Prop. lib. 3.
Nam neque Pyramidum sumptus ad sydera ducti, Ausonius.
— *fastigia celsa obelisci.*

Pythagoras.

— *habentq; Tartara Pythagoren.* Ho. 1. ca. 6 28.
Vir fuit hic ortu Samius. Oui. 15. Met.
O quando faba Pythagoræ cognata. Ho 1. des t 1.

Quærere.

Amissos longo socios sermone requirunt. Virg. 1. Æneï.
— *locosq; Explorare nouos.* Ibid
— *& Lybiæ lustrare extrema iubebo.* Ibid.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo. Vir. 2. Æne.
— *his maniis quares.* Ibid.
— *& causas penitus tentare latentes.* Vir. 3. Æne.
— *antiquam exquirite matrem.* Ibid.
— *vnde laborum Tentare auxilium iubeas.* Ibid.
— *saltu q; indagine cingunt.* Virg. 4. Æne.
— *Tyrios deserta quærere terra.* Ibid.
Quæsitu q; diu terris vbi sistere detur. Oui. 1. Met.
— *vt author Desinat inquiri.* Ibid.
— *tunc es quæsita per omnes Nata mihi terras.* Ibid.
Quærunturin syluis aues. Hor. Epod. 2.

Et quæ-

Luc. lib. 4. *Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum.*
Ouid. 3. Met. *Vestigatq; viros.*
Virg. 6. Æne. *Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum Carpe manu.*
Virg. 7. Æne. *— & litora gentis Diuersi explorant.*
Virg. 12. Æne. *— solum densa in caligine Turnum Vestigat lustrans.*
Oui. 5. Met. *Interea panida nequicquam filia matri*
Omnibus est terris, omni quæsita profundo.
Catullus. *Te quæsiuimus in minori campo.*
Idem. *— te mihi amice quæritando.*
Sed te quærere iam Herculis labor est.
Prop. lib. 1. *Insanus medio flumine quaris aquam,*
Prop. lib 3. *Quisquis profundæ mente vestigat verum.*
Prop. lib. 4. *Palanteis comites cum monteis inter opacos*
Quærimus, & magna dispersos voce ciemus.
Hor. 1. Epist. *Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam.*

Quatere, & ti.

Oui. 1. Meta. *Terrificam capitis concussit terq; quaterq;*
Cæsariem, cum qua terram, mare, sydera mouit.
Virg 7. Æne. *Tu quassans caput.*
Virg. 9. Æne. *— & totum nutu tremefecit olympum.*
Virg. 8. Æne. *Idem ego, cum subij conuexa foramina terræ,*
Suppositiq; ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito maneis, totumq; tremoribus orbem.
Oui. 2. Met. *Fraxineam quatiens arata cuspidis hastam.*
Auctor. *— coruscat arma lacertis.*
Oui. Epist. 3. *— valido vibrata lacerto Hasta.*
Oui. epist. 14. *Vtq; leui Zephyro graciles vibrantur aristæ,*
Frigida populeas vt quatit aura comas.
Catullus. *Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moueri.*
Prop. lib 4. *Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos.*
Luc. ad Piso. *— ante cauas vibrantem spicula turreis*
Ouid. 2. Met. *Arma tuis etiamsi fortè rotare lacertis*
Oui. 7. Meta. *— terq; quaterq; Concutiens illustre caput.*
— patria motis
Stat. 7. Theb. *Poma cadunt ramis, agitatæq; ilice glandes.*
Virg. 4. Geor. *Concussitq; caput mota, quo celsa laborant Sydera:*
Nec de concussa tantùm pluit ilice glandis.

Vide VENTI, & TREMERE.

Quercus.

Virg. 3. Geor. *Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus*
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigram
Virg. 4. Geor. *Ili ibeis crebris sacra nemus accubet vmbra.*
Virg. 3. Æne. *Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.*

Litoreis

Litoreis inuenta sub ilicibus sus, Ibid.
— annosam valido cum robore quercum, Hor. Epod. 2.
— sub antiqua ilice. Vir. 1. Georg.
— cùm iam glandes, atque arbuta sacra
Deficerent syluæ, & victum Dodana negaret.
Et dura quercus. Virg. Eclog. 4
— rigidas motare cacumina quercus. Virg. Eclo. 6.
Et quæ decíderent patula Iouis arbore glandes. Oui. 1. Meta.
Quales aëriæ, liquentia flumina circum, Vir. 9. Æne.
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Quernas pergat ad arbores. Boet. lib. 1.
Fortè fuit iuxta patulis rarissima ramis Oui. 7. Meta.
Sacra Ioui quercus de semine Dodonæo.

Quia.

— At quoniam coniux mea non potest esse. Oui. 1. Met.
— quod sic exarserit, odit,
Odit auem per quam crimen, causamq; dolendi
Scire coactus erat.
— quia nil lachrymabile cernis. Ibid.
In promptu causa est, desidiosus erat. Ouid.
— Quare? Pater est mihi
Nempe biformis. Vide CVR & CAVSA.

Quomodo.

Dic Themi, qua generis damnum reparabile nostri Oui. 1. Met.
Arte sit?
— Id fieri qua ratione potest?
Et quo quisque modo faciat.
Quoq; modo audetis. Vide CAVSA. Oui. 6. Met.

Rabidus, *vide* INSANIRE.

Radix.

— tantum radice ad Tartara tendit. Vir. 4. Æne.
Pes modò tam velox pigris radicibus hæret. Oui. 1. Meta.
At, quæ culmen alunt radicibus ære resectis. Oui. 1. de rem.
Et mala radices altius arbor agit. Auctor.
— nec iam validis radicibus hærens. Luc. 1. Pharſ.
— stirpemq; tenes. Luc. 4. Pharſ.
— torta radice legauit. Oui. 11. Met.

Rana.

— ranisq; loquacibus explet. Virg. 3. Geor.
Et vncta turpis oua ranæ sanguine. Hor. Epod. 5.
Et veterum in limo ranæ cecinêre querelam. Virg. 1. Geor.
— iuuat esse sub vndis, Oui. 6. Met.

Et modò tota caua ſubmergere membra palude,
Nunc proferre caput, ſummo modo, gurgite nare,
Sæpè ſuper ripam ſtagni conſiſtere, ſæpè
In gelidos reſilire lacus, ſed nunc quoque turpes
Litibus exercens linguas, pulſoq; pudore
Quamuis ſint ſub aqua, ſub aqua maledicere tentant:
Vox quoque iam rauca eſt, inflataq; colla tumeſcunt,
Ipſaq; dilatant patulos conuicia rictus,
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
Spina viret, venter pars maxima corporis albet,
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite ranæ,

Mart.libr.10. —*turpeis in litore ranas*
Oui.15. Met. *Semina limus habet virideis generantia ranas.*
Ho.1.ſe.ſat.5. —*ranæq; paluſtres.*
Fortunat. *Sola palude natans querulos dat rana ſuſurros.*

Rarus, Raritas.

Rara auis in terris, nigroq; ſimillima cygno.
Mart.lib.1. *Rara iuuant, primis ſic maior gratia pomis,*
Hybernæ pretium ſic meruêre Roſæ.
Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quàm leuis in tota Marſus Amazonide.

Vide MIRACVLVM.

Recedere.

Vir.4.Geor. —*ipſa procul nebulis obſcura receſſit.*
Virg.2.Æne. —*retroq; pedem cum voce repreſſit.*
Ibid. —*trepidusq; repente refugit.*
Vir.3.Ænei. —*in ſyluam pennis ablata refugit.*
Prop.lib.4. —*lucoq; abſcede verendo,*
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.
Cla.1.de rap. —*greſſus remouete profani.*

Recordari, *vide* MEMINISSE.

Redimere.

Virg.4.Geor. —*hoc acrius omnes*
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas.
Ibid. *Nec genus vnde nouæ reuocetur ſtirpis habebit.*
Virg.1.Æne. —*vix ſeptem conuulſæ vndis Euroq; ſuperſunt.*
Ibid. *Munera præterea Iliacis erepta ruinis.*
Vir.5.Æne. *Seruatum ex vndis Strophadũ me littora primum Accipiunt.*
Ibid. *Tollite me Teucri, in quaſcumque abducite terras,*
Ibid. *Hoc ſat erit.*
Vir.4.Æne. —*heu tantis nequicquam erepta periclis.*
Amiſſam claſſem, ſocioſq; à morte reduxi,
Quos mecum à Troia, mediſq; ex ignibus vrbis Extuleram.

Dic

Dic Themi, qua generis damnum reparabile nostri Arte sit. Oui.1.Met.
Et de Fœmineo reparata est fœmina iactu. Ibid.
O vtinam possem populos reparare paternis Artibus.
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta. Virg.5.Æne.
— da flammam euadere classi Ibid.
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe letho.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela Virg.6.Ænei.
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi.
Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Ibid.
Eripe me his inuicte malis. Ibid.
Quis Deus ô Musa tam sæua incendia Teucris Virg.9.Ænei.
Auertit, tantos ratibus quis depulit ignes?
— me raptum pugna, preciove redemptum. Ibid.
Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem. Oui.Epist.3.
Certè ego te in medio versantem turbine lethi Eripui. Tib.lib.4.

Redire.

Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosq; Virg.2.Geor.
Ducunt, & grauido superant vix vbere limen.
— seraq; reuertens Nocte domum. Virg.4.Geor.
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit. Ibid.
Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos Vir.2.Ænei.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi. Ibid.
Ipse vrbem repeto. Ibid.
— omnemq; reuerti Per Troiam Ibid.
Qua gressum extuleram repeto. Ibid.
Me refero inde domum, Arcemq; reuiso. Ibid.
— sero redux. Auctor.
— eadem vos vbere læto Virg.3.Æne.
Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.
— vt iuuat pastas oues Videre properantes domum. Hor.Epod.2.
Vnde tibi reditum certo subtemine Parca Hor.Epo.13.
Rupere, nec mater domum Cærula te reuehet.
— ne redire sit nefas, Hor.Epo.10.
Nec conuersa domum pigeat dare lintea.
— quæ poterunt reditus abscindere dulces. Ibid.
Quæ tibi polliceor reduci. Virg.9.Æne.
Inde pedem victor multa cum laude reflexit, Catullus.
— è magna cùm venerit vrbe Tib.lib.1.
Serus inoffensum rettulerit q; pedem.
Cum primum pasti repetent præsepia tauri. Virg.Eclo.7.
Quam multo repetet Græcia milite. Ho.1.ca.o.15.
— nunc retrorsum Ibid.od.34.
Vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos.

Ibid.od.36. *Qui nunc Hesperia sospes ab vltima.*
Se. in He.fur. *Gradumq; retro flectere haud vnquam sinunt.*
Ho.2. c.o.7. *Quis te redonauit Quiritem*
Diis patriis, Italoq; cœlo?
Ho.3.car.o.14. *Cæsar Hispana repetit penates Victor ab ora.*
Boet. lib.4. *Huc te si reducem referat via.*
Vir.6.Æne. *Sed reuocare gradum.*
Iuuencus. *Ad patriam læti repedant*
Idem. *—patriam remeare parabant.*
Virg.7. Æne. *Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis.*
Virg.8. Æne. *Exin' se cuncti diuinis rebus ad vrbem Perfectis referunt.*
—rursus perplexum iter omne reuoluens
Virg.9. Æne. *Fallacis sylua simul & vestigia retro Obseruata legit.*
Vir.10.Æne. *—metu versi, retroq; ruentes.*
Oui. epist.5. *Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina.*
Oui.epist.10. *—scelerate reuertere Theseu.*
Ibid. *Flectere ratem Theseu, versoq; relabere vento.*
Oui.epist.12. *Sospes ad Æmonias, victorq; reuerteris vrbes.*
Catullus. *—abite illuc, vnde malum pedem attulistis.*
Idem. *—cùm te reducem sors prospera sistet.*

Reformare.

Ho.3. ca.o.15. *—& vacuum duellis*
Ianum Quirini clausit, & ordinem
Rectum, & vaganti frœna licentiæ
Iniecit, amouitq; culpas,
Et veteres reuocauit artes.
Cla.3.in Coss. Honor. *Firmatur senium iuris, priscamq; resumunt*
Caniciem leges, emendanturq; vetustæ.
Accedunt q; nouæ, talem sensere Solonem
Res Pandioniæ.

Refrigerare, & ri.

Ho.1.ca.o.27. *Hic in reducta valle Caniculæ vitabis æstus.*
Ho.2 car.o.5. *Nunc fluuij grauem solantis æstum.*
Virg.7. Æne. *—fluuio cum forte secundo*
Defluere, ripaq; æstus viridante leuaret.
Oui.epist.13. *Vix mater gelida mœsta refecit aqua.*
Catullus. *Qualis in aërij pellucens vertice montis*
Riuus muscoso prosilit è lapide:
Dulce viatori lasso in sudore leuamen.
Tib. lib. 1. *Cum grauis exustos æstus hiulcat agros.*
Sed vanis æstiua ortus vitare sub vmbra
Luc.10.Phars. *Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.*
Oui.7. Met. *—æstatem nulla sibi mitigat vmbra.*

— repetebam frigus, & vmbras,
Et quæ de gelidis exibat vallibus, auram,
Aura petebatur medio nihil lenis in æstu
Auram expectabam, requies erat illa labori:
Aura (recordor enim) venias cantare solebam,
Meq; iuues, intresq; sinus gratissima nostros,
Vtq; facis, releuare velis, quibus vtimur, æstus.
— gelido nunc flumine soles Frangebat nimios pecori.
Non auro gelido lenis afflatu fouet Sil.Ita.lib.15.
Anhela flammis corda Sen.in Oedi.
Fossa resedit humo, ventosq; accepit aperto Pectore. Oui. 3. Fast.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra Oui.10.Met.
Ceruus, & arborea frigus ducebat ab vmbra.
— seductos nacta recessus. Oui.13.Met.
Gurgitis inclusa sua membra refrigerat vnda,
Fortè Venus blando quæsitum frigore somnum, Clau. in Epit.
Vitibus intexti gremio successerat antri,
Ora decet neglecta sopor fastidit amictum
Æstus, & exuto translucent pectore frondes. Stat. 3. Syl.
Fortè diem Triuiæ dum littore ducimus vdo
Angustasq; foreis, assuetaq; tecta grauamus
Frondibus, & patula defendimus arbore soleis.
— vbi gratior aura Hor.1.Epist.
Leniat, & rabiem canis, & momenta Leonis,
Ceu dum grata sedens haurio frondibus. Auctor.
Vmbrati arbuteis frigora riuuli.

Vide VMBRA.

Regnare, *vide* DOMINARI.

Relinquere, *vide* DESERERE.

Renouare.

— omnemq; repones
Rursus humum & pedibus summas æquabis arenas. Vir. 1. Æne.
Stat casus renouare omnes. Ibid.
Infandum regina iubes renouare dolorem. Vir.4.Æne.
— & quæ sit rebus causa nouandis. Oui.12. Met.
Semicremoq; nouat repetitum stipite vulnus.

Reparare.

Templa vetusta Dei reuocasti in culmine prisco Fortunat.
Postque suum lapsum nunc meliora placent.
Nullaq; flammicremæ senserunt damna ruinæ, Idem.
Quæ modo post ignes lumine plena micant.
Credo quod ex sese voluisset & ipsa cremari,
Vt labor ille tuus hæc meliora daret.

Post cineres consumpta suos, tenuesq; fauillas
Sic solet & Phœnix se renouare senex.
Idem. *Strauerat ipsa solo senio rapiente vetustas*
Perdiderat vultum forma decora suum.
Hunc meliore via reuocat labor ille Leonti
Quo præsente domus nulla ruina premit
Nunc quoque prosperius velut aula sepulta resurgit
Et fauet Auctori viuificata suo.

Reperire, *vide* INVENIRE.

Replere.

Virg. 3. Geor. — *ranis q; loquacibus explet*
Virg. 1. Ænei. — *& scrobibus superabit terra repletis.*
Ibid. *Impleuit q; mero pateram.*
Vir. 3. Ænei. — *vterum q; armato milite complent.*
Ibid. — *& latè loca milite complent.*
Vir. 3. Æne. — *magnum cratera corona Induit, impleuit q; mero.*
Statius. *Mox hausias aliter replete fossas.*

Requiescere, *vide* OTIARI.

Resistere.

Oui. 1. Meta. *Vix nunc obsistitur illis.*
Oui. 12. Met. — *medio lapis obstitit aruo.*
Virg. 4. Geor. — *ni fata resistant.*
Ibid. — *& spiritus oris Multa reluctanti obstruitur.*
Virg. 1. Geor. *Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.*
Auctor. *Caligmosis imperiosior Obsistit Euris malus.*
Vir. 11. Ænei. *Nec quisquam instantes Teucros, let humq; ferentes*
Sustentare valet telis, aut sistere contra.
Ibid. *Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,*
Nec dextra valet, iniectis sic vndique telis Obruitur.
Virg. 12. Æne. *Soli pro portis Messapus, & acer Atinas Sustentant aciem.*
Ouid. 5. Met. *Applicat hic humeros ad magnæ saxa columnæ,*
Tutaq; terga gerens, aduersaq; in agmina versus
Sustinet instantes.
Ouid. 3. Met. *Sustinet incursus, instantiaq; ora retardat,*
Tib. lib. 4. *Pro te vel solus densis obsistere turmis,*
Prop. lib. 2. *Verum etiam instanti læsa repugnat ouis.*
Prop. lib. 3. — *oppugnare sagittis.*
Ou. 2. de rem. *Propositis frænis sæpè repugnat equus.*
Luc. lib. 1. — *ausus primusq; obsistere contra,*
Stat. 2. Theb. — *manet ille cruentis*
Angustius telis, & inexpugnabilis obstat:
Non aliter Getica, si fas est credere, Phlegræ
Armatum immensus Briareus stetit æthera contra.

— *frustra*

Oui.7.Meta.

— *frustra Medea repugnas,*
Nescio quis Deus obstat, ait.

Resonare, *vide* ECHO.

Respondere.

Nec responsa potest consultus reddere vates. Virg.1.Geor.
— *dictis respondent cætera Matris.* Virg.1.Æne.
Sic venus, at veneris contra sic filius orsus. Ibid.
— *hæc tristia dicta reportat.* Virg.2.Æne.
Ille nihil, nec me quærentem vana moratur. Ibid.
— *neque enim responsa dabantur Fida satis.* Ibid.
— *pauca furenti Subijcio.* Virg.3. Æne.
— *locutum Sic contra est ingressa Venus.* Vir. 4. Ænei.
— *quærenti talibus ille.* Virg.1. Æne.
— *audire, & reddere voces.* Ibid.
— *nec mutua nostris Dicta refers.* Oui.1.Meta.
— *responsum date.* Hor.Epod.7.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Vir.Eclog.1.
Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis. Oui.6. Met.
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros. Virg.6.Æne.
Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contra Pauca refert. Virg.10. Æne.
Olli sedato respondit corde Latinus Virg.12. Æne.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore Virg.11.Ænei.
Quæ contra breuiter fata est Amphrysia vates. Virg.6.Æne.
Ille autem Ibid.
Dixerat, & dicta Ilionem sic voce secutus, Virg.7.Æne.
— *sic orsa vicissim ore refert.* Ibid.
Tum contra Iuno. Ibid.
Filius huic contra. Nisus ad hæc, Virg.9.Æne.
— *contra quæ talia fatur.* Ibid.
— *sic Iuppiter ore locutus.* Vir.12. Æne.
Sic dea submisso contra Saturnia vultu. Oui.3.Met.
Irreprehensa dabat populo responsa petenti. Ibid.
— *nulliq; libentius vnquam Responsura sono.* Catullus.
— *audire queunt, aut reddere voces.*
Contra quæ mitis respondet Iuppiter ore.

Restare.

— *superat pars altera curæ* Vir.3.Georg.
Quod superest. Virg.4.Geor.
— *nec spes iam restat Iuli.* Vir. 1. Ænei.
— *& flammis restantia Troiæ.* Ibid.
Iamq; adeo super vnus eram. Vir. 2. Æne.
— *captæ superauimus vrbi.* Ibid.
Hoc solum nomen, quoniam de coniuge restat, Virg.4. Æne.

Oui.1.Meta. *Et superesse virum de tot modo millibus vnum,*
Oui.epist.14. *De fratrum turba pars exiguissima restat.*
Luc.7.Pharſ. *Haud multum terræ ſpatium reſtabat Eoæ.*
Sil.Ita.lib.16. *— quodq; est de parte diei Exacti super.*

Resurgere, & suscitare mortuum.

Muret. *In vitam reduci, nam domino sacer*
Poscit latitiam dies,
Non hoc amplius est, quem petitis loco,
Idem. *In vitam redijt Christus ab inferis.*
Fortunat. *Altithronus postquam repedauit ad æthera Christus*
Carne triumphali victricia signa reportans,
Inclytus inferni spoliato carcere diues.
Prudent. *Exitu dulcis iuuenta raptum ephœbum viderat*
Orba quem mater supremis funerabat fletibus:
Surge, dicit ille, surgit matri & astans redditur
Sole iam quarto carentem iam sepulcro absconditum
Lazarum iubet vigere reddito spiramine.
Fœtidum iecur reductus rursus intrat habitus.
Mortuus assurgit residens q; loquens q; reuixit.
Sedulius. *— aduentu Domini caro mortua viuat.*
Fortunat. *Surgat & ex proprio puluere rursus homo.*
Idem. *— restituit defuncta cadauera vitæ.*
Iuuencus. *— puero q; in luminis oras*
Limine de mortis subitam remeasse salutem
Limine de mortis remeare in lumina vitæ.
Redditur amissa lethi post funera vita,
Idem. *Ad corpus remeans animæ iam libera virtus,*
Sicut enim genitor demortua corpora reddit
Idem. *Ad clarum vitæ lumen, sic omnia natus*
Quæ volet ad superos surgentia corpora ducet:
Aduenjet tempus cùm mortua corpora vocem
Accipient nostram, & vitam cum voce tenebunt.
Prudent. *Hunc patres sancti q; multi conditorem prauium*
Iam reuertentem secuti tertio demum die
Carnis indumenta sumunt, æque bustis prodeunt
Cerneres coire membra de fauillis aridis
Idem. *Frigidum venis resumptis puluerem tepescere*
Ossa, neruos ac medullas glutino cutis tegi.
Nam quod requiescere corpus
Vacuum sine mente videmus
Spatium breue restat, vt alti Repetat collegia sensus
Venient cito secula cum iam Socius calor ossa reuisat
Animata q; sanguine viuo Habitacula pristina gestet,

Quæ

Quæ pigra cadauera pridem Tumulis putrefacta iacebant
Volucres rapientur in auras animas comitata priores. Vida.
— prece dum vim tendis Olympo
Funera iam elatos reuocasse ad munera vitæ. Idem.
Treis etiam (nostris) obita iam à morte reduxit. Idem.
Omniaq; eliciam patefactis ossa sepulcris. Virg.4.Æne.
— socioque à morte reduxi. Ho.in Cani.
Possum crematos excitare mortuos. Ho.1.ca.o.24.
Num vanæ redeat sanguis imagini, Ho.1.ca o. 17.
Nec si resurgat centimanus gigas. Hor.3.c.o.22.
— adimisque letho Diua puellas. Oui.in Ibin.
— reddere vitam. Ibid.
Dumq; redire voles æui melioris in annos. Ho.4.ca.o.8.
Per quæ spiritus, & vita redit bonis
Post mortem ducibus.
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta. Vir.5.Æne.
— aliquem indignatus ab vmbris Virg.7.Æne.
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ.
Mortua, crede mihi tamen ad tua verba reuixi. Oui.epist.12.
Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis Pro.lib.1.
Restituit patriis Androgeona focis.
— animas tibi reddere adeptas Fas erit. Oui. 2.Met.
Redderis heu quanto fatorum munere nobis Mart.libr.7.
Gustata lethes pene remissus aqua.
Perdiderant iam vota metum, securaq; flebat
Tristitia & lacrymis iamq; peractus erat.
Non tulit inuidiam taciti regnator Auerni, Mart.lib.10.
Et raptas fatis reddidit ipse colos, Cla. 1. de rap.
— tibi si diu rogatam Lucem redderet Atropos. Pro.
Rursus corporeos animæ mittuntur in artus, Clau. de bel-
— vidit Minoum rupto puerum prodire sepulchro. lo Geti.
Quem senior vates auium clangore repertum
Gramine restituit, miræ nam munere sortis
Dulcia melle necem vitam dedit horridus anguis.
At tuus aduentus non vnum corpus ab vmbris,
Sed tot communi populos sub morte iacentes,
Totaque Tartareis è faucibus oppida traxit, Cla. de Phœ.
Continuò dispersa vigor per membra volutus
Æstuat, & venis redituus sanguis inundat. Cla.de Chri.
Lazarus è tumulo, Christo inclamante, resurgit.
Et duræ mortis lex resoluta perit. Stat.1.Theb.
— & exangues animare assueuerat vmbras.

Retardare.

Vir.3. Æne. —*surgentes demoror Austros.*
Sen.in Ag. —*Alcides, Cui lege mundi Iuppiter rupta,*
Roscida noctis geminauit horas,
Iussitq; Phœbum tardius celeres
Agitare currus, & tuas lentè
Remeare bigas candida Phœbe:
Retulitque pedem alternis nomen
Stella quæ mutat, seq; mirata est
Hesperum dici: Aurora mouit
Ad solitas vices caput, & relabens
Imposuit senis humero mariti
Stat.2.Theb. *Tardatique gradus.*
Stat.5. Theb. *Tardius humenti noctem deiecit olympo Iupiter.*
Ouid.8.Met. *Clausit iter, fecitque moras Achelous eunti*
Id.9. Met. —*timens modo tempora differt,*
Nunc ficto languore moram trahit. Vide MORARI.

Retia, *vide* CASSES.

Retro.

Vir.2. Æne. *Pone subit coniux.*
Oui.1. Met. —*iacere hos post terga iubemur.*
Ibid. *Et iustos lapides sua post vestigia mittunt.*
Vir.1. Georg. —*à tergo*
Ho.3.ca.o.34. *Nunc retorsum vela dare.*
Oui.12. Meta. —*retroque furenti Auersos passus.*
Sil.Ita.lib.10. —*pone atque in terga ruentes,*
Oui.1.Trist. *In caput alta suum labentur ab æquore retro*
Eleg.7. *Flumina conuersis solq; recurret equis.*

Reuerti, *vide* REDIRE.

Reus.

Mart. lib.6. *periclitatur capite Sotades noster,*
Reum putabis esse
Id.lib.12. *Ecce reum Carus te detulit.*
Oui.4.Fast. —*Et falsi criminis acta rea est*
Id.de nuce. *Sic reus ille fere est, de quo victoria lucro*
Esse potest: inopis vindice facta carent.

Rex, *vide* HEROS.

Ridere.

Virg.1.Æne. *Olli subridens hominum sator, atque deorum*
Vultu, quo cœlum tempestatesque serenat.
Virg.4.Æne. —*dolis risit Cytherea repertis.*
Virg. Eclo.4. *Incipe parue puer risu cognoscere matrem.*
Ho.1.c.o.21. *Dulce ridentem.*

Laxat

Laxat perſpicuo labella riſu. Mart.lib. 2.
— & ridet demiſſo Nauia vultu. Mart. lib.1.
— riſit pater optimus olli, Vir. 5. Æne.
Olli ſubridens ſedato pectore Turnus. Virg 9. Æne.
Ridete quicquid eſt domi cachinnorum. Catullus.
Torquatus, volo paruulus Matris è gremio ſuæ Idem.
Porrigens teneras manus, Dulce rideat ad patrem,
Sed micante labello.
Nec bene mendaci riſus componitur ore. Tib lib. 1.
Riſus, & è noſtro veniebant gaudia vultu. Statius.
Nec ſua perpetuò contendant ilia riſu, Oui. 3. de art.
Sed leue neſcio quid, fœmineumq; ſonent.
Eſt quæ peruerſo diſtorqueat ora cachinno,
Cum riſit, læta eſt altera, flere putet.
Illa ſonat raucum, quidam atque inamabile ridet,
Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola.
Romani tollent equites, peditesque cachinnum Ho. de ar. poë.
Vnde oriebantur riſus, dulceſque cachinni. Luc. lib. 5.
Deq; ſinu matris ridentem, & parua Learchum Oui. 4. Met.
Brachia tendentem.
Ad quem ſubridens. Iuue. Sat. 2.
— maiore cachinno Concutitur. Iuue. Sat 3.
Perpetuò riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. Iuue. Sat. 10.
His populus ridet, multumq; toroſa iuuentus Perſ. Sat. 3.
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.
— riſit, & aër Oui. 4. Faſt.
Protinus ex illa parte ſerenus erat.
Qui lætis riſum ſalibus mouiſſe facetus. Clau. in Coſſ.
— varias mappa compeſcere riſum Vix poterat. Ho. 2. Se. ſa. 8.

Rigare.

Exigua quantum gelidus ros nocte reponet. Vir. 2. Georg.
Florentesque ſecant herbas, fluuioſque miniſtrant. Virg. 3. Geor.
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt. Ibid.
Irriguumque bibant violaria fontem. Virg. 4. Geor.
— & amicos Irriget imbres. Ibid.
— rorem læti diſpergit amarum. Ibid.
— & rorantia vidimus Aſtra. Vir. 3. Æne.
— rorant pennæq; ſinuſque. Oui. 1. Met.
— libatos irrorauere liquores Veſtibus & capiti Ibid.
— & perenni Roris effulgent adamante caltha. Auctor.
— herbas Semper intacto fouet amne. Idem.
Quos Hamadryades deæ Catullus.
Ludicrum ſibi roſcido Nutriunt humore.

Tunc

Tib. lib. 2. *Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.*
Prop. lib. 3. *Non operosa rigat Martius antra liquor.*
Oui. 1. de rem. *Ipse potes riuos ducere lenis aquæ.*
In loca nonnunquam siccis arentia glebis,
De prope currenti flumine manat aqua.
Oui. de nuc. *Sole licet, siccáq; siti peritura laborem,*
Irrigua dabitur non mihi succus aquæ.
Luc. lib. 2. *— herbæ gemmantes rore recenti.*
Oui. 1. Fast. *Sparsáq; cœlesti ab rore madebit humus.*
Ibid. *Cum latet ætherea spargite semen aqua,*
Oui. 3. Fast. *Mollis erat tellus rorata mane pruina.*
Ibid. *Canuerint herbæ rore recente quater.*
Ouid. *Tempus erat, vitreâ quo primum terra pruina*
Vir. 1. Georg. *Spargitur. Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes:*
Et, cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis undam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur.
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.
Idem. *Aquæ strepentis vitreus ambit liquor,*
Sulcoq; ductus irrigat riuus sata.
Idem. *Norat & occultæ committere semina terræ,*
Vicinosq; aptè cura summittere riuos.

Ripa, *vide* Litvs.
Riuus, *vide* Fons, & Flvmen.
Robustus, *vide* Assvescere, & Labor, & Pons.

Roma, Romanus.

Vir. 1 Æne. *— atque altæ mœnia Romæ.*
Ibid. *— & Mauortia condet*
Mœnia, Romanosq; suo de nomine dicet.
Ibid. *Romanos rerum dominos gentemq; togatam.*
Vir. 4. Æne. *— Ascanione pater Romanus inuidet arces?*
Ibid. *— regnum Italiæ, Romanaque tellus.*
Ho. 1. c. o. 1. *— mobilium turba Quiritium.*
Ibid. od. 2. *Lætus interfis populo Quirini.*
Mart. lib. 3. *— domina qui natus in vrbe est.*
Mart. lib. 1. *Crede mihi nimium Martia turba sapit.*
Mart. lib. 2. *Martia non vidit maius arena nefas.*
Ho. 4. c. o. 3. *Romæ principis vrbium.*
Ibid. o. 4. *— optime Romule Custos gentis.*
Virg. 6. Æne. *En huius nate auspicijs illa inclyta Roma*
Imperium terris, animos æquabit olympo.
Septemq; vna sibi muro circumdabit arces.
Sil. Ita. lib. 1. *— cœlo se gloria tollit Aeneadum.*

— nunc

— nunc maxima rerum Roma colit. Vir. 7. Æne.
Cum muros, arcemq; procul, & rara domorum Clau. in Iau.
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo Aequauit. Stili.
Romanæ conditor arcis. Virg. 8. Æne.
Romulidis, Tatioque seni, Curibusq; seueris. Ibid.
Romulidarum arcis seruator candidus anser Ibid.
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris Luc. lib. 4.
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Virg. 2. Geor.
— à lupane Auctor.
Tybris altorum celebrata lambens Mœnia fratrum?
— quæ nouum Adducunt operi Romuleo decus. Idem.
— dominamque passim visere Romam. Idem.
— Romule sanguis. Idem.
— sola Prætexuisti Romula molibus. Idem.
— quod amœna crebro Idem.
Fortium gaudens videt vrbs Quiritum. Idem.
Martia terra faue. Idem.
— diuæ prece vincit vrbis Sixtus audita. Oui. 15. Met.
Iamq; caput rerum Romanam intrauerit vrbem. Catullus.
— Romuliq; Antiquam, at solita es, bona
Sospites ope gentem.
Disertissime Romuli nepotum:
Romulus æternæ nondum fundauerat vrbis Idem.
Mœnia, consorti non habitanda Remo. Tib. lib. 1.
Regnaue prima Remi.
Septem vrbs alta iugis toti quæ præsidet orbi. Prop. lib. 1.
Sed septem iuga, Martiumque Tybrim. Prop. lib. 3.
Atq; vbi Romuleas velox penetraueris arces, Statius.
Continuò dextra flaui pete Tybridis oras, Idem.
Sed quæ de septem totum circumspicit orbem
Montibus, imperij Roma, deumque locus. Oui. 1. Trist.
Vos mihi quæ Latium, septenaq; culmina nympha Eleg. 4.
Incolitis, Tybrimque nouis attollitis vndis. Statius 1. Syl.
Sedes Roma Petri, quæ Pastoralis honoris
Facta caput mundi, quicquid non possidet armis Prosp. Aquit.
Relligione tenet.
Petri solum Romam.
Hæc vrbs est quanam, celebres quæ amplissima colles Idem.
Mœnibus includens septem complectitur altis?
Hæc tibi quæ ostendit Pario viuoque columnas.
Marmore surgentes, & templa ex ære columnis
Magnifico sumptu suggesta palatia celsis
Diuorum templis certantia celsa Theatra

Ardua

Ardua, Thermarum vestigia prisca ruinas
Murorum ingentes, veterum monumenta virorum.
Hæc est illa potens rerum Roma inclyta bellis,
Et quondam augustis Mauortia clara Triumphis.
Hæc regna imperio pressit, populosque subactos.
Mart. *Frænauit, totum victrix dominata per orbem.*
Terrarum dea, gentiumq; Roma
Flamini. *Cui par est nihil, & nihil secundum.*
Antiquum reuocat decus
Diuum Roma domus, & caput vrbium
Vertex nobilis Imperi
Mater magnanimum Roma Quiritium,
Fortunata per oppida
Cornu fundit opes copia diuite
Virtuti suus est honos:
Et legum timor, & prisca redit fides.

Ros, & Rorare, *vide* RIGARE.
Rotundus, *vide* GLOMERARI.
Rubere, Rubeus.

Virg. 2. Geor. *Sanguineisque incultæ rubent auiaria baccis.*
Vir. 4. Geor. *Ante nouis rubeant quàm prata coloribus.*
Hor. in palin. *— & tuo Cruore rubros obstetrix pannos lauit,*
Vir. 1. Georg. *At si virgineum suffuderit ore ruborem*
Vir. Eclo. 10. *— quem vidimus ipsi*
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem
Man. lib. 3. *Et cocco rubeat superbus index,*
Oui. 3. Met. *Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem:*
Non aliter quàm poma solent, quæ candida parte,
Parte rubent, aut vt variis solet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Se. in He. fur. *Nec sidonio mollis aheno*
Repetita bibit lana ruboreis.
Prop. lib. 2. *Vt Mæotica nix minio si certet Ibero,*
Oui. 10. Met. *Inq; puellari corpus candore ruborem*
Traxerat: haud aliter quàm cum super atria velum
Tib. lib. 3. *Candida purpureum, simulem dat, & inficit vmbram.*
Vt iuueni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vt cùm contexunt Amarantis alba puellæ,
Lilia, & autumno candida malæ rubent.

Vide PVDOR.
Rubigo.

Vir. 2. Geor. *Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum.*

Exesa inuenies scabra rubigine pila. Vir. 1. Georg.
— vt mala culmos Esset rubigo. Ibid.
Squalida desertis rubigo infertur aratris. Catullus.
Sed tamen obscura teritur rubigine mucro Ferreus. Tib. lib. 2.
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses. Luc. 1. Phar.
— plenos rubiginis enseis. Sil. Ita. lib. 7.
Roditur vt scabra positum rubigine ferrum. Oui 2. de Pon.
— nigras rubigine falceis. Clau. 2. in Iau.
Exesosque situ cogit splendere ligoneis. Stat. 3. Theb.
— fessa putri rubigine tela. Oui. 1. de Pon.
Horrentesque situ gladios.

Ructus, Ructare.

Extremo ructus cum venit à Barathro. Mart. lib. 1.
Si benè ructauit. Iuuen.
Sublimeis versus ructatur, & errat Horat. in art.
Nec deest ructatrix menta. Sil. lib. 15.

Ruina, *vide* DIRVERE,

Rupes.

— vidi cum monte reuulsum Oui. 14. Met.
Immanem scopulum medias permisit in vndas
Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vasta gigantæo iaculantem saxa lacerto
Et ne deprimeret fluctusue lapisue carinam Pertimui.
Saxa per & scopulos, Virg. 3. Geor.
— scopulis pendentibus antrum. Vir. 1. Ænei.
— sub rupe cauata. Ibid.
Hinc, atque hinc vastæ rupes geminique minantur Ibid.
In cœlum scopuli.
— viuoque sedilia saxo. Ibid.
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes, Vir. 3 Æne.
Hos Helenus scopulos hæc saxa horrenda canebat. Ibid.
— Hinc altas cautes, proiectaque saxa. Ibid.
— sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Vir. 4. Æne.
— alta sub rupe canet. Vir. Eclo. 1.
Dumosa pendere procul de rupe videbo. Ibid.
Siue te rupes & acuta letho Saxa delectant. Ho. 1. ca. o. 4.
— & infames scopulos Acroceraunia. Ho. 1. c. o. 3.
Leuia personuere saxa. Ibid. Sat. 7.
— socium quoque saxea moles Oppressit. Oui. 12. Met.
Stabat acuta silex, præcisis vndique saxis, Virg. 8. Æne.
Speluncæ dorso insurgens altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Est procul in pelago saxum spumantia contra Vir. 5. Æne.

Littora,

Littora, quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus
Ibid. *Summa petit scopuli, summaque in rupe resedit.*
Ibid. *Concussa cautes, & acuto in murice remi Obnixi crepuêre.*
Vir. 8. Æne. *Iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem,*
Disiectaque procul moles, desertaque montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam,
Vir. 9. Æne. *— saxo, atque ingenti fragmine montis.*
Vir. 10. Æne. *— saxum haud partem exiguam montis.*
Ibid. *— magno vellit dum pondere saxum.*
Ibid. *— atque ingenti fragmine montis occupat os.*
Per rupes, scopulosque adituque carentia saxa,
Quaque est difficilis, quaque est via nulla sequuntur,
Ouid. epist. 4. *— nec me salebrosa mouebunt Saxa.*
Tib. lib. 2. *Quàm mallem in gelidis montibus esse lapis,*
Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vastis tunderet vnda maris
Luc. 3. Phar. *At saxum quoties ingenti verberis ictu*
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas.
Luc. 4. Pharſ. *Attollunt campo gemina iuga saxea rupes,*
Sil. Ita. lib. 1. *— fidum sibi corripit ingens*
Aggere conuulso saxum, & nitentis in ora
Deuoluit, pronoque silex ruit incitus ictu:
Subsedit duro concussus fragmine muri.
Tum silicem scopulo auulsum, quem montibus altis
Sil Ita. lib. 9. *Detulerat torrens, raptum contorquet in ora.*
Turbidus incussa crepuerunt vulnera mala.
Saxum ingens quod vix plena ceruice gementes
Vertere humo, murisque valent inferre iuuenc.
Stat. 2. Theb. *Rupibus auellit, dein' toto sanguine nixus*
Sustinet immanem quærens librare ruinam.

Vide IMMOBILIS.

Rustica Instrumenta.

Vir. 1. Georg. *Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma*
Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes.
Vomis & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaque Eleusina matris voluentia plaustra,
— Tribulaque traháque, & iniquo pondere rastri:
Virgea præterea Celei, vilisque supellex.
Arbutea crates & mystica vannus Iachi.
Ouid. *Cum benè iactati pulsarunt arua ligones.*
Iuuen. *Viue bidentis amans, & culti villicus horti.*
Ouid. *Sarcula cessabant, versique in pila ligones,*

Sarcu-

Sarculaq; ,rastrique graues,longiq; ligones. Idem.

Vide ARARE, ARATRVM, CANISTRVM & FVRCA.

Sacerdos.

Dignus Apostolica præfulgens mente sacerdos Fortunat.
— faustus deuoto corde sacerdos Idem.
Inde sacerdotes, Lenitius hinc micat ordo, Idem.
Illos canities, hos stola pulcra tegit. Idem.
Presbyter vnde sacer mansit venerabilis orbi. Idem.
Ordo sacerdotum venerandaq; culmina Christi
Quos dedit alma fides religione patres. Vide EPISCOPVS.

Sacrificare.

— qualem pateris libamus & auro Virg. 2. Georg.
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
— & maxima taurus Victima. Ibid.
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem Ibid.
Carminibus patriis, lanceque & liba feremus,
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,
Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.
— iam nunc solemnes ducere pompas Virg. 3. Geor.
Ad delubra iuuat, cæsosq; videre iuuencos. Ibid.
Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram,
Lancea dum niuea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neq; impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates.
— Panchais adolescunt ignibus ara. Vir. 4. Geor.
— tu munera supplex Ibid.
Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas.
Placatum Euridicen vitula venerabere cæsa. Ibid.
Quatttuor eximios præstanti corpore tauros Ibid.
Deligę, & intacta totidem ceruice iuuencas,
Quatuor his aras alta ad delubra Dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem.
— & quisquam numen Iunonis adoret Vir. 1. Æne.
Præterea, aut supplex aris imponat honorem?
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. Ibid.
— vbi templum illi centum q; Sabæo Ibid.
Thure calent arę, sertis q; recentibus halant.
— simul diuûm templis indicit honorem. Ibid.
Dixit, & in mensa laticum libauit honorem. Ibid.
Laocoon ductus Neptuno forte sacerdos Virg. 2. Æne.

Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.
Sic fatus meritos aris mactabat honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Ibid. *— tendoq; supinas*
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo

Ibid. *Intemerata focis, perfecto latus honore.*

Ibid. *Arisq; reponimus ignem.*
— passis de littore palmis

Ibid. *Numina magna vocat, meritosque indicit honores.*

Ibid. *Lustramusque Ioui, votisq; incendimus aras.*
Solemnes tum forte dapes, & tristia dona
Libauit cineri Andromache, manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,

Ibid. *Et geminas, causam lachrymis, sacrauerat aras.*
Hic Helenus cæsis primum de more iuuencis

Ibid. *Exorat pacem diuûm, vittasque resoluit Sacrati capitis.*
Et positis aris iam vota in littore solues,
Purpureo velare comas adapertus amictu,
Ne quà inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto,
Hac casti maneant in relligione nepotes.
Rite Iunonis magnæ primum prece numen adora,
Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem

Ibid. *Supplicibus supera donis.*
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.

Ibid. *— nos munera templis*
Quippe tuis ferimus, famamque fouemus inanem.

Ibid. *Vidi thuricremis cùm dona imponeret aris.*
— alta etiam superum delubra vaporant,

Ibid. *Promissaq; trahunt pecudes, niger omnibus aris*
Ignis, & in nullis spirat Deus integer extis,

Stat. 5. Theb. *Principio delubra adeunt, pacemq; per aras*
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes

Virg. 4. Æne. *Legiferæ Cereri Phœboq; patrique Lyæo.*
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis vacca media inter cornua fundit
Aut ante ora deûm pingues spatiatus ad aras
Instauratque diem donis pecudum q; recluſis
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Ibid. *Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympha*
Templa Ioui centum latis immania regnis
Centum aras posuit, vigilemque sacrauerat ignem

Exau-

Excubias diuûm æternas, pecudumque cruore
Pingue solum & variis florentia limina sertis,
Isque amens animi, & rumore accensus amaro
Dicitur ante aras media inter numina diuûm
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
— quis sit laturus in aras Thura. Oui. 1. Met.
Libidinosus immolabitur caper. Hor. Epo. 10.
Inprimis venerare deos, atq; annua magnæ Sacra refer Cereri. Virg. 1. Geor.
Votaque seruati soluent in littore nautæ, Ibid.
Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram Vir. Eclo. 1.
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
Bis senos cui nostra dies altaria fumant. Ibid.
Nunc & in umbrosis Fauno decet immolare lucis, Ho. 1. c. o. 4.
Seu posçat agna siue malit hœdo.
— Mactata veniet lenior hostia. Ibid. o. 16.
Et thure, & fidibus iuuat Ibid. od. 36.
Placare, & vituli sanguine debitè
Custodes Numidæ deos.
Cœlo supinas si tuleris manus, Ho. 3. ca. o. 23.
Si thure placaris, & orna
Fruge lares, auidaque porcâ.
Hic patrio de more Ioui cùm sacra parassent, Oui. 12. Meta.
Vt Venus accensis incanduit ignibus ara.
Festa dies aderat, qua Cygni victor Achilles Ibid.
Pallada mactatæ placabat sanguine vaccæ,
Cuius vt imposuit profecta calentibus aris.
Et dius acceptus penetrauit in æthera nidor.
Annua vota tamen, solemnesque ordine pompas Vir. 5. Æne.
Exequerer, strueremque suis altaria donis.
Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro, Ibid.
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras voti reus, extaque salsos
Proyciam in fluctus, & vina liquentia fundam. Vir. 6. Georg.
Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto. Vir. 8. Æne.
Fortè die solemnem illo rex Arcas honorem
Amphitrionidæ magno, diuisque ferebat
Ante vrbem in luco Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenûm primi, pauperque senatus
Thura dabant, trepidusque cruor fumabat ad aras. Ibid.
— diis Italis votum immortale sacrabant.
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ:
Ante aras terram cæsi strauêre iuuenci. Virg. 9. Æne.
Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona,

Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem pariter q3 caput cum matre ferentem.
Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.

Vir.10. Æne. *— & tua larga*
Sæpè manu multisque onerauit limina donis.

Vir.11. Æne. *— vota facit, cumulatq3 altaria donis.*

Vir.12. Æne. *— tum ritè ſacratas*
In flammam iugulant pecudes, & viſcera viuis
Eripiunt, cumulantq3 oneratis lancibus aras.

Tib.lib.1. *Tunc vitula innumeros luſtrabat cæſa iuuencos,*
Nunc agna exigui eſt hoſtia parua ſoli:
Agna cadet vobis quam circum ruſtica pubes
Clamet io meſſes, & bona vina date.

Ibid. *Hic placatus erat, ſeu quis libauerat vuam,*
Seu dederat ſancta ſpicea ſerta coma:
Atque aliquis voti compos liba ipſa ferebat,
Poſtq3 comes purum filia parua fauum.

Oui.3.de Pon. *Sed prius impoſito ſanctis altaribus igne,*
Thura fer ad magnos vinaq3 pura deos:
Equibus ante omneis Auguſti numen adora.

Tib.lib.2. *Cernite fulgentes vt eat ſacer agnus ad aram.*
Vinctaque poſt olea candida turba comas.

Tib.lib.4. *Paruaq3 cœleſtes pacauit mica, nec illis*
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.

Ibid. *Iam celeber, iam latus erit, cum debita reddet*
Certatim ſanctis latus vterque focis.

Prop.lib.3. *Inde coronatas vbi thure pianeris aras.*

Prop. lib.4. *Sacra facit vates, ſint ora fauentia ſacris,*
Et cadat ante meos icta iuuenca focos.
Cera Phileſeis certet Romana Corymbis,
Et Cyreneas vrna miniſtret aquas.
Coſſum molle date, & blandi mihi thuris honores.
Terq3 focum circa laneus orbis eas.

Statius. *Centum Theſpiacis odora lucis*
Stent altaria, victimaq3 centum,
Quas Dirce lauat, aut alit Citharon.

Oui.epiſt.20. *Protinus egreſſa ſuperis, quibus inſula ſacra eſt,*
Flaua ſalutaris thura, merumq3 damus:
Dumq3 parens aras votiuo ſanguine tingit,
Feſtaq3 fumoſis ingerit exta focis.

Sil.Ita.lib.3. *Exin' clauugeri veneratus numinis aras*
Captiuis onerat donis.
Ite igitur pueri, linguis, animisq3 fauentes,

Serta-

Sertaq; delubris, & farra imponite cultris. Iuue. Sat. 12.
Ac molleis ornate focos, glebamq; virentem:
Iam sequar, & sacro, quod præstat, ritè peracto
Inde domum repetam gracileis vbi parua coronas
Accipiunt fragili simulacra nitentia cera:
Hic noſtrum placabo locum, laribusque paternis
Thura dabo, atq; omneis violæ iactabo colores.
— altaria fument
Centum feſta Ioui, centum cædat hoſtia cultris.
Thæbis læta dies adeſt,
Aras tangite ſupplices, Se. in Hc. fur.
Pingueis cædite victimas:
Permiſta maribus nurus
Solemneis agitent choros.
Nunc ſacra patri victor, & ſuperis feram, Ibid.
Cæſisque meritas victimis aras colam. Ibid.
Date thura flammis. Nate minantes prius
Manus cruenta cæde & hoſtili expia.
Vtinam cruorem capitis inuiti deis
Libare poſſem, gratior nullus liquor
Tinxiſſet aras victima haud vlla amplior
Poteſt, magisque opima mactari Ioui,
Quàm rex iniquus.
Optima ſanctas victima ante aras ſtetit: Sen. in Oedi.
In vota ſuperos voce ſolemni voca,
Arasque dono thuris Eoi extrue. Ouid. 1. Faſt.
— cur quamuis aliorum numina placem,
Iane tibi primum thura, merumque fero?
Thura ſacerdotes pacalibus addite flammis.
Albaque profuſa victima fronte cadat:
Vtque domus, quæ præſtat eam cum pace peruenit.
Ad pia propenſos vota rogate deos.

Saga, *vide* INCANTARE.

Sagitta.

Succinctam pharetra. Vir. 1. Æne.
— hæret lateri lethalis arundo. Virg. 4. Æne.
Tela ſonant humeris. Ibid.
Cui pharetra ex humero. Ibid.
Conſtitit hic arcumque manu celeresque ſagittas Corripuit. Vir. 1. Æne.
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila.
— paribus concurrere telis, Vir. 1 Geor.
— & calami ſpicula Gnoſij Ibid.
Non eget Mauri iaculis, nec arcu, Ho. 1. ca. o. 15.

Nec venenatis grauida sagittis Fusce pharetra.
Ibid.o.29. *Doctus sagittas tendere sericas Arcu paterno.*
Ho.2.c.o.16. —*Medi pharetra decori.*
Ho.5.c.o.3. —*ille Missilibus melior sagittis.*
Oui.in Ibin. *Hareat in fibris fixa sagitta tuis.*
Oui.12. Met. *Nil tamen emissi profecit acumine ferri.*
Ibid. *Figitur hinc duplici Gryneus lumina ramo.*
Eruiturque oculos, quorum pars cornibus haret.
Oui.5. Met. *Fraxineam quatiens arata cuspidis hastam.*
Vir. 8. Æne. —*telique volatile ferrum.*
Vir.12. Æne. —*pars missile ferrum Corripiunt.*
Ibid. —*stridens alis allapsa sagitta est.*
Vir.5. Æne. *Gnossia bina dabo leuato lucida ferro Spicula.*
Ibid. *Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis*
Threicijs, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.
Ibid. —*volucri qui fixit arundine malum.*
Virg.9. Æne. —*iaculo celerem leuibusque sagittis.*
Ibid. *Confixique tuis telis, & pectora duro,*
Transfossi ligno veniunt.
Ibid. *Sed magnum stridens contorta phalarica venit,*
Vir.12. Æne. —*it toto turbida cœlo*
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.
Luc.1. Pharſ. —*curuataque cuspide pila*
Luc.4. Pharſ. *Telorum nimbo peritura*
Luc.6. Pharſ. —*tortilibus vibrata phalarica neruis.*
Luc.7. Phar. —*iaculis ferroque volanti*
Oui.7. Met. —*sed non formosius isto*
Viderunt oculi telum iaculabile nostri.
Stat.2. Theb. —*ferroque micantia tela.* Vide IACVLARI.

Saltare.

Vir.2. Georg. *Mollibus in pratis vnctos salière per vtres.*
Vir. 3. Ænei. —*equitem docuere sub armis Insultare solo.*
Ibid. *Nec saltu superare viam sit passus.*
Virg.4. Geor. —*neque oues, hœdique petulci Floribus insultent.*
Vir.9. Æne. —*& saltu supra venabula fertur.*
Ibid. *Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluuiũ dedit.*
Sil. Ita. lib. 2. —*transmittere saltu Murales fossas.*
Sil. Ita. lib. 12. —*& saltu transmittitur alite Ganges.*
Sil. Ita. lib. 14. —*vel dimensi spatia improba campi*
Transiret velox saltu.
Clau. 2. Eutr. *Saltandi dociles.*
Stat. 2. Theb. —*saltu præceps defertur.*

—aut

— aut corpora saltu Virg.2.Æne.
Ad terram misere, aut ignibus ægra dedêre.

Salutare.

Italiam læto socij clamore salutant. Vir.3. Æne.
Manè salutatum vento, tu diceris isse Ante salutatum, Mart.lib.2.
Quod te nomine iam tuo saluto. Ibid.
Nunquam dicit aue. Mart.lib.3.
— cui manè feras irrequietus, aue. Mart. lib.4.
— dominum regemque salutas. Ibid.
— nullum resalutas, Ibid.
Scriberet hesterna patri cum luce salutem, Mart, lib.1.
Nauia lux, inquit, Nauia lumen aue.
Vade salutatum pro me liber, Ibid.
— dicta, acceptaque salute Oui.14. Met.
Continuò salue fatis mihi debita tellus, Vir.7.Æne.
Vosque ait, ô fidi Troiæ saluete penates.
— natamque, nepotemque Oui.6. Met.
Absentes pro se memori rogat ore salutent.
Vt tamen accessit natus, matrique salutem Attulit. Ibidem.
Salue teque bona Iuppiter auctet ope. Catullus.
Atque in perpetuum frater aue, atque vale. Idem.
Sed primùm Nympham larga donate salute. Tib lib. 3.
Sæpe salutatus, nunquam prior ipse salutas. Man.libr. 5.
Quid sic cùm benè manè semicrudus Statius.
Illatam tibi dixero salutem,
Et tu me vicibus domi salutes.
Cùm primùm solito vulgi de more salutem, Idem.
Mox inclusa modis hæc reddere verba memento.
Aue latinum χαῖρε, non potest Græcum, Mart. lib.5.
Si fingere istud me putas, salutemus.
Quo nunc nostra manus perscriptum fungitur, esset Oui 4.dePon.
Lingua salutandi munera functa tui.
Manè salutator limina mille feras. Mart.lib 10.
— vnumque per omnia verbum Manil lib.5.
Manè salutandi portans communis amicus.
Et matutinum portat ineptus aue. Mart.lib.1.

Sancti.

— tantæne animis cœlestibus iræ? Vir.1. Æne.
— per superos & conscia numina veri. Virg.1.Æne.
O quàm te memorem virgo (namque haud tibi vultus Vir. 1. Æne.
Mortalis, nec vox hominem sonat; ô dea certè,
— confessa deam, qualisque videri Virg.2 Æne.
Cœlicolis, & quanta solet.

—inimicaque Troiæ Numina magna deûm
Ibid. Affaturque deos & sanctum sydus adorat.
Ibid. —non hæc sine numine Diuûm Eueniunt.
Ibid. Cœlicolûm regi supero.
Vir 3. Æne. —diuisque ferebam Auspicibus cœptorum.
Ibid. —numina magna vocat.
Ibid. —cuncti suaserunt numine diui.
Ibid. —per sydera testor Per superas.
Oui.1. Met. —à fronte potentes.
Hor.2.c.o.2. —gelidæque diuos morte carentes
Ibid.o.3. —& adscribi quietis Ordinibus patiar deorum.
Dij maris, & terræ, quique his meliora tenetis
Oui.in Ibin. Inter diuersos cum Ioue regna polos,
Omnes cœlicolas omnes supera alta tenentes.
Vir.6.Æne. Cœlestûm vis magna iubet.
Vir.7 Æne. Si tamen hoc superi cernunt, si numina diuûm Sunt aliquid.
Vir.6.Æne. —sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est, dicique beatus
Oui.3.Met. Ante obitum nemo, supremaque funera debet.
—sanctis decedere Diuis.
Catullus. —nec diuûm corpora sancta,
Luc.lib.1. Immortalibus de diuis,
Luc.lib.5. Complexus astra est, colitur & templis Deus.
Sen. in Oct. Adeste Sancti cœlites Ciues supernæ curiæ.
Vida.

Sanitas, vide INCOLVMITAS.

Sanguinare, sanguis.

Vir.3 Georg. —lauit ater corpora sanguis
Ibid. Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
Ibid. Ac vix suppositis tinguntur sanguine cultri,
Summaque tenuna sanie infuscantur arena.
Ibid. —& naribus ater Sanguis
Ibid. —& mixtum spumis vomit ore cruorem.
Vir.2.Æne. Squalentem barbam, & concretos sanguine crines.
Ibid. Dardanium toties sudarit sanguine littus.
Vir.3.Æne. —hinc atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant.
Ibid. Alter & alterius sequitur de cortice sanguis.
Ibid. —haud cruor hic de stipite manat.
Ibid. —domus sanie dapibusque cruentis Intus opaca ingens.
Ibid. —sanieque aspersa natarent.
Limina vidi atro cum membra fluentia tabo Maderent.
Ibid. —saniem eructans, ac frustra cruento

Per

Per somnum commista mero. Ibid.
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem. Virg.9.Æne.
Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen. Stat.1. Theb.
— undantes sanguine vultus. Vir. 4. Æne.
— & sparsos fraterna cæde penates. Ibid.
— pecudumq; cruore Pingue solum. Ibid.
Fusaq; in obscœnum se vertere vina cruorem. Ibid.
— ensemq; cruore Spumantem sparsasq; manus. Oui.1.Meta.
— saxoq; cruentum
Deijcit, & maculat præruptam sanguine rupem. Hor.Epod.5.
Et vncta turpis ouæ ranæ sanguine Hor.Epod.7.
Vt immerentis fluxit in terram Remi,
Sacer nepotibus cruor.
— atro delibutus Hercules Nessi cruore. Ho. in palin.
— & tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit. Ibid.
— bis sanguine nostro Virg.1.Geor.
Emathiam, & latos Æmi pingue scere campos.
Quis non Latino sanguine pinguior campus. Ho.2.ca. o.1.
— quod mare Daunicæ Ibid.
Non decolorauêre cædes,
Quæ caret ora cruore nostro.
— nec Siculum mare Ibid.od.13.
Pœno purpureum sanguine.
— & penetralia Ibid.o.13.
Sparsisse nocturno cruoreis. Ho.3.car.o.6.
Infecit æquor sanguine Punico. Ibid. o.11.
— saniesq; manet Ore trilingui. Ibid. o.13.
— nam gelidos inficiet tibi
Rubros sanguine riuos. Ouid.1. Met.
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt calidumq; animasse cruorem. Ouid. in Ibin.
Vt qui perfusam miserorum cæde procorum Ibid.
Ipse suo meliùs sanguine tinxit humum. Oui. Epist.1.
Vt cruor Herculeos abijt diffusus in artus. Oui.12.Meta.
Sanguine Thlepolemus Lyciam tepefecerat hastam.
Et Ionias impleui sanguine Thebas.
Vel cum purpureus populari cæde Caycus Fluxit.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq; merumque. Ibid.
Vulnere, & ore vomens. Ibid.
Cumq; atro mistos spumantem sanguine dentes. Ibid.
Pars fluit in barbam concretaq; sanguine gaudet. Ibid.
— & ipse suo madefactus sanguine fugit. Ibid.
— plenoq; è gutture fluxit Ibid.

Oui. 5. Met. *Inq; toros, inq; ipsa niger carchesia sanguis.*
Ibid. *— multo rubefacta cruore.*
Ibid. *— & positas aspergit sanguine mensas.*
Virg. 9. Æne. *— rutilum vomit ille cruorem.*
Sanguine quo latè tellus madefacta tepebat.
— truncumq; relinquit
Ibid. *Sanguine singultantem, atro tepefacta cruore.*
Terra torisq; madent.
Vir. 10. Æne. *Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista*
Vir. 11. Æne. *Vina refert moriens.*
Vir. 8. Æne. *— inundent sanguine fossæ*
— aptat rorantes sanguine cristas.
— semperq; recenti
Vir. 11. Æne. *Cade tepebat humus, foribusq; affixa superbis*
Ora viri tristi pendebant pallida tabo.
Ibid. *— recalent nostro Tiberina fluenta*
Ibid. *Sanguine adhuc.*
Virg. 11. Æne. *— & nostro sequitur de vulnere sanguis.*
— vbi plurima fuso Sanguine terra madet.
Sanguis ille vomens riuos cadit, atque cruentam
Vir. 10. Ænei. *Mandit humum, moriens q; suo se vulnere versat.*
— & terra subleuat ipsum
Vir. 5. Æne. *Sanguine turpantem comptos de more capillos.*
Ibid. *Sanguine cernis adhuc, sparsoq; infecta cerebro.*
— crassumq; cruorem
Virg. 6 Æne. *Ore reiectantem mistosq; in sanguine dentes.*
Virg. 7. Æne. *Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno.*
Virg. 8. Æne. *Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.*
Virg. 9. Æne. *— & sparsi rorabant sanguine vepres.*
— tepidum recenti
Ibid. *Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.*
Virg. 10. Æne. *— atroq; fluentia tabo.*
— & crassum vomit ore cruorem.
Virg. 12. Æne. *Ossaq; dispergit cerebro permista cruento.*
Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.
Ibid. *— & sparso latè rigat arma cruore.*
— spargit rapida vngula rores
Ibid. *Sanguineos, mistaq; cruor calcatur arena.*
Oui. 6. Met. *— & sanguine largo Colla armosq; lauant.*
Ibid. *— & calido tellurem sanguine fœdat.*
Expulit hanc sanguis, qui se iaculatus in altum
Ibid. *Emicat, & longè rerebrata prosilit aura.*
Ibid. *— cruor vndique manat.*

— signa-

—signata q; sanguine pluma est. Ibid.
—manant penetralia tabo. Oui. 5. Met.
—fœdatos iactantem in sanguine vultus. Ibid.
Pollutosq; simul multo Bellona penates
Sanguine perfundit. Ibid.
Tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam. Sen. in Thyes.
Effusus omneis irriget terra cruor. Oui. 2. Met.
Iamq; venenifero sanguis manare palato
Cœperat, & virides aspergine tinxerat herbas. Ibid.
Mons erat infectus variarum cæde ferarum Ibid.
—sanguine syluas Fœdabis. Oui. Epist. 5.
—fusum tellure cruenta
Pectora iactantem sanguinolenta virum. Catullus.
Etiam recente terra sola sanguine maculans. Idem.
Cum Phrygij Teucro manabunt sanguine riui. Tib. lib. 1.
Sanguineq; effuso spargit inulta Deum, Ibid.
—labentur opes vt vulnere nostro Sanguis. Prop. lib. 2.
Odijs neque fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma. Ibid.
Matris effuso maduit cruore. Luc. 1. Pharf.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Ibid.
Nec cruor, emicuit solitus, sed vulnere largo
Diffusum rutilo nigrum pro sanguine virus,
Terruit ipse color vatem, nam pallida tetris
Viscera tincta notis, gelidoq; infecta cruore,
Plurimus adsperso variabat sanguine liuor,
Cernit tabe iecur madidum.
—per candida membra Sil. Ita. lib. 4.
It fumans cruor, & tellus perfusa rubescit. Luc. 2. Pharf.
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde Ibid.
Lubrica saxa madent.
—nam sanguinis alti
Vis sibi fecit iter, campumq; effusa per omnem,
Præcipuiq; ruens Tiberina ad flumina riuo
Hærentes adiuuit aquas.
—cruor altus in vndis Luc. 3. Pharf.
Spumat, & obducti concreto sanguine fluctus.
Et stetit intertus flueret quo vulnere sanguis. Ibid.
Donec vtrasque simul largus cruor expulit hastas.
—nec sicut vulnere sanguis Ibid.
Emicuit lentus, ruptis cadit vndique venis.
—elisso ventre per ora Ibid.
Eiectat saniem permistus viscere sanguis.

Qui q;

Luc.4.Pharſ. *Quiq; fluat multo non deerit vulnere ſanguis*
Luc.6.Pharſ. —*ſtetit imbre cruento Informis facies.*
Ibid. —*infando pollutus ſanguine Nilus.*
Luc.7.Pharſ. *Sanguine Romano quàm turbidus ibit Eniphus?*
Ibid. *Viderat in craſſo voluentem ſanguine membra.*
Ibid. *Cæſar vt Heſperio vidit ſatis arua natare Sanguine.*
Luc.8.Pharſ. *Nec tota in pugna perfuſus ſanguine membra.*
Oui.2.Met. *Sanguine manabant tanquam de vulnere guttæ.*
Sil.Ita.lib.10. —*ſuper vomit ille calentem*
Sanguinis effundens per hiantia viſcera riuum.
Luc.9.Pharſ. *Sanguis erant lacrymæ, quæcumque foramina nouit*
Humor, ab his largus manat cruor.
Lucr.lib.6. *Aut etiam multus captis cum ſæpè dolore*
Corruptus ſanguis plenis ex naribus ibat.
Oui.4.Met. —*cruor emicat altè*
Non aliter, quàm cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenui ſtridente foramine, longas
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit
Arborei fœtus aſpergine cædis, in atram
Vertuntur faciem, madefactaq; ſanguine radix,
Sil.Ita. lib.9. *Purpureo tingit pendentia mora colore.*
Sil.Ita.lib.10. —*tum turbine nigro*
Sanguinis exundat torrens.
Ac manante iubis, rictuq; & naribus vnda
Sanguinis, interdum languentia murmura torquens
Effundit patulo ſpumantem ex ore cruorem.
Sen.in Theb. —*hæc vulnera*
Reſciſſa multo ſanguine, ac tabe irriga,
Sen. in Hipp. —*hinc terras cruor*
Infecit omnes fuſus, & rubuit mare.
Oui.11.Met. *ſanguine lutus,*
Vndaq; prima rubet, demugit æq; paludes.
Oui.14.Met. *Sparſaq; ſanguineis rubuerunt pabula guttis.*
Stat.9.Theb. *Ibat purpureus niueo de pectore ſanguis.*
Stat.2.Theb. —*gelidus cadit imber anhelo*
Pectore, tum crines, ardentia q; ora cruentis
Roribus, & terra morientem aſpergine manans.

Sapiens, Sapientia.

Virg.1.Geor. *Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis*
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Oui.12.Met. *O facunde ſenex, aui prudentia noſtri.*
Iuue.Sat.14. *Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia.*
Ibid. *Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.*

—*eſt ani-*

— est animus ibi
Rerum q; prudens, & secundis
Temporibus, dubiis q; rectus. Ho.4. ca.o.4.
— rectius occupat
Nomen beati qui deorum
Muneribus sapienter vti,
Duram q; callet pauperiem pati,
Peiusq; letho flagitium timet. Ibid.
— sapienter idem
Contrahens vento nimium secundo Turgida vela. Ho.2 ca.o.10.
Ante annos animum q; gerens, curamq; virilem. Vir.9. Æne.
— consiliis habitus non futilis auctor. Virg.11. Æne.
— vigilis te animi q; sagacis Statius.
— sed angustis animus robustior annis, Idem.
Succumbit q; oneri, & mentem sua non capit ætas,
Cæsaribus virtus contigit ante diem, Oui.1. de art.
Ingenium cœleste suis velocius annis Surgit.
Ingenio formæ damna rependo meæ. Oui. Epist.21.
Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas. Lucr.lib.3.
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.
Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox Pers.sat.4.
Ante pilos venit, dicenda, tacendaq; calles.
Ore puer, pueriq; habitu, sed corde sagaci Sil.Ita.lib.8.
Æquabat senium, atque ætu superauerat annos.
— primæq; senes cessere iuuentæ, Clau.in Coss.
Iam tunc canities animi.
Sed grauibus curis animum sortita senilem, Clau.in Frat.
Ignea longæuo frenatur corde iuuentus.
Redditur antiqui præsentia Nestoris Auctor.
Mente iuuenta senex.

Saturare, & ri.

Postquam exempta fames epulis. Vir.1. Æne.
Postquam prima quies epulis mensæq; remotæ. Ibid.
Nam simul expletus dapibus, vinoq; sepultus. Vir.3 Æne.
Nec cythiso saturantur apes. Virg. Eclo.10.
— carne opus est, si satur esse velis. Mart.lib.13.
Postquam exempta fames, & amor compressus edendi. Virg.8. Æne.
Iamq; cibo, vinoq; graues somnoq; iacebant, Oui.epist.14.
Quare refectus maximas tibi grates Ago. Catullus.
Atque satur libo sit madeatq; mero. Tib. lib.2.
— postquam ordine mensæ Victa fames. Stat.1.Theb.
Vt placata fames epulis bis, terq; repostis. Stat.2.Achil.
— nec vllis Vberibus satiasse famem. Ibid.

Satur-

Saturnus.

Mart.lib.12. *Antiqui rex magne poli, mundiq; prioris,*
Sub quo p̃ gra quies, nec labor vllus erat.
Idem lib.4. *—falciferi defendere templa Tonantis.*
Virg.7.Æne. *Vitisator curuam seruans sub imagine formam*
Saturnusq; senex. Vide ÆTAS AVREA.

Saxum, *vide* RVPES.

Scabies, Scabiosus.

—scabiemq; ferat, turpesq; podagras.
Vir.3.Georg. *Turpis oues tentat scabies.*
Ibid. *—sicut grex totus in agris*
Iuue. sat.2. *Vnius scabie cadit & porrigine porci.*
Vir.3. Geor. *Nec tondere quidem morbo, illuuieq; pereſa Vellera,*
Hor.de ar.po. *Et mala quem scabies, aut morbus regius vrget.*
Tib.lib.1. *Laederet aut teneras pustula rupta manus.*
Mart.lib.6. *— Et prurit tamen vsque ad vmbilicum:*
O quanta scabie miser laborat.

Scindere, & di.

Aut rursus enodes trunci resecantur,
Vir.2.Georg. *Et nemora euertit multos ignaua per annos,*
Ibid. *Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis Eruit,*
—crebris q; bipennibus instant
Ibid. *Eruere agricolæ certatim.*
Ibid. *— ripis fluuialis arundo Caditur.*
Virg.3. Geor. *Cominus obtruncat ferro.*
Ibid. *— & hirsuti secuerunt corpora vepres.*
Ibid. *Quam si quis ferrò potuit rescindere summum Vlceris os.*
Ibid. *Continuò culpam ferro compesce.*
Virg.4.Geor. *— & validam in vites molire bipennem.*
Vir.1.Ænei. *Pars in frusta secant.*
Ibid. *— Immanesq; columnas Rupibus excidunt.*
Virg.2. Æne. *—ferroq; acclsam crebrisq; bipennibus.*
Virg.3. Æne. *—incidere funem.*
Vir.4.Ænei. *—sicut & dextra crinem secat.*
Ibid. *—flauentesq; abscissa comas.*
Oui.1.Met. *—sed immedicabile vulnus Ense recidendum est:*
Hor.Epod.2. *Inutilesq; falce ramos amputans.*
Virg.1.Geor. *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.*
Ibid. *Caditur & tilia ante iugo leuis altaq; fagus.*
Boet.lib.3. *Falce rubos silicemq; resecat.*
Tib. lib.1. *Ipsa bipenne suos cadit violenta lacertos.*
Virg.Eclo.2. *Semputata tibi frondosa vitis in vlmo est.*
Vir.Eclog.3. *Atque mala vites incidere falce nouellas.*

Premant

Premant calena falce quibus dægit Fortuna vitem. Ho.1.ca.o 28.
— Lingua prius enſe reſecta Oui. in Ibin.
Trunca geras ſæuo mutilatis partibus enſe, Ibid.
Qualia Nycerni membra fuiſſe ferunt.
Duris vt ilex tonſa bipennibus. Ho.4 ca.o.4.
— mordaci velut icta ferro Pinus. Ibid.od.6.
Procumbunt picæ ſonat icta ſecuribus ilex, Virg.6 Æne.
Fraxineæq; trabes, cuneis, & fiſſile robur
Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos.
— radicibus ære reſectis. Auctor.
Dura nec truncum gracilem ſecuri Brachia ſcindunt. Idem.
— ferro ſonat alta bipenni Virg.11.Æneid.
Fraxinus, euertunt actas ad ſidera pinus.
Robora nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum.
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos. Oui. 6. Met.
Luctantemq; loqui comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero, radix micat vltima linguæ. Ibid.
Aut linguam aut oculos, & quæ tibi membra pudorem
Abſtulerant, ferro rapiam. Oui. 3. Met.
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat
Trunca ſed oſtendens deiectis vulnera membris. Oui.epiſt.15.
Troia ceduntur Phrygia pineta ſecuri. Statius.
Hic cadunt nemus, exuuntq; montes.
Hi ferro ſcopulos, trabesq; cadunt. Idem.
— ſæuas paſtura bipennes. Oui. de nuce.
— excidite ferro. Luc.2. Pharſ.
— putrida membra recidit. Ibid.
Auulſæ cecidêre manus, exſectaq; lingua
Palpitat, & muto raucum ferit aëra motu:
Hic aures, alius ſpiramina naris adunca Amputat.
Hanc iubet immiſſo ſyluam procumbere ferro. Luc.3. Pharſ.
— ſi robora ſacra ferirent, Ibid.
In ſua credebant redituras membra ſecures.
— primus raptam vibrare bipennem Ibid.
Auſus, & aëriam ferro proſcindere quercum.
Effatur merſo violata in robora ferro,
Iam nec quis veſtrum dubitet ſubuertere ſyluam.
— manum ſed eam grauis inſuper ictus Amputat. Ibid.
Hæc quoque cum toto manus eſt abſciſſa lacerto, Ibid.
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertos, Ibid.
Brachia linquentes Graia pendentia puppe
A manibus cecidêre ſuis.
— & valli ſumma tenentes

Ampu-

Luc.6.Pharſ. *Amputat enſe manus.*
— in multas parteis diſcindere ferro.
Luc.lib.3. *Arboribus decidere falcibus ramos.*
Luc.lib.5. *Corripit aratam iamdudum in colla bipennem*
Sil.Ita.lib.5. *Depoſito clypeo mutatur tela Sychæus*
Incumbunt ſocia dextra, magnq; fragore
Pulſa gemit crebris ſuccumbens ictibus arbos.
Agmine proſternunt lucos, ſonat actа bipenni
Sil.Ita.lib.10. *Frondoſis ſylua alta iugis, hinc ornus, & alta*
Populus alba coma validis acciſa lacertis
Scinditur, hinc ilex proauorum condita ſeclo,
Deuoluunt quercus, & amantem littora pinum.
— Ipſe diuiſim ſecat
Sen.in Thyeſ. *In membra, corpus amputat trunco tenus*
Humeros potentes, & lacertorum moras,
Denudat artus duros, atque oſſa amputat.
Ouid.6.Faſt. *Non vngueis ferro ſubſecuiſſe licet.*
Ouid.8.Met. *Sylua frequens trabibus quam nulla ceciderat ætas:*
Cla.3.de rap. *— vibratq; incerta ſecurem,*
Ipſum etiam petitura Iouem, ſuccidere pinus.
Et magis enodeis properat proſternere cedros,
Exploratq; abiens truncos, rectiq; tenorem
Stipitis, & certo præſentat brachia nixu,
— pernix inuadit vtramque.
Cinctа ſinus. exertа manus, armata bipenni,
Alternaq; ferit, totisq; obnixa trementeis
Viribus impellit pariter, traxêre ruinam.
Et pariter poſuêre comas, campoq; recumbunt
Faunorum Dryadumq; dolor.

Vide FALX, & FVNDERE.

Scire, *vide* COGNOSCERE, & IGNORARE.

Scorpius.

Ouid.15.Met. *Scorpius exibit, caudaq; minabitur vnca.*
— Elata mouendus acumine cauda.
Scorpius.

Scribere literas, & alia.

Mart.lib.1. *Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem.*
Ouid.epiſt.1. *Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes,*
Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni.
Vir.3.Æneï. *— foliisq; notas, & nomina mandat.*
Ibid. *Quæcunque in foliis deſcripſit nomina virgo.*
Ouid.1.Meta. *Litera, pro verbis, quam pes in puluere duxit.*
Virg.Eclo.5. *— in viridi nuper quæ cortice fagi*
Carmina deſcripſi.

Quam

Quam legis à rapta Briseide litera venit, Oui. Epist. 3.
Vix benè Barbarica Græca notata manu.
Quæ, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem Oui. epist. 4.
Mittit Amazonio Cressa puella viro,
Perlege quodcumque est, quod epistola lecta nocebit?
Nimpha suo Paridi quamuis suus esse recusat, Oui. epist. 5.
Mittit ab Idæis verba legenda iugis.
Quæ legis ex illo Theseu tibi littore mitto. Oui. epist. 10.
Seu Prochitæ, seu Miseni sub rupe patenti Sennaz.
Inscribam grandes{que} notas ferrugine ducam.
Vnde tuam sine me vela tulêre ratem. Oui. epist. 11.
Æolis Æolidæ, quam non habet ipsa, salutem
Mittit & armata verba notata manu.
Dextra tenet calamum strictum tenet altera ferrum,
Et iacet in gremio charta notata meo.
Mittit, & optat amans, quò mittitur, ire salutem Oui. epist. 13.
Hæmonis Hæmonio Laodamia viro,
Hanc tibi Priamides mitto, Ledea salutem, Ouid. epist. 16.
Quæ tribui sola te mihi dante potest,
Non oculos tua cùm violârit epistola nostros,
Non rescribendi gloria visa leuis.
Mittit Abydenus quam mallet ferre, salutem. Oui. epist. 17.
Quam mihi misisti verbis Leandre, salutem Oui. epist. 18.
Pertulit ad miserum tandem tua casus Vlyssem Aul. sab.
Penelope chartis verba notata piis. Oui. Epist. 5.
Incisæ seruant à te mea nomina fagi,
Et legor Oenone falce notata tua.
— & dominæ mihi venit epistola nostræ. Prop. lib. 3.
Hæc Arethusa suo mittit mandata Lycotæ. Prop. lib. 4.
Vt quondam celeri stylo Mos est æquare pagina, Boet. lib. 5.
Quæ nullas habeat notas Pressas figere literas.
Quid rear affatus quòd non mihi dirigis vllos, Claud.
Nec redit alterno pollice ducta salus.
Quando dabit gratas litera nostra vices. Idem.
Iam satis inualidos calamo lassauimus artus, Oui. epist. 20.
Et manus officium longiùs ægra negat.

Scylla.

— informem vasto vidisse sub antro Scyllam. Vir. 3. Æne.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes Virg. 1. Æne.
Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa Experti,
Scylla vorax. Ouid. in Ibin.
At nos Scylla rapax canibus misisset edendos. Oui. epist. 12.
Scyllaq; virgineam canibus submista figuram. Prop. lib 3.

Tib.lib.4. *Nec Scyllæ sæuo conterruit impetus orbe,*
Cum canibus rapidas inter freta serperet vndas.
Oui. 7. Met. *— cinctaq; fauis*
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo.

Vide CHARYBDIS.

Scyphus, *vide* CALIX.

Securus, *vide* TVTVS.

Sedere, Sedes.

Virg. 4. Geor. *Ipsa considunt medicatis sedibus.*
Ibid. *Consedit scopulo medius.*
Vir. 1. Æneï. *— celsa sedet Æolus arce.*
Ibid. *— media testudine templi*
Septa annis solioq; alte subnixa resedit.
Vir. 2. Æne. *— & sacra longæuum in sede locauit.*
Ibid. *— & sedibus hæret in iisdem.*
Virg. 3. Æne. *Vna in præcelsa consedit rupe Celæno.*
Virg. 1. Æneï. *— viuoq; sedilia saxo.*
Oui. 1. Met. *Ergo vbi marmoreo superi sedere recessu.*
Ibid. *— hoc poteris mecum considere saxo.*
Hor. Epo. 4. *Sedilibusq; magnus in primis eques*
Othone contempto sedet.
Virg. Eclo. 3. *— quandoquidem in molli consedimus herba.*
Virg. Eclo. 5. *Hic corylis mixtas inter consedimus vlmos.*
Mart. lib. 2. *Assidet, & cathedris mœsta iuuenca tuis.*
Ibid. *— illum subsellia prima tenentem.*
Oui. 2. Met. *Pars in mole sedens.*
Virg. 5 Æne. *— sedebat In solio Phœbus claris lucente smaragdis.*
Ibid. *Summa petit scopuli, siccaq; in rupe resedit.*
Vir. 7. Æneï. *— vt viridante toro consederat herba.*
Ibid. *— & solio medius consedit auito.*
— patriaq; Latinus Sede sedens.
Virg. 8. Æne. *— gramineoq; viros locat ipse sedili,*
Pracipuumq; toro, & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, solioq; inuitat acerno.
Ibid. *— ter fessus valle resedit.*
Ouid. 5. Met. *Factaq; de viuo presserе sedilia saxo.*
Oui. epist. 10. *— nemorisq; leui consedit in vmbra.*
Catullus. *— in saxo frigida sedi*
Ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit
Regia fulgenti splendent auro, atque argento.
Candet ebur solius, collucent pocula mensis:
Puluinar verò Diuæ geniale locatur
Sedibus in mediis.

Qui

Qui postquam niueos flexerunt sedibus artus. Idem.
Si breuis es, sedeas, ne stans videare sedere. Oui 3. de art.
— sedisse in veste puellæ. Au. Sab. Ep. 3.
— sordida sedes Romanos cœpit proceres. Luc. 5. Pharſ.
Lentulus è celsa sublimis sede profatur. Ibid.
— in solio medius consedit acerno. Oui. 3. Fast.
Ante focos olim scamnis considere longis. Ouid. 6. Fast. 1.
— pulchro sedet illa recessu Sublimi solio. Oui. 14. Met.
Complentur vario ferrata sedilia cœtu. Clau. in Ruff.
— durum Etheoclea cernit Sublimem solio. Stat. 2. Theb.
Membra senex posito iussit releuare sedili, Oui. 8. Met.
Quod superinierit textum rude sedula Raucis

Segetes.

Et coma lactenti spicea fruge tumet. Prop. lib. 4.
— grauidæ fruges. Virg. 2. Geor.
Altera frumentis fauet. Ibid.
Neu se prævalidam primis ostendat aristis. Ibid.
— atque animos tollent sata. Ibid.
Sed frumenta manu carpes sata. Virg. 3. Geor.
Et multa dictam stipula silicumq; maniplis Ibid.
Sternere subter humum.
— ruris opes. Manil. lib. 4.
Nec pecori opportuna seges. Vir. 4. Geor.
— & victum seges ægra negabat. Vir. 3. Ænei.
— ingentem farris aceruum Vir. 4. Æne.
Vtq; leues stipulæ demptis adolentur aristis. Oui. 1 Meta.
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis. Hor. Epo. 16.
Illa seges demum votis respondet auari Virg. 1. Geor.
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sentit,
Illius immensæ ruperunt horrea messes. Ibid.
— hyberno lætissima puluere farra, Ibid.
Quid qui, ne grauidis procumbunt culmus aristis.
Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Ibid.
At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis
At rubicunda Ceres medio succinditur æstu. Ibid.
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Spicea iam campis cùm messis inhorruit, & cùm Ibid.
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.
Molli paulatim flauescet campus arista. Virg. Eclo. 4.
— non opima Sardiniæ segetes feraces. Ho. 1. ca. o. 30.
Immetata quibus iugera liberas Ho. 1. car. o. 14.
Fruges, & Cererem ferunt.

Ouid.1.Met. *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,*
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis,
Ibid. *Nec tantum segetes, alimentaq; debita diues*
Poscebatur humus.
Virg.7.Æne. *Illa vel intacta segetis per summa volaret*
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas,
Ouid.5.Meta. *—primis segetes moriuntur in herbis.*
Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber.
Ibid. *—tribuliq; fatigant.*
Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
Catullus. *Rustica agricolæ bonis Tecta frugibus explet.*
Tib.lib.1. *Nec spes destituat, sed frugum semper aceruos Præbeat.*
Tib.lib.2. *Distentet spicis horrea plena Ceres.*
Tib.lib.4. *Nec frugem segetes præbent, nec pabula terræ,*
Non illum colit aruæ deus, Bacchumq; Cereſue.
Boet.lib.3. *Falce rubos, ſilicemq; resecat,*
Manil.lib.3. *Vt noua fruge grauis Ceres eat.*
Cum Cererem fragili properat distinguere culmo Campus.

Vide METERE.

Seminare, *vide* PLANTARE.

Semper, *vide* ÆTERNVS.

Senectus, Senex.

Innuba permaneo, sed iam felicior ætas
Ouid.14.Met. *Terga dedit, tremuloq; gradu venit ægra senectus*
Secula Nestoreæ permensa Phileni senectæ
Mart.lib.7. *Euboicæ nondum numerabas longa Sybillæ*
Tempora, maior erat mensibus illa tribus
Virg.3.Geor. *—subeunt morbi, tristisq; senectus*
Ibid. *—nec turpi ignosce senectæ.*
Vir.4.Geor. *Vix defessa senem passus componere membra.*
Virg.2.Ænei. *—Iphitus ævo Iam grauior.*
Ibid. *Arma diu senior desueta trementibus ævo*
Circundat nequicquam humeris.
Ibid. *—vbi fessum ætate parentem Liquerit Anchisen.*
Ibid. *—iuxtaq; veterrima laurus.*
Ibid. *—iuxtaq; antiqua cupressus.*
Ibid. *—templumq; vetustum.*
Virg.4.Æne. *—veteris vestigia flammæ.*
Ibid. *Nix humeros infusa tegit, tum flumina mente.*
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Ibid. *—confectum ætate parentem.*
Hor.Epo.18. *Cum sit tibi dens ater, & rugis vetus*
Frontem senectus exaret.

—cani-

— canities abest Morosa — Ho.1.ca.0.9.
— nec turpem senectam Degere: — Ibid.od.31.
Cuius octauum trepidauit ætas Claudere lustrum — Ho.2.c.0.4.
Sit meæ sedes vtinam senectæ — Ibid.od.6.
Te senes parci metuunt — Ibid.od.8.
At non ter æuo functus amabilem — Ibid.od.6.
Plorauit omnes Antilochum senex Annos — Ibid. od.11.
— fugit retro
Leuis iuuentas, & decor, arida
Pellente lasciuos amores
Canicie facilemq; somnum.
Heu heu fugaces Posthume, Posthume — Ibid. od.14.
Labuntur anni, nec pietas moram
Regis, & instanti senectæ
Afferet, indomitæq; morti.
Longa Tithonum minuit senectus. — Ibid. od.16.
Promisit Pyliam quater senectam. — Mart.lib.8.
Cum sibi trecenti consulet vetustinæ, — Mart.lib.3.
Et tres capilli, quatuorve sint dentes,
Pectus cicadæ, crusculumq; formicæ,
Rugosiorem cum geras stolam frontem,
Et aranearum cassibus paret mammas,
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta,
Meliusq; rana garriant rauennates,
Et Adriaticus dulcius culex cantet.
Videasq; quantum noctuæ vident manè.
Et facies multo splendeat alba pilo. — Mart.lib.4.
Non senis extremum piguit vergentibus annis — Luc.6.Pharſ.
Præcipitasse diem,
Cum baculoque, peraq; senem, cui cana putrisq; — Mart.lib.1.
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit. — Ibid.
Exuit annosæ mores, nomenq; senectæ. — Ibid.
Factus in hac ego sum iam regione senex. — Oui.12.Met.
Tum senior: quamuis obstet mihi longa vetustas,
Multaq; me fugiant primis spectata sub annis
— ac si quem potuit spatiosa senectus
Spectatorem operum multorum reddere, vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.
Venit enim properata malis inopina senectus. — Boet.li.1.Me. lib.1.
Et dolor ætatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur vertice cani,
Et tremit effecto corpore laxa cutis. — Iuue. Sat.9.

Oui. 4. Met. — obrepit non intellecta senectus.
Quiq; senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.
Oui. 6. Met. Pallas anum simulat, falsosq; in tempora canos
Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus.
Mentis inops, longaq; venit confecta senecta,
Ibid. Et nimium vixisse diu nocet.
— formamq; remouit anilem.
Ibid. — miserere parentis Longæui
Vir. 12. Ænei. — æuo confectus Aceste.
Virg. 11. Æne. Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.
Virg. 9. Ænei. — & maximus æuo.
Vir. Ænei. 11. — fis anus.
Ho. 4. ca. o. 13. — te quia Luridi
Ibid. Dentes, te quia rugæ
Turpant, & capitis niues.
Ho. de ar. po. Maturusne senex, an qui maturus Aceste.
Virg. 5. Æne. — sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigent effœtæ in corpore vires.
Ibid. Dum melior vires sanguis dabat, æmula nec dum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Longæuosq; senes.
Ibid. — tristisq; senectus
Vir. 9. Æne. — in vultus sese transformat aniles,
Vir. 7. Æne. Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines.
Virg. 8. Æne. — ibat rex obsitus æuo.
Ibid. Sed mihi tarda gelu, seclisq; effœta senectus.
Virg. 9. Æne. — tarda senectus
Debilitat vires animi, mutat q; vigorem.
Vir. 10. Æne. Canentem molli pluma duxisse senectam.
Ibid. Canitiemq; sibi, & longos promiserat annos.
Oui. 6. Met. — longæq; extrema senecta Tempora.
Oui. 3. Met. Quam simulauit anum, posuitq; ad tempora canos,
Sulcauitq; cutem rugis, & curua trementi
Membra tulit passu vocem quoque fecit anilem.
Ibid. — an esset Tempora matura visurus longa senecta.
Ibid. — ille mouens albentia tempora canis.
Oui. epist. 7. — vita grauis auctor, & annis
Catullus. — dum inculta senescit.
Idem. Reddite in extrema nuper mihi fine senecta
Idem. — tua cana senectus.
Idem. — confecto ætate parenti.

— preme-

— premeret cum serior ætas. Tib. lib. 1.
— occupat in parua pigra senecta casa. Ibid.
— liceat q; caput candescere canis Ibid.
Temporis & prisci facta referre senem,
— dum tarda senectus Inducat rugas, inficiatq; comas. Tib. lib. 2.
Et nondum cani nigros læsere capillos, Tib. lib. 3.
Nec venit tardo curua senecta pede.
Cum mea rugosa pallebunt ora senecta, Ibid.
Et referam pueris tempora prisca senex.
Namque senex longæ peragit dum sæcula vitæ, Tib. lib. 4.
Centum fœcundos Titan renouauerit annos.
— facta remansit anus. Prop. lib. 2.
— longæua minuisset fata senecta. Ibid.
Miles depositis annosus secubat armis, Ibid.
Grandæuiq; negant ducere aratra boues. Ibid.
— deducet nulla senectus,
Siue ego Titonus siue ego Nestor ero.
Venit enim properata malis inopina senectus
Et dolor ætatem iussit inesse suam: Boet. lib. 1.
— sanctam Tollere canitiem. Ausonius.
Quas pubescentes iuncta senecta premit. Statius.
— senio nec fessus inerti. Idem.
— tarda situ, rebusq; exhausta senectus. Oui. 1. de art.
Creditur annosum pertimuisse senem. Oui. 2. de art.
Et tibi iam venient cani formose capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent. Oui. 3. de art.
Quam cito (me miserum) laxantur corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color?
Quasq; fuisse tibi canas à virgine iuras, Luc. 1. Pharf.
Spargentur subito per caput omne comæ.
— alter vergentibus annis
In senium, longoq; toga tranquillior vsu.
Intonsos rigidam in frontem descendere canos. Luc. 2. Pharf.
Passus erat, mœstamq; genis increscere barbam. Luc. 3. Pharf.
Grandæuosq; senes. Luc. 5. Pharf.
— iam respice canos,
Inualidasq; manus, & inanes cerne lacertos,
Iam placidus senio, fractisq; modestior armis. Luc. 4. Pharf.
— æuo, maciesq; senescunt. Luc. lib. 1.
— ne tarda prius per membra senectus Ibid.
Serpat, & in nobis vitæ claustra resoluat.
Post vbi iam validis quassatum viribus æui Lucr. lib. 3.
Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus:

Claudicat ingenium, delirat linguaq; mensq;
Ibid. *Omnia deficiunt, atque vno tempore desunt.*
Si tibi non annis corpus iam marcet, & artus
Luc. lib. 5. *Confecti languent.*
— valida vires ætate senecta,
Iuue. Sat. 2. *Membraq; deficiunt fugienti languida visu,*
Dum noua canities, dum prima & recta senectus,
Dum superest Lacheſi, quod torqueat, & pedibus me
Iuue. Sat 3. *Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo*
Iuue. Sat. 9. *— iam frigidus ævo.*
Iuue. Sat. 10. *— obrepit non intellecta senectus.*
Sed quam continuus, & quantis longa senectus
Plena malis deformem, & tetrum ante omnia vultum.
Diſſimilemq; sui deformem pro cute pellem,
Pendentesq; genas, & tabeis aſpice rugas,
Qualeis vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
Oui. 7. Meta. *— tardus grauitate ſenili.*
Sil. Ita lib. 14. *Verùm vbi fata virum fragili ſoluêre ſenecta,*
Se. in He. fur. *Venit ad pigros cana ſenectus.*
Ibid. *Tardusq; ſenior graditur.*
Ibid. *— in extremo abdita*
Iners ſenectus adiuuat baculo gradum.
Senec. in Med *Senio trementem debili, atque æuo grauem.*
Oui. 5. Faſt. *Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,*
Inq; ſuo pretio ruga ſenilis erat.
Oui. 3. Triſt. *Iſta decens facies longis vitiabitur annis,*
Eleg. 3. *Rugaq; in antiqua fronte ſenilis erit:*
Injiciet q; manus formæ damnoſa ſenectus,
Oui. 4. Triſt. *Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.*
Eleg. 7. *Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,*
Inficit, & nigras alba ſenecta comas.
Ibid. *Iam ſubeunt anni fragiles, & inertior ætas,*
Ibi. Eleg. 10. *Iamq; parum firmo me mihi ferre graue eſt.*
— tarda vireis adimente ſenecta.
Ibid. *Iam mihi canities pulſis melioribus annis,*
Venerat, antiquas miſcuerat q; comas.
Et iam complerat genitor ſua fata, nouemq;
Addiderat luſtris altera luſtra nouem.
Oui. 1. de Pon. *Iam mihi deterior canis aſpergitur ætas,*
Eleg. 5. *Iamq; meos vultus ruga ſenilis arat.*
Iam rigor, & quaſſo languent in corpore vires.
Nec iuuent luſus qui placuêre iuuant.

Nec me

Nec me si subito videas, cognoscere possis,
Ætatis facta est tanta ruina meæ. Oui. 5. Met.
— spatiumq; iuuentæ
Transit, & emeritis medij quoque temporis annis
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ. Cla. 1. in Eutr.
— in rugas totus defluxit anileis. Ibid.
Iamque suo lassata cutis, sulcisque genarum
Corruerat passa facies rugosior uua.
Flaua minus presso finduntur uomere rura,
Nec uento sic uela tremunt, miserabile turpes.
Exedere caput tineæ, desecta patebant
Interualla comæ, qualis sitientibus aruis
Arida ieiunæ seges interlucet aristæ,
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.
— medio de limite vitæ In senium vergens. Stat. 1. Theb.
— magnis cui sobria curis Ibid.
Pendebat somno iam deteriore senectus.
Annosa & molli contingat vita senecta. Manil. lib. 1.
Seros demum complectitur annos, Manil. lib. 2.
Labenteisque dies vitæ, tremulamq; senectam.

Sepelire, Sepulcrum.

Donec humo tegere ac foueis abscondere discunt. Virg. 3. Geor.
— Inhumati venit imago. Virg. 1. Geor.
— corpusque exangue sepulcro Reddidit Hectoreum. Virg. 2. Æne.
— his confixum ferrea texit Virg. 3. Æne.
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
— animamque sepulcro Condimus. Ibid.
— mediaq; inhumatus arena. Virg. 4. Æne.
— cui super Carthaginem Virtus sepulcrum condidit, Hor. Epo. 9.
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulcris. Virg. 1. Geor.
Ossibus, & capiti inhumato. Ho. 1. c. o. 28.
Tu secunda marmora Ho. 2. c. o. 18.
Locas sub ipsam funus, & sepulchri
Immemor struis domos
Cum tamen hæc tua sit Zoile Sandapila. Mart. libr. 2.
Siue, aliquis dignatus erit supponere terræ Oui. in Ibin.
Et dare plebeio corpus inane rogo.
Saucius ingesta contumuleris humo. Ibid.
Nec tibi regali placeas Cleopatra sepulchro, Mart. lib. 1.
Vipera si tumulo nobiliore iacet,
Cæsaris in clausa surgens obeliscus inanem Auctor.
Iactabat urna puluerem.

Hoc tegitur cito rapta suis Antulla sepulcro

Mart.lib. 1. *Semisepulta virum curuis feriuntur aratris Ossa.*

Oui.epist.11. *— simulacraq; functa sepulchro.*

Oui. 10. Met. *— tellus mihi seruat Aceſtem,*

Vir.3.Æne. *Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa.*

Nunc vltrò ad cineres, ipsius & ossa parentis Adsumus.

Ibid. *Ex quo relliquias, diuinique ossa parentis.*

Ibid. *Condidimus terra, mœstasque sacrauimus aras.*

— tumuliq; ex aggere fatur.

Ibid. *— & sociis dare tempus humandis.*

Vir.11.Æne. *Interea socios, inhumataq; corpora terræ Mandemus.*

Ibid. *Innumeras struxere pyras, & corpora partim*

Ibid. *Multa virum terræ infodiunt.*

— non te optima mater

Vir.10.Æne. *Condet humi, patrioue onerabit membra sepulcro.*

Alitibus linquere feris.

Vir.9 Æne. *— pretioue redemptum Mandet humo solita.*

Vir.5. Æne. *Salue sancte parens iterum saluete recepti*

Nequicquam cineres, animæq; umbræq; paternæ.

Ibid. *— ad tumulum quo maximus occubat Hector.*

Virg.6.Æne. *— hunc & conde sepulcro.*

Ibid. *Tunc egomet tumulum Rheteo in littore inanem Constituã.*

Ibid. *— & patriæ decedens ponere terræ.*

Prop.lib.2. *Illa sepultura fata beata tua.*

Auctor. *Sons vbi scutis iacet interempta Virgo Sabinis.*

Idem. *— dum tumuli minans Huic moliris opus.*

Vidi cum tegeret calcis in angulo

Tantum congeries, sacra sub aurea

Nunc intergelidis vsta rigoribus

Caule fœna sato virgine numini,

Felicemque tuo quam cineri moram

Fundas æthereis donec adorea

Victrix spiritui iungat in arcibus,

Transfers adicula marmora, frigidum

Idem. *Deuotisque nouas corpus honoribus.*

Vir.9.Æne. *— gelidosque marmor Texerit artus.*

Mandet humo solita, aut, si qua id fortuna vetabit,

Vir.10.Æne. *Absenti ferat insidias, decoretque sepulcro.*

Ibid. *Corpus humo patiare tegi.*

Vir.11.Æne. *Et me consortem nati concede sepulcro*

Corpora per campos ferro quà fusa iacebant.

Oui. epist.3. *Redderet, ac tumulo fineret succedere terræ.*

Oui.3.Trist. *Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro.*

Ossa

Ossa tamen facito parua referantur in vrnâ. Eleg. 3.
— peremptum supposuit tumulo. Ibid.
Et senis Anchisæ molliter ossa cubent. Oui. epist. 7.
Instruit impensa nostra sepulcra breui Ibid.
Sparsa precor nati collige membra tui. Oui. epist. 15.
Et refer ad matrem, socioq; impone sepulcro,
Vrnaque nos habeat quamlibet arcta duos. Oui. epist. 14.
Et sepeli lacrymis perfussa fidelibus ossa,
Sculptaque sint titulo nostra sepulcra breui. Catullus.
— nec iniecta tumulabor mortua terra Idem.
Troia nefas commune sepulcrum Europæ, Asiæque, Idem.
Quem nunc tam longè non inter nota sepulcra.
Nec prope cognatos compositum cineres:
Sed Troia obscœna Troia infœlice sepulcrum
Detinet à nostro terra aliena solo. Tib. lib. 1.
Quod si fatales iam nunc expleuimus annos,
Fac lapis inscriptis stet super ossa notis:
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus. Tib. lib. 2.
Messalam terra, dum sequiturque mari. Tib. lib. 3.
Sic benè sub tenera parua quiescat humo. Tib. lib. 4.
Lygdamus hic situs est. Prop. lib. 1.
Quin etiam mea cùm tumulus contexerit ossa. Prop. lib. 2.
Tu nullo miseri contegis ossa solo.
Et breue in exiguo marmore nomen eno. Ibid.
Si te fortè meo ducet via proxima busto.
Deinde vbi supposítus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes paruula testa meos,
Et sit in exiguo laurus superaddita busto, Ibid.
Quæ tegat extincti funeris vmbra locum, Prop. lib. 3.
— Antilochi vidisset corpus humati Ibid.
Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro. Ibid.
Reddite corpus humo
Afferet huc vnguenta mihi, sertisque sepulcrum
Ornabit custos ad mea busta sedens:
Dij faciant mea ne tetra locet ossa frequenti, Ibid.
Quà facit assiduo tramite vulgus iter.
Me tegat arborea deuia terra coma,
Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ, Prop. lib. 4.
Non iuuat in media nomen habere via.
Hic Tiburtina iacet aurea Cynthia terra, Auson.
Accessit ripæ laus Aniene tuæ. Statius.
Quam postquam mœsto socij posuere feretro. Oui. 2. de art.
Angusto Babylon gemit sepulcro

Accipi-

Aul.sa.Epi.2 *Accipiat cineres terra paterna meos.*
Oui.epist.15. —*patrem tumulabimus antè.*
Luc.2.Pharſ. *Aut hic Tartarea contegar exul humo.*
Luc.6.Phar. —*ſed poſtquam condidit vrna Supremos cineres.*
Viuentes animas, & adhuc ſua membra regentes
Luc.8.Pharſ. *Infodit buſto.*
Luc.lib.1. —*te parua tegant, ac vilia buſta*
Oui. 4.Met. *Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa,*
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu qua ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum.
Ibid. —*defodit alta*
Oui.7. Met. *Crudus humo, tumulumque ſuper grauis addit arena.*
Sil.Ita.lib.12. —*me quoq; conde ſepulcro.*
Ibid. —*mox deinde quietu*
Oui.3.Triſt. *Accipiat tellus oſſa inuiolata ſepulcro.*
Eleg.3. *Vel ſaltem patria contumularer humo.*

Septemtrio.

Scythiam ſeptemque triones Horriferinuaſit Boreas.
Oui.1. Meta. *Hic tamen ſceptro populos regebat,*
Boet. lib. 2. *Quos premunt ſeptem gelidi triones.*
Ouid.2.Triſt. *Parrhaſiæ gelido virginis axe premor.*
Oui.in Ibin. —*relegatum gelidos Aquilonis ad ortus.*
Oui.5.Triſt. —*hæc gelido terra ſub axe latet.*
Ou.2.dePon. —*cum ſim ſub cardine mundi,*
Qui ſemper liquidis altior extat aquis
Oui.5. Triſt. *Quem nunc ſuppoſitum ſtellis Erymanthidos vrſæ*
Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis:
Oui.4. Triſt. *Vita procul patria peragenda ſub axe Boræo eſt,*
Qua maris Euxini terra ſiniſtra iacet.
Ibid. *Quod Scythicis habitem longè ſummotus in oris,*
Siccaque ſint oculis proxima ſigna meis:
Oui.3. Triſt. *Barbara me tellus & inhoſpita littora ponti*
Cumque ſuo Borea Mœnalis vrſa videt.
Ibid. *Suppoſitum ſtellis nunquam tangentibus æquor,*
Me ſciat in media viuere barbaria,
Ibid. *Proxima ſideribus tellus Erymanthidos vrſæ Me tenet.*
Ibid. *Quaq; Lycaonio terra ſub axe iacet.*
Oui.2.depon. *Diuidimur cœlo, quaq; eſt procul vrbe Quirini*
Aſpicit hirſutos cominus vrſa Getas.

Sequi.

Vir 12 Æne. —*& longè ſeruet veſtigia coniux.*
Ibid. —*ſequor & quà ducitis adſum.*

—*veſti-*

— vestigia retro Obseruata sequor per noctem. Ibid.
Consequimur cuncti. Ibid.
Nec potis Ionios fluctus aquare sequendo. Virg.3. Æne.
— hos tota armenta sequuntur A tergo, Vir.1. Æne.
Exercet Diana choros, quam mille secuta Ibid.
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades,
— admisso sequitur vestigia passu, Ouid.1.Met.
Vt canis in vacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit ille salutem. Ibid.
— non insequor hostis. Vir.1.Æne.
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus. Vir.2. Æne.
Prosequitur pauitans. Ibid.
— illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur. Virg.3.Æne.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes. Vir.4.Æne.
Qui face Dardanios, ferroque sequare colonos Ouid.1.Met.
— illa patrem sequiturq; sorores. Ho.1.c.o.12.
Vnde vocalem temere insecuta Orphea sylua Ibid o.25.
Vrgent impauidi te Salaminius Teucer, & Stelenus, Ibid. o.23.
Atqui non ego te tigris vt aspera
Getulusue leo frangere persequor: Ibid.o.17.
— ab Italia volantem
Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venatur in campis niualis Hemonæ. Oui.12.Met.
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum. Oui.3. Met.
Subsequitur, pressoq; legit vestigia gressu, Ibid.
— respiciens comites sua terga sequentes Vir. 6.Æne.
Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat. Vir.9. Æne.
Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus.
Nec minus Aeneas quamquam tardante sagitta
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant
Insequitur, trepidiq; pedem pede feruidus vrget. Oui.5. Met.
Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat:
Vt solet accipiter trepidas vrgere columbas. Vir 11 Æne.
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam. Oui.5.Met.
Sicut eram fugio, tanto magis instat, & ardet:
Seu certè sonituq; pedum terrebat, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus aris. Oui.3. Met.
— sequitur vestigia furtim. Catullus.
Rapidæ ducem sequuntur Gallæ pede propero. Prop. lib. 3.
Credebat dominæ pone venire pedes. Oui.2.de art.
Me pennis sectare datis, ego prauius ibo.

Sit

Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris

Luc. 5. Phar. *Saue quid insequeris, quid iam nolentibus instas.*

Stat. 2. Achil. *— illam sequitur, premitq;*
Improbus, illam oculis iterumq; iterum q; resumit.
Nunc nimius lateri non euitantis adhæret.
— trepidis vestigia retro Passibus vrgentem.

Stat. 2. Theb. *Ac per nulla sequi dubitant vestigia prædas.*

Mart. lib. 5. *— qualis cum cerua cruentis*

Stat. 5. Theb. *Circumuenta lupis, nullum cui pectore molli*
Robur, & in volucri tenuis fiducia cursu,
Præcipitat suspensa fugam, iam iamq; teneri
Credit, & elusos audit concurrere morsus.

Vide VENARI.

Serenare, & Serenitas.

Manil. lib. 1. *Nubila cum longo cessant depulsa sereno,*
Et solis radiis arescit torridus aër.

Stat. 2. Theb. *— infernaque nubila vultu*
Discutit, & viuis afflatibus ora serenat.

Prop. lib. 1. *Transeat hic sine nube dies stent aëre venti.*
Ponat in sicco molliter vnda minas.

Oui. 2. Trist. *Nunc vbi detonuit, strepitu q; exterruit orbem,*
Purum discussis aera reddit aquis.

Stat. 7. Theb. *— si clara dies, Zephyrique refecit Aura polum.*

Auso. in Mos. *Purior hic campis aër, Phœbusque sereno*
Lumine purpureum reserat iam sidus Olympum,
Nec iam consertis per mutua vincula ramis.
Quæritur excluſum viridi caligine cœlum,
Sed liquidum iubar, & rutilam visentibus æthram
Libera perspicui non inuidet aura diei.

Stat. 5. Theb. *Vt stata lux pelago, venturumque æthera sensit*
Tiphys, & occidui rubuere cubilia Phœbi.

Stat. 1. Theb. *Sed nec puniceo rediturum nubila cœlo*
Promisere iubar, nec rarescentibus vmbris
Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.

Claud. in Coss. Hono. *— vt altus Olympi*
Vertex, qui spatio ventos, hyemeisq; relinquit
Perpetuum nulla temeratus nube serenum.
Ipse fauens votis, solitoque decentior aër,
Quamuis assiduo noctem fœdauerat imbre,
Principis, & solis radiis detersa remouit
Nubila, nam puluis ideo turbauerat omnes
Ante dies, lunamque rudem madefecerat Auster,
Vt tibi seruatum scirent conuexa serenum.

— vbi pulsam hyemem sol aureus egit — Vir. 4. Geor.
Sub terras, cœlumq; æstiua luce reclusit.
— & dicto citius tumida æquora placat, — Vir. 1. Æne.
Collectasque fugat nubes, solemque reducit. — Ibid.
— cœloque inuectus aperto — Ibid.
Vultu, quo cœlum, tempestatesque serenat. — Ibid.
— cum circumfusa repentè — Oui. 4. Met.
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum, — Virg. 3. Æne.
Qualis vbi oppositas nitidissima solis imago — Ouid. 1. Met.
Euicit nubes, nullaque obstante reluxit,
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno.
Nubila disiecit, nimbisq; Aquilone remotis,
Et cœlo terras ostendit, & æthera terris.
— nebulasque recedere iussit. — Ibid.
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo, — Vir. 1. Georg.
Exactum ad mensem, pluuia ventisq; carebunt.
Albus vt obscuro detergit nubila cœlo, Sapè Notum. — Ho. 1. c. 0. 7.
Concidunt venti, fugiuntque nubes. — Ibid. od. 12.
— cœlo manifesta sereno. — Ouid. 1. Met.
— atque perennibus — Auctor.
Innubem Zephyris aera temperes.
Læta serenati facies aperitur Olympi, — Sil. Ita. lib. 9.
Nullaq; tam mites credas habuisse tonantem
Fulmina, nec placido commota tonitrua cœlo.
Et fortè nulla nube respersus iubar — Sen. in Oct.
Laxabat ardens feruidum Titan diem.
Imbre Phœbeos aperire vultus, — Auctor.
Semper infesto negat vdus Auster. — Oui. 2. Trist.
Nube solet pulsa candidus ire dies. — Oui. 5. Met.
Desierant imbres, victoq; Aquilonibus Austro — Ibid.
Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo.
— sol qui tectus aquosis — Tib. lib. 1.
Nubibus ante fuit, victis è nubibus exit. — Prop. lib. 1.
— tristi depellit nubila cœlo. — Prop. lib. 2.
— & optatos quærere Tyndaridas.
Ipsaq; sidera erunt nullis obscura tenebris. — Boet. lib. 3.
Purus & Orion, purus & Hœdus erit.
Gratius astra nitent, vbi Notus
Desinit imbriferos dare sonos — Oui. 3. de art.
— cum sine nubibus aer. — Luc. 3. Phar.
Nec tepidus pluuias concitat Auster aquas. — Luc. 4. Pharf.
— & liber nubibus æther,
— iam rarior aer,

Et par Phœbus aquis denſas in vellera nubes
Sparſerat, & noctes ventura luce ruebant,
Seruato q; loco rerum, diſceſſit ab aſtris
Humor & ima petit, quicquid pendebat aquarum.

Luc. 5. Phar. — *purum q; inſurgere cœlo,*
Fracturum pelagus Boream.

Luc. 10. Phar. *Sub Ioue temperies, & nunquam turbidus aer.*

Luc. lib. 1. *Placatum q; nitet diffuſo lumine cœlum.*
Nam ſimul ac ſpecies patefacta eſt verna diei,
Et reſerata viget genitabilis aura Fauoni.

Luc. lib. 3. — *ſemperque innubilus æther*
Integit, & largè diffuſo lumine ridet.

Sil. Ita. lib. 5. *Diluerat nebulas Titan, ſenſimque fluebat*
Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.

Sil. Ita. lib. 12. *Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe,*
Purgatusque nitet diſcuſſis nubibus æther.

Serere, *vide* PLANTARE.
Serpens, *vide* ANGVIS.
Sertum, *vide* CORONARE.
Seruire, Seruus.

Vir. 2. Æne. — *aut Graijs ſeruitum matribus ibo.*
Vir. 3. Æne. — *liceat Phrygio ſeruire marito.*
Vir. 4. Æne. — *quæ ſortitus non pertulit vllos*
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incenſa diuerſa per æquora vectæ
Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemque ſuperbum
Seruitio enixæ tulimus, qui deinde ſecutus
Lædeam Hermionem Lacedæmonioſque Hymenæos
Me famulam famuloque Heleno transmiſit habendam.

Ho. Epod. 4. — *contra ſeruilem manum.*
Hor. Epo. 9. — *ſpadonibus ſeruire rugoſis poteſt.*
Ho. 1. c. o. 29. — *& quæ tibi virginum*
Sponſo necato barbara ſeruiet.
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur vnctis.

Ho. 2. ca. o. 8. — *tibique ſeruitus creſcit noua,*
Mart. lib. 1. *Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe.*
Catullus. *Quæ tibi iucundo famularer ſerua labore.*
Tib. lib. 2. *Turbaque vernarum.*
Oui. 2. de rem. *Nec veniat ſeruus, nec flens ancillula fictum*
Suppliciter domina nomine dicat aue.
Luc. 10. Phar. *Tunc famulæ numerus turba, populusque miniſter.*
Iuue. Sat. 3. — *& comitum longiſſimus ordo.*

Quot

Quot iste famulus tradidit reges neci? Se. in He. fur.
Cur ergo regi seruit, & patitur iugum?
Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat Oui. 4. de Pon.
Se fore mancipium tempus in omne tuum.
— mensas famularis turbā, torosq; Instruit.
— quoque ordine certo Manil. lib. 4.
Ad sua composīti descendunt munera serui.

Seuerus, *vide* GRAVIS.

Siccus, *vide* ARERE.

Sic, *vide* ITA.

Sicilia.

freta Sicaniæ. Virg. 1. Æne.
— siue Erycis fines Ibid.
— Siculis confunditur vndis. Vir. 3. Æne.
— littora fida Erycis, portusq; Sicanos. Vir. 5. Æne.
— per omnem Trinacriam. Ibid.
Siculisne resideret aruis Ibid.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vir. 1. Æne.
Vela dabant læti, &c.
Sicanias vrbes Ætnæaq; regna petisti. Mart. lib. 7.

Silere.

— tum facta silentia tectis Vir. 1. Æne.
— silent arrectisq; auribus astant. Ibid.
Nec tacui demens. Vir. 2. Æne.
Obstupuit, retroq; pedem cum voce repressit. Ibid.
Conticuēre omnes, intentique ora tenebant. Ibid.
Conticuit tandem, factoque hic fine quierunt. Vir 3 Æne.
— mediaq; in voce resistit. Vir. 4 Æne.
His medium dictis sermonem abrumpit. Ibid.
— qui postquam voce manuq; Oui. 1. Met.
Murmura compressit, tenuēre silentia cuncti.
Substitit vt clamor pressus grauitate regentis.
— retices, nec mutua nostris Dicta refers. Ibid.
Supprimit exemplo vocem Ibid.
— impium Tenete clamorem sodales,
Et cubito remanete presso. Mart. lib. 1.
Aut si tacere lingua non potest ista.
Vt primùm placati animi, & trepidā ora quierunt. Vir. 11. Æne.
— si tacituruitas Ho. 4. ca. 9.
Obstaret meritis inuidā Romuli,
— finem dedit ore loquendi. Vir. 6 Æne.
— dixit, pressoq; obmutuit ore. Ibid.
Vt primùm mœstum tenuēre silentia cœtum. Luc. 3. Pharſ.

Vir.9 Æne. — *vocemq́ premit.*
Vir.11.Æne. — *tum facta silentia linguis.*
Oui.6. Met. *Et (mirum est potuisse) silet dolor ora repressit.*
Verbaq́ quærenti satis indignantia linguæ Defuerant.
Oui.5.Met. — *pars vltima vocis*
In medio suppressa sono est, adapertaq́ velle
Ora loqui credas, nec sunt ea peruia verbis.
Oui.epist.4. *Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit*
Lingua, ter in primo destitit ore sonus.
Prop.lib.1. — *tu tandem voces compesce molestas.*
Luc.1.Pharſ. *Vtq́ satis trepidum turba coëunte tumultum*
Composuit vultu, dextraq́ silentia iussit.
Iuue.Sat 1. — *digito compesce labellum.*
Oui 1. Fast. *Substitit in medio præscia lingua sono.*
Oui. 14. Met. *Inde fati Curibus tacitorum more luporum,*
Ore premant voces.
Stat.1.Theb. *Obtutu gelida ora premit.*

Silius Italicus Poeta.

Mart.lib.4. *Sili, Castalidum decus sororum,*
Qui periuria Barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosque
Fastus Hannibalis, leuesq́ Pœnos,
Magnis cedere cogis Aphricanis.

Sylua, *vide* SYLVÆ.

Similis, *vide* ASSIMILARE.

Singultire.

Virg.3.Geor. — *imaq́ longo Ilia singultu tendunt.*
Catullus. *Frigidulos vdo singultus ore cientem.*
Prop.lib.1. *Cum tibi singultu fortia verba cadent.*
Statius. — *& singultantia verba Molior.*
Oui.2.de rem. *Ruptaque singultu verba loquentis erant.*
Luc.8.Pharſ. — *atque in os murmura pulsant Singultus animæ.*

Simius.

Mart.lib.14. *Callidus immissas eludere Simius hastas,*
Si mihi cauda foret Cercopithecus eram
Oui.14. Met. *In deforme viros animal mutauit, vt ijdem*
Dissimiles homini possent similesq́ videri,
Membraq́ contraxit, naresq́ à fronte remissas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora.
Totaq́ velatus flauenti corpora villa
Misit in has sedes.

Sistere, *vide* MORARI.

Sitire,

Sitire, & Sitis.

Num tibi cùm fauces vrit sitis. Ho. 1. se. Sa. 2.
— imbelli sed nunc sitis anxia fato Stat. 4. Theb.
Summittitq; animos, & inertia corpora carpit.
— oraq; retro Torquet anhela sitis. Stat. 3. Theb.
— venasq; sitis consumit apertas Cla. de Mag.
Si tibi nulla sitim finiret copia limphæ. Hor. 2. Epist.
Hic sitit, ac nullo rabies extinguitur haustu. Sil. Ita. lib. 3.
Faucibus expectant siccis. Virg. 2. Æne.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora. Vir. 3. Georg.
— asperaq; siti atque exterritus æstu. Ibid.
— sed vbi ignea venis Ibid.
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus.
— per æstum Vir. Eclo. 5.
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
— esurit atque sitit. Mart. lib. 2.
— careat os humore loquentis. Oui. 6. Met.
Et fauces arent, vixq; est via vocis in illis.
Haustus aquæ, mihi nectar erit, vitamq; fatebor
Accepisse simul vitam dederitis in vndis. Oui. 5. Met.
— sitis arida guttur vrit. Ho. 4 c. o. 12.
Adduxère sitim tempora Virgili. Oui. 6. Met.
— longo dea fessa labore
Sydereo siccat à sitim collegit ab æstu.
Fessa labore sitim conceperat, oraq; nulli Colluerant fontes. Oui. 5. Met.
— Riuus muscoso prosilit è lapide. Catullus.
Dulce viatori lasso in sudore leuamen,
Cum grauis exustos æstus hiulcat agros.
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Quod sitis exurat miseros, atque arida terra. Oui. 3. de art.
Arent ora siti. Luc lib. 3.
Et canis aresti torreat arua siti. Luc. 9. Phar.
Vt liquor arenti fallat ab ore sitim. Tib. lib. 2.
— & sicco torret sitis ora palato. Prop. lib. 2.
Terraque non vllas fœta ministrat aquas. Prop. lib. 4.
Fontis egens erro, circaq; sonantia lymphis,
Et caua suscepto flumine palma sat est. Ibid.
At postquam exhausto iam flumine vicerat æstum
Ponit vix siccis tristia iura labris. Ibid.
Ex longa siti perditus Spernit flumina Tantalus.
— est sitis ista tibi qua perditus ardes, Boet. lib. 3.
— Et multum saliens incitat vnda sitim. Oui. 2. de rem.
— torrentur viscera flamma Ibid.

Oraq; ſicca rigent ſquamoſis aſpera linguis.
Iam marcent venæ, nulloq; humore rigatus
Aëris alternos anguſtat pulmo meatus,
Reſciſſoq; nocent ſuſpiria dura palato,
Pandunt ora ſiti, nocturnumq; aëra captant.
Expectant imbres, quorum modo cuncta natabant
Impulſu, & ſiccis vultus in nubibus hærent:
Quoque magis miſeros vnda ieiunia ſoluant,
Non ſuper arentem Meroen, Cancriq; ſub axe.
Quæ nudi Garamantes arant ſedere, ſed inter
Stagnantem Sicarim, & rapidum deprenſus Iberum
Spectat vicinos ſitiens exercitus amnes.

Ibid. — *nec feruida peſtis*
Cedit adhuc, ſed morbus egens iam gurgite plenis

Ibid. *Viſceribus ſibi poſcit aquas.*

Luc. lib. 7. *Oraque proiecta ſqualent arentia lingua.*

Se. in He. fur. *Nec ſitis eſt, quæ per largos exæſtuat æſtus.*

Sta. in Thyeſ. *In amne medio faucibus ſiccis ſenex Sectatur vndas*
flagrat incenſus ſiti
Cor, & peruſtis flamma viſceribus micat. Vide BIBERE.

Socius in arte, *vide* PARES.

Sol.

Vir. 3. Georg. — *hyberno opponere ſolt.*

Vir. 4. Georg. *Pandere ad æſtiuum ſolem.*

Ibid. *Interea magnum ſol circumuoluitur annum.*

Ibid. — *atque hoc cœli ſpirabile lumen.*

Vir. 4. Æne. — *aut Phœbea lampadis inſtar.*

Ouid. 1. Met. *Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras.*

Ibid. — *ſpectansq; ad lumina ſolis,*
Per iubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis.

Vir. 1. Geor. — *qui temperat orbem Sole ſatum.*

Ibid. — *vos ô clariſſima mundi*
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum,

Ibid. — *rapidique potentia ſolis Acrior.*
Ideirco certis dimenſum partibus orbem

Ibid. *Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.*

Ibid. — *tepidum ad ſolem.*

Ibid. — *ſolem ad rapidum.*
Sol quoque & exoriens, & cùm ſe condat in vndas.
Signa dabit, ſolem certiſſima ſigna ſequuntur.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe,
Suſpecti tibi ſunt imbres: namque vrget ab alto

Arbori-

Arboribusq; ſatisque Notus, pecorique ſiniſter,
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpunt radij, aut vbi pallida ſurgit
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Heu malè tum mites defendet pampinus vuas.
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando:
Hoc etiam, emenſo cùm iam decedet Olympo,
Profuerit meminiſſe magis, nam ſæpè videmus,
Ipſius in vultu varios errare colores,
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni,
Omnia tunc pariter, vento nymbisq; videbis
Feruere: non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At ſi cùm referesque diem, condesque relatum,
Lucidus orbis erit, fruſtra terrebere nimbis:
Sol tibi ſigna dabit: ſolem quis dicere falſum
Audeat? ille etiam cœcos inſtare tumultus
Sæpè monet, fraudemque & operta tumeſcere bella:
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam Vir. Eclo. 1.
Cùm caput obſcura nitidum ferrugine texit. Vir. Eclog. 6.
Sole ſub ardenti. Hor. in ca. ſat.
Iamque nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.
Phœbe ſyluarumque potens Diana Lucidum cœli decus, Ibid.
Alme ſol curru nitido diem qui
Promis, & celas, aliusque & idem
Naſcens, poſſit nihil vrbe Roma Viſere maius.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan. Oui. 1. Met.
— ſolis præclara luce nitorem Luc. lib. 2.
— & radiis circundata ſolis imago. Oui. in Ibin.
Sol oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit. Oui. 2. Met.
— ô lux immenſi publica mundi Phœbe: Ibid.
quà ſol vtrumque recurrens Aſpicit Oceanum, Virg. 7. Æne.
— ætherij ſpectans orientia ſolis Lumina. Virg. 8. Æne.
Sol medium cœli conſcenderat igneus orbem. Ibid.
Lucis Phœbe parens, quo ſine cætera Auctor.
Caligante latent aſtra ſub æthere.
Phœbeos aperire vultus Idem.
— Phœbeos ſummouet ignes. Oui. 5. Met.
— radiis frontem vallatus acutis, Oui. epiſt. 14.
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Cùm tamen altus equis Titan radiantibus inſtat Oui. epiſt. 8.
Sed vbi ortus aurei ſol radiantibus oculis Luſtrauit æthera. Catullus.

Tib.lib.2. *Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur.*
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Ipsum etiam solem defectum lumine vidit
Ibid. *Iungere pallentes nubibus annus equos.*
Prop.lib.3. *Nec refero solis & vias.*
Boet.lib.2. *Solis & atratis luxerit orbis equis.*
Cernebat rosei lumina solis.
Boet.lib.2. *Quos videt condens radios sub vndas,*
Phœbus extremo veniens ab ortu,
Ibid. *Quod Phœbus roseum diem*
Curru prouehitur aureo.
Ibid. *Cadit Hesperias Phœbus in vndas,*
Sed secreto tramite rursus
Boet.lib.3. *Currum solitos vertit ad ortus,*
Ibid. *Candidos Phœbi radios negabit.*
Boet.lib.4. *sol rutilo concitus igne.*
Boet.lib.5. *Puro clarum lumine Phœbum.*
Statius. —*pronos Hyperionis meatus.*
Oui.1.de rem. —*flammeumque solem.*
Luc.1.Phar. —*Phœbi pallidus orbis,*
Ibid. —*flammiferos Phœbi transcendere currus.*
Ipse, caput medio Titan cùm ferret Olympo,
Condidit ardentes atra caligine currus,
Stat.7.Theb. *Inuoluitque orbem tenebris gentesque coëgit Desperare diem.*
Luctificus Titan nunquam magis æthera contra
Egit equos, currumque polo rapiente retorsit,
Defectusque pati voluit, raptæque labores
Lucis, & attraxit nubes non pabula flammis,
Oui.4.Met. *Sed ne Thessalico purus luceret in orbe.*
Luc.9.Pharſ. —*genitor Phaetontis.*
Luc.10.Phar. —*premit orbita solis, Exuritque solum.*
—*sol tempora diuidit æui.*
Mutat at nocte diem, radijsque potentibus astra
Luc.lib.1. *Ire vetat, cursusque vagos statione miratur.*
Luc.lib.2. *Non radij solis, neque lucida tela diei.*
—*cum solis lumina cumque*
Luc.lib.5. *Insertim fundunt radios per opaca domorum.*
Largus item liquidi fons luminis, ætherius sol
Irrigat assiduè cœlum candore recenti,
Ibid. *Suppeditatque nouo confestim lumine lumen.*
Luc.lib.5. —*rosea sol alite lampade lucens.*
Oui.4.Met. *Tabificis subigit radiis solemnia lustrans*

—*quid*

—quid nunc Hyperione nate
Forma, colorque tibi, radiataque lumina prosunt?
Nempè tuis omneis qui terras ignibus vris. Ibid.
Dissipat hunc radiis Hyperione natus. Ibid.
—cum puro nitidissimus orbe
Oppositæ speculi referitur imagine Phœbus. Sil. Ita. lib. 10.
Obuersum spectans ora ad Phaetontia prolem,
Explorat dubios Phœbea lampade natos. Se. in He. fur.
O lucis alme rector, & cœli decus,
Qui alterna curru spatia flammifero ambiens
Illustre latis exeris terris caput, Da Phœbe veniam. Ibid.
Tuque ante omneis qui per terras
Tractuque maris fundis radios.
Noctemque fugas ore decoro, Feruide Titan. Sta. in Thyes.
Quò terrarum superumque parens,
Cuius ad ortus noctis opacæ
Decus omne fugit, quo vertis iter?
Medioque diem perdis olympo?
Cur Phœbe tuos rapis aspectus?
—coruscum lucis æheriæ iubar.
Tuque ô sereni maximum mundi decus, Sen. in Hipp.
Bis sena cursu signa qui vario regis. Sen. in Oed.
Qui tarda celeri sæcula euoluis rota.
Clarumque Titan diuidens orbi diem.
O decus mundi radiate Titan,
Cuius ad primos Hecate vapores
Lassa nocturna leuat ora biga. Oui. 1. Fast.
—radijs Hyperiona cinctam. Ouid. 3. Fast.
Sex vbi sustulerit, totidem quoque deseret ortus.
Purpureum rapido qui vehit axe diem. Clau. 1 Ruff.
—orbita solis. Cla 3 in Coss.
—medium non deserit vnquam. Hono.
Cœli Phœbus iter radijs tamen omnia lustrat. Clau. in Frat.
Sol qui flammiferis mundum complexus habenis.
Voluis inexhausto reduuntia sæcula motu
Sparge diem meliore coma, crinemque repexi
Blandius elato surgant temone iugales,
Efflantes roseum frenis spumantibus ignem.
Cum suspensus eat Phœbus, cursumque reflectat Manil lib. 2.
Hùc illuc agiles & seruet in æthere metas.
—solisque orbem. Ibid.
—quotiesque recurrens Ibid.
Lustrarit mundum vario sol igneus orbe.

Ibid. —*rapido Titanius æstu.* Vide, APOLLO, & DIES.
Solemnitas, *vide* FESTVM.
Solere, *vide* CONSVEVISSE.
Soluere.
Oui. 4. Met. —*resoluta cathenis Incedit virgo.*
Vir 1. Æne. *Ipse viro primus manicas, atque arcta leuari*
Vincula iubet Priamus.
Ibid. *Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas.*
Ibid. —*Iliades crinem de more solutæ*
Virg 1. Æne. —*vittasque resoluit Sacrati capitis.*
Oui. 1. Met. —*cinctasque resoluite vestes.*
Ibid. —*tunicasque recingunt.*
Ho. 4. c. o. 30. —*Et solutu gratia zonis properent.*
Ouid. 4. Met. —*crinales soluere vittas.*
Virg 2 Æne. *Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis*
Tandem liber equus, campoque potitus aperto.
Vir. 3. Æne. —*& laxas sciret dare iussus habenas.*
Oui. 1. Met. —*aperire domos, ac mole remota,*
Fluminibus vestris totas immittere habenas.
Ibid. —*ac fontibus ora relaxant,*
Ibid. *Et defrænato voluuntur in æquora cursu.*
Ho. 4. c. o. 7. *Infernis neque enim tenebris Diana pudicum*
Liberat Hippolytum.
Nec lethæa valet Theseus abrumpere charo
Vincula Perithoo.
Prop. lib. 2. *Idem Caucasea soluet de rupe Promethei Brachia.*
Auctor. —*placidis habenas*
Cùm quis arridens dederit fauoniis Æolus laxas.
Oui. 3. Met. *Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis.*
Sponte sua fama, est nullo soluente, cathenas.
Tib. lib. 2. *Soluite vincla iugis.*
Tib. lib. 4. *Et demum celeri ferrea vincla cani.*
Boet. lib. 3. *Laxant nodis colla solutis.*
Oui. 1. de art. —*croceas irreligata comas.*
Luc. 1. Phar. —*compage soluta.*
Luc. 2. Pharf. —*adstrictis laxari vincula palmis.*
Luc. 7. Phar. —*frænosque furentibus ira Laxat.*
Vide EXPANDERE.
Soluere debitum.
Mart. lib. 2. *Sexte nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur.*
Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.
Ibid. *Et iudex petit & petit patronus,*
Soluas censeo, Sexte, creditori.

Debitor vsuram, pariter, sortem q3 negabit. Idem lib. 4.

Somnium.

Ipsa sed in somnis inhumati venit imago, Virg. 1. Æne.
Coniugis ora modis attollens pallida miris.
In somnis ecce ante alios mœstissimus Hector. Ibid.
Visus adesse mihi, longosq3 effundere fletus. Virg. 1. Ænei.
Quærenti & tectis vrbis sine fine furenti
Infelix simulacrum atque ipsius vmbra Creusæ Vir. 4. Æne.
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago. Ibid.
— *Quæ me suspensam insomnia terrent.*
Me patris Anchisæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt. Ibid.
Admonet in somnis, & turbida terret imago. Ibid.
Omnibus vmbra locis adero.
Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusq3 ita visa monere est. Claud. lib. 3.
Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies:
Venator defessa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad syluas, ac sua lustra redit,
Iudicibus lites, aurigæ somnia currus,
Vanasq3 nocturnis meta cauatur equis:
Blandaq3 largitur frustra sitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Ac velut in somnis, oculos vbi languida pressit Vir. 12. Æne.
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago Virg. 5. Æne.
Ardentes dare visa facies.
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat, Ibid.
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchisæ subito tales effundere voces,
Pellibus incubuit stratis, somnosq3 petiuit, Virg. 7. Æne.
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Morte obita quales fama est volitare figuras Vir. 10. Ænei.
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
— *simulacraq3 inania somni,* Oui. Epist. 9.
Omniaq3 arcana nocte petita mouent,
Ne sibi neglecti mittant mala somnia Manes, Tib. lib. 2.
Mœstaq3 sopitæ stet soror ante torum.

Tib.lib.3. *Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera.*
Quæ tulit hesterna pessima nocte quies.
Ite procul vani, falsumq; auertite visum,
Ibid. *Desinite in votis quærere velle fidem.*
Ibid. *Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,*
Et pauidas mentes falsa timere iubent.
— siue illi vera monenti.
Mendaci somno credere siue volent:
Efficiat vanos noctis Lucina timores.
Et cùm te fusco somnus velauit amictu,
Prop.lib.4. *Vanum nocturnis fallit imaginibus.*
Experiar somnum, de te mihi somnia quæram,
Oui.epist.12. *Fac venias oculis vmbra benigna meis.*
Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die,
Illic te inuenio, quamquam regionibus absis,
Ho.de ar.po. *Sed non longa satis gaudia somnus habet.*
— cuius, velut ægri somnia vana
Luc.3.Pharſ. *Finguntur ſpecies.*
Luc.6.Pharſ. *Ecquid, ait, vani terremur imagine visus.*
At nox felicis Magni pars vltima vitæ
Sollicitos vana decepit imagine somnos,
Luc.7.Pharſ. *— vmbra perempti*
Ciuis adest, sua quemque premit terroris imago:
Ille senum vultus, iuuenum videt ille figuras,
Ibid. *Hunc agitant totis fraterna cadauera somnis,*
Pectore in hoc pater est, omnes in Cæsare Manes.
Luc. lib.1. *Quod Styga, quod Manes, infestaq; Tartara somnis*
Pompeio viuente videt.
Quippe etenim quàm multa tibi iam fingere possum
Lucr.lib.4. *Somnia, quæ vitæ rationes vertere possint,*
Fortunasq; tuas omnes turbare timore.
Atque eadem nobis vigilantibus obuia menteis
Luc. lib.4. *Terrificant, atque in somnis, cùm sæpè figuras*
Contuimur miras, simulacraq; luce carentum.
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens,
In somnis eadem plerumque videmur obire,
Causidici causas agere, & componere leges.
Induperatores pugnare, ac prælia obire:
Nautæ contractum cum ventis cernere bellum.
Sil.Ita.lib.15. *Nox si nileis morti dederat placidissima somnos,*
Visa viro stare effigies ante ora parentis.
Sil.Ita.lib.19. *Et fera ductoris turbabant somnia mentem:*

Namque

Namque grauis curis carpit dum nocte quietem,
Cernere Flaminium, Gracchumque, & cernere Paulum
Visus erat simul aduersos mucronibus in se
Districtis ruere, atque Itala depellere terra. Oui. 3. Fast.
Nox erat, ante torum visa est astare sororis
Squalenti Dido sanguinolenta coma.

Somnus, & illius descriptio.

Vise soporiferam somni, velocior aulam Oui. 11. Met.
Est prope cimmerios longo spelunca recessu, Ibid.
Mons cauus, ignaui domus & penetralia somni:
Quo nunquam radiis oriens, mediusve, cadensve
Phœbus adire potest, nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Euocat Auroram, nec voce silentia rumpunt
Sollicitæ canes, canibusq; sagacior anser,
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæve sonum reddunt conuitia linguæ,
Muta quies habitat, saxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ lethes, per quem cum murmure labens
Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræq; herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit & spargit per opacas humida terras.
Ianua ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est, custos in limine nullus:
At medio torus est hebeno sublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis,
Hanc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent totidem, quot messis aristas,
Sylua gerit frondes, iectas littus arenas,
Quo simul intrauit, manibusq; obstantia virgo
Somnia dimouit, vestis fulgore reluxit
Sacra domus, tardæq; Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumq; iterumq; relabens,
Summaq; percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se, cubitoq; leuatus
Quid veniat (cognouit enim) scitatur, at illa,
Somne quies rerum, placidissime somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministeriis mulces reparasq; labori:
Somnia, quæ veras aquant imitamine formas,

Hercu-

Herculean Trachina iube sub imagine regis
Alcyonen adeant, simulacraq; naufraga fingant.

Vide DORMIRE.

Soror.

Virg. 4. Ænei. —*germana tuumq; Dulce caput.*
Oui. 1. Meta. —*socia generis.*
Clad. in Iau. *Incedunt geminæ proles fraterna puellæ.*
sere. —*Nuptæ sororq; Iouis.*
Oui. epist. 15. *Et soror & coniux.*
Virg. 1. Æne.

Sortiri.

Virg. 1. Æne. —*operumq; laborem.*
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.
Vir. 3. Æne. —*quæ sortitus non pertulit vllos.*
—*sortitiq; vices.*
Vir. 5. Æne. —*deiectamq; aream sortem Accepit galeæ.*

Spatia locorum varia.

Mart. lib. 1. *Tu colis Argiui regnum, Faustine, coloni,*
Quo te bis decimus ducit ab vrbe lapis.
Idem lib. 2. *Sed duo sunt, quæ nos distinguunt millia passum,*
Quattuor hæc fiunt, cum rediturus eo.
Ibid. *Te tamen vt videam duo millia non piget ire,*
Vt te non videam quattuor ire piget.
Idem lib. 10. *Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.*

Vide DISTARE.

Speculum.

Ouid. —*& speculum consulat ipsa suum.*
Virg. *Redditur effigies liquida spectantis in vnda*
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe
Formas pura refert oculis spectantibus vnda,
Obiecto quales speculi fulgore videntur.
Fontis aqua reddunt simulacra imitantia verum,
Qualia leue refert speculi, cum cernimus, æquor,
Exprimit oppositas immobilis vnda figuras,
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.
Apparet mendax illimi fonte figura,
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti speculo nitido splendore coruscans.
Spectantis faciem mundissimus assimulat fons,
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.
Forma repercussus liquidarum fingit aquarum:
Qualeis purifico speculorum ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis simplex generatur imago,

Vt solet

Vt solet à speculo facies splendente referri.
Effigies liquido resplendet ab æquore fontis,
Qualis & à speculo simulatrix vmbra resultat.
Effingit species purissimus humor aquarum,
Plane velut speculi viuas imitantia formas
Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu leui in speculo solet apparere figura.

Sperare, Spes.

— quid cælum sperare iubebas. Virg. 4. Geor.
— curisq; ingentibus æger Spem vultu simulat. Vir. 1. Ænei.
Spem q; metumq; inter dubij, seu viuere credant. Ibid.
— hic primum Æneas sperare salutem Ibid.
Ausus & afflictis melius confidere rebus. Vir. 2. Æne.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi. Ibid.
Omnis spes Danaum, & cæpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. Ibid.
Sin aliquam expertus sumptis spem ponit in armis. Ibid.
— Nec spes opis vlla dabatur. Vir. 4. Æne.
Spemq; dedit dubiæ menti. Ibid.
— aut qua spei inimica in gente moratur: Ibid.
— & tantos rumpi non speret amores. Ibid.
— ac spem fronte serenat. Ouid. in Ibin.
Speq; tua mortis pessime semper alat. Vir. 5. Ænei.
Hic læta extremis spes est accensa duobus. Ibid.
Hos successus alit, possunt, quia posse videntur. Virg 6. Æne.
— tuaq; expectata parenti Vicit iter durum pietas. Ibid.
Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum, Tib. lib. 4.
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit. Vir. 12. Ænei.
— quod spes annuit. Oui. 3. Meta.
— subita spe feruidus ardet.
Spem mihi nescio quam vultu promittis amico. Oui. epist. 2.
Spes bona det vires. Nec spes deslituat. Tib. lib. 1.
— sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratris Semina. Ibid.
Spes etiam valida solatur compede vinctum.
— tum ne qua futuri Luc. 1. Pharſ.
Spes saltem tepidas mentes leuet.
Sperabam tamen, atque animo mea vota fouebam. Oui. 7. Meta.

Spernere, *vide* CONTEMNERE.

Spina.

— & hirsuti secuerunt corpora vepres. Virg. 3. Geor.
— Aspiris veluti, qui sentibus anguem Pressit. Vir. 2. Æne.

Conser-

Vir. 5. Æne. *Consertum tegmen spinis.*
Virg. Eclo. 2. *Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.*
Virg. Eclo. 5. *— & spinis surgit Paliurus acutis.*
Vir. 9. Æne. *— quam densi complerant undique sentes.*
Tib. lib. 4. *Candidaq; humatis crura notate rubis.*
Prop. lib 4. *Rettulit hirsutis brachia læsa rubis.*
Ouid. de nuce. *At rubus, & sentes tantummodo lædere nata,*
Spinaq; vindicta cætera tuta sua est.
Sen. in Hipp. *— acutis asperi vepres rubis.*

Spinalum in Lotharingia.

Pet. de Blar. *Dura sed vrbe rigidaq; gerens pungentia spinâ*
Idem. *Nomine Spinalum.*
Gens Spinalenses intrarat vt hostica muros.

Sponte.

Virg. 2. Geor. *— nullis hominum cogentibus ipsa*
Sponte sua veniunt.
Ibid. *Vt propria nituntur, opis q; haud indiga nostræ.*
Vir. 4. Geor. *— vltroq; dedêre.*
Ouid. 1. Meta. *— cibis nullo cogente creatis.*
Virg 6. Æne. *— namque ipse volens, facilisq; sequetur.*
Luc. lib. 1. *— nostro sine quæque labore*
Sponte sua multo fieri meliora videres.
Sen. in Hipp. *Sed arua per se fata poscentes nihil*
Sene. in Aga. *— præbeo iugulum volens.*
— sufficiunt, nullo mandante, tributa. Vide INVITE.

Spumare, & Spuma.

Virg. 3. Æne. *Obiectu salsa spumans aspergine cautes.*
Ibid. *Ter spumam elisam, & rorantia vidimus Astra.*
Vir. 4. Ænei. *— & fræna ferox spumantia mandit.*
Virg. 1. Geor. *Spumantem q; dari optat aprum.*
Vir. Eclog. 1. *— Vndam tepidi despumat aheni.*
Ouid. Epist. 2. *Pocula bina noua spumantia lacte.*
Vir. 7. Æne. *At si nostra tuo spumescant æquora remo.*
Fudimus, atque alte spumis exuberat amnis.
Luc. 4. Pharf. *Siccaq; sanguineis durescit spuma lupatis.*
Luc. 5. Pharf. *Spumea tunc primum rabies vesana per ora Effluit;*
Manil. lib. 5. *Canities empta maris, spumaq; rigentis*
Ingentes faciunt cumulos.
Ouid. 8. Met. *Feruida cum rauco latos stridore per armos*
Spuma fluit.

Sputare.

Virg. 5. Æne. *— crassumq; cruorem Ore reiectantem.*
Ouid. 12. Met. *Cumq; atro mistos sputantem sanguine dentes.*

— & ter-

— & terram sicco spuit ore viator. Virg 4.Geor.
— ter dictis desue carminibus. Tib.lib. 1.
— & ante ipsas excreat vsque fores. Ibid.
Excreat, & ficta dat mihi signa nota. Oui epist. 20.
— iungunt q; saliuas Oris. Luc. lib. 4.
Tenuia sputa, minuta, croci contincta colore, Lucr.lib.6.
Salsaq; per fauceis raucas vix edita tussi.

Stagnum, *vide* PALVS.

Stella, *vide* ASTRA.

Stercorare terram.

— quacumque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. Virg.2.Geor.
— leui rimosa cubilia limo, Vnge fouens circum.
— arida tantum Vir.4.Geor.
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neve Virg.1.Geor.
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.

Sterilis.

Difficiles primùm, terra, colles q; maligni, Virg. 2.Geor.
Et silicem curuis inuisam pascit aratris. Ibid.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara Ibid.
Frugibus infelix. Ibid.
— ager ille malus. Ibid.
Ipse Caucasio steriles in vertice syluæ. Vir. 3.Æneï.
— tum steriles exurere Sirius agros. Virg.1.Geor.
Et segnem patiêre situ durescere campum. Ibid.
At si non fuerit tellus fœcunda. Ibid.
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Oui.1. de art.
Sic dominum sterilis sæpè fefellit ager. Luc. 9.Pharſ.
Illa tamen sterilis tellus, fœcunda q; nulli
Arua bono, virus stillantis tabe Medusæ
Concipiunt, diros q; fero de sanguine rores.
Quos calor adiuuit, putriq; incoxit arena.
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Non prata viridi lata facie germinant, Mart. lib.5.
Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges, Se.in He. fur.
Non vlla ramos sylua pomiferos habet,
Sterilis profundi vastitas squalet soli,
Et fœda tellus, torpet æterno situ.
— regio nec pomis fœta nec vuis. Oui.1 de Pon.
Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo. Eleg.8.
Mista ferè duris vtilis herba rubis. Ou.4. de Pon.
Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore tellus. Eleg.4.
Ægra solo macies, tenerique ab origine culmi Inclinata seges. Oui.8. Met.

Et ste-

Stat. 4. Theb. *Et steriles inter sulcos defessus arator*
Manil. lib. 1. *Ad iuga mœrenteis cogit frustrata iuuencos.*
— quæ certos quasi delassata per annos
Manil. lib. 4. *Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.*
— quæ fuerant, steriles ad semina terræ.

Sternere, & Sterni.

Virg. 3. Geor. *Et multa duram stipula filicumq; maniplis,*
Sternere subter humum.
Oui. 2. Meta. *— procumbit vterque.*
Pronus humi, gelidoq; pauens dedit oscula saxo.
Ibid. *Obruta mole sua corpora dira iacent.*
Oui. 12. Meta. *Totaq; Peliacæ sternebat cuspidis ictu Agmina.*
Virg. 9. Æne. *— & multa porrectum extendit arena.*
Ibid. *— fortemq; manu fudisse Numanum.*
Vir. 12. Ænei. lib. 1. *Impressoq; genu nitens, terræ applicat ipsum,*
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
Impulit effuditq; solo.
Ibid. *— dabit ille ruinas*
Arboribus stragemq; satis, ruet omnia latè.
Ibid. *Præcipitem scopulo atque ingentis turbine saxi*
Excutit, effunditq; solo hunc lora, & iuga subter
Peruoluêre rotæ crebro super vngula pulsu.
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
Oui. 2. Meta. *— & aduersa prensis à fronte capillis,*
Strauit humi pronam.
Ouid. 1. Fast. *Nititur hic humeris, cœlum quoque sederat illis.*
Et vastum motu collabefactat onus.

Stips.

Ouid. 2. de Ponto. *— Exiguæ quis stipis æra neget?*
Dic, inquam, parua cur stipe quærat opes?
Idem 4. Fast. *Contulit æs populus, de quo delubra Metellus*
Fecit, ait, dandæ mos stipis inde manet.

Vide IACERE, & CADERE.

Strangulare, & ri.

Hor. in ca sa. *Frustraq; vincla gutturi innectes tuo;*
Ho. 3. ca. o 29. *Quid mori cessas? potes hac ab orno*
Pendulum zona benè te secuta lædere collum.
Oui. in Ibin. *Vtq; Siracosio perstricta fauce poetæ;*
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.
Ibid. *Vtq; loquax in equo est elisus guttura acerno;*
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.
Ibid. *Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.*
Ibid. *Vincula per laquei fac quoque guttur eat.*

Colla

Colla quoque insidis quæ subnectenda lacertis. Oui. epist. 2.
Præbuerant, laqueis implicuisse tuuat.
— quæ presso subdita mento Oui. 12. Met.
Elidunt fauces, & respiramen, iteráq; Eripiunt animæ.
Multaq; per mœstum demens effata furorem, Vir. 12. Æne.
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
Non tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit Guttura. Oui. 6. Met.
Liquit ouans laqueum, quo periturus erat. Ausonius.
Quem laqueum inuenit, nexuit, & perijt. Idem.
Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum, Idem.
Thesauriq; loco deposuit laqueum:
At qui condiderat, postquam non repperit aurum.
Aptauit collo quem reperit laqueum.
Cur aliis laqueo collum nodatus amator Oui. 1. de rem.
A trabe sublimi triste pependit onus?
Hic laqueo fauces, elisaq; guttura fregit, Luc. 1. Pharſ.
— laqueum, nodosq; nocentes Luc. 6. Pharſ.
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit.
Aut laqueum collo, tortosq; aptare rudentes. Luc. 3. Pharſ.
Pars animam laqueo claudunt, mortisq; timorem Oui. 7. Met.
Morte fugant, vltroq; vocant venientia fata.
Et tumida tenera guttura elidens manu. Se. in He. fur.
— & arctis colla laqueis inseri. Stat. 1. Theb.
Laqueone vitam finiam? Sen. in Hipp.
Præceps in ore gnatus implicuit cadens Ibid.
Laqueo tenaci corpus, & quanto magis
Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat. Oui. 1. de Pon.
— multos laqueo sua colla ligantes. Eleg. 7.
Mors placet, erigitur, laqueoq; innectere fauces Oui. 10. Met.
Destinat, & zona summo de poste reuincta
Care vale Cinyra, causamq; intellige mortis.
Dixit, & aptabat pallenti vincula collo,
— laqueo collum pressisse paternum. Hor. 1. Epist.
Cum laqueo vxorem interimis. Vide PENDERE. Ho. 1. se. sat. 3.

Strenuus, *vide* ARMIS PRÆSTANS.

Stridere, *vide* CLAMARE.

Studere literis.

Nec Musis vacat Mart. lib. 11.
Impiger ille olei multum consumat oportet
Hospes qui doctæ Palladis esse velit.
Detineo studiis animum, falloq; labores. Oui. 5. Trist.
Totos dat tetricæ dies Minervæ, Mart. libr. 10.

Dum centum ſtudet auribus virorum
Hoc quod ſecula, poſteriq; poſſint
Arpinis quoque comparare chartis
Iuue.Sat.14. —*accipe ceras ſcribe, puer, Vigila*
Oui.1. de Pon. —*Vt recitata probentur*
Carmina Pierijs inuigilate choris.
Mar. lib. 4. *Inde lego, Phœbumq; cio, Muſamq; laceſſo,*
Dum paruus lychnus modicum conſumit oliui,
Hæc dat nocturnis me nox lucubrata Camænis.

Vide DILIGENS, VIGILANS, LEGERE & COMPONERE.

Stultitia, & Stultus.

Mart.lib.12. *Et quid tu fatuos rudesq; queris? torqueris inepta.*
Virg.4.Geor. *Cum ſubita incautum dementia cepit amantem.*
Virg.2.Æne. *Nec tacui demens. Arma amens capio.*
Ibid. *Isq; amens animi & rumore accenſus amaro.*
Oui.Eclo.2. —*quæ te dementia cepit.*
Oui.6.Met. *Mentis inops.*
Ho.4.ca.0.2. *Miſce ſtultitiam conſilijs breuem,*
Dulce eſt deſipere in loco.
Virg.5.Æne. *Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?*
Vir.8.Æne. —*te rationis egentem.*
Oui.4.Faſt. *Quicumque aſpiciunt mente carere putant.*

Submergere, *vide* IMMERGERE.

Sudare.

Virg.1.Geor. —*tonſis illotus adhæſit ſudor.*
Virg.2.Geor. —*incertus ibidem*
Sudor, & ille quidem morituris frigidus.
Ibid. *Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus, Concidit.*
Ibid. —*atque immundus olentia ſudor Membra ſequebatur.*
Virg.2.Æne. —*ſalſusq; per artus Sudor ijt.*
Ibid. —*toties ſudarit ſanguine litus.*
Virg.3.Æne. *Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.*
Ho.Epo.10. *O quantus inſtat nauitis ſudor tuis.*
Ho.1.ca.0.13. —*humor, & in genas furtim labitur arguens.*
Virg.7.Æne. —*oſſaque, & artus*
Virg.5.Æne. *Perfudit toto proruptus corpore ſudor.*
—*tum creber anhelitus artus,*
Aridaq; ora quatit, ſudor fluit vndique riuis.
Virg.9.Ænei. —*tum toto corpore ſudor*
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Vir.12.Æne. *Flumen agit feſſos quatit æger anhelitus artus.*
Oui.5.Meta. *Fumantes ſudore quatit.*

Occu-

Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
Cærulea q3 cadunt toto de corpore gutta. Catullus.
Quaq3 pedem moui, manat locus, eq3 capillis Ros cadit. Idem.
A te sudor abest. Statius.
Dulce viatori lasso in sudore leuamen. Luc. 4. Pharſ.
— æstiferis Lybiæ sudabit in aruis.
— rapit arida tellus Ibid.
Sudorem, calido complentur sanguine venæ.
— fumant sudoribus artus,
Oraq3 proiecta squalent arentia lingua.
Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus vrget,
Et defecta grauis longè trahit illa pulsus. Luc. 9. Pharſ.
— manant sudoribus artus. Lucr. lib. 6.
Sudorisq3 madens per collum splendidus humor, Oui. 9. Met.
— sudore fluentia multo Brachia. Cla. 3. in lau.
— sudoribus ora Puluerulenta rubent. Stili.

Sufficere.

Hoc sat erit. Virg. 3. Æne.
— satis est gentem effugisse nefandam. Ibid.
Satis superq3. Hor. Epod. 5.
Esse sat est seruum. Mart. lib. 2.
Ohe iam satis est, ohe libelle. Mart. lib. 4.
— paruo contenta paratu. Luc. 4. Pharſ.
Discite, quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat.
— satis est populis, fluuiusq3, Ceresq3. Ibid.
— possum contentus viuere paruo. Tib. lib. 2.
Et caua suscepto flumine palma sat est, Prop. lib. 4.
Viuite contenti casulis, & collibus istis Iuue. sat. 14.
O pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim.
Vestinusq3 senex: panem quæramus aratro
Qui satis est mensis.
Qui fit Mœcenas, vt nemo, quam sibi sortem, Ho. 1. de sat. 1.
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa Contentus viuat.
Cumq3 sui paruos vsus Natura reposcat. Manil. lib. 4.

Sulphur, *vide* ÆTHNA.

Suppellectilia varia.

Multa diuitis domo Prudent.
Sita est per omnes angulos suppellex
Fulget aureus scyphus
Nec ære desit expolita peluis
Est & olla fictilis

Grauisq; & ampla argentea est paropsis
Sunt eburna quapiam
Nonnulla quercu sunt cauata & vlmo
Omne vas sit vtile
Quod est ad vsum congruens herilem.

Mart.lib.1. *Argenti genus omne comparasti,*
Et solus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, scopaque,
Solus Phidiaci toreuma cœli,
Solus Mentoreos habes labores.
Nec desunt tibi vera glaniana,
Nec qua Callaico linuntur auro,
Nec mensis anaglypta de paternis.
Argentum tamen inter omne miror,
Quare non habeas Carine purum.

Idem lib. 11. *Sic implet gabatas, paropsidasq;*
Et leues scutulas, cauasq; lances.

Supellex rustica, *vide* RVSTICA INSTRVMENTA.

Superfluus, *vide* VANVS.

Superbire, & Superbia, & Superbus.

Virg.1. Æne. —*nec tanta superbia victis.*
Virg.3. Æne. *Stirpis Achillea fastus, iuuenemq; superbum.*
Ho.1.c.o.18. *Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.*
Ibid.od. 37. —*fortunaq; dulci Ebria*
Ho.3 ca.o.10. *Ingratam Veneri pone superbiam.*
Mart.lib. 4. *Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes.*
Mart.lib.1. —*merito tumet Sabellus.*
Ibid. *A nostris procul est omnis vesica libellis,*
Cla.2. in Coss. *Musa nec insano syrmate nostra tumet*
Honor. *Inquinat egregios adiuncta superbia mores.*
Iuue. lib. 8. —*quem nobis fama superbum Tradit, & inflatum.*
Vir. 10. Æne. —*tumidusq; secundo Marte ruat.*
Virg.9.Æne. —*tumidusq; nouo præcordia regno.*
Vir.11. Æne. *Vane Ligur frustraq; animis elate superbis.*
Oui.3. Met. *Sed fuit in tenera tam dura superbia forma,*
Prop.lib.1. —*tuo contemnas carmina fastu.*
Prop.lib.4. *Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris.*
Boet. lib.2. *Quid ô superbi colla mortali iugo*
Statius. *Frustrà leuare gestiunt.*
Ouid. 3. Met. *Conuiuam ducis esse gloriatur.*
Cla.2. in Ruff. —*Laudato pauone superbior.*
Clau. in Coss. —*ne quis nimium sublata secundis*
Colla gerat.
—*nec qua comitatur honoreis.*

Ausa

Ausa tuam leuiter tentare superbia mentem. Manil. lib.
— quin ipsa superbia longè Clau. 2. in Iau.
Discessit vitium rebus solenne secundis, Stili.
Virtutumq; ingrata comes.
— nunquamq; leuantibus altè Intumuit rebus? Clau. in Frat.

Surgere è lecto, *vide* EXPERGISCI.

Suspectus, & Suspicari.

Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ. Vir. 4. Ænei.
Hoc mihi suspectum est. Mart. libr. 2.
Quid de te Line suspicatur vxor? Ibid.
Nescio quod magnum suspicor esse nefas. Mart. lib. 3.
— fuge suspicari. Ho. 2. c. o. 4.
— vt suspicor? Catullus.

Suspendere, *vide* PENDERE, & STRANGVLARE.

Sutor.

Das gladiatores, sutorum Regule cerdo, Mart. lib. 3.
Quodq; tibi tribuit subula, sica rapit.
Ebrius es, nec enim faceres id sobrius vnquam,
Vt velles corio ludere, Cerdo, tuo.
Lusisti, satis est, sed te (mihi crede) memento,
Nunc in pellicula, Cerdo tenere tua.
Dentibus antiquas solitus producere pelles, Idem lib. 9.
Et mordere luto putre, vetusq; solum.

Vide CALCEVS.

Sylua.

— saltusq; profundi. Vir. 2. Georg.
— omne leuandum Fronde nemus. Ibid.
Narciaq; picis lucos. Ibid.
— dant arbuta Syluæ. Ibid.
— Driadum syluas saltusq; sequamur. Vir. 3. Geor.
Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi. Ibid.
Horrentesq; rubos, & amantes ardua dumos,
Non vmbræ altorum nemorum. Ibid.
Et caligantem nigra formidine lucum. Virg. 4. Geor.
— frondoso desere luco. Ibid.
— Lucis agitabat in altis, Lucosq; sonantes Ibid.
— tum syluis scœna coruscis Virg. 7. Æne.
Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.
— nemora inter frondea. Ibid.
Est nemus Hæmoniæ, prærupta quod vndique claudit Sylua. Ouid. 1. Met.
— nemorum secreta subibis. Ibid.
— vmbrosaq; sylua. Ibid.

Virg Eclo.6. —*nemorum iam claudite saltus.*
Ho.1. ca. o.1. —*me gelidum nemus,*
Nympharumq; leues cum Satyris chori Secernunt populo.
Catullus. *Comata sylua.*
Idem. *Adijt q; opaca syluis redimita loca deæ.*
Tib. lib.3. *Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.*
Ho.1. ca. o.1. *Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis.*
Ibid. od.17. —*tutum per nemus arbutos.*
Quærunt latentes, & thyma deuia.
Ibid. od. 21. —*& nemorum coma.*
Ho.3. car.o.9. —*aut Aquilonibus*
Querceta Gargani laborant,
Ho.3. ca.o.4. *Errare per lucos amœnæ.*
Oui. 1. Met. *Quos & aquæ subeunt, & auræ.*
Virg.9.Æne. *Fronde tegi syluas.*
Sylua fuit latè dumis, atque ilice nigra.
Horrida, quam densi complerant vndique sentes,
Rara per occultos ducebat semita calles.
Vir. 6, Ænei. —*pars densa ferarum Tecta rapit syluas.*
Ibid. *In nemus vmbriferum.*
Ibid. *Secluſum nemus, & virgulta ſonantia ſyluis.*
Vir. 7. Ænei. —*densis hunc frondibus atrum*
Vrget vtrimque latus nemoris.
Auctor. *Saltibus crescit minor in profundis.*
Oui.epist. 4. —*syluis depone iugosis.*
Oui.epist.12. *Est nemus & piceis, & frondibus ilicis atrum.*
Vix illuc radiis solis adire licet.
Catullus. *Syluarumq; virentium, Saltuumq; reconditorum*
Tempe, quæ syluæ cingunt super impendentes.
Idem. *Nec meæ Phæacias æquant pomaria syluas.*
Prop. lib. 3. *Lucus erat felix ederoso conditus antro,*
Prop.lib.4. *Multaq; natiuus obstrepit arbor aquis:*
Syluani rimosa domus.
—*robore densa Occurrant syluæ.*
Luc.3. Pharſ. *Lucus erat longo numquam violatus ab æuo,*
Ibid. *Obscurum cingens connexis aëra ramis,*
Et gelidas altè summotis solibus vmbras.
Oui. 2. Met. *Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens*
Ibat, & attritas verſabat riuus arenas.
Luc. lib.1. *Frondiferas q; nouis auibus canere vndique syluas.*
Ouid.2. Faſt. *Syluaq; montanas occulit alta feras.*
Ibid. —*multis incedimus annis*
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

Lucus

Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra, Ouid. 2. Fast.
Quo possis viso dicere, numen inest.
In medio gramen, muscoq; adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aquæ.
Est nemus arboribus densum, secretus ab omni Ouid. 5. Fast.
Voce locus, si non obstreperetur aquis.
Sylua capax aui, validaq; incurua senecta Oui. 5. Trist.
Æternum intonsæ frondis stat peruia nullis Solibus.

Tacere, *vide* SILERE.

Tæda, *vide* ILLVMINARE.

Talpa.

Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ. Mart. lib. 11.
Et talpa est mihi fossor, atque arator.

Tangere, *vide* PVLSARE.

Tardus, tarde, & tarditas.

Quamuis tardus eras. Oui. 2. Met.
— Lentosq; tetendit arcus. Ibid.
Surgit humo piger. Ibid.
— passuq; incedit inerti. Ibid.
— iussis mora segnis abesto. Idem 3. Met.
— modo serius incidis undis. Idem 4. Met.

Vide MORARI, & CITO.

Taurus.

Armenti modo dux. Oui. 8. Met.
— modo te feriebant cornua tauri. Ibid.
— seu tardi pecoris sim gloria taurus. Tib.

Vide BOS.

Temerarius, Temeritas.

Vna est in nostris tua, Fidentine libellis Mart. lib. 1.
Pagina, sed certa domini signata figura:
Quæ tua traducit manifesto carmina furto
Sic interposito vilis contaminat uncto
Vrbica Lingonicus Tyriant hina bardocucullus:
Sic Arretinæ violant crystallina testæ:
Sic niger, in ripis errat cum forte Caystri,
Inter Ledæos ridetur coruus olores,
Sic vbi, multisona feruet sacer atthide lucus,
Improba Cecropias offendit pica querelas. Ibid.
Nostris versibus esse te poëtam
Fidentine putas, cupisq; credi?
Sic dentata sibi videtur Ægle,
Emptis ossibus, Indicoq; cornu,
Sic, quæ nigrior est, cadente mora,

Ceruſſata ſibi placet Lycoris.
Hac & iam ratione, qua poëta es:
Caluus cum fueris, eris Comatus.

Mart. lib. 1. *Non ſum tam temerarius, nec audax.*

Idem lib. 10. *Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim.*

Idem lib. 10. *Sic puto Torquatus rumpet Otaliciam.*
Quid, ſtulte, noſtris verſibus tuos miſces?
Cum litigante quid tibi miſer libro?
Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquilisq; ſimileis facere noctuas quæris,
Habens licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte frustrà crure ligneo curres.

Tela, *vide* TEXERE.

Temperatus, Temperies.

Ouid. Meta. —*inter vtramque locauit,*
Tib. lib. 4. *Temperiemq; dedit miſta cum frigore flamma.*
Fertilis hanc interpoſita eſt, interq; rigentes,
Noſtraque, & huic aduerſa ſolo pars altera noſtro,
Quas ſimiles vtrinque tenens vicina cœli
Temperat, alter & alterius vires negat aër,
Hinc placidus nobis per tempora labitur amnis.

Manil. lib. 1. *Pemiſtosq; dies mediis hyemem inter, & æſtum*
Articulis vno ſeruant in tempore vtrinque.

Tempeſtas, & illius deſcriptio.

Virg. 1. Æne. —*tempeſtatesq; ſonoras.*

Virg. 4. Æne. *Dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Orion.*
Quaſſatæq; rates, & non tractabile cœlum.

Virg. 3. Æne. *Poſtquam altum tenuêre rates, nec iam amplius vllæ*
Apparent terræ, cœlum vndique, & vndique pontus.
Tu mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber
Noctem, hyememq; ferens, & inhorruit vnda tenebris.
Continuò venti voluunt mare, magnaq; ſurgunt
Æquora diſperſi iactamur gurgite vaſto.
Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abſtulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis.
Ipſe diem, noctemq; negat diſcernere cœlo,
Nec meminiſſe viæ media Palinurus in vnda.
Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes.

Virg. 1. Æne. *Hæc vbi dicta, cauum conuerſa cuſpide montem*
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant.

Incu-

Incubuêre mari totumq́, à sedibus imis
Vnà Eurusq́, Notusq́ ruunt, creberq́ procellis
Africus, & vastos voluunt ad sidera fluctus,
Insequitur clamorque virum stridorque rudentum,
Eripiunt subito nubes, cælumq́ diemq́
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra:
Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther:
Præsentemque viris intendant omnia mortem.
Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas.
Talia voce refert: ô terque quaterque beati:
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere, ô Danaûm fortissime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra?
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virum, galeasque, & fortia corpora voluit.
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit fluctusque ad sidera tollit.
Franguntur remi, tum prora auertit, & vndis
Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent: His vnda dehiscens
Terram inter fluctus aperit furit æstus arenis.
Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras:
Dorsum immane mari summo tres Eurus ab alto
In breuia, & Syrtes vrget, (miserabile visu)
Illidit́q vadis, atque aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycium, fidumque vehebat Orontem.
Ipsius ante oculos, ingens à vertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronusque magister
Voluitur in caput, ast illum ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto:
Arma virum, tabulæq́ & Troia gaza per vndas,
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes.
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.
Horrida tempestas cœlum contraxit, & imbres, Ho. Epod. 13.
Niuesque deducunt Iouem.
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris. Virg. 1. Geor.

Collecta ex alto nubes.

Ho.1.ca.o.14. *O nauis, referent in mare te noui*
Fluctus, ô quod agis? fortiter occupa
Portum, nonne vides vt
Nudum remigio latus?
Et malas celeri saucius Africo,
Antennæq; gemant, ac sine funibus
Vix durare carinæ Possunt imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea.

Virg.1.Æne. *Vt pelagus tenuêre rates, nec iam amplius vlla*
Occurrit tellus, maria vndiq; & vndiq; cælum:
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:
Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidve pater Neptune paras, sic deinde locutus
Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis:
Mutati transuersa fremunt, & vespere ab alto
Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.

Oui.1.Trist. Eleg.1. *Verba miser frustra non proficientia perdo.*
Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ:
Terribilisq; Notus iactat mea verba, precesq;
Ad quos mittuntur, non sinit ire deos,
Ergo idem venti, ne causa ladar in vna
Velaq; nescio quo votaque nostra ferunt,
Me miserum quanti montes voluuntur aquarum,
Iam iam tacturos sydera summa putes:
Quanta deducto subsidunt æquore valles.
Iam iam tacturas tartara nigra putes,
Quodcumq; aspicio, nihil est nisi pontus, & æther,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax:
Inter vtrumq; fremunt immani murmure venti,
Nescio cui domino pareat vnda maris:
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduersa prælia fronte gerit.
Rector in incerto est, nec quid fugiatue, petatue
Inuenit ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus, nec spes est vlla salutis,
Dumque loquor vultus obruit vnda meos.
Opprimet hanc animam fluctus, frustraque precantes,
Ore necataras accipiemus aquas,
At pia nil aliud quàm me dolet exule coniux,

Hoc

Hoc vnum nostri scitque, gemitque mali.
Nescit in immenso iactari corpora ponto,
Nescit agi ventis, nescit adesse necem.
Heu mihi quàm celeri micuerunt nubila flamma.
Quantùs ab æthereo personat axe fragor.
Nec leuiùs laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue balistæ mœnia pulsat onus,
Qui venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes,
Posterior nono est, vndecimoque prior.
— nec mare Caspium Ho.1.c.o. 5.
Vexant inæquales procellæ,
— cum effusis imbribus atra Virg.5. Æne.
Tempestas sine more furit tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi, ruit æthere toto
Turbidus imber aqua densisque nigerrimus Austris. Ibid.
Ipse mihi nuper Lybicis, tu testis, in vndis
Quam molem subito excierit, maria omnia cœlo
Miscuit, Aeoleis nequicquam freta procellis.
Aut mare quale vides agitari nunc quoque ventis, Oui.epist.7.
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras?
Quo fugit, obstat hyems, hyemis mihi gratia prosit,
Aspice vt euersas concitet Eurus aquas. Catullus.
Irrita ventosæ linquens promissa procellæ. Tib.lib.4.
Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis. Boet.lib.2.
Si quantas rapidis flatibus incitus Pontus versat arenas.
Sæpè feruentes Aquilo procellas Verso concitat æquore. Ibid.
Insanum quamuis hyemet mare. Ausonius.
Huc fuga nautarum, cum totas Hadria vires, Luc.2.Pharſ.
Mouit, & in nubes abiere Ceraunia, cumque
Spumoso Calaber perfunditur æquore Sason,
— niger insicit horror Luc.5.Phar.
Terga maris, longo per multa volumina tractu
Aestuat vnda minax, flatusque incerta futuri. Ibid.
Quantùm Lauconio placidus de vertice pontus
Despicitur, tantùm nautæ videre trementes
Fluctibus è summis præceps mare, cumque tumentes
Rursus hiant vndæ, vix eminet æquore malus:
Nubila tanguntur velis, & terra carina.
Nam pelagus qua parte sedet, non celat arenam
Exhaustum in cumulos omnisque in fluctibus vnda est.
Artis opem vicere metus, nescitque magister
Quam frangat, cui cedat aquæ discordia ponti
Succurrit miseris, fluctusque euertere puppim

Non

Non valet, in fluctus victum latus vnda repellens
Ibid. *Erigit, atque omni surgit ratis ardua vento.*
Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cum puppe leuat nec rursus ab alto
Aggere deiecit pelagi, sed pertulit vnda,
Scrupoſisque angusta vacant vbi littora ſaxis Impoſuit terræ,
Luc. lib. 6. *— & trahit atram*
Fulminibus grauidam tempeſtatem, atque procellis.
Sil. Ita. lib. 1. *Heu quæ nam subitis horreſcit turbida nimbis*
Sil. Ita. lib. 4. *Tempeſtas, ruptoque polo micat igneus æther.*
Fertur ab immmenſo tempeſtas horrida cœlo,
Sil. Ita. lib. 6. *Nigrantesque globos, & turbida nubila torquens.*
Inuoluit terras.
Sic vbi nigrantem torquens ſtridentibus Auſtris
Portat turbo globum, piceaq; è nube ruinam
Pendentem, terris pariter, pontoq; minatur
Omnis & agricola, & nemoroſo vertice paſtor,
Et pelago trepidat ſubductis nauita velis.
Sil. Ita. lib. 21. *Ipſe è Tarpeio ſublimis vertice, cuncta*
Et ventos, ſimul & nubes, & grandinis iras,
Fulminaq;, & tonitrus, & nimbos conciet atros:
Concuſſu tremuêre poli, cœlumque tenebris
Clauditur, & terras caco nox condit amictu:
Inſtat tempeſtas oculis, hoſtique propinquo
Roma latet, iacta in turmas per nubila flamma
Stridorem ſeruant membris inſibilat ignis.
Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuſcis Africus alis
Bella mouent, quantis animos & pectora poſſint
Irati ſatiare Iouis, fluit agmen aquarum
Turbine confuſum piceo, & nigrante procella,
Atque omneis circa campos ſpumantibus vndis
Inuoluit, celſus ſummo de culmine montis
Se. in He. fur. *Regnator ſuperum, ſublata fulmine dextra Librauit.*
Sil. It. lib. 17. *— nulla tempeſtas fretum violentia turbet.*
Talibus ardentem furijs Neptunus vt alto
Proſpexit, vertique rates ad littora vidit.
Quaſſans cæruleum genitor caput, æquora fundo
Eruit, & tumidum mouet vltra littora pontum.
Extemplo ventos, imbreſque, è rupe procellas
Concitat Aeolias, ac nubibus æthera condit.
Tum penitus telo molitus regna trident i
Intima, ab occaſu Tethyn impellit, & ortus
Ac totum Oceani turbat caput, æquora ſurgunt

Spumea,

Spumea, & illisu scopulus tremit omnis aquarum:
Primus se attollens Nasamonum sedibus Auster
Nudauit syrtim correpta nubibus vnda,
Insequitur sublime ferens nigrantibus alis
Abruptum Boreas ponti latus, intonat ater
Discordi flatu, & partem rapit æquoris Eurus.
Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare
Fulmina, & in classem ruere implacabile cœlum
Consensere ignes, nimbique, & fluctus, & ira
Ventorum, noctemque freto imposuere tenebræ.
Ecce intorta Noto, veniensque à rupe procella
Antennæ immugit stridorque immite rudentum
Sibilat, ac similem monti, nigrante profundo
Ductoris frangit super ora trementia fluctum:
Exclamat voluens oculos cœloque fretoque
Felix ô frater, diuisque æquate cadendo
Hasdrubal, egregium fortis cui dextera in armis
Pugnanti peperit lethum, & cui fata dedere
Ausoniam extremo tellurem apprendere morsu:
Talia dum mœret diuersis flatibus acta
In geminum ruit vnda latus, puppimque sub atris
Æquoris aggeribus tenuit, ceu turbine mersam,
Mox nigris altæ pulsa exundantis arenæ
Vorticibus ratis, athereas remeauit ad auras,
Et fluctus supra, vento librante, pependit:
At geminas Notus in scopulos, atque horrida saxa
Dura sorte rapit (miserandum, & triste) biremes:
Increpuere ictu proræ tum murice acuto
Dissiliens sonuit rupta compage carina:
Hic varia antè oculos facies natat æquore toto
Arma inter galeasque virum, cristasque rubenteis
Florenteis Capuæ & gazæ, & sepostia triumpho
Laurens præda ducis, tripodes, mensæque deorum,
Cultaque nequicquam miseris simulacra Latinis.
Nox prima cœlum sparserat stellis, iacent Sen. in Aga.
Deserta vento vela, tum murmur graue
Maiora minitans collibus summis cadit,
Tractuque longo, litus ac petræ gemunt.
Agitata ventis vnda venturis tumet,
Cum subito luna conditur stellæ cadunt.
In astra pontus tollitur, & cœlum petit.
Nox vna non est, densa tenebras obruit
Caligo, & omni luce subducta fretum,

Cœlum-

Cœlumque miſcet, vndique incumbunt ſimul,
Rapiuntque pelagus infimo euerſum ſolo,
Aduerſus Euro Zephyrus, & Borea Notus.
Sua quique mittunt tela, & infeſti fretum
Emoliuntur, turbo conuoluit mare.
Strimonius altas Aquilo contorquet niueis,
Lybicuſque arenas Auſter, ac Syrteis agit.
Nec manet in Auſtro, ſit grauis nimbis Notus,
Imber auget vndas. Eurus orientem mouet
Nabathæa quatiens regna, Et Eoos ſinus,
Quid rapidus ora Corus Oceano exerens,
Mundum reuelli ſedibus totum ſuis.
Ipſoſq; rupto crederes cœlo deos
Decidere, & atrum rebus induci Chaos.
Vento reſiſtit æſtus, & ventus retro
Æſtum reuoluit, non capit ſeſe mare,
Vndaſque miſcent imber, & fluctus ſuas.
Nec hoc leuamen denique ærumnis datum eſt,
Videre ſaltem, & noſſe, quo pereant malo.
Premunt tenebræ lumina & diræ Stygis
Inferna nox eſt, excidunt ignes tamen,
Et nube dirum fulmen Eliſa micat,
Miſeriſque lucis tanta dulcedo eſt mala,
Hoc lumen optant, ipſa ſe claſſis premit,
Et prora proræ nocuit, & lateri latus
Illam dehiſcens pontus in præceps rapit,
Haurit, & alto redditam remouit mare.
Hæc onere ſidit illa conuulſum latus
Summittit vndis fluctus hanc decimus tegit,
Hæc lacera, & omni decore populato leuis
Fluitat, nec illi vela, nec tonſæ manent,
Nec rectus altas malus antennas ferens,
Sed fracta toto puppis Ionio natat.
Nil ratio, & vſus audet in magnis malis,
Tenet horror artus, omnis officio ſtupet
Nauita relicto, remus effugit manus.
In vota miſeros vltimus cogit timor,
Eadem ſuperos Troës, & Danai rogant:
Quid fata poſſunt? inuidet Pyrrhus patri,
Aiaci Vlyſſes, Neſtori Atrides minor,
Priamo Agamemnon, quiſquis ad Troiam iacet,
Felix vocatur, cadere qui meruit manu,
Quem fama ſeruat, victa quem tellus tegit,

Nihil

Nihil nobile ausos, pontus, atque vnda ferent:
Ignaua fortes fata consument viros.
Pudenda mors est, quisquis es nondum malis
Satiate tantis cœlitum, tandem tuum
Numen serena, cladibus nostris daret
Vel Troia lacrymas: odia si iurant tua,
Placetque miti Doricum exitio genus:
Quid hos simul perire nobiscum iuuat,
Quibus perimus? Sistite infestum mare.
Vehit ista Danaos classis, & Troas simulq;:
Nec plura possunt, occupat vocem mare.
Ecce alia clades: fulmine irati Iouis
Armata Pallas, quicquid aut hausta minax.
Aut Ægide, aut furore Gorgoneo potest,
Aut igne patrio tentat, & cœlo noua
Spirant procella: solus inuictus malis
Luctatur Aiax vela cogentem hunc sua
Tenso rudente flamma perstrinxit cadens,
Libratur aliud fulmen hoc toto impetu
Certum reducta Pallas excussit manu,
Imitata patrem, transit Aiacem, & ratem,
Ratisq; partem, secum, & Aiacis tulit:
Nil ille motus, ardua vt cautes salo
Ambustus extat, dirimit insanum mare,
Fluctusque rumpit pectore, & nouem manu
Complexus in se traxit, & cæco mari
Collucet Aiax, omne resplendet fretum:
Tandem occupata rupe, furibundum intonat
Superasse nunc se pelagus, acque ignes, iuuat
Vicisse cœlum, Palladem, fulmen, mare,
Non me fugauit belli citerror dei,
Et Hectorem vna solus, & Martem tuli.
Phœbea nec me tela pepulerunt gradu,
Cum Phrygibus istos vicimus tandem horream
Aliena inerti tela miti dextera.
Quod si ipse mittat? plura cum auderet furens,
Tridentem rupem subruit pulsam pater
Neptunus, imis exerens vndis caput,
Soluitque montem, quem cadens secum tulit,
Terraque, & igne victus, & pelago iacet:
Nos alia maior naufragos pestis vocat.
Est humilis, vnda scrupeis mendax vadis,
Vbi saxa rapidis clausa verticibus tegit

Fallax

Fallax Caphareus, æstuat scopulis fretum,
Feruetque semper, fluctus alterna vice.
Arx imminet prærupta, quæ spectat mare
Vtrimque geminum, Pelopis hinc oras tui,
Et Isthmon, arcto qui recuruatus solo
Ionia iungi maria Phryxeis vetat.
Hinc scelere Lemnon nobilem, hinc Chalcedona,
Tardamque ratibus aulida, hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
Lumen nefanda vertice ex summo efferens
In saxa ducit perfida classem face.
Hærent acutis rupibus fixæ rates,
Has inopis vndæ breuia comminuunt vada,
Pars vehitur, huius prima pars scopulo sedet,
Hanc alia retro spatia relegentem fecit,
Et fracta frangit, iam timent terram rates
Voluuntque maria, cedit in luctum furor,
Postquam litatum est, Phœbus in lucem redit,
Et damna noctis tristis ostendit dies
Dumque parant torto subducere carbasa lino
Oui. 3. Fast. *Pectitur rapido puppis adunca Noto.*
Inque patens æquor, frustra pugnante magistro,
Fertur, & ex oculis visa refugit humus.
Assiliunt fluctus, imoque à gurgite pontus
Vertitur, & canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis
Vtitur, ac votis is quoque poscit opem.
Iactatur tumidas exul Phœnissa per vndas,
Humidaque opposita lumina veste tegit.
Tunc primum Dido felix est dicta sorori,
Et quæcunque aliquam corpore pressit humum,
Ducitur ad Laurens ingenti flumine littus,
Puppis & expositis omnibus, hausta perit,
Aut minus, aut certè medium non amplius æquor.
Puppe secabatur, longeque erat vtraque tellus.
Cum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentibus Eurus:
Ardua iam dudum demittite cornua, rector
Clamat, & antennis totum subnectite velum.
Hic iubet, impediunt aduersa iussta procellæ,
Nec sinit audiri vocem fragor æquoris vllam.
Sponte tamen properant, alij subducere remos,
Pars munire latus, pars ventis vela negare,

Egerit hic fluctus, æquorq; refundit in æquor,
Hic rapit antennas, quæ dum sine lege geruntur,
Aspera crescit hyems, omniq; à parte feroces
Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent.
Ipse pauet, nec se quis sit status ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid iubeatue, velitue.
Tanta mali moles, tantoque potentior arte est.
Quippè sonant clamore viri, stridore rudentes,
Vndarum incursu grauis vnda, tonitribus æther,
Fluctibus erigitur, cœlumque æquare videtur
Pontus, & inductas aspergine tangere nubes;
Et modo cum fuluas eximo vertit arenas,
Concolor est illis, stygia modo nigrior vnda.
Sternitur interdum spumisque sonantibus albet.
Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis,
Et nunc, sublimis veluti de vertice montis
Despicere in valleis, imumque Acheronta videtur.
Nunc, vbi demissam curuum circumstetit æquor,
Suspicere inferno summum de gurgite cœlum.
Sæpè dat ingentem fluctu latus icta fragorem,
Nec leuius pulsata sonat quàm ferreus olim
Cum læceras aries, balistaue concutit arceis:
Vique solent sumptis incursu viribus ire
Pectore in arma feri, protentaque tela leones:
Sic vbi se ventis commiserat vnda coortis.
Ibat in arma ratis, multoque erat altior illis:
Iamque labant cunei, spoliataque tegmine cerâ
Rima patet, præbetq; viam lethalibus vndis:
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,
Inq; fretum credas totum descendere cœlum;
Inque plagas cœli tumefactum ascendere pontum:
Vela madent nimbis, & iam cœlestibus vndis
Æquoreæ miscentur aquæ, caret ignibus æther,
Cœcaq; nox premitur tenebris, hyemisque suisque
Discutiunt tamen has, præbentq; micantia lumen
Fulmina fulmineis ardescunt ignibus vnda,
Dat quoque iam saltus intra caua tenta carinæ
Fluctus, & vt miles numero præstantior omni
Cùm sæpè assiliit defensa mœnibus vrbis,
Spe potitur tandem, laudisque accensus amore
Inter mille viros murum tamen occupat vnus:
Sic vbi pulsarunt celsi latera ardua fluctus,
Vastius insurgens decima ruit impetus vndæ;

Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam,
Quam velut in captæ deſcendat mœnia nauis
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris intus erat, trepidant haud ſegnius omnes.
Quàm ſolet vrbs, aliis murum fodientibus extra,
Atque aliis murum trepidare tenentibus intus:
Deficit ars, animiq; cadunt, totidemq; videntur
Quot veniunt fluctus, ruere, atque irrumpere mortes:
Non tenet hic, lacrymas ſtupet hic, vocat ille beatos:
Funera quos maneant, hic votis numen adorat,
Brachiaque ad cœlum, quod non videt, irrita tollens
Poſcit opem ſubeunt illi frater que parensq;:
Huic cum pignoribus domus, & quod cuique relictum eſt.
Halcyonæ Ceyca mouet, Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt, & cum deſideret vnam,
Gaudet abeſſe tamen, patriæ quoque vellet ad oras
Reſpicere, inque domum ſupremos vertere vultus:
Verum vbi ſit neſcit, tanta vertigine pontus
Feruet, & inducta piceus è nubibus vmbra
Omne latet cœlum, duplicataque noctis imago eſt.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor,
Frangitur, & regimen, ſpoliis animoſa ſuperbit
Vnda velut victrix, ſinuataque deſpicit vndas.
Nec leuius, quam ſi quis Athon, Pindumq; reuulſos
Sede ſua totos in mare rapidum euerteret æquor:
Præcipitata cadit pariterq;, & pondere, & ictu,
Mergit in imaratem, cum qua pars magna virorum
Gurgite preſſa graui, neque in aëra reddita, fato
Functa ſuo eſt, alij partes, & membra carinæ
Trunca tenent, tenet ipſa manu, qua ſceptra ſolebat.
Fragmina nauigij, Ceyx, ſocerumq;, patremq;
Inuocat heu fruſtrà, ſed plurima nantis in ore
Halcyone coniux illam meminit q; refertq;
Illius ante oculos, vt agant ſua corpora fluctus,
Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis:
Dum natat, abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus,
Nominat Halcyonen ipſisq; immurmurat vndis,
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta merſum caput obruit vnda.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſes,
Illa nocte fuit, quoniamque excedere cœlo
Non licuit, denſis texit ſua nubibus ora

Stat. 5. Theb. *Iamq; aberant terris quantum Gortynia currunt*

Spicu-

Specula, caruleo grauidam cum Iuppiter imbri
Ipsa super nubem ratis armamenta Pelasga
Sistit agens, inde horror aquis, & raptus ab omni
Sole dies, miscet tenebras, quis protinus vnda
Concolor, obnixi lacerant caua nubila venti.
Diripiuntque fretum, nigris redit humida tellus
Verticibus, totumq; Notis portantibus æquor
Pendet, & æquato iam iam prope sydera dorso
Frangitur incerta iam nec prior impetus alno,
Sed labat extantem rostris, modo gurgite in imo,
Nunc cœlo Tritona ferens, nec robora prosunt
Semideum heroum, puppemq; insana flagellat
Arbor, & instabili procumbens pondere curuas
Raptat aquas, remiq; cadunt in pectus inanes.

Vide PLVERE, & VENTI, & NAVFRAGIVM.

Templum.

— solemnes ducere pompas Ad delubra iuuat. Vir. 3. Geor.
— aras alta ad delubra deorum Constitue. Vir. 4. Geor.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Iuno Virg. 1. Æne.
Condebat donis opulentum & numine Diuæ,
Ærea cui gradibus surgebant limina nexæque
Ære trabes, foribus cardo stridebat aheneis.
— sacrato auellere templo Vir. 2. Æne.
Palladium caesis summæ custodibus arcis.
— sæuæque petunt Tritonidis arcem. Ibid.
— perque Deos & religiosa deorum Limina. Ibid.
— templo, adytisque Mineruæ. Ibid.
Templa Dei saxo venerabar structa vetusto. Vir. 3. Æneid.
— fuit in tectis de marmore templum Vir. 4. Æne.
— flectunt vestigia sancta Ad delubra deæ. Ouid. 1. Met.
Nec non ad templum, summasque ad Palladis arces. Vir 11. Æne.
donec templa feceris Ho. 3. c. o. 6.
Ædesque labantes deorum, &
Fœda nigro simulacra fumo,
Tum Phœbo, & Triuiæ solido de marmore templa Instituam. Virg. 6. Æne.
Te in templo superi Iouis sacrato. Catullus.
— ad sacrorum Tecta. Auctor.
— fanaque debitis incensi caleant thuris odoribus. Ibid.
— sacra sub aureæ Transfers ædicula marmora. Ibid.
— templo in fulgente. Catullus.
— quæ templi pendeat ante fores, Tib. lib. 2.
Non ego, si merui, dubitem procumbere templis, Ibid.
Et dare sacratis oscula liminibus. Ibid.

Ibid. *Picta docet templis multa tabella tuis.*
Stabat in exigua ligneus ade Deus.
Prop lib.1. *Tu medium claro surgebat marmore templum.*
Prop. lib.4. *Flore sacella tego.*
Oui.3.de Pon. *Templa manent hodie vastis innixa columnis,*
Eleg.2. *Perque quater denos itur in illa gradus.*
Fortunat. *Per quem digna Deo est ædificata domus.*
Idem. *— domini consedit in aula.*
Idem. *Sumpsisti à domino culmen, quia culmina condis.*
Idem. *Emicat aula potens solido perfecta metallo,*
Quo sine nocte dies continuata manet.
Quisquis ad hæc sancti concurris lumina templi:
Idem. *Qui loca das populis, vbi Christum iugiter orent,*
Idem. *Si Salomoniaci memoratur machina templi.*
Iuuen. *— adytis, arisque inferret odores.*

Tempus, & Tempus elabi.

Vir.3. Æne. *Tantũ æui longinqua valet mutare vetustas, graue ne rediret*
Ho.1. ca.o. 2. *Sæculum Pyrrhæ*
Ho.2.c.o.5. *— currit enim ferox ætas.*
Oui.1. Meta. *— anxius illa Tempestate fui.*
Hor.2.c.o.18. *— traditur dies die.*
Noua que pergunt interire luna.
Tib.lib.1. *Longa dies homini docuit parere leones.*
Longa dies molli saxa peredit aqua.
Ibid. *— transet ætas.*
Quàm cito non segnis stat remeatque dies.
Ibid. *Vidi iam iuuenem, premeret cum serior ætas,*
Mœrentem stultos præteriisse dies.
Clau. *Ætatis spatium non tenuauit edax.*
Oui.3. de art. *Ventura memores iam nunc estote senecta,*
Sic enim vobis tempus abibit iners.
Dum licet, & veros etiam nunc editis annos.
Ludite, eunt anni more fluentis aquæ,
Nec quæ præterijt hora redire potest.
Virg.3. Geor. *Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas,*
Au. sa. Epi. 8. *Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.*
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.
Luc.4 Pharſ. *Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci.*
Luc.lib.1. *Præuenitque tuas flebilis hora moras.*
— æui veteris custos famosa vetustas.
Luc.lib.5. *— longa diei*
Infinita ætas anteacti temporis,
Se.in He.fur. *Denique non lapides quoque vinci cernis ab ævo?*

Non

Non altas turres ruere, & putrescere saxa?
—properat cursu
Vita citato volucriq; die
Rota præcipitis vertitur anni,
Dura peragunt pensa sorores.
Nec sua retro pensa reuoluunt.
Tempora labuntur tacitisq; senescimus annis. Oui. 6. Fast.
Et fugiunt freno non remorante dies.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu, Oui. 15. Met.
Non secus ac flumen, neque enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda
Vrgeturq; prior veniente, vrgetq; priorem,
Tempora sic fuziunt pariter, pariterq; sequuntur,
Et noua sunt semper, nam quod fuit ante relictum est.
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.
Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas Ibid.
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus aui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Labitur occulte, fallitque Volatilis ætas Oui. 10. Met.
Et nihil est annis Velocius. Vide ANNVS.

Tenebrosus.

— domus est imis in vallibus antri Ouid. 2. Met.
Abdita, sole carens, non vlli peruia vento,
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne Vacet semper, caligine semper abundet.
— caligine tectum. Id. 5. Met.
— Caligante latent astra sub æthere.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu Id. 11. Met.
Mons cauus, ignaui domus & penetralia somni:
Quo nunquam radijs oriens, mediusue, cadensue
Phœbus adire potest, nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis.

Vide ANTRVM, NOX, INFERNVS, CARCER, SYLVA & VMBRA.

Terere Tempus.

Et dubitant homines terere, atque impendere curam. Vir. 2. Geor.
Ne perdas operam. Mart. lib. 13.
— ille nihil vultum mutatus, inanes Stat. 2. Theb.
Perdis (ait) lacrymas,
Verba miser frusta non proficientia perdo, Oui. 1. Trist.
Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ: Eleg. 1.
Terribilisque Notus iactat mea verba, precesque
Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.

Ergo ijdem venti, ne causa ladar in vna,
Velaque nescio quò, votaque nostra ferunt.

Stat. 2. Achil. *Irrita ventosæ rapiebant verba procellæ.*
Stat. 6. Theb. *—raptunt conamina venti.* Vide TEMPVS.

Terere fruges.

Vir. 3. Georg. *Cum grauiter tonsis gemit area frugibus.*
Virg 1. Geor. *Nequicquam pingues palea terit area culmos.*
Ouid. 6. Fast. *Et medio tostas æstu terit area fruges.*
Oui. 3. Trist. *Tertia nudatas acceperat area messeis.*
Eleg. 5. *—bis frugibus area trita est.*
Ho. 1. se. Sa. 1. *Millia frumenti tua triuerit area censum.*

Terere in mortario.

Hæc vbi collegit, latum consedit ad ignem,
Virg. in Mor. *Et clara famulam poscit mortaria voce.*
Singula tum capitum, numerosa cortice nudat,
Et summis spoliat coriis, contemptaq; passim
Spargit humi, atque abicit, seruatum gramine bulbum,
Tingit aqua, lapidisq; cauum demittit in orbem:
Hinc salis inspergit micas, sale durus adeso
Caseus adiicitur, dictas superingerit herbas,
Et læua vestem seroſa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia, tum pariter misto terit omnia succo:
It manus in girum, paulatim singula vires
Deperdunt proprias: Color est è pluribus vnus.
Nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant,
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis
Sæpè viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus, & simo damnat sua prandia vultu.
Sæpè manu summa lacrymantia lumina tergit.
Immeritoque furens dicit conuitia fumo
Procedebat opus, non iam salebrosius, vt ante
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes
Ergò palladij guttas instillat oliui,
Exigui super vires infundit aceti:
Atque iterum commisct opus, mistumq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit: inque globum distantia contrahit vnum.

Terra.

Vir. 4. Æne. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*
Catullus. *—ferri sub terra quærere venas*
Colum. *Tu penitus clathris eradere viscera matris*
Ne dubita.

Vesta

Vesta eadem est & terra. Oui. 6. Fast.
Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa, Ibid.
Aëre subiecto tam graue pendet onus.
Stat vi terræ sua, vi stando Vesta vocatur. Ibid.
— Et tellus, Vestaq; numen idem est Ibid.
Te quoque magna Pales & te memorande canemus Virg. 3. Geor.
— nec quicquam terrenæ fœcis habentem. Ouid.
Sed sola terrarum postquam permensa parumper Næu.
Procubuêre solo mœnia. Ouid.
At quæ pinguis humus. Virg.
— Vestaque mater. Id. 1. Geor.

Vide ARARE, MVNDVS, ELEMENTA, CHAOS.

Terræmotus.

Est prope Pyttheiam tumulus Troezena sine vllis Oui. 15. Met.
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cæcis inclusa cauernis,
Exspirare aliqua cupiens, luctataque frustra.
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima,
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum ceu spiritus oris
Tendere Vesicam solet, aut directa bicornis
Terga capri tumor ille loci permansit & alti
Collis habet speciem, longoque induruit æuo.

Vide FREMERE, & QVATERE.

Terrere, & ri.

& terruit Auster euntes. Vir. 10. Æne.
Criminibus terrere nouis. Ibid.
Hic aliud maius miseris multoque tremendum Ibid.
Obijcitur magis, atque improuida pectora turbat.
Nunc omnes terrent auræ sonus excitat omnis Ibid.
Suspensum, & pariter comitique, onerique timentem. Ibid.
Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent. Ibid.
Intremuêre vndæ, penitusq; exterrita tellus.
— & magnas territat vrbes. Vir. 4. Æne.
— cæcique in nubibus ignes Terrificant animos. Ibid.
— & turbida terret imago. Ibid.
— Æneas subitis exterritus vmbris: Ibid.
Terrificam capitis concussit terq; quaterque Oui. 1. Met.
Cæsariem, cum qua terram, mare, sydera mouit:
Attonitum tanto subita a terrore ruina Ibid.
Humanum genus est, totusq; perhorruit orbis.
— terrent etiam nunc nubila mentem. Ibid.

Ibid. —populisque nouis incognite Terror.
Ho. Epod 5. Et inquietis assidens præcordiis.
Pauore somnos auferam.
Vir. 11. Æne. —magnisque vrbem terroribus implet.
Hor. Epo. 7. Tacent, & ora pallor albus inficit.
Ho. 1. c. o. 18. Mentesque perculsa stupent.
—& rubente
Ibid. o. 10. Dextra sacras iaculatus arces Terruit vrbem.
Ibid. od. 16. —puerum minaci voce dum terret.
Ho. 2. ca. o 1. quas neque Noricus Deterret ensis.
Ho. 3. ca. o 3. Iam fulgor armorum fugaces
Ibid. Terret equos, equitumq; vultus,
Ibid. od. 4. Non vultus instantis tyranni Mente quatit solida.
Oui. 1 Met. Impauidum ferient ruinæ.
Vir. 11 Æne. —magnum illa terrorem Intulerat Ioui.
Vir. 7. Æne. —& humanas motura tonitrua mentes.
Vir. 8. Æne. Quod si tantus habet mentes, & pectora terror.
Tib. lib. 1. Sed varijs portenta Deum terroribus obstant.
Terrentur viſu subito.
Ibid. Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
—timidum non me periuria terrent.

Testamentum, *vide* HÆRES.

Testis, Testari.

Oui. 1. Met. —quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas?
Ho. 12. c. o. 1. Quis non Latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prælia Testatur?
Testis eris magnis virtutibus vnda Scamandri.
Idem. Denique testis erit morti quoque dedita præda.
Prop. lib. 4. Dij mihi sunt testes.
Luc. 3. Pharſ. Et non plebeios luctus testata cupressus.
Iuue. Sat. 3. —ambiguæ si quando citabere testis, Incertæq; rei.

Testudinem tangere, & alia instrumenta musica.

Vir. 4. Geor. Ipse caua solans ægrum testudine amorem.
Vir. 1. Æne. —cythara crinitus Iopas Personat aurata.
Oui. 2. Met. —per me concordant carmina neruis.
Hor. Epo. 9 Sonante mœstum tibijs carmen lyra.
Hor. Epo. 13. —iuuat, & fide Cyllenea
Leuare diris pectora sollicitudinibus.
Ho. 1 c. o. 1. —si neque tibias Euterpe cohibet, nec Polihymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Ibid. od. 12. Quem virum, aut heroa lyra, vel acri

Tibia sumus celebrare Clio. Ibid. od. 12.
— grata q; fœminis Ibid. od. 15.
Imbelli cithara carmina diuides. Ibid.
— & fide Teia Dices Penelopen.
Quid si Threicio blandius Orpheo Ibid. od. 24.
Auditam mordere arboribus fidem.
— cur liquidam pater Ibid.
Vocem cum cithara dedit.
— hunc fidibus nobis Ibid. od. 26.
Hunc Lesbio sacrare plectro.
Poscimus si quid vacui sub vmbra Ibid. od. 32.
Lusimus tecum, quod & hunc in annum
Viuat, & plures age dic Latinum Barbite carmen.
Lesbio primum modulate ciui. Ibid.
O decus Phœbi, & dapibus supremi
Grata testudo Iouis, ô laborum Dulce lenimen. Ho. 2. ca. 0. 1.
Mecum Dioneo sub anno Ibid. od. 11.
Quare modos leuiore plectro. Ibid. od. 12.
— eburna dic age cum lyra.
— nec Siculum mare
Pœno purpureum sanguine mollibus Ibid. o. 13.
Aptari cithara modis
Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus,
Et te sonantem plenius aureo Alcæa plectro. Ho. 3. ca. 0. 1.
Descende cœlo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
Seu fidibus citharave Phœbi.
Tuq; testudo resonare septem Callida neruis. Ibid. od. 12.
— cur Berecynthia Cessant flamina tibia? Ibid. od. 19.
Cur pendet tacita fistula cum lyra.
Tu curua recines lyra Latonam. Ibid. od. 28.
Non illos cithara, non illos carmina vocum, Oui. 11. Met.
Longaq; multifori delectat tibia buxi
— pulsisq; ad carmina neruis. Oui. 10. Met.
Orphea percussis sociantem carmina neruis. Oui. 11. Met.
— concentu victus vocu q; lyræq; est. Ibid.
— lyræque, & Berecynthia Delectabere tibia, Ho. li. 4. o. 20.
Missis carminibus non sine fistula Ibid. od. 3.
O testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum Pieri temperas.
— Orpheus Virg. 9. Æne.

Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris
Virg. 9. Ænei. *Nec non Threicius longa cum veste sacerdos*
Obloquitur numeris septem discrimina vocum,
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Auctor. *Quem tibi veris Ruyri, Camœna*
Personet riuum, tibi quos umicus,
Ambigo, tensis fidibus liquores Barbitus aptet:
Clau. in nup. *Terpsichore facilem lasciuo pollice mouit*
Barbiton, & molleis duxit in antra choros.
Stat. 2. Achil. *— Apollineo quam fila sonantia plectro Cum quaterem.*
Auctor. *Dum sacris aures tua Musa chordis Lenit humanas.*
Idem. *— barbite Phocidos.*
Audaci fidium tangere permouent, Altos ordine vertice.
Idem. *Qua doctiori te fide Maximum Testudo feruens præcines.*
Idem. *Diuersosq; sacro pollice neruulos Tangentes.*
Idem. *Aër cunctus aues, carmina, fistulæ,*
Concentus, litui, plectraq; barbitum,
Idem. *Et suauem citharam sint ferientia.*
Virtutem citharæ sæpius inuicem
Ac cantare fides murmure dimicant.
Oui. 5. Met. *Sed qui pacis opus citharam cum voce moueret.*
Ibid. *Calliope querulas prætentat pollice chordas,*
Oui. Epist. 3. *Atque hæc percussis subiungit carmina neruis.*
Oui. epist. 12. *Threiciam digitis increpuisse lyram.*
Catullus. *Tibiaq; effudit socialia carmina vobis.*
— vbi timpana reboant.
Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo.
Tib. lib. 2. *Nunc te vocales impellere pollice chordas.*
Tib. lib. 3. *— fulgens testudine, & auro,*
Pendebat læua garrula parte lyra.
Hanc primum veniens plectro modulatus eburno.
— Felices cantus ore sonante dedit.
Manil. lib. 5. *Hinc venient voces doctæ, belleq; sonantes,*
Garrula quas modulis diuersè tibia format,
Et quodcunque manu loquitur, flatuq; mouetur:
Ille dabit cantus inter conuiuia dulces.
Mulcebitq; sono Bacchum, nocteisq; tenebit
Carmine, furtiuo modulatus murmure vocem,
Tib. lib. 3. *Solus, & ipse suas semper cantabit ad aureis.*
Tunc ego nec citharæ poteram gaudere sonoræ,
Nec similes chordis reddere voce sonos,
Sed perlucenti cantus meditabar auena.
Tib. lib. 2. *Hic locus est, in quo tibia docta sones.*

Tale

Tale facis carmen docta testudine, qualem Tib.lib.2.
Cynthius impositis temperat articulis. Prop.lib.4.
Aut testudineæ carmen inerme lyræ. Ibid.
Miratisq; sonant Lydia plectra choris. Boet.lib.2.
— placet arguto
Fidibus lentis promere cantu, Ibid.
Illic blanda sonantibus
Chordis carmina temperans. Statius.
— chely iam repone cantus, Idem.
— tenues ignauo pollice chordas Pulso. Oui.2.in Eut.
Hoc ego cùm canerem, subito manifestus Apollo
Mouit inaurata pollice fila lyræ. Lu. ad Cal. Pi.
Siue chelyn digitis, & eburno verbere pulsas.
Dulcis Apollineæ sequitur testudine cantus.
Et te credibile est Phœbo didicisse magistro, Ibid.
Nec pudeat pepulisse lyram.
Nec pudeat Phœbea chelys, si creditur illis
Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus,
Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles.
Illis dulce melos Nereius extulit heros
Pollice, terribili quo Pelias ibat in hostem,
Chordarumq; sonos fieri, dulceisq; querelas, Lucr. lib.4.
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum. Oui.4. Met.
— & vbique lyræque,
Tibiaque, & cantus animi felicia læti Argumenta sonant. Sil.Ita.lib.5.
Personat Euboica Teuthras testudine Cymes: Ibid.
Inprimis dulcem, Pœno latante per aureis
Nunc voce infundit Teuthras nunc pectine cantum:
Isq; vbi mirantem resonantia pollice fila
Ductorem vidit Lybiæ, canere inde superbas
Aoniæ laudes sensim testudinis orsus:
Concordem citharæ mouit per carmina linguam, Se. in Troia.
Vincere linquenteis vitam quæ possit oloreis. Sene. in Aga.
Leuì canoram verberans plectro chelyn.
Resonetq; manu pulsa citata
Vocale chelys, nil aere velim,
Magnumq; modis intonet altis.
Sed quale soles leuiore lyra
Flectere carmen simplex, lusus
Cum docta tuos musa recenset,
Licet & chorda grauiore sones.
Distinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis Oui.11.Met.
Sustinet à læua, tenuit manus altera plectrum:

Artifi-

Artificis ſtatus ipſe fuit: tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat, quorum dulcedine captus
Pana iubet Emolus citharæ ſummittere cannas.
Cla. 2. de rap. Pro. *Tum patriæ feſtos lætatus tempore vates*
Deſuetæ repetit fila canora lyræ.
Et reſides leni modulatus pectine neruos,
Pollice feſtiuo nobile duxit ebur.

Texere.

Virg. 4. Geor. *Ipſe autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis,*
Seu lento fuerint alueraria vimine texta.
Vir. 3. Æne. *Textilibusq; onerant donis.*
Vir. 4. Æne. *— diues quæ munera Dido*
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro,
Virg. 1. Geor. *Interea longum cantu ſolata laborem*
Arguto coniux percurrit pectine telas.
Oui. Epiſt. 1. *Nec mihi quærenti ſpatioſam fallere noctem*
Laſſaret viduas pendula tela manus.
Ouid. 1. Met. *Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant,*
Aut hærent telæ, famulasq; laboribus vrgent.
Oui. 6. Met. *Haud mora, conſiſtunt diuerſis partibus ambæ,*
Et gracili geminas intendunt ſtamina telas
Tela iugo iuncta eſt, ſtamen ſecernit arundo.
Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis,
Quod digiti expediunt, atque inter ſtamina dictum
Percuſſo feriunt inſerti pectine dentes:
Vtraque feſtinat, cinctæq; ad pectora veſtes,
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborem:
Illic & Tyrium quæ purpura ſenſit ahenum
Texitur, & tenues parui diſcriminis vmbræ:
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Virg. 7. Æne. *Arguto tenues percurrens pectine telas.*
Virg. 5. Æne. *Olli ſeruandatur operum haud ignara Minerua.*
Virg. 9. Æne. *— & tela colus ſolabar aniles.*
Virg. 11. Ænei. *Arbutei texunt virgis, & vimine querno.*
Ibid. *Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido*
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.
Oui. 6. Met. *Stamina barbarica ſuſpendit candida tela,*
Purpureasq; notas filis intexuit albis.
Tib. lib. 2. *Atque aliqua aſſiduè textrix operata Mineruam*
Cantat, & à pulſo tela ſonat latere.
Prop. lib. 2. *Conugium falſa poterat differre Minerua,*
Nocturno ſoluens texta diurna dolo,

Quæ

Quæ radio stantis percurrens stamina telæ. Oui. 4. Met.
Illa etiam stanteis radio percurrere telas Oui. 3. Fast.
Erudit, & rarum pectine densat opus:
Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu Cla. 1. de rap.
Irrita texebat reditura munera matri.
Stamina nocturna relegens solertia tela. Clad. in laud. Stil.
— *& pollice docto* Stat. 11. Theb.
Stamina purpurea sociauerat aurea tela.

Theseus.

— *te maxime Theseu.* Oui. 7. Met.
Thesides, Theseusq; duas rapuêre sorores. Idem epist. 4.
— *ô mihi Thesea pectora iuncta fide.* Idem 1. Trist.
Perfidus Ægides. Idem.
— *sedet, æternumq; sedebit* Virg. 6. Æne.
Infelix Theseus.

Vide AMICORVM PARIA.

Thus.

Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. Vir. 2. Georg.
— *solis est thurea virga Sabæis.* Idem.
— *centumq; Sabæo Thure calent aræ,* Vir. 1. Ænei.
— *mittunt molles sua thura Sabæi.* Virg. 1. Geor.
— *& acerra thuris Plena.* Ho. 3. car. o. 8.
— *dum q; thure placabit,* Mart. lib. 9.
Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra Mart. lib. 1.
Phœbe Palatinus munera Parthenius.
— *& templum thure vaporent.* Vir. 11. Æne.
— *fanaq; debitis* Auctor.
Incensi caleant thuris odoribus,
Thuraq; dant sanctis, & verba precantia flammis. Oui. 6. Met.
Vt pia famosis addita thura rogis, Oui. epist. 7.
Dantur in inuitos impia thura focos. Au. sa. Ep. 14.
— *Assyrios cineri quæ debet odores.* Tib. lib. 1.
Vrantur pia thura focis, vrantur odores, Tib. lib. 2.
Quos tener è terra diuite mittit Arabs.
— *vitiataq; templa Sabæis Nubibus.* Statius.
— *quicquid Indorum seges,* Se. in He. fur.
Arabesq; odoris, quicquid arboribus legunt,
Conferte in aras, pinguis exudet vapor.
— *date thura flammis* Ibid.
Arasq; dono thuris Eoi extrue. Sen. in Oedi.
Ante tamen posito thura dedêre foco. Ouid. 4. Fast.
Detis, & in veteris thurea grana focos. Ibid.
Tunc ego thura feram rapidis solennia flammis.

Nec

Ou.4. de Pon. *Nec quæ de parua pauper diis libat acerra,*
Ibid. *Thura minus grandi quam data lance, valent.*
Oui.10.Met. *—sudataq; ligno.*
Thura ferat, floreisq; alios Panchaia tellus.
Oui.14.Met. *—tribuam tibi thuris honores.*
Ibid. *—nec sacri thuris honore Humanum dignare caput.*
Stat.1.Theb. *—largo refecti*
Thure vaporatis lucent altaribus ignes.
Ouid.1.Fast. *Thura sacerdotes pacalibus addite flammis.*

Timere, *vide* DVBITARE.
Timor ex periculo.

Ouid. 2. de Ponto. *—sed me timor ipse malorum*
Sæpè superuacuos cogit habere metus.
Da veniam quæso, nimioq; ignosce timori,
Tranquillos etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis ara subesse putat.
Sæpè canem longè visum fugit agna, lupumq;
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactu
Vanaq; sollicitis incitat vmbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil nisi triste meo.
Idem 1. Trist. *—Ego perditus Ensem*
Hæsurus iugulo iam puto, iamq; meo
Idem 5. Trist. *Esse quidem memini mitissima sedibus illis*
Numina: sed timeo qui nocuere Deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta tuis,
Nec procul à stabulis audet discedere: si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëton, si viueret: & quos
Optarat stultè, tangere nollet equos.
Me quoque quæ sensi fateor Iouis arma timere,
Me reor infesto, cum tonat, igne peti.
Quicunque Argolica de classe capharea fugit t
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis,
Et mea cymba semel vasta percussa procella,
Illum, quo læsa est, horret adire locum.
Idē 2. de Pon. *Ignoscas, timeo naufragus omne fretum.*

Tinea, *vide* BLATTA.
Tingere, & gi.

Virg.3. Geor. *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno*

Ac vix suppositi tingunt ur sanguine cultri, Virg. 3. Geor.
Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena.
Fert picturatas vestes. Ibid.
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores. Ibid.
— Tyrioq; ardebat murice lana. Vir. 4. Ænei.
Muricibus Tyriis iterat & vellera lanæ. Hor. Epod. 1.
Cruore rubros obstetrix pannos lauit. Ho. in palin.
Nec varios discet mentiri lana colores: Virg. Eclo. 4.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Virg. Eclo. 6.
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Oui. 6. Met.
Phocaico bibulas tingebat murice lanas. Ibid.
Illic, & Tyrium quæ purpura sensit ahenum, Tib. lib. 3.
Tincta q; Sidonio murice lana iuuat. Boet. lib. 2.
Nec lucida vellera serum. Ouid. 2. de re.
Tyrio miscere veneno
Confer Amycleis medicatum vellus ahenis Luc. lib. 2.
— Murice cum Tyrio.
— Meliboæq; fulgens
Purpura Thessalico concharum tincta colore, &
Aurea pauonum ridenti imbuta lepore
Sæcla nouo rerum superata colore tacerent.
Purpureus q; color conchili iungitur vna Luc. lib. 6.
Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat vsquam.
Hæc calabrum coxit vitiato murice vellus. Perf. Sat. 2.
Getulis ve magis fucaret vellus ahenis. Sil. Ita. lib. 16.
— albenteis inuertere lanas, Murice Getulo docta. Ibid.
Nec Sidonio mollis aheno
Repetita bibit lana ruboreis: Oui. 4 Fast.
— velleribus quisquis ahena paras. Cla. 2. de rap.
— quæ vellera tantùm Pro.
Ditibus Assyrij spumis fuscantur aheni.
— rapiunt Tyrios ibi vellera succos Clau. in Ruff.
Et picturatæ saturantur murice vestes.

Tonare, Tonitru.

— quem super ingens Virg. 3. Geor.
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant Æquora, Virg. 4 Geor.
— terq; fragor stagnis auditus Auernis. Virg. 1. Æne.
Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther. Vir. 2. Ænei.
— toto sonuerunt æthere nimbi, Ibid.
— subitoq; fragore Intonuit læuum. Virg. 3. Æne.
— ingeminant abruptis nubibus ignes. Ibid.
— horrificis iuxta tonat Ætbna ruinis.

— & toni-

Vir. 4. Æne. — & tonitru cœlum omne ciebo.
Ibid. Interea magno miſceri murmure cœlum Incipit.
Ibid. — ante genitor, cùm fulmina torques,
Nequicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miſcent?
Virg.1. Geor. — & cum Euriq; Zephyriq; tonat domus.
Ho.1.ca.o.16. Nec ſæuus ignis, nec tremendo
Iuppiter ipſe ruens tumultu.
Ibid.od. 34. — namque Dieſpiter
Igni corruſco nubila diuidens.
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremq; currum,
Quo bruta tellus, & vaga flumina
Quo ſtyx, & inuiſi horrida Tænari.
Oui.1. Metà. Sedes, Athlanteusq; ſinus Concutitur.
Oui.12.Meta. — humanas motura tonitrua mentes,
— qualemve ſonum, cùm Iuppiter atras
Oui 1. Triſt. Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Heu mihi quàm celeri micuerunt nubila flammâ,
Virg.7.Æne. Quantus ab æthereo perſonat axe fragor?
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radiusq; ardentem lucis, & auro,
Virg.8.Æne. Ipſe manu quatiens oſtendit ab æthere nubem.
Non ſecus atque olim tonitru cum rupta coruſco
Ibid. Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Namque improuiſo vibratus ab æthere fulgor
Ibid. Cum ſonitu venit, & ruere omnia viſa repentè.
— iterum atque iterum fragor intonat ingens:
Virg.9.Æne. — cum effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine more furit tonitruq; tremiſcunt
Vir.12. Æne. Ardua terrarum, & campi.
Vir.5.Ænei. — & cœli genitor de parte ſerena Intonuit.
Vir.12.Ænei. — & cœlum tonat omne tumultu.
Ibid. — ingens fragor æthera complet.
Ibid. — nec fulmine tanti Diſſultant crepitus.
Oui.6.Meta. — tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliant q; cauis eliſi nubibus ignes.
Oui.Epiſt. 9. Sit q; ſocer rapidis qui tonat altus equis.
Prop.lib. 2. Vidiſtin' toto ſonitus percurrere cœlo
Fulmina q; ætherea deſiluiſſe domo.
Ibid. Nec ſi conſulto fulmina miſſa tenent?
Luc.6.Pharſ. Et tonat ignaro cœlum Ioue.

— fractaq;

—fractaq; tonitrua nubis. Ibid.
—cœliq; serena Concutiat sonitu. Luc. lib. 2.
Præterea grandi tonitru concussa repentè Luc. lib. 5.
Terra supra se quæ sunt, concutit omnia motu,
Fulminis horribili cum plaga torrida tellus Ibid.
Contremit, & magnum percurrunt murmura cœlum.
Principio tonitru quatiuntur cærula cœli Lucr. lib. 6.
Propterea, quia concurrunt sublime volantes
Ætheriæ nubes contra pugnantibus ventis:
Nec fit enim sonitus cœli de parte serena,
Verùm vbicumque magis denso sunt agmine nubes,
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sæpè.
Hoc etiam pacto tonitru concussa videntur
Omnia sæpè graui tremere, & diuulsa repentè Ibid.
Maxima dissiluisse capacis mœnia mundi,
Cum subito validi venti conlecta procella
Nubibus intorsit sese, conclusaq; ibidem
Turbine, versanti magis, ac magis vndique nubem
Cogit, vt fiat spissò caua corpore circum.
Post vbi commouit vis eius, & impetus acer.
Tum perterricrepo sonitu dat mista fragorem. Ibid.
Denique sæpe geli multus fragor, atque ruina
Grandinis in magnis sonitum dat nubibus altè:
Ventus enim cùm confercit, franguntur in arctum
Concreti montes nimborum, & grandine misti.
Quem grauis insequitur sonitus, dissloſa repentè Ibid.
Opprimere vt cœli videantur templa superne,
Inde tremor terras grauiter pertentat, & altum
Murmura percurrunt cœlum, nam tota ferè tum
Tempestas concussa tremit, fremitusq; mouentur.
Quod si Iuppiter, atque alij fulgentia diui Ibid.
Terrifico quatiunt sonitu cœlestia templa.
—tonat alti regia cœli. Sil. Ita. lib. 1.
Hic subitus sciſſo densa inter nubila cœlo Ibid.
Erupit quatiens terram fragor, & super ipsas Sil. Ita. lib. 5.
Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas.
Ac super hæc diuûm genitor, terrasq; fretumq; Sil. Ita. lib. 8.
Concutiens tonitru.
—ruptusq; fragore Stat. 10. Theb.
Horrisono polus, & vultus patuêre tonantis.
Sic vbi nocturnum tonitru malus æthera frangit Manil. lib. 1.
Iuppiter, assiliunt nubes, & fulgure claro
Astra patent.

Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore.

Vide FVLGVRARE, TEMPESTAS, NAVFRAGIVM.

Tondere, & Tonsor.

Aut tondet infirmas oues.

Hor.3. Epod. *Sed ista tonstrix Amiane non tondet:*

Mart.libr.2. *Non tondet, inquam, quid rogo facit, radit.*

Nec tondere quidem morbo, illuuieq; peresa. Vellera

Virg.3.Geor. — *acuta*

Auctor. *Tonsor incautum nec adhuc totondit Cuspide mentum.*

Aurea Phrixæa terga reuulsit ouis,

Ouid.epist.9. *In tua nec tonsas ferre sepulchra comas,*

Oui epist.11. *Nec malè deformet rigidos tonsura capillos,*

Oui.1. de art. *Sit coma, sit docta barba resecta manu.*

— *nunc lætus in vmbra*

Sil.Ita.lib.15. *Tondebat niueæ splendentia vellera lanæ.*

Vix tangente vagos ferro resecare capillos Doctus.

Mart.lib. 6. *Tonsorem capiti non est adhibere necessum.*

Ibid. *Non coma, non vlla barba resecta manu.*

Oui.5. Trist. *Tonsor iam reliquos metat capillos.*

Eleg.8. *Sed solitus longos ferro resecare capillos.*

Mart.libr.10. *Viderat hoc famulus,*

Oui. 11. Met. *Si curtatus inæquali tonsore capillos Occurri, rides.*

Hor.1.Epist. *Vix tangente vagos ferro resecare capillos*

Mart. lib. 6. *Doctus & hirsutas excoluisse genas.*

Mart.lib.11. *Quid si me tonsor, cum stricta nouacula supra est,*

Tunc libertatem, diuitias q; roget. Vide LANA.

Tondere Prata, *vide* FALX.

Torrere, *vide* ASSARE.

Tranare, Trans.

Virg.5. Æne. — *& flumina tranant.*

Ibid. — *viuo præteruehor ostia saxo.*

Ibid. *Quin vbi transmissa steterunt trans æquora classes:*

Ho.1. ca. 0.3. — *si tamen impia*

Non tangenda rates transiliunt vada

Virg.6.Æne. *Tandem trans fluuium incolumes vatemq; virumq;*

Informi limo, glaucaq; exponit in vlua.

Virg.9.Ænei. *Tum demum præceps saltu sese omnibus armis*

In fluuium dedit, ille suo cum gurgite flauo

Accepit venientem, ac mollibus extulit vlnis,

Et lætum ad socios abluta cade remisit.

Sil.Ita.lib.10. — *mirantem interrita Tybrim*

Cla.in Coss. *Tranauit frangens vndam puerilibus vlnis.*

Hono. Aug. — *transnare sonoras Torrentum furias.*

Tran-

Tranquillum mare, *vide* PLACARE.

Transformare, & ri.

Tum variæ illudent ſpecies, atque ora ferarum, Vir. 4. Geor.
Fiet enim ſubito ſus horridus, atraq; tigris,
Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes: Ibid.
Donec talis erit mutato corpore. Ibid.
— ille ſuæ contra non immemor artis Ibid.
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum.
Quid natum toties crudelis tu quoque falſis Virg. 1. Æne.
Ludis imaginibus?
— vt faciem mutatus, & ora cupido. Ibid.
— ne quo ſe numine mutet. Ibid.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam Ibid.
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus.
— latices nigreſcere ſacros. Virg. 14. Æne.
Fuſaq; in obſcœnum ſe vertere vina cruorem, Ibid.
In noua fert animus mutatas dicere formas Oui. 1. Met.
Corpora, Dij cœptis, nam vos mutaſtis & illas,
Aſpirate meis:
In villos abeunt veſtes, in crura lacerti, Ibid.
Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco, Ibid.
Et terrena fuit, verſa eſt in corporis vſum.
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit mutatur in oſſa:
Quæ modo vena fuit, ſub eodem nomine manſit,
Inq; breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa
Miſſa viri in manibus faciem traxêre virorum. Ibid.
— iſtum mutando perde figuram. Ibid.
— inq; nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.
Corporis indicium mutati triſte peregit. Ibid.
Siue mutata iuuenem figura Ho. 1. c. o. 6.
Ales in terris imitaris.
— varias mutare figuras. Oui. in Ibin.
— cui poſſe figuras Oui. 11. Met.
Sumere, quas vellet rurſusq; reponere ſumptas.
Hic vbi nequicquam eſt formas variatus in omnes, Ibid.
Vertitur in faciem volucris.
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces. Oui. 4. Met.
Tunc quoque conanti ſua vertere lumina ceruix Oui. 5. Meta.
Diriguit, ſaxoq; oculorum induruit humor.
It comes, & iuuenis quondam, nunc fœmina Cœneus, Vir. 6. Æneï.
Rurſus, & in veterem fato reuoluta figuram.

Vir. 7. Æne. *Alecto toruam faciem, & furialia membra*
Exuit, in vultus sese transformat aniles.
Vir. 9. Ænei. *— forma tum vertitur oris Antiquum in Buten.*
Tib. lib. 4. *Solum nec docta verterunt pocula Circes,*
Quamuis illa, apta vel herbis,
Aptaq; vel cantu veteres mutare figuras,
Prop. lib. 4. *— quod formas vnus vertebar in omnes.*
Prop. lib. 4. *Quos vt in varios modos*
Vertit herbipotens manus.
Oui. 1. de rem. *Vertere quæ poteras homines in mille figuras,*
Non poteras, animi vertere iura tui.
Oui. 15 Met. *In species translata nouas.*
Clau. in Frat. *— iam profluat ebrius amnis Mutatis in vina vadis.*
Clau. de nuc. *— gelidos mutaret nectare fontes.*
Cla. de Chri. *Permutat lymphas in vina liquentia Christus.*
Manil. lib. 1. *Cum Deus in niueum descendit versus olorem.*
Ibid. *Omnia mortali mutantur lege creata,*
Nec se cognoscunt terra vertentibus annis:
Exutas variam faciem per sæcula gentes.
— at illa
Oui. 8. Meta. *Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò cerus abibas.*
Ibid. *— Etiam mihi sæpè nouandi.*
Corporis, ô iuuenes, numero finita potestas:
Non modò qui nunc sum, videor, modo flector in anguem,
Armenti modò dux, vires in cornua sumo.
Ibid. *— formamq; Nouat, vultumq; virilem Induit*
Ibid. *— sunt ô fortissime, quorum*
Forma semel mota est, & in hoc renouamine mansit.
Sunt quibus in plures ius est transire figuras,
Vt tibi complexi terram maris incola Protheu
Nam modò te iuuenem, modò te videre leonem.
Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse, timerent,
Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum.
Sæpè lapis poteras, arbor quoque sæpè videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras, interdum vndis contrarius ignis.

Vide ELEMENTA.

Tremere.

Virg. 3. Geor. *Nonne vides vt tota tremor pertentet equorum Corpora*
Vir. 2. Æne. *Et tremefacta comam concusso vertice nutat.*
Ibid. *Nos pauidi trepidare metu.*
Virg. 5. Æne. *— tremere omnia visa repentè,*
Luminaque, lauruscq; Dei, totusq; moueri Mons circum.

Et fessum quoties mutat latus. Ibid.
Intremere omnem Murmure Trinacriam.
— maculisq; trementes Interfusa genas. Virg.4.Æne.
— insolitum tremuerunt motibus Alpes: Vir.1. Geor.
Et corde, & genibus tremit. Ho. 1.c.o. 23.
Ardua si terræ quatiatur motibus Ida. Oui.12.Met.
— pulsuq; pedum tremit excita tellus. Ibid.
— gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor. Virg.6.Ænei.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus Virg.7.Æne.
Et tremefacta solo tellus. Vir.10.Ænei.
Vt mare fit tremulum, tenui cùm stringitur aura. Oui. epist. 11.
Vt quatitur tepido fraxina virga Noto.
Sic mea vibrari pallentia membra videres.
Vtq; leui Zephyro graciles vibrantur aristæ, Oui.epist.14.
Frigida populeas vt quatit aura comas.
Aut sic aut etiam tremui magis.
Quo tunc, & tellus, atque horrida contremuerunt Catullus.
Æquora, concussitq; nutantia sidera mundus.
Tunc superum conuexa tremunt, atque arduus axis Luc.5.Pharſ.
Insonuit, motaq; poli compage laborant.
Denique sub pedibus tellus cùm tota vacillat, Ibid.
Concussæq; cadunt vrbes, dubiæq; minantur.
Terra superna tremit magnis concussa ruinis Luc.lib. 6.
Subter, vbi ingenteis spelunças subruit æras
Quippe cadunt toti montes, magnoq; repentè
Concussu latè dissepunt inde tremores. Sen.in Thyeſ.
Lucus tremiscit, tota succusso solo
Nutauit aula, dubia quò pondus daret,
Ac fluctuanti similis. Manil.1.lib.
— solidusq; tremisceret orbis.

Trinitas Sanctissima.

Sancta trias. Auctor.
— trinus Deus, vnus, idem. Idem.
— triplex equidem persona, sed idem. Idem.
Et Deus vnus habe moderamen arundinis.

Tristis, *vide* DOLERE.

Triumphare, Triumphus.

Romanos ad templa Deûm duxêre triumphos. Virg.2.Geor.
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa, Virg.3. Geor.
Bisq; triumphatas vtroq; ab littore gentes.
— partoq; ibit regina triumpho. Vir.12.Æne.
Ductoresq; alij, quos Aphrica terra triumphis Virg.4.Ænei.
Tu ducibus lætis aderis, cùm læta triumphum Ouid.1.Met.

Ho.1.ca.o.37. *Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.*
Hor. ca. o.1. — *Deduci superbo Non humilis mulier triumpho,*
Cui laurus æternos honores.
Ibid. od. 1. *Dalmatico peperit triumpho.*
— *Et potius noua*
Manil.lib. 2. *Cantemus Augusti trophæa,*
Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.
Virg.6.Æne. *Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est.*
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Vir. 8. Æne. *Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis.*
Auctor. *Ac Cæsar triplici inuectus Romana triumpho Mœnia.*
Idem. — *tot celeberrimis Palmis lacertos innouauit.*
Atqui represso turbine cuilibet
Idem. *Certam procella iungis adoream.*
Quin fraudulentos iam fatigas
Idem. *Innumeris animos triumphis.*
— *reddita diuite*
Vir. 3. Ænei. *Prægestire salus cogat adorea*
Catullus. *Aut spoliis ego iam rapti, laudabor opimis*
Tib. lib. 2. *Inde pedem victor multa cum laude reflexit.*
Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus Aiax.
— *nouos pubes Romana triumphos*
Vidit, & euinctos brachia capta duces:
At te victrices lauros, Messala gerentem
Portabat niueis currus eburnus equis.
Non sine me est tibi partus honos.
Tib. lib. 2. *Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis,*
Et magna intonsis gloria victor ades.
Ipse gerens laurum, lauro deuinctus agresti
Tib. lib. 4. *Miles Io magna voce triumphe canet*
Ergo vbi præclaros poscent tua facta triumphos,
Luc.2.Pharſ. *Solus vtroque idem diceris magnus in orbe.*
Se.in He.fur. — *en adsum victor, terraq; mariq; Cæsar.*
At ille rupto carcere vmbrarum, ferox
De me triumphat, & superbifica manu.
Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.
Auctor. *Instat onustorum palmis reuocamen auorum.*
Hunc decet omnis honos, nexæ pro Cæsare laurus.
Idem. *Atque trophæa decent.*
— *aui tot locupletibus*
Palmis conspicui memor
Magnum posteritas comprobat. Vide DEBELLARE.

Troia,

Troia, Troianus.

— potiuntur Troës arena. Virg. 1. Æne.
Phrygiasq; biremes. Ibid.
Teucrorum auertere regem. Ibid.
— Troiana iuuentus. Ibid.
— cuncti simul ore fremebant Dardanidæ, Ibid.
Quis genus Æneadum, quis Troia nesciat vrbem? Ibid.
— ne quicquid vbique est Gentis Dardaniæ? Ibid.
Te circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Ibid.
— casus mihi cognitus vrbis Troianæ. Ibid.
— soluit se Teucria luctu. Virg. 2. Æne.
Troiaq; nunc stares Priamiq; arx alta maneres. Ibid.
Phrygia agmina circumspexit. Ibid.
Iliacas Danai venistis ad oras. Ibid.
— Priami imperio Phrygibus q; futurum. Ibid.
O patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum.
— & iam Sygæa rubebant litora Oui. 12. Met.
— Sygæia toruo litora prospexit. Ibid.
Troiam incensam, & prolapsa videntem Pergama. Ibid.
Iliadum turba & Phrygiis comitata ministris, Ibid.
Neptunia Troia. Ibid.
Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Virg. 3. Æne.
Immeritam visum superis, cecidit q; superbum,
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia. Ibid.
— non Ilium & arces Pergameæ steterant. Virg. 1. Geor.
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ. Ho. 1. c. o. 9.
Ilio diues Priamus relicto,
— & iniqua Troiæ Castra fefellit. Ibid.
Et regnum Priami vetus. Ibid. od. 15.
— quanta moues funera Dardanæ genti. Ibid.
— vret Iliacas domos Ibid.
— nec Priami domus. Ho. 3. ca. o. 23.
Troica cum vidit vela. Ouid. in Ibin.
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm. Virg. 5. Æne.
Hectorei socij. Ibid.
— Pergameæ iam fas est parcere genti. Virg. 6. Æne.
— super arduæ venit Pergama. Ibid.
Stirpem admisceri Phrygiam. Virg. 7. Æne.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor.
— & mœnia Troiæ Neptuni fabricata manu. Virg. 9. Geor.
— Phryges ite per alta Dindima. Ibid.
— Neptunia præbent Pergama. Oui. Epist. 1.

Catullus. *Linquantur Phrygij, Catulle, campi.*
Idem. *Troicaq; obsidens longinquo mœnia bello.*
Idem. *Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.*
Feruere, & Hectorea Dorica castra face.
Prop.lib.3. *Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces?*
Ibid. *Mœnia cum Graio Neptuna pressit aratro*
Victor Palladia ligneus artis equus.

Tuba, *vide* CLANGERE.

Tunc.

Virg.4.Geor. *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.*
Oui.1. Meta. *—anxius illa Tempestate fui.*
Virg.Eclo.5. *—illis egere diebus.*
Oui.2.Meta. *Tum digiti coeunt.*
Ibid. *Tunc aderas.*
Ibid. *Illud erat tempus, quo te pastoria pellis Texit*
Ibid. *Illa sortè die.*
Idem 4.Met. *—Ipsoq; illo graue, vulnus habebat tempore.*

Turris.

Vir.2.Æne. *Turrim in præcipiti stantem, summisq; sub astra.*
Ibid. *Eductam tecto, vnde omnis Troia videri.*
Virg.3.Æne. *—summas arces Tritonia Pallas Insedit.*
—Aërias Phœacum abscondimus arces,
Vir.4.Æne. *Non cœptæ assurgunt turres, non armaiuuentus*
Exercet, portusve, aut propugnacula bello Tuta parant.
Ibid. *—aut summi culmine tecti Turribus aut altis.*
Ibid. *Prospiceres arce ex summa.*
Virg.9.Æne. *Armatiq; cauis expectant turribus hostem.*
Virg.6.Æne. *—stat ferrea turris ad auras.*
Ennius. *—fiunt tabulata, phalæq;*
Virg.9.Æne. *Turris erat vasto suspectu.*
Prop.lib.3. *In latus omne patens turris circumspicit vndas.*
Prop.lib.4. *Candida qua geminas ostendunt culmina turres.*
Sen.in Thyes. *—antè cauas vibrantem spicula turres.*
Auso.in Mos. *—nec altis montium structæ iugis Arces.*
Ibid. *Culmina villarum pendentibus edita ripis.*
Sublimiq; minans irrumpit in æthera tecto,
Ostentans altam, Pharos vt Memphitica, turrim.

Tussire, & Tussis.

Virg.3.Geor. *—& quatit ægros*
Tussis anhela senes, ac faucibus angit obesis.
Mart.lib.1. *Si memini, fuerant tibi quattuor Ælia dentes,*
Exput vna duos tussis, & vna duos.

Iam se-

Iam secura potes totis tussire diebus, Catullus.
Nil istic quod agat tertia tussis habet, Idem.
— malamque pectore expulit tussim.
Hic me grauedo frigida, & frequens tussis Quassauit. Idem.
— quin grauedinem, & tussim, Luc.lib.6.
Non mi sed ipsi Sextio ferac frigus,
Tenuia sputa, minuta croci contincta colore, Sil Ita.lib.14.
Salsaque per fauces raucas vix edita tussi.
Aspera pulmonem tussis quatit. Mart. lib.12.
Leniat vt fauces Medicus, quas aspera Vexat
Assidue tussis, Parthenopæe, tibi.
Mella dari, nucleosque iubet, dulcesque placentas,
Et quicquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus.
Non est hæc tussis, Parthenopæe, gula est.

Tutus.

— tutam me copia fecit: Oui.6. Met.
Maior sum, quàm cui possit fortuna nocere. Ibid.
Excessere metum mea iam bona. Virg.
Ludite securi
— discriminis expers.

Tympanum.

Plangebant alij proceris tympana palmis. Catullus.
Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant. Idem.
— vbi tympana reboant. Idem.
Mollia Dircææ pulsabunt tympana Thebæ: Prop.lib.3.
— & attonita tympana pulsa manu, Oui. 1.de art.
Tympana tenta tonant palmis. Luc.lib.2.
Tympana cum subito non apparentia raucis Oui.4. Met.
Obstrepuêre sonis.
Certabant rauco resonantia tympana pulsu. Sil. It.lib.17.
— aut respondentia tentant Tympana. Stat.2.Achil.

Vacare, *vide* OCCVPARI.

Vacca.

Pascitur in magna sylua formosa iuuenca. Vir.3. Georg.
— aut errans bucula campo. Vir.4.Georg.
— nec tibi fœta Virg.3. Geor.
More patrum niueæ implebunt mulctralia vaccæ,
— inque nitentem Oui.1. Met.
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam:
Bos quoque formosa est, speciem Saturnia vaccæ.
Quamquam inuita probat. Hor.Epo.2.
— mugientium Prospectat errantes greges. Vir.1.Geor.

— aut

Virg.1.Geor. — *aut bucula cœlum Suſpiciens.*
Vir.Eclog.3. — *hanc vitulam depono.*
Oui.3.Meta. *Bos tibi Phœbus ait ſolis occurret in aruis,*
Nullum paſſa iugum, curuique immunis aratri.
Ibid. *Incuſtoditam lentè videt ire iuuencam,*
Nullum ſeruitij ſignum ceruice gerentem.
Oui.epiſt.12. *Nec patulo tarda carpitur ore bouis.*
Tib.lib.2. — *niueas pauiſſe iuuencas.*
Statius. *Nec vacca dulci mugit adultero.*
Oui.1.de rem. *Et queritur vitulum mater abeſſe ſuum,*
Oui.13.Met. — *cornigeræ morſu læſere iuuencæ.* Vide Bos.

Vacuus.

Oui.7.Met. *Tu mihi da cineres & inania mœnia ſupple.*
Ibid. — *populisque recentibus vrbem*
Partior, & vacuos priſcis cultoribus agros.
Id.3.Faſt. — *Et in arbore claudit inani.* Vide CARERE.

Vagari.

Vir.3.Georg. *Heu malè tum Lybiæ ſolis erratur in agris.*
Ibid. *Nunc interque canes, & circum tecta vagantur.*
Vir.4.Georg. — *aut errans bucula campo.*
Ibid. *Illæ continuò ſyluas, ſaltusque peragant.*
Vir.1.Æne. *Errabant acti fatis maria omnia circum.*
Ibid. — *ignari hominumque locorumque*
Erramus vento, huc & vaſtis fluctibus acti.
Ibid. *Lybiæ deſerta peragro,*
Ibid. — *nam te iam ſeptima portat*
Virg.3.Æne. *Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.*
Ibid. — *oras, & littora circum Errantem:*
Virg.4.Æne. — *& altis montibus errant.*
Ibid. — *totaque vagatur Vrbe furens.*
Ouid.1.Met. — *ſaltusque peragrat*
Vir.Eclo.6. — *& profugam per totum terruit orbem.*
Hor.1.c.o.22. *Rara per ignotos errent animalia montes.*
Virg.7.Æne. — *curis vagor expeditus.*
— *ſic tota paſſim regione vagantur*
Aëris in campis latis, atque omnia luſtrant.
Virg.9.Æne. *Palantéſque vident ſocios*
Oui.3.Met. — *per deuia luſtra vagantes.*
Ibid. *Per nemus ignotum non certis paſſibus errans.*
Oui.epiſt.10. *Aut ego diffuſis erraui ſola capillis,*
Qualis ab Ogygio concita Baccha deo.
Tib.lib.4. *Ille per ignotas audax errauerit vrbes.*
Oui.epiſt.20. *Erramuſque vago per loca ſacra pede.*

Vale-

Valedicere.

Iamque vale. Vir. 2. Æne.
Vtque fide pignus, dextras vtrasq; popoſcit, Oui. 6. Met.
Inter ſeque datas iunxit, natamque nepotemq;
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent,
Supremumque vale pleno ſingultibus ore Vix dixit.
— Dictoque vale, vale inquit & Echo. Oui. 3. Met.
Quam vix ſuſtinuit dicere lingua vale. Oui. epiſt. 9.
Triſtis abis, oculis abeuntem perſequor vdis, Oui. 1. epiſt. 12.
Et dixit tenui murmure lingua, vale,
Vix illud potui dicere triſte vale. Ouid. epiſt. 13.
Vos hinc interea valete. Catullus.
Accipe fraterno multum manantia fletu, Idem.
Atque in perpetuum frater aue, atque vale.
Romana turres, & vos valeatis amici. Prop. lib. 3.
Clauſaq; conſueto ſit tibi fine, vale. Oui. epiſt. 16.
Reſtat, vt aſſcribat littera noſtra vale. Oui. epiſt. 20.

Vallare, & Vallum.

Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma iuuentus Vir. 4. Æne.
Exercet, portusue, aut propugnacula bello Tuta parant,
Non arces, non vallus erat. Tib. lib. 1.
Nam te non alius belli tenet aptiùs artes Tib. lib. 4.
Quà deceat tutam caſtris præducere foſſam,
Quemue locum ducto melius ſit claudere vallo,
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores.
Gallicus Iliacis miles in aggeribus. Prop. lib. 4.
Effugit exiguo nocturna pericula vallo, Luc. 1. Pharſ.
Et ſubitus rupti munimine ceſpitis agger
Præbet ſecuros intra tentoria ſomnos.
— denſo tamen aggere firmant Luc. 2. Pharſ.
Mœnia, & abrupto circumdant vndique vallo
Saxorumq; orbes, & quæ ſuper eminus hoſtem
Tela petant altis murorum turribus aptant.
Haud procul à muris tumulus ſurgentis in altum Luc. 3. Phar.
Telluris, paruum diffuſo vertice campum,
Explicat, hæc patiens longo munimine cingi
Viſa duci rupes, tutisq; aptiſſima caſtris,
Proxima pars vrbis celſam conſurgit in arcem,
Par tumulo, mediis q; ſedent conuallibus arua. Ibid.
Vt cùm terra leuis, mediam virgultaq; molem
Suſpendant, ſtructa laterum compage ligatam
Arctet humum, preſſus ne cedat turribus agger Ibid.
— ſtellatis axibus agger

Erigi-

Erigitur, geminasque aquantes mœnia turres Accipit.

Luc.4.Phar. — *nulli vallarent oppida muri.*
— *sed clauso fidere vallo*
Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

Luc.6.Pharſ. — *Vt Vastis diffusum collibus hostem*
Ibid. *Cingeret ignarum ducto procul aggere valli.*
Ibid. *Metitur terras oculis, nec cespite tantum*
Contentus fragili, subitos attollere muros,
Ingentes cautes, aululsaque saxa metallis,
Graiorumque domos, direptaque mœnia transferi.
Extruitur quod non aries impellere sæuus,
Quod non vlla queat violenti machina belli,
Franguntur montes, planumque per ardua Cæsar
Ducit opus, pandit fossas, turritaque summis
Disponit castella iugis, magnoque recessu
Amplexus fines, saltus, nemorosaq; tesqua,
Et syluas vastaque ferax indagine claudit.
Ibid. — *vasto septas videt aggere terras.*
Ibid. *Transierat primi Cæsar munimina valli.*
Luc. lib.5. — *arcemque locare*
Præsidium reges ipsi sibi, perfugiumque
Sil.Ita.lib.1. *Iam celsa è muris extructa mole iuuentus*
Clausam nocturnis ostentat turribus vrbem.
Cla.3.in Coss. *Extruite immaneis scopulos, attollite turreis.*
Cingite vos fluuiis, vastas opponite syluas,
Garganum Alpinis, Apenninumque niualem
Permixtis sociate iugis, & rupibus Hæmum
Addite Caucaseis, inuoluite Pelion Ossæ.
Non dabitis murum sceleri, qui vindicat, ibit.
Stat.2.Theb. — *non si te ferreus agger*
Ambiat, aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat.

Vallis.

Vir.3.Georg. — *vmbrosam exquirere vallem.*
Ibid. — *& depressas conualles.*
Vir.4.Geor. — *tonsis in vallibus,*
Virg.2.Æne. — *& curua valle recondo.*
Vir.3.Æne. — *habitabant vallibus imis,*
Hor.Epo.2. — *in reducta valle.*
Vir.6.Æne. — *conualle virenti.*
Vir.11.Æne. *Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi,*
Armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrimque latus, tenuis qua semita ducit.

— *cane-*

— caneret dum valle sub alta Tib. lib. 2.
Valle sub vmbrosa locus est, aspergine multa Oui. 4. Fast.
Humidus, ex alto desilientis aquæ.
Tot fuerant illic quot habet natura colores
Pictaque dissimili flore nitebat humus.
Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu Oui. 3. Met.
Nomine Gargaphiæ, succincta sacra Dianæ,
Cuius in extremo est antrum nemorale recessu,
Arte laboratum nulla, simulauerat artem
Ingenio natura suo, nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Vallis Aricinæ densis latet abdita syluis.

Vanus.

Sæpè superuacuos cogit habere metus. Oui. 2. de Pon.
— studium quid inutile tentas? Idem.
Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis Mart. lib. 2.
— nec spes agitatis inanes. Ouid.
— petit irrita, dixit, & vrbi Ibid.
Non facienda meæ.
Vtile enim nihil est. Ibid.
— an inania venti verba ferunt, Id. 8. Met.
Vana fuit. Ibid.
Et cererem in spicis intercipit, area frustra, Ibid.
Et frustra expectant promissas horrea messes.
— sed decipit ora sequentis, Id. 7. Met.
Et credit in gyrum, ne sit suus impetus hosti,
Imminet hic, sequiturq; parem, similisq; tenenti
Non tenet, & vacuos exercet in aëre morsus.
Ni frustra augurium vani docuere parentes. Virg. 1. Æne.

Vide TERERE TEMPVS.

Vastare, *vide* PRÆDARI.

Vas ad Vinum, *vide* DOLIVM.

Vbique.

— ire per omnes Vir. 4. Georg
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum. Vir. 7. Æne.
Omnia sub pedibus, quà sol vtrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertique, regique videbunt. Oui. epist. 14.
Per mare, per terras, cognataque flumina curris.
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam. Se. in He. oct.
Vtræque Phœbi sentiunt fulmen domus. Ibid.
Terræ, atque pelagi, quaque purpureus dies
Vtrumque clara spectat Oceanum rota. Oui. 5. Met.
Omnibus est terris, omni quæsita profundo,

Quas

Quas Dea per terras, & quas errauerit vndas
Dicere longa mora est, quarenti defuit orbis
Mart. lib. 14. *Quouiscunque loco potes hunc finire libellum*
Ouid. *Te Dea munificam gentes vbicunq; loquuntur.*
Virg. —*crudelis vbique luctus.*

Vela, *vide* NAVIS.

Velle, Voluntas.

Virg. 4 Geor. —*mens omnibus vna est.*
Vir. 1 Æne. —*nostram nunc accipe mentem.*
Oui. 1. Met. —*placuit cœleste precari Numen.*
Ibid. *Si visum est superis.*
Ho. 1. ca. o. 25. *Sic visum Veneri cui placet impares Formas mittere.*
Oui. 12. Met. —*nam cunctis eadem est audire voluntas.*
Pers. Sat. 5. *Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.*
Iuue. Sat. 16. *Sic volo sic iubeo, sit pro ratione voluntas,*
Vir. 5. Æne. *Nunc quoq; mens eadem perstat mihi.*
Oui. 6. Met. *Cœpta placent, & stat sententia tradere mecum*
Vir. 6. Æne. *Dotalem patriam.*
Prop. lib. 1. —*si fert ita corde voluntas:*
—*audacia certè*
Lu. ad Cal. Pi. *Laus erit in magnis, & voluisse sat est,*
—*supereſt animosa voluntas,*
Ibid. *Ipsaque nescio quid mens excellentius audet*
Luc. lib. 3. *Ac voluisse sat est, animum, non carmina, iacta*
Oui. 3. de pon. —*si fert ita forte voluntas.*
Eleg. 4. *Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.*

Vide OPINARI.

Vellere, *vide* EVELLERE.

Venari.

Vir. 3. Geor. *Sæpè etiam cursu timidos agitabis onagros,*
Et canibus leporem, canibus venabere damam.
Sæpè volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens, montesq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Vir. 1. Æne. *Aut spumantis apri cursum clamore petentem.*
Vir. 4. Æne. *Venatum Æneas vnaq; miserrima Dido*
In nemus ire parant.
Idem. *Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.*
Ibid. *Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,*
Massyliq; ruunt equites, & odora canum vis.
Ibid. *Postquam altos ventum in montes atq; inuia lustra*
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrêre iugis, alia de parte patentes.

Trans-

Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui
Pulueruleuta fuga glomerant, montesque relinquunt,
Et puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo, iamq; hos cursu, iam præterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum aut fuluum descendere monte leonem. Ouid. 1. Met.
Vt canis in vacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem.
Alter inhæsuro similis, iam, iamq; tenere
Sperat, & extenso stringit vestigia rostro,
Alter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis
Morsibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit.
Aut trudit acres hinc, & hinc multa cane Hor. Epo. 2.
Apros in obstantes plagas,
Aut amice leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos,
Pauidumque leporem, & aduenam laqueo gruem, Virg. 1. Geor.
Iucunda captat præmia
Tum laqueis captare feras, & fallere visco Ibid.
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.
Tunc grauibus pedicas, & retia ponere ceruis, Vir. Eclo. 5.
Auritosque sequi lepores, tum figere damas. Vir. Eclog. 10.
— nec retia ceruis Vlla dolum meditantur.
Aut acres venabor apros, non me vlla vetabunt Ho. 1. ca. o 37.
Frigora, Parthenios canibus circundare saltus.
— adurgens leporem citus Mart. lib. 12.
Venator in campos niualis Hemonia.
Retia dum cessant, latratoresque molossi,
Et non inuento sylua quiescit apro. Oui. 6. Met.
Sum nemorum studiosus, ait, cadisq; ferina. Mart. lib. 1.
Splendida iam tecto cessent venabula ferro,
Nec volet excussa lancea torta manu.
Deprendet vacuo venator in aere prædam Ibid.
Si captare feras aucupis arte placet.
Ibi illigatas mollibus damas plagis Ibid.
Iactabis, & vernos apros. Vir. 5. Æne.
Callida sic stultas decipit esca feras.
Intextusque puer frondosa regius Ida Vir. 7. Æne.
Veloces iaculo ceruos, cursuque fatigat, Virg. 9. Æne.
— quo littore pulcher
Insidiis, cursuque feras agitabat Iulus.
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseque haud nescia morti.

Iniicit,

Iniicit, & saltu supra venabula fertur.

Ibid. *Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant.*

Vir. 10. Æne. *Ac velut ille canum morsu de montibus altis*
Actus aper, multos vetulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus laurentia, sylua
Pastus arundinea postquàm inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos.
Nec cuiquam irasci, propiusque accedere virtus,

Vir. 12. Æne. *Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant.*
Inclusam veluti si quando flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ saeptum formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Ille autem insidiis, & ripa territus alta,
Mille fugit refugitq; vias, aut vuiduus Vmber
Haret hians, iam iamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis morsu, elusus inani est.

Oui. 5. Met. — *nec me studiosius altera saltus*
Legit, nec posuit studiosius altera casses.

Oui. 2. Met. — *trepidos agitantem in retia ceruos.*

Oui. epist. 4. *In nemus ire libet, pressisque in retia ceruis,*
Hortari celeres per iuga summa canes.

Ibid. *Quid iuuat incinctæ studia exercere Dianæ?*

Ibid. *Clarus erat Cephalus syluis, multaque per herbas*
Conciderant illo percutiente feræ.

Oui. epist. 5. *Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos,*
Et tegeret catulos quà fera rupe suos?
Retia saepè comes maculis distincta tetendi,
Saepè citos egi per iuga summa canes.

Tib. lib. 1. *Nec, velit insidiis altus si claudere valles,*
Cum placeas, humeris retia ferre neges.

Tib. lib. 4. — *densos indagine colles Claudentem.*

Ibid. *Quidue iuuat furtim latebras intrare ferarum,*
Candidaque hamatis crura notare rubis?
Sed tamen vt tecum liceat Cherinte vagari
Ipse ego per montes retia torta feram,
Ipse ego velocis quaram vestigia cerui,

Prop. lib. 2. *Et demam celeri ferrea vincla cani.*

Ibid. — *Adonim venantem Idalio vertice.*
Incipiam captare feras, & reddere pinu
Cornua, & audaces ipse monere canes.
Non tamen vt vastos ausim tentare leones,
Aut celer Agrestes cominus ire sues.

Prop. lib. 3. *Hac igitur mihi sit, lepores, audacia molles*

Ex-

Excipere, & stricto figere auem calamo,
Et leporem quicumque venis, venaberis hospes,
Et si fortè meo tramite quaris auem.
Et me Panatibi comitem de rupe vocato, Clau. lib. 3.
Siue petas calamo præmia siue cane.
Venator defessa toro quum membra reponit,
Mens tamen ad syluas, & sua lustra redit. Oui. 1. de art.
Scit bene venator ceruis vbi retia tendat,
Scit benè qua frondens valle moretur aper. Oui. 1. de art.
Sæpè canes frustrà nemorosis montibus errant
Inque plagas nullo ceruus agente cadit. Oui. 1. de rem.
Vel tu venandi studium cole, sæpè recessit
Turpiter à Phœbi victa sorore Venus.
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci,
Nunc in frondosis retia tende iugis.
Aut pauidos terre varia formidine ceruos,
Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.
Aut dum dispositis attollat retia varis Luc. 5. Phars.
Venator, tenet ora leuis clamosa Molossi,
Spartanos, Cretasq; ligat, nec creditur vlli
Syluacani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & præda nescit latrare reperta;
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.
Dumque feras sequitur, dum saltus eligit aptos, Oui. 2. Met.
Nexilibusque plagis syluas Erymanthidos ambit;
Venantumque canes in molli sæpè quiete Luc. lib. 4.
Iactant crura tamen subito, vocesque repente
Mittunt, & crebras reducunt naribus auras;
Vt vestigia si teneant inuenta ferarum,
Expergefactique sequuntur inania sæpè
Ceruorum simulacra fugæ quasi dedita cernant.
Cùm me cornigeris tendentem retia ceruis, Oui. 7. Met.
Vertice de summo semper florentis Hymeti
Lutea mane videt pulsis Aurora fugatis.
Venatum in syluas iuueniliter ire solebam; Ibid.
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant;
Tutus eram iaculo.
Venatu, & syluis primos assueuerat annos, Sil. Ita. lib. 2.
Non calathis mollita manus operataue fuso.
Dictinnam, & saltu, & anhelum impellere plantâ Sil Ita. lib. 3.
Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.
Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet

Venator dumeta Lacon, aut exigit vmber
Nare sagax è calle feras, perterrita latè
Agmina præcipitant volucres formidine cerui.

Sil. Ita. lib. 10. *Vt canis occultos, agitat cum belgicus apros,*
Erroresque feræ solers per deuia mersa
Nare legit, tacitoque premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantum indagine saltus,
Nec sistit, nisi conceptum sectatus odorem,
Deprendit spissis Sarcana cubilia dumis.
— vt latus valle remota
Cum capream venator agit, fessamq; propinquo

Sil. Ita. lib. 1. *Insequitur cursu, & sperat iam tangere dextra.*

Sil. Ita. lib. 15. *Seu syluis sectare feras*
Vt cum venatu saltus exercet opacos
Dictinna, & lata præbet spectacula matri,
Aut Pindi nemora excutiens, aut Mœnala lustrans.
Omnis Naiadum plenus comitata pharetris
Turba ruit, cursuque leues nemora auia cingunt,
Corythi interea stridunt, ductisque sagittis
Pendentes saliunt, nimphis obeuntibus arua.
Tum per saxa feræ, perq; ipsa cubilia fusæ,
Per valleis, fluuiosque atque antra virentia musco,
Multa strage iacent exultat vertice montis

Mart. lib. 5. *Tunc latam lustrant oculis Latonia prædam.*

Sen. in Thyes. *Aut impeditam casibus refert damam.*
Sic, cùm feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur vmber ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
Rostro pererrat: præda cum propior fuit
Ceruice toto pugnat, & gemitu vocat
Dominum morantem, seq; retinenti eripit.

Sen. in Hipp. *Si quem tangit gloria syluæ,*
Vocat hunc Philippis hic versatur
Metus agricolis, vulnere multo
Iam notus aper, at vox laxas
Canibus tacitis mittite habenas,
Teneant acreis lora Molossos.
Et pugnaces tendant Cressæ
Fortia trito vincula collo.
At Spartanos (genus est audax
Auidumq; feræ) nodo cautus
Propiere liga: veniet tempus,

Cum

Cum latratu caua saxa sonent.
Nunc demissi nare sagaci.
Captent auras, lustraq; presso
Quarant rostro, dum lux dubia est,
Dum signa pedum roscida tellus
Impressa tenet: alius raras
Ceruice graui portare plagas,
Alius teretes properet laqueo:
Picta rubenti lineo pinna
Vano claudat terrore feras.
Tibi libretur missile telum
Tu graue dextra, lauaq; simul
Robur lato dirige ferro.
Tu præcipiteis clamore feras
Subsessor ages, tu iam victor
Curuo solues viscera cultro,
Ades en comiti diua virago,
Cuius regna pars terrarum
Secreta vacat, cuius certis
Petitur telis fera, quæ gelidum Potat Araxim,
Et quæ stanti ludit in Istro.
Tua Getulos dextera leoneis,
Tua Cretæas sequitur ceruas,
Nunc veloceis figis damas Leuiore manu.
Tibi dant varia pectora tigres,
Tibi villosi terga bisontes,
Latisq; ferit cornibus Vri,
Quicquid solis pascitur aruis,
Siue illud inops nouit Garamas,
Siue illud Arabs diuite sylua,
Siue ferocis iuga Pyrenes,
Siue Hyrcani celant saltus,
Vacuisque vagus Sarmata campis,
Arcus metuit Diana tuos.
Tua si gratus numina cultor
Tulit in saltus, retia vinctas Tenuere feras.
Nulli laqueum rupere pedes
Fertur plaustro præda trementi,
Cum rostra canes sanguine multo
Rubicunda gerunt, repetitq; casas
Rustica longo turba triumpho.
Et diua faue,
Signum arguti misere canes,

Vocor in syluas, hac, hac pergam,
Ibid. *Qua via longum compensat iter.*
— calidas tantum feris Struxisse fraudes nouit,
Sen. in Octa. *— quod sequi cursu feras Auderet acreis*
Oui. 5. Fast. *Dum noua lanugo est pauidos formidine ceruos*
Terret, & est illi præda benigna lepus.
At postquam virtus annis adoleuit in apros
Audet & hirsutas cominus ire feras.
Sylua frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas
Oui. 8. Met. *Incipit à plano, deuexăque prospicit arua,*
Quò postquam venêre viri pars retia tendunt,
Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
Oui. 11. Met. *Signa pedum*
Per iugă, per syluas, dumosaq; saxa vagatur
Nuda genu, vestem ritu succinĕta Dianæ.
Hortatur q; canes, tutæque animalia prædæ,
Aut pronos leporeis, aut celsum in cornua ceruum,
Clau. de bell. *Aut agitat damas.*
Gildo. *Namque procul, Lybicos venatu cingere saltus,*
Hor. 1. Epist. *Et iuga rimari canibus Getula videbat.*
— venaticus, ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Manil. lib. 5. *Militat in syluis catulus.*
Quamque erat Actæon syluis mirandus, & ante
Quam canibus noua præda fuit, ducuntur, & ipsi
Retibus, & claudunt campos formidine mortis,
Mendaceisque parant foueas, laqueosque tenaceis,
Currenteisque feras pedicarum compede nectunt,
Aut canibus, ferroue necant, prædasque reportant,
Ac per nulla sequi dubitant vestigia prædas,

Vendere Emere.

Mart. lib. 13. *Omnis in hoc grăcili Xeniorum turba libello*
Constabit nummis quattuor empta tibi.
Quattuor est nimum, poterit constare duobus:
Et faciet lucrum bibliopola Triphon.
Id. lib. 12. *Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta,*
Vendere quam summa vel breuiore cupis.
Arte sed emptorem vafra corrumpis.
Ibid. *Instructam vili vendis, Amœne, domum.*
Id lib. 1. *Hos eme.*
Ibid. *Ne tamen ignores, vbi sim venalis.*
Id. lib. 6. *Rustica mercatus nummis sum prædia multis.*
Id. lib. 9. *Denarijs tamen hanc non emo, Basse, tribus.*

Emit

Emit lacernas millibus decem Bassus
Tyrias coloris optimi lucrifecit
Addo benè emit inquis: imò non soluit
Non potes vt cupores, Vendere, caupo merum. Id. lib. 9.
Non pudet, ô superi, populos Vænisse sub hasta vendentis Claud.
— vænit vilissima rerum hic aqua. Horat.

Venenum.

Pocula si quando sæua infecêre nouercæ. Vir. 2. Geor.
— ac membris agit atra venena. Ibid.
Nec miseros fallunt Aconita legentes. Ibid.
— lentum distillat ab inguine virus, Vir. 3. Georg.
Hippomanes quod sæpè malæ legere nouercæ,
Miscuerunt que herbas, & non innoxia verba. Ibid.
— horrendis infamia pabula succis Conterit. Qui. 14. Met.
Hunc dea præuitiat, protentificisque venenis Inquinat Ibid.
— pressos latices radice nocenti spargit. Ibid.
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus. Ibid.
Corrupit q; lacus, infecit pabula tabo. Vir. 4. Georg.
Neu propius tectis taxum sine.
— læsæque venenum Ibid.
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt.
Affixa in venis. Virg. 1. Æne.
Occultum inspires ignem fallasq; veneno. Virg. 2. Æne.
Perfusus sanie vittas atroque veneno. Vir. 3, Æne.
— contactuque omnia fœdant Immundo. Ibid.
— & vestigia fœda relinquunt: Vir. 4 Æne.
— nigri cum lacte veneni. Ibid.
Sparserat, & latices simulatos fontis Auerni Ibid.
Quæritur, & nascentis equi de fronte reuulsus
Et matri præruptus amor. Vir. 1. Geor.
Ille malum virus serpentibus addidit atris. Hor. Epo. 3.
Quid hoc veneni sæuit in præcordiis.
Num viperinus hic cruor.
Incoctus herbis fefellit? an malas.
Canidia tractauit dapes? Ibid.
Edit cicutis allium nocentius. Hor. Epo. 5.
At expedita saga per totam domum
Spargens Auernales aquas Ibid.
Interminato quum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ. Ibid.
— cur dira barbaræ minus Venena Medeæ valent. Ibid.
— tabo minus imbutum Ho in palin.
Calles venenis officina Colchicis. Ibid.

Ho.1.ca.o 27. *Velociusue miscuisse toxicum.*
Oui. 1. Met. *Quæ saga, quis te soluere Thessalis*
Ho.2.c o 37. *Magus venenis, quis poterit Deus?*
Ho.1.ca.o. 13. *Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.*
Oui.in Ibin. *— vt atrum Corpore combiberet venenum.*
Ibid. *— ille venena Colchica Tractauit.*
Ibid. *Cantharidum succos dante parente bibas.*
Manil. lib.1. *— dona tulit Nessæo tincta veneno.*
Oui.6.Met. *Corpora pestiferum sic tua virus edat.*
Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno.
Oui.4.Met. *— corpus tumet omne veneno.*
Ibid. *Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.*
Oui.10. Met. *— coniux, in quam calcata venenum*
Vir.7.Æne. *Vipera diffudit, crescentesque abstulit annos.*
Ibid. *Exin' Gorgoneis Alecto infecta venenis.*
Ac dum prima lues, vdo sublapsa veneno,
Ibid. *Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem.*
— penitusque in viscera, lapsum
Vir.9.Æne. *Serpentis furiale malum, totumq; pererrat.*
— quo non felicior alter
Oui.3.Meta. *Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.*
— plenis tumuerunt guttura venis,
Spumaq; pestiferos circumfluit albida rictus,
Terraq; rasa sonat squamis, quique halitus exit
Ore niger stygio vitiat as inficit auras.
Oui.epist.9. *Illita Nessæo misi tibi texta veneno.*
Catullus. *— non dolos veneni.*
Ibid. *Plenam veneni, & pestilentiæ.*
Tib.lib.3. *Nec mea mortiferis infecit pocula succis*
Dextera, nec cuiquam certa venena dedit,
Prop.lib.1. *Et bibere è tota toxica Thessalia.*
Ibid. *Tetra venena libens, & naufragus ebibet vndis,*
Ibid. *Neu subeant labris pocula nigra tuis.*
Boet. lib.4. *Iam tamen mala remiges*
Ore pocula traxerant.
Claud. *Pocula, nec tristi gramine mista bibunt,*
Statius. *— tibine illa nefanda*
Pocula, lethalesque manu componere succos Eualuit?
Oui.3.de art. *Et dare mœsta vro tritis aconita cicutis.*
Luc.4.Pharf. *Fontibus immisto strauit per rura veneno.*
Ibid. *Pallida Dictæis, Cæsar, nascentia saxis*
Infundas aconita palam
Luc.6.Pharf. *Mens hausti nulla sanie polluta veneni Excantata perit.*

Huma-

Humanoq; cadit serpens afflata veneno. Ibid.
—nigramque per artus Ibid.
Stillantis tibi saniem virusq; coactum Sustulit.
—taboque medullas
Abluit, & virus largè lunare ministrat.
Huc quicquid fœtu genuit Natura sinistro
Miscetur, non spuma canum, quibus vnda timori est.
Viscera non lyncis, non duræ nodus hyenæ
Defuit, & cerui pasti serpente medulla.
Non puppim retinens, Euro tendente, rudentes
In mediis Echeneis aquis, oculiq; draconum,
Quæque sonant fœta tepefacta sub alite saxa
Non Arabum volucer, serpens innataque rubris
Æquoribus custos preciosa vipera conchæ,
Aut viuentis adhuc Lybicæ membrana Cerastæ,
Aut cinis Eoa positi Phœnicis in ara.
Quò postquam viles, & habentes nomina pestes
Contulit, infando saturatas carmine frondes,
Et, quibus os dirum nascentibus instuit, herbas
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa veneni
Stridula sed multo saturantur tela veneno, Luc. 8. Phars.
Vulnera parua nocent, fatumque in sanguine summo est,
—nigri madidum sudore veneni. Oui. 2. Met.
Inspiratque nocens virus, piceumque per ossa Ibid.
Dissipat, & medio spargit pulmone venenum.
Ecce subit virus tacitum, carpitq; medullas
Ignis edax, calidaque incendit viscera tabe. Luc. 9. Phar.
Ebibit humorem circum vitalia fusum
Pestis, & in sicco linguam torrere palato
Cœpit defessos iret qui sudor in artus Oui. 4. Met.
Non fuit, atque oculos lachrymarum vena refugit.
Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni Sil. Ita. lib. 8.
Oris Cerberei spumas, & virus Echidnæ. Sil Ita. lib. 1.
—ferrum infamare veneno.
Ipse etiam stygio spumantia pocula tabo Mart. lib. 5.
Porrigit, & largè pœnas lethumque ministrat.
Summa venenum potione duxisti.
Profecit poto Mithridates sæpè veneno. Se. in He. fur.
Toxica ne possent sæua nocere sibi,
Venena cessent, nulla nocituro grauis
Succo tumescat herba.

Venire, *vide* AMBVLARE.

Venter.

Vir. 4. Georg. —*latamque trahens inglorius aluum.*
Ibid. *Aspiciunt liquefacta boum per viscera toto*
Stridere apes vtero & ruptis efferuere costis,
Vir. 3. Geor. —*hic piscibus atram*
Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus explet.
Vir. 2. Æne. *Aut terebrare cauas vteri*
Ibid —*& nota conduntur in aluo.*
Virg. 1 Æne. —*fœdissima ventris Proluuies.*
Hor Epo. 7. *O dura messorum ilia.*
Ou. 12. Met. —*au daque recondidit aluo.*
Luc. 2. Pharſ. *Ac tumidus quà pulmo iacet, quà viscera feruent.*

Venti, Ventos flare.

Vir. 2. Georg —*quàm mult æ Zephyro turbentur arenæ,*
Aut vbi nauigiis violentior incidit Eurus.
Ibid. —*glomerat q; ferens incendia ventus.*
Ibid. *Tellurem Borea rigidam spirante mouere.*
Ibid. *Quas animosi Euri assiduè franguntque, feruntque.*
Virg. 2. Geor. *Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris*
Incubuit, Scythicæque hyems, atque arida differt
Nubila, tum segetes altæ, campique natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem
Dant syluæ, longique vrgent ad sydera fluctus.
Virg. 1. Geor. *Ille volat simul arua fuga, simul æquora verrens.*
Ibid. *Frigidus vi quondam syluis immurmurat Auster,*
Ibid. *Hoc geritur Zephyris primùm impellentibus vndas.*
Ibid. *Dulcis compositis spirauit crinibus aura.*
—*quo plurima vento*
Virg. 1. Æne. *Cogitur, inque sinus scindit sese vnda reductos.*
Ibid. *Disiecitque rates, euertitque æquora ventis.*
Ibid. —*loca fœta furentibus Austris.*
Ibid. *Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.*
Ibid. *Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.*
—*ac venti velut agmine facto*
Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totumque à sedibus imis.
Vnà Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Ibid. *Africus, & vastos volunt ad littora fluctus.*
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Ibid. *Velum aduersa ferit, fluctusque ad sydera tollit.*
Ibid. —*deratque comas diffundere ventis,*
Cum subitò assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada cæca tulit, penitusque procacibus Austris

Perque

Perq; vndas superante salo, perq; inuia saxa dispulit. Virg. 2. Æne.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt Zephyrusq;, Notusq;, & lætus Eois
Eurus equis, strident syluæ, sauitq; tridenti.
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo. Vir. 8. Ænei.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes. Ibid.
Continuò venti voluunt mare. Ibid.
— tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes. Ibid.
Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori Missus adest. Vir. 4. Æne.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Zephyros audis spirare secundos. Idem.
Protinus Æolijs Aquilonem claudit in antris. Oui. 1. Meta.
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes,
Emittitq; notum, madidis Notus euolat alis,
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Obuiaq; aduersas vibrabant flamina vestes, Ibid.
Et leuis impulsos retrò dabat aura capillos.
— motos in arundine ventos Idem.
Effecisse sonum tenuem.
Vt horridis vtrumque verberes latus Hor. Epo. 10.
Auster memento fluctibus.
Niger rudentes Eurus, inuerso mari,
Fractosq; remos differat.
Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes ilices. Ibid.
Ionias vdo quum remugiens sinus
Noto carinam ruperit.
Nunc mare sylvas Threicio Aquilone sonant. Hor. Epod. 13.
Intonsosq; agitaret Apollinis aura capillos. Hor. Epod. 16.
Notus vocabit, aut proteruus Africus. Hor. Epod. 16.
— cinis Iniurioſis aridus ventis ferar. Ho. in palin.
— aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Virg. 1. Geor.
Omnia ventorum concurrere prælia vidi, Ibid.
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublimè expulsam eruerent, ita turbine nigro
Ferret hyems culmumq; leuem, stipulasq; volantes.
— ingeminant Austri, & densissimus imber, Ibid.
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.
— & agentes frigora ventos. Ibid.

Ibid. *Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti*
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.
Ibid. *— vento impendente.*
Ibid. *— dum nubila ventus agebat.*
Ibid. *— namque vrget ab alto*
Ibid. *Arboribusq; satisq; Notus, pecoriq; siniſter.*
Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis Feruere.
Virg. Eclo. 5. *Et claro ſyluas cernes Aquilone moueri.*
Vir. 9. Æne. *— venientis ſibilus Auſtri.*
Ho 1. ca. o. 1. *— neu turbine venti Vincantur.*
Ibid. od. 23. *Luctantem Icariis fluctibus Aphricum.*
— nec timuit præcipitem Aphricum
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adriæ.
Maior tollere ſeu ponere vult freta.
Ibid. od. 7. *— & aſpera nigris æquora ventis.*
Ibid. od. 9. *Strauêre ventos æquore feruido*
Depræliantes, nec cupreſſi
Ibid. od. 12. *Nec veteres agitantur orni.*
Ibid. od. 14. *— celeresq; ventos*
Et malos celeri ſaucius Aphrico,
Antennæq; gemunt, & ſine funibus
Vix durare carinæ
Ibid. od. 17. *Poſſunt imperioſius æquor.*
Ibid. od. 25. *— pluuioſq; ventos,*
Thracio bacchante magis ſub inter Lunia vento.
— Aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant.
Ho. 2. ca. o. 9. *Et foliis viduantur orni.*
Sæpius ventis agitatur ingens Pinus.
Fruſtra per Autumnos nocentem
Ibid. od. 10. *Corporibus metuemus Auſtrum.*
Ibid. od. 14. *— neque Auſter*
Dux inquieti turbidus Adriæ.
Ho. 3. ca. o. 3. *Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus*
Ibid. od. 10. *Inter pulchra ſitum tecta remugiat ventis.*
— & leni recreare vento
Ibid. od. 10. *Sparſum odoratis humerum capillis.*
Ibid. od. 20. *— placidi q; tepentibus auris.*
Qui. 1. Meta. *Mulcebant zephyri natos ſine ſemine flores.*

Tum

Tum freta diffudit, rapidisq; tumescere ventis Iussit. Ibid.
Et cum fulminibus facientes frigora ventos
His quoque non passim mundi fabricator habendum
Aëra permisit, vix tunc obsistitur illis,
Quum sua quisque regat diuerso flumina tractu:
Quin lanient mundum tanta est discordia fratrum.
Eurus ad Auroram Nabathæaq; regna recessit,
Persidaq;, & radiis iuga subdita matutinis,
Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro, Scythiam, septemq; triones
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
Nubibus assiduis, pluuioq; madescit ab Austro.
Assimulare freto possis, quod sæua quietum Oui. 5. Meta.
Ventorum rabies motis exasperat vndis
Mutati ranſuersa fremunt, & vespere ab atro Virg. 5. Æne.
Consurgunt venti.
Inter vtrumque fremunt immani murmure venti Oui. 1. Trist.
Nescit cui domino pareat vnda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduersa prælia fronte gerit.
Quid tempestatum regem, ventosq; furentes
Æolia excitos. Vir. 10. Æneid.
— ceu flamina prima,
Cùm deprensa fremunt syluis, & cœca volutant Ibid.
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
— partem volucres dispersit in auras. Vir. 12. Æne.
— placidi strauerunt æquora venti, Vir. 5. Æneï.
Creber, & aspirans rursus vocat Auster in altum,
— ferunt sua flamina classem. Ibid.
Æquatæ spirant auræ Ibid.
Nauim frequentes haud secus in tuam Ibid.
Cauros Auernus suscitat. Auctor.
Caliginosis imperiosior
Obsistit Eurus malus.
— & dare carbasum Idem.
Nosti secundis eminentem,
Et nocuis remouêre ventis.
Imbre Phœbeos aperire vultus Idem.
Semper infesto negat vdus Auster.
Naufrago nobis inimicus obstat Turbine Caurus.
— placidis habenas

Cùm

Idem. *Cùm quis arridens dederit Fauonis*
Æolus laxas, & in arce vasta clauserit Euros.

Virg. 9. Æne. —*sed aura*
Omnia decerpunt, & nubibus irrita donant,

Vir. 10. Ænei. —*magno discordes æthere venti*
Prælia ceu tollunt animis, & viribus æquis,

Vir. 12. Ænei. *Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.*
Ac velut Edoni Borea cùm spiritus alto
Insonat Ageo sequiturq; ad littora fluctus,

Idem. *Quà venti incubuêre fugam dant nubila cœlo.*

Oui. 6. Met. de Borea. *Aute volant sonitumq; ferunt ad littora venti.*
Apta mihi vis est, hac tristia nubila pello,
Hac freta concutio, nodosaq; robora verto,
Induroq; niues, & terras grandine pulso.
Idem ego cùm fratres cœlo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther.
Eijciantq; cauis elisi nubibus ignes,
Idem ego cùm subij conuexa foramina terræ,
Supposuiq; ferox imus mea terga cauernis,
Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.
Hæc Boreas aut his non inferiora loquutus
Excussit pennas, quarum iactatibus omnis
Afflata est tellus, latumq; perhorruit æquor,
Pulueream q; trahens per summa cacumina pallam
Verrit humum.

Ouid. 5. Met. *Assimulare freto possis, quod sæua quietum*
Ventorum rabies motis exasperat vndis.

Ouid. 5. Fast. *Aura leuis rigido pendentia lintea malo Suscitat:*

Oui. epist. 7. *Aut mare quale vides agitari nunc quoque ventis,*
Aspice, vt euersas concitet Eurus aquas.

Oui. Epist. 11. *Ille Noto, Zephyroq;, & Scythonio Aquiloni*
Imperat, & pennis Eure proterue tuis;

Oui. epist 14. *Vtq; leui Zephyro gracilesq; vibrantur aristæ,*
Frigida populeas vt quatit aura comas,

Oui. epist. 12. *Vt mare sit tremulum, tenui cùm stringitur aura,*
Vt quatitur trepido fraxina virga Noto.

Catullus. *Furi villula nostra non ad Austri*
Flutus opposita est, nec ad Fauonij,
Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ:
Verùm ad millia quindecim, & ducenta,
O ventum horribilem atque pestilentem.

Ibid. *Nam velut in summo quatientem brachia Tauro*
Quercum, aut cornigeram sudanti cortice pinum.

Indo-

Indomitus turbo contorquens flamine robur Eruit. Ibid.
Quæ cuncta aërij discerpunt irrita venti. Ibid.
— ceu pulsæ ventorum flamine nubes. Ibid.
Hic qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus procliues incitat vndas,
Quæ tardè primùm clementi flamine pulsæ
Procedunt, leuiq; sonant plangere cachinni, Ibid.
Post vento crescente, magis magis increbrescent. Ibid.
Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni. Tib. lib. 2.
Hic veluti nigro iactatis turbine nautis
Lenius aspirans aura secunda venit.
— qua nunc Caurusq; Notusq;
Iactat odoratos vota per Armenios.
— vt hic ventis diripitur q; cinis.
Et fera discordes tenuerunt flamina venti. Tib. lib. 4.
Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis, Ibid.
Omnia perpetiar sæuus licet vrgeat Eurus, Ibid.
Velaq; in incertum frigidus Auster agat. Tib. lib. 4.
Quicumque & venti miserum vexastis Vlyssem, Ibid.
Et Danaum Euboice littore mille rates. Prop. lib. 2.
— vnde sonora Boet. lib. 2.
Flumina sollicitant æquora ponti.
Cum sæuis Aquilonibus Idem.
Stridens campus inhorruit Si mare voluens Idem.
Turbidus Auster Misceat æstum.
— turbantibus æquora ventis. Luc. lib. 1.
Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus versat arenas.
Spirat insanum nebulosus Auster
Iam spinis abeat decus.
Sæpè feruentes Aquilo procellas Verso concitat æquore. Boet. lib. 2.
— nec sonori Sterni flatibus Euri. Ibid.
Illud proteruus Auster Totis viribus vrget.
Quamuis tenet ruinis Miscens æquora ventus Ibid.
Turbidus impulsu venti cùm spargitur aër. Ibid.
Quæ Boreas, quæq; Eurus atrox, quæ nubilus Auster Inuehit Ibid.
— pinifera Boreas cum Thracius Ossa
Rupibus incubuit, curuato robore pressa Claud.
Fit sonus aut rursus redeuntis in æthera syluæ. Statius.
— non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus solus sua littora turbat Circius: Luc. 1. Pharſ.
— aut cùm mare possidet Auster
Flatibus horrisonis, hunc æquora tota sequuntur. Ibid.

Si rur-

Si rursus tellus pulsu laxata tridentis
Luc. 2. Pharſ. *Æolij tumidis immittat fluctibus Eurum,*
Quamuis icta nouo ventum tenuêre priorem
Æquora, nubiferoq; polus conceſſerit Euro,
Vindicat vnda Notum.
Flabraq; ventorum violento turbine vexant.
Luc. lib. 3. *Ventus vt amittit, vires niſi robore denſæ*
Luc. 3. Pharſ. *Occurrunt ſyluæ, ſpatio diffuſus inani.*
— ventoſq; loquaces Exhalare ſolum
Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes
Luc. 5. Pharſ. *Turbo rapax, fragilemq; ſuper violentia malum*
Vela tulit, ſonuit, victis compagibus, alnus.
Ibid. *Inde ruunt toto concita pericula mundo*
Primus ab Oceano caput exeris Atlantæo
Core mouens æſtus, iam ſe tollente furebat
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat vndas,
Occurrit gelidus Boreas, pelagusq; retundit,
Et dubium pendet, vento cui pareat, æquor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis, & vndas
Torſit, & abſtruſas penitus vada fecit arenas:
Nec perfert pontum Boreas ad ſaxa, ſuumq;
In fluctus Cori frangit mare, motaq; poſſunt
Æquora ſub ductis etiam concurrere ventis.
Non Euri ceſſiſſe minas, non imbribus atrum
Æolij iacuiſſe Notum ſub carcere ſaxi
Crediderim, cunctos ſolita de parte ruentes:
Defendiſſe ſuas violento turbine terras.
— venti vis verberat incita pontum,
Ingentesq; ruit naues, & nubila differt:
Lucr. lib. 1. *Interdum rapido percurrens turbine campos,*
Arboribus magnis ſternit, montesq; ſupremos
Syluifragis vexat flabris, ita perſurit acri
Cum fremitu ſauitq; minaci murmure pontus.
Sunt igitur venti nimirum corpora cœca,
Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cœli
Verrunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.
Ibid. *Sic igitur debent venti quoque flumina ferri,*
Quæ, veluti validum flumen cum procubuêre
Quamlibet in partem, trudunt res ante, ruuntq;
Impetibusq; crebris, interdum vertice torto
Corripiunt, rapidoq; votantia turbine portant.
Lucr. lib. 2. *Vt mare, cùm magni commorunt æquora venti,*
Vertitur in canos candenti marmore fluctus.

Cùm

Luc. lib. 6.

Cùm subitò validi venti conlecta procella
Nubibus intorsit sese, concluſaq; ibidem
Turbine versanti magis, ac magis vndique nubem
Cogit, vti fiat spisso caua corpore circum.
Pòst vbi commouit vis eius, & impetus acer,
Tum perterricrepo sonitu dat mista fragorem,
Scilicet vt crebram syluam cum flamina Cauri
Perflant, dant sonitum frondes, ramiq; fragorem.
Fit quoque vt interdum validi vis incita venti
Perscindat nubem perfringens impete recto
Nam quid possit ibi flatus manifesta docet res
Hîc: vbi lentor est in terra cùm tamen alta
Arbusta euoluens radicibus voluit ab imis.

Ibid.

— quam freta circum
Feruescunt grauiter spirantibus incita flabris.

Sil. Ita. lib. 1.

Thracius, hos Boreas scopulos immitia regna
Solus habet, semperq; rigens nunc littora pulsat
Nunc ipsas alis frangit stridentibus Alpeis,
Atque vbi se terris glaciali fundit ab Arcto,
Haud illi contra fiducia surgere vento.
Vorticibus torquet rapidis mare, fractaq; anhelant
Æquora, & iniecto conduntur gurgite montes,
Iamq; volans, Rhenum, Rhodanumq; in nubila tollit,
Interdum aduerso glomeratas turbine Corus

Sil. Ita. lib. 3.

In media ora niueis fuscis agit horridus alis,
Aut rursum immani stridens auulsa procella
Audacis rapit arma viri, voluensq; per orbem
Contorto rotat in nubes sub limina flatus.

Sil. Ita. lib. 7.

Non grauiore mouent venti certamina mole,
Odrysius Boreas, & Syrtim tollere pollens
Africus, obnixi cùm bella furentia torquent,
Diſtraxêre fretum, ac diuersa ad littora voluunt
Æquor, quisque suum, sequitur stridente procella
Nunc huc, nunc illuc raptim mare, & intonat vndis.

Sil. Ita. lib. 9.

Sic vbi prima mouent pelago certamina venti,
Incluſam rabiem, ac sparsuras astra procellas
Parturit vnda freti, fundoq; emota minaces
Expirat per saxa sonos, atque acta cauernis
Torquet anhelantem spumanti vertice pontum.

Ibid.

Mitia ceu virides agitant cùm flamina culmos
Nec dum maturas impellit ventus aristas
Huc, atque huc it summa seges, mutansq; vicissim
Alterno lente motu incuruata nitescit.

Sil. Ita. lib. 11.

Propul-

Propulsum vt Boreæ scopulis impingitur æquor,
Sil.Ita.lib.13. *Vt rupto terras inuadunt carcere venti.*
Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Quam sese immisit: decimoq; volumine pontum
Expulit in terras, sequitur cum murmure molem
Sil.Ita.lib.16. *Electi maris, & stridentibus affremit alis.*
Concurrunt quantumque rapit violentia ponti
Et Notus, & Boreas, & inexorabilis Auster
Cùm mergunt plenas tumefacta sub æquore classeis;
Se. in He. fur. *Illic nulla noto, nulla Fauonio*
Consurgunt tumidis fluctibus æquora.
Sen. in Hipp. *Admoto æthereis culmina sedibus*
Duros excipiunt Notos;
Insani Boreæ minas
Imbriferumq; Corum.
Cla.1. de rap. — *ceu turbine rauco,*
Cùm grauis armatur Boreas, glacieq; minaci
Hispidus, & Getica concretus sanguine pennas.
Flare cupit, pelagus, syluas, camposq; sonoro
Flamine rapturus, si fortè aduersus ahenos
Clau. in Epit. *Æolus obiecit postes, vanescit inanis*
Impetus, & fracta redeunt in claustra procellæ:
Clau.in Epit. *Aquilonia procellæ, Rapidi tacete Cori,*
Taceat sonorus Auster, Solus ouantem Zephyrus
Perdominetur annum.
— *iam claustra rigentis*
Æolicæ perculsa sonant, venturaq; rauco
Stat.1. Theb. *Ore minatur hyems, venti transuersa, frementes*
Confligunt, axemq; emoto à cardine vellunt,
Cum cœli sibi quisque rapit, sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, & tenebrosa volumina torquet;
Diffunditq; imbreis cæco quo asper hiatu
Persoluat Boreas.
Ventus vbi primas struit inter nubila vireis
Stat.7. Theb. *Lenis adhuc, frondesq; & aperta cacumina gestat*
Mox rapuit nemus, & montes patefecit opacos.
Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
Stat.1. Theb. *Vela trahunt, nutat mediæ fortuna carinæ.*

Vide TEMPESTAS, ÆOLIA.

Venus.

Virg.3. Æne. *Sacra Dioneæ matri, diuisq; ferebam.*
Vir.4. Æneid. — *dolis risit Cytherea repertis.*
Ho.1.ca.0.2. — *Erycina ridens,*

Quam

Quam iocus circumuolat, & Cupido, Ibid. od.3.
— diua potens Cypri. Ibid. od. 4.
Iam Cytherea choros ducit Venus. Ibid. od. 18.
— teq; decens Venus. Ibid. od.19.
Mater ſæua Cupidinum Ibid.od.30.
O Venus regina Gnidi, Paphiq;. Ho.3. ca.o.16.
— marinæ qui Veneris latus Cuſtodit. Ibid.
O quæ beatum diua tenes Cyprum, &
Memphin carentem Sithonia niue Regina.
Nuda recede Venus. Mar. lib. 8.
— montem Veneris marinæ. Ho.4. ca.o.11.
— Amator Amoris. Oui.epiſt.12.
Qualis Idalium colens Venit ad Phrygium Venus.
— non eſt dea neſcia noſtri Ibid.
Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.
Et faueas, concha Cypria vecta tua. Tib.lib.3.
Tunc Venus Idaliis vnxit faſtigia ſuccis. Statius.
— tenerorum mater amorum. Ouid.
Æquore nata. Oui. epiſt. 1.
— Venus orta mari, mare præſtat euntí. Oui.epiſt.21.
Æneadum genitrix hominum, diuúmq; voluptas Luc.lib. 1.
Alma Venus.
Diua non miti generata ponto, Sen.in Hipp.
Quam vocat matrem geminus cupido.
Alma faue, dixi, geminorum mater amorum. Ouid.4.Faſt.
Mota Cytherea eſt, Diua Paphi. Ibid.
Et Venus humanas quæ laxat in otia curas. Cla.2.de rap.
— genitrix Æneia. Pro.
— ſed ſolam nimium vidiſſe Dionen. Cla.de Mag.

Ver, & Veris deſcriptio. Stat. 1. Syl.

Ver adeò frondi nemorum, ver vtile ſyluis Virg.2. Geor.
Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt,
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno coniunctos corpore fœtus
Auia tum reſonant auibus virgulta canoris,
Et ventrem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager Zephyriq; tepentibus auris
Laxant arua ſinus, ſuperat tener omnibus humor:
Iníq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto
Credere, nec metuit ſurgentes Pampinus Auſtros
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies aliumve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat: ver magnus agebat
Or[illegible] & hyberni parcebat flatibus Euri
Cùm primùm lucem pecudes hausêre, vir[illegible]
Terrea progenies duris caput extulit aruis.
Immissæq; feræ syluis, & sydera cœlo:
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret, frigusque, caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

Virg. 2. Geor. *Hic ver assiduum.*

Ibid. *— cum vere rubenti*
Candida venit auis longis inuisa colubris.

Ibid. *Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas.*

Virg. 3. Geor. *Et dum vere madent vdo terræ.*

Vir. 4. Geor. *Ergo vbi ver nactæ sudum, camposq; patentes:*

Ibid. *Hoc geritur Zephyrus primùm impellentibus vndas,*
Antè nouis rubeant quàm prata coloribus: antè

Virg. 1 Æne. *Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.*
Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor

Ibid. *Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit.*
Candidus auratis operit cum cornibus annum

Ibid. *Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro*
— vel cùm ruit imbriferum ver,
Spicea iam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumento in viridi stipula, lactentia turgent.

Idem. *Extremæ sub casum hyemis, iam vere sereno*

Virg. Eclo. 9. *Hic ver purpureum, varios hic flumina circum*
Fundit humus flores.

Hor. l. c. o. 4. *Soluitur acris hyems grata vice veris, & Fauoni,*
Trahuntq; siccas machinæ carinas.
At neque iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni,
Nec prata canis albicant pruinis.

Hor. 4. c. o. 12. *Iam veris comites, quæ mare temperant,*
Impellunt animæ lintea Thraciæ,
Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt,
Hyberna niue turgidi.
Nidum ponit, & Ityn flebiliter gemens,
Infelix auis, & Cecropiæ domus,
Æternum opprobrium, quod malè barbaras
Regum est vlta libidines.
Ducunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina fistulas

Dele-

Delectantq; Deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent,
Florida per varios vt pingitur Hybla colores, Mart. lib. 2.
Cùm breue Sicaniæ ver populantur apes.
Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris Oui. 3. Met.
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Cùm se purpureo vere remittit humus. Tib. lib. 3.
Ille terrarum mihi præter omnes Ho. 2. c. o. 9.
Angulus ridet, vbi non Hymeto
Mella decedunt, viridiq; certat Baccha venafro.
Ver vbi longum, tepidasq; præbet
Iuppiter brumas, & amicus Aulon
Fertili Baccho nimium falernis Inuidet vuis. Ho. 3. car. o. 5.
— quem tibi candidi
Prima restituent vere Fauonij. Oui. 2. Met.
Verq; nouum stabat cinctum florente corona. Ho. 3. ca. o. 9.
Diffugêre niues, redeunt iam gramina campis,
Arboribusq; coma,
Mutat terra vices, & decrescentia ripas
Flumina prætereunt.
Frigora mitescunt Zephyris. Auctor.
Dictus antiquis paradisus, herbas
Semper intacto fouet amne, semper
Vere pubescit, variisq; semper Floribus halat.
Semper Aiacis nece (fabulabor
Semen, ac verum miniabo Tempe)
Sparsa quem tellus dedit apparatur Cespitis ostro.
Frons ibi dumos amat, & perenni
Roris effulgent adamante caltha,
Tempus æterno madefacta pingit Gramina risu.
Post hinc assiduo gramine fertile Ibid.
Ver orbi tepens, atque perennibus
In nubem Zephyris aëra temperes.
— ceu Peliades diffugientibus Ibid.
Exortæ Boreis æthera, Gratiæ Illustrant faciem,
— quantus olentia Ibid.
Flos ortis referat prata Fauoniis.
Sylua coronat aquas cingens latus omne, suisq; Oui. 5. Met.
Frondibus vt velo Phœbeos summouet ignes,
Frigora dant rami, varios humus humida flores,
Perpetuum ver est. Catullus.
Iam ver egelidos refert tepores
Iam cœli furor, æquinoctialis

Ibid. *Iucundi Zephyri sileſcit auris.*
Aurave diſtinctos educit verna colores.
Quis veris placidas temperet horas,
Cùm nemus flatu Zephyri tepentis
Vernis irrubuit rotis,
— vere tepenti
Spirat florifer annus odores.

Ouid.1.de rem. *Nunc cuncta veris frondibus annuis Crinitur arbos*

Luc. 4. Pharſ. *Quot noua terra parit flores, cùm vere tepenti*
Vitis agit gemmas, pigraq; fugit hyems.
Sed poſtquam vernus calidum Titana recepit,
Sydera reſpiciens dilapſa portitor, Helles
Atque iterum æquatis ad iuſta pondera libra
Temporibus vicere dies, tunc, ſole relicto,
Cynthia quòd primum cornu dubitanda refulſit,

Luc.lib.2. *Excluſit Boream, flammasq; accepit ab Euro.*
Præſertim cùm tempeſtas arridet, & anni

Luc. lib.5. *Tempora conſpergunt viridanteis floribus herbas.*
It ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante
Pennatus graditur Zephyrus veſtigia propter.
Flora quibus mater præſpergens ante viai.

Ibid. *Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.*

Luc. lib. 6. *Præſertim cùm tempeſtas ridebat, & anni*

Sil.Ita.lib.12. *Tempora pingebant viridanteis floribus herbas.*
Et cùm tempora ſe veris florentia pandunt.
Iam terra glaciale caput, fœcundaq; nimbis
Tempora, & auſtrifero nebuloſam vertice frontem

Se.in He.fur. *Immitis condebat hyems, blandisq; ſalubre*

Sen.in Thyeſ. *Ver Zephyris, tepido mulcebat rura ſereno,*
— tepenti vere laxatur dies.
— nondum vere benigno

Sen.in Oedi. *Reddit Zephyro vela tepenti Aries:*
— vere florifero virens
Reparabit herbas ſpiritus puros dabit

Sen.in Med. *Vitalis aura, veniet, & ſyluis decor.*
Aut vbi in riuos niuibus ſolutis

Sen.in Oct. *Sole iam forti, medioq; vere Tabuit Æmus.*

Ouid.1. Faſt. *Vere dum flores venient tepenti.*
— per ver incipiendus erat.
Omnia tunc floreſcit, tunc eſt noua temporis ætas,
Et noua de grauido palmite gemma tumet,
Et modò formatis operitur frondibus arbos
Prodit, & in ſummum ſeminis herba ſolum.

Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit, & in pratis, luxuriat q̃ pecus,
Tunc blandi soles ignotaq̃ prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus:
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro,
Hæc anni nouitas iure vocanda fuit.
Quid quòd hyems adoperta gelu tunc denique cedit. Oui. 3. Fast.
Et pereunt lapsæ sole tepente niues?
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,
Vuidaq̃ in tenero palmite gemma tumet,
Quæq̃ diu latuit, nunc quà se tollat in auras,
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Nunc fœcundus ager, pecoris nunc ora creandi,
Nunc auis in ramo tecta, laremq̃ parat.
Nam quia ver aperit tunc omnia, densaq̃ cedit Oui. 3. Fast.
Frigoris asperitas fœtaq̃ terra patet,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum. Ibid.
Vere nitent terræ, vere remissus ager.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit. Oui. 3. Trist.
Frigora tam zephyri minuunt, annoq̃ peracto Eleg. 12.
Tardior antiqua visa Mæotis hyems,
Impositamq̃ sibi qui non bene pertulit Hellen.
Tempora nocturnis æquat diurna facit.
Iam violas pueriq̃ legunt, hilaresq̃ puellæ,
Ruraq̃ quæ nullo nata serente vehunt.
Prataq̃ pubescunt variorum flore colorum,
Indociliq̃ loquax gutture vernat auis.
Vitiq̃ malæ crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas, paruaq̃ tecta facit.
Herbaq̃ quæ latuit, Cerealibus obruta sulcis.
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Quoq̃ loco est vitis, de palmite gemma mouetur,
Nam procul à Getico littore vitis abest.
Quoq̃ loco est arbor turgescit in arbore ramus,
Nam procul à Geticis finibus arbor abest. Mart. lib. 9.
Nomen habes, teneri, quod tempora nuncupat anni,
Cum breue Cecropiæ ver populantur apes.
Sydera iam Tyrius Phryxei respicit agni Mart. lib. 10.
Taurus, & alternum Castora fugit hyems.
Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos
Ismarium pellex Attica plorat Ityn.
— quotiesq̃ repellit Oui. 10. Met.

Ter hyemem, piſciq; aries ſuccedit aquoſo.

Oui. 15. Met. *Nam tenor, & lactens, puerique ſimillimus æuo*
Vere nouo eſt, tunc herba recens, & roboris expers
Turget, & inſolita eſt, & ſpe delectat agreſteis,
Omnia tunc florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus vlla eſt.

Cla. 2. in Ruff. *Zephyris cùm primùm bruma remitti,*

Clau. de bell. *Et iuga diffuſis nudari cœpta pruinis.*

Geti. *—ſolutis*

Cla. 3. in Iau. *Ver niuibus viridem monti reparauit amictum.*

Stili. *Phryxæus roſeo producat fertile cornu Ver Aries.*
—ver inde ſerenum.

Clau. in Frat. *Protinus, & liquidi clementior aura Fauonij*
Pratis te croceis pingat.

Stat. 1. Theb. *—horrentem zephyris laxauerat annum*
Phœbus, & anguſtum cogebat limite verno
Longius ire diem.

Stat. 7. Theb. *—clara dies zephyriq; refecit*
Aura polum, redit omnis honos, emiſſaq; lucent
Germina, & informeis ornat ſua gloria virgas.

Ouid. 5. Faſt. *Vere fruor ſemper, ſemper nitidiſſimus annus,*
Arbor habet frondes, pabula ſemper humus.

Ou. 3. de Pon. *Tu neque ver ſentis cinctum florente corona,*
Tu neque meſſorum corpora nuda vides.

Manil. lib. 1. *Aurato princeps Aries in vellere fulgens*
Reſpicit admirans aduerſum ſurgere Taurum.
Summiſſo vultu Geminos, & fronte vocantem.

Manil. lib. 2. *—florentia tempora veris.*

Ibid. *—ver Piſcibus incipit eſſe,*

Manil. lib. 3. *Statq; vno Natura loco, paulumq; quieſcit,*
Proxima in effectu ſimili referentia motus
Eſſe ferunt Luceis æquantia ſigna diebus,
Namque Aries Phœbum repetentem ſidera Cancri
Inter principium reditus finemq; coercet,
Tempora diuiſo iungens concordia mundo,
Conuertitq; vices, victumq; ad ſidera brumæ
Exuperare diem, diem iubet & ſuccumbere noctes,
Æſtiui donec veniant ad ſidera Cancri
Tum primùm muta pelagus conſternitur vnda,
Et varios audet floreis emittere tellus,
Tunc pecudum volucrumq; genus per pabula læta
In Venerem, partumq; ruit, totum q; canora
Voce nemus loquitur, frondemq; vireſcit in omnem.

Viribus

Viribus in tantum ſegnis Natura mouetur,
Taurus in aduerſos præceps attollitur ortus Manil. lib. 5.
Sexta parte ſui certantes lucis ad oras
Pleiades ducis, quibus aſpirantibus almam
In lucem educunt Bacchi, Veneriſq; ſequaces. Stat. 5. Theb.
Iamq; exuta gelu tepuerunt ſydera longis
Solibus, & velox in tergà reuoluitur annus
Vere pubentes renouantur agri, Auctor.
Pampino gemmæ redeunt, viretq;
Frons in arbuſtis iuueneſcit omni Gramen in horto.
Reddit Aurora minium renaſcens
Phœbus ignitum zephyri teporeis
Aëri reddunt, varioq; rident Ceſpite montes.
Tunc, & in ramo ſtipulas achantis
Ponit, & lanam, glomeransq; nidum
Verſibus præter ſolitum canoris Temperat auras.
Verna tempeſtas viget antè tempus
Omne, ver anni decus, & venuſtas,
Ver & acceptum ſuperis origo eſt Rebus, & horis,
Nuncium cœli Deus ad Mariam
Vere demiſit, cruce tunc, & hoſteis
Vicit infernos, Lacheſiq; ferrum Chriſtus ademit.
Num ver laudetur meritò, multiplice florum Auctor.
Ceſpite, quandoquidem tunc renouatur humus?
At non laudetur melius, quia vernus in aluo
Virginea gemmans flos Deus ornat humum,
Num ver laudetur meritò tepefacta reuerſis
Quando tum recreat ſolibus aura ſolum?
At num laudetur melius, ſol vere tenebris
Illucere ſoli, Chriſte quod incipias?

Verberare ſeipſum, & alios.

— illi inſtant verbere torto, Vir. 3. Georg.
Et proni dant lora, volat vi feruidus axis.
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
Terq; quaterq; manu pectus percuſſa decorum, Vir. 4. Æne.
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis. Ibid.
Sectus flagellis. Hor. Epod. 5.
Quod dextera pectus pulſat. Mart. libr. 2.
Verbera ſecum ſolitus leo ferre magiſtri. Ibid.
Sic tibi de furiis ſcindat latus vna flagello. Oui. in Ibin.
Et qui non tulerat verbera, Verba tulit. Mart. lib. 1.
— ora proteruis Oui. 12. Met.
Inſequitur manibus generoſa, & pectora pulſat

Vir.12. Æne. *Terq; quaterq; manu pectus percussit honestum.*
Vir.5. Æne. *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.*
Nec mora nec requies, quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
Creber vtraque manu pulsat, versatq; Dareta.
Virg.6. Ænei. *Continuò sontes vltrix accincta flagello*
Tisiphone quatit insultans.
Oui.1.de art. *Iamq; iterum tundens mollissima pectora palmis.*
Virg.7. Æne. *—palmis percussa lacertos*
Ouid. 2. Fast. *Qui mea crudeli lacerauit verbere terga.*
Vir.11. Æne. *Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora.*
Oui. 5. Met. *—inornatos laniauit diua capillos.*
Oui.3. Meta. *Et repetita suis percussit pectora palmis.*
Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis,
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem,
Oui.epist.10. *Cumq; suos manibus percusserat ille lacertos.*
Tib. lib. 1. *Protinus adductis sonuerunt pectora palmis.*
Luc.2. Pharſ. *—& intorto verbere terga seca,*
—quarum vna madentes
Scissa genas, planctu liuentes atra lacertos,
Ibid. *Nunc ait, ô misera contundite pectora matres,*
Luc.6. Pharſ. *Nunc laniate comas.*
Luc.7. Pharſ. *Effusas laniata genas, concussaq; pectus Verberibus crebris.*
Verberibusq; suis trepidam castigat Erynnim.
—lacerasset crine soluto
Se. in He. fur. *Pectora fœmineum, cum Bruti funere, vulgus.*
Percutit indignos claro plangore lacertos.
Nunc Herculeis percussa sonent
Ibid. *Pectora palmis, mundum solitos*
Ferre lacertos verbera pulsent Victrice manu.
—date sæua fero
Verbera tergo, cadant humeros
Robora forteis, stipesq; potens
Duris onerent pectora nodis. Vide LANIARE.

Veritas, verum dicere, & Verax.

Vir. 2. Æne. *—animum si veris implet Apollo.*
Ibid. *—si vera est fama.*
Vir.4. Æne. *Credo equidem nec vana fides genus esse deorum.*
Ho.1. ca.o.7. *Certus enim promisit Apollo.*
Oui.2. Meta. *—adiuro tàm me tibi vera referre,*
Quàm veri maiora fide.
Boet. lib. 1. *Tu quoque si vis Lumine claro Cernere verum.*
Boet. lib. 3. *Quod si Platonis Musa personat verum.*

Addi-

Additur ecce fides, nec me mea luſit imago, Claud. lib. 2.
Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur. Oui. 5. Triſt.
Vera quidem, veri ſed grauiora fide. Eleg. 1.
Vero verius ergo quid ſit audi. Hor. 1. ſe. ſat. 8.
— ridentem dicere verum Quid vetat?
Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent Oui. 8. Met.
Narrauero ſenes.
Si qua fides rebus tamen eſt addenda probatis Id. 15. Met.
Vis dicam tibi Veriora veris. Mart. lib. 6.
Crede mihi, ſi ſum veri tibi cognitus oris. Vide AMBIGERE. Oui. 2. de Pon.

Verrere, & tam per aera, quàm per terram, & aquas.

— vt fulua nimbus arena Virg. 3. Geor.
Tollitur, humeſcunt ſpumis flatuque ſequentum. Ibid.
Surgentem ad Zephyrum palea iactantur inanes, Ibid.
Ille volat ſimul arua fuga, ſimul æquora verrens. Vir. 1. Æne.
— maria ac terras, cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq; per auras.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Ibid.
Raptatus bigis, vt quondam aterq; cruento Vir. 2. Æne.
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumentes
Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo, Crinibus à templo,
Fertur in arua furens cumulo, camposque per omnes Ibid.
Cum ſtabulis armenta trahit,
— ceu naufraga corpora fluctus Proluit. Virg. 3. Geor.
Vbi tot Simois correpta ſub vndis Vir. 1. Æne.
Scuta virum galeaſque, & fortia corpora voluit.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos, Oui. 1. Met.
Cumq; ſatis arbuſta ſimul, pecudesq; viroſque,
Tectaq; cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Maxima pars vnda rapitur. Ibid.
— cinis Iniurioſis aridus ventis ferat. Hor. in palin.
Tenuia nec lana per cœlum vellera ferri. Vir. 1. Geor.
Proluit inſana contorques vortice ſyluas Ibid.
Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes
Cùm ſtabulis armenta tulit.
Tractus, & Actæa, fertur adulter humo. Oui. in Ibin.
Eſt Lariſſæis raptus ab hoſte rotis. Ibid.
Vltores rapient turpe cadauer equi. Ibid.
Perq; feros montes, tauro rapiente, traharis, Ibid.
Vt tracta eſt coniux imperioſa Lici.
— terraque ferox ſua viſcera traxit,
Diluuio ex illo tot vaſta per æquora vecti.

Virg.1.Æne. *Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus*
Vir.8.Æne. *Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.*
Tib.lib.1. *— vt hic ventis diripiturque cinis.*
Luc.lib.3. *Barbarus aut sæuo perfusus sanguine Rhenus*
— Saucia mœrenti corpora vectet aqua.
Oui.1.de art. *Hippolytum rapidi diripuistis equi.*
Luc.9.Pharſ. *Peilaque contorsit violento spiritus actu,*
Intentusque tulit magni per inania cœli.
Sil.Ita.lib.3. *— namque Alpibus ortus*
Auulsas ornos, & adesi fragmina montis
Cum sonitu voluens fertur latrantibus vndis.
Ibid. *Et tunc imbre recens fuso, correpta sub armis*
Corpora multa virum spumanti vertice torquens
Immersi fundo laceris deformia membris.
Sil.Ita.lib.4. *Vt torrens celsi præceps in vertice Pindi*
Cum sonitu ruit in campos, magnoque fragore
Auulsum montis voluit latus obuia passim
Armenta, immanesque feræ, syluæque trahuntur.
Spumea saxosis clamat conuallibus vnda,
Sil.Ita.lib.17. *— ceu turbidus amnis*
Qui syluas, ac saxa trahens per deuia præceps
Voluitur & ripas spumanti gurgite laxat.
Se.in He.fur. *— nullus hyberna niue*
Nutritus agros amnis euersos trahat.
Oui.9.Fast. *Solliciti terrentur equi, frustraque retenti*
Per scopulos Dominum, duraq; saxa trahunt.
Exciderat curru, lorisque morantibus artus,
Hippolytus lacero corpore raptus erat.
Oui.8.Met. *— nec te committe rapacibus vndis.*
Ferre trabeis solidas, obliquaque voluere magno
Murmure saxa solent, vidi contermina ripæ
Cum gregibus stabula alta trahi, nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus esse.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis
Corpora turbineo iuuenilia vertice mersit. Vide DILVVIVM.

Vesper, *vide* NOX.

Vespertilio.

Oui.4.Met. *Dumq; petunt tenebras paruos membrana per artus*
Porrigitur, tenuesque includunt brachia pennæ:
Nec, qua perdiderint veterem ratione figuram,
Scire sinunt tenebræ, non illas pluma leuauit.
Sustinuêre tamen se perlucentibus alis.
Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem

Emit-

Emittunt, peraguntque leui stridore querelas.
Tectaque, non syluas, celebrant: lucemque perosæ
Nocte volant, serosque tenent à vespere nomen.
— Mineia proles Ibid.
— operire nouis Mineidas alis. Ibid.

Vestigia.

Atq́; hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis, Virg. 8. Æne.
Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
Indiciis raptos, saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant,
— inque tuis nunc Luc. lib. 9.
Fixa pedum pono pressis vestigia signis.
Dum signa pedum roscida tellus Impressa tenet. Sen. in Hipp.

Vestire, & Vestis, *vide* INDVERE.

Vicinus.

— Siculæque tenet vicinia terræ Ouid. 14. Met.
Quaque pharetratæ vicinia Persidis vrget. Vir. 4. Georg.
— syluis vicina coëgi. Vir. 1 Æne.
— iam proximus ardet Vcalegon. Virg. 2. Æne.
— quam tu iam rere propinquam. Vir. 3. Æne.
— vicinos portus inuadere. Ibid.
Cognatasque vrbes olim populosque propinquos. Ibid.
— portusque patescit Iam propior. Ibid.
— terræ domus est contermina nostræ, Oui. 1. Met.
— spatio stantem propiore Cometen. Oui. 12. Met.
Stabat enim propior. Ibid.
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes. Virg. 7. Æne.
Finitimi proceres coëunt, vrbesque propinquæ Oui. 6. Met.
— Vicina damno est. Oui. de nuc.
Meque ream nimiæ proximitatis agis. Ibid.
Non hominum strepitus audit, non illa rotarum Ibid.
Non à vicina puluerulenta via est. Oui. 13. Met.
Sunt viridi prato confinia littora.
Vicinus meus est, manuque tangi Mart. lib. 1.
De nostris nouies potest fenestris.
Quis non inuideat mihi, putetque
Horis omnibus esse me beatum,
Iuncto cui liceat frui sodale?
— Nec vrbe tota Ibid.
Quisquam est tam prope, tam proculq́; nobis.

Vide APPROPINQVARE.

Victoria, *vide* DEBELLARE, & TRIVMPHVS.

Videre, *vide* ASPICERE.

Viduus,

Viduus & Vidua.

Luc.5.Pharſ. —*viduo ſum primum frigida lecto,*
Atque inſueta quies vni, nudumque marito
Non hærente latus.
Sil.Ita.lib.1. —*orba marito.*
Sil.Ita lib.2. *Hæc bello vacuas, & ſæui turbine Martis*
Lugebat thalamos Murro ſpoliata marito.
Sen.in Hipp. *Immitis annos cœlibi vitæ dicat.*
Sen.in Ag. *Tu vidua loquere, vir caret vita tuus.*
Oui,1.Faſt. —*à funere coniugis vxor*
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo,
Oui.2. Triſt. —*cœlebs te vita deceret.*
Mart.lib.9. *Viſa ſibi eſt rapto bis viduata viro.*
Hor.1.Epiſt. *Nil ait eſſe prius, melius nil cœlibe vita.*
Stat.2.Achil. —*Viduamq; domum gemitusq; relictæ Cogitat.*
Oui.10.Met. —*offenſus vitiis, quæ plurima mentis*
Fœmineæ Natura dedit, ſine coniuge cœlebs
Viuebat, thalamiq; diu conſorte carebat.

Vigilare.

Vir.1.Geor. *Et quidem ſeros hyberni ad luminis ignes Peruigilant.*
Oui.12.Met. *Sed noctem ſermone trahunt.*
Virg.3.Geor. *Collucent ignes, noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo.*
Vir.9.Æne. *Noctes non ſine multis Inſomnis lachrymis agit.*
Ho.3.c.o.5. —*noctes vigilantur amaræ.*
Ouid.epiſt.12. —*vigilat cuſtodia ſemper.*
Catullus. *Extrahit inſomnes bellorum fabula noctes.*
Luc.4.Phar. *Tertia iam vigiles commouerat hora ſecundos.*
Luc.lib.1. —*Et inducit noctes vigilare ſerenas.*
Iuue.Sat.14. —*accipe ceras, Scribe puer, vigila.*
Sil.Ita.lib.1. —*ſomnumq; negabat*
Naturæ, noctemq; vigil ducebat in armis.
Sil.It.lib.11. —*Conſul traducere noctem Exſomnis.*
Sil.Ita.lib.12. *vigil ille, nec vllam*
Ad requiem facilis, credenſque abſcedere vitæ
Quod ſopor eripiat tempus.
Sil.Ita.lib.15. *Stramine proiectus durè patiére ſub aſtris*
Inſomneis noctes.
Sen. in Thy. —*pauidusque pinnis*
Anxia nocti vigil incubabat.
Se. in He. oct. *Aurea rumpunt tecta quietem,*
Vigileiſque trahit purpura noctis.
Oui.14. Met. *Sex illam noctes, totidem redeuntia ſolis*
Cla.1.in Coſſ. *Lumina viderunt inopem ſomnique cibique.*

—vigi-

— vigiles perducere nocteis. Hono. Aug.
— nocteis vigilabat ad ipsum Mane Ho.1.Se.sa. 3.
Munitis pastor stabulis per ouilia clausum Sil. It.lib.7.
Impauidus somni seruat pecus.
Insomnem ludo certatim ducere noctem. Stat.2.Theb.
Scribant ista graues nimium, nimiumq; seueris, Mart.lib. 8.
Quos media miseros nocte lucerna videt
Vicini somnum, non tota nocte rogamus: Id.lib.9.
Nam vigilare leue est, peruigilare graue.

Vincere, vide DEBELLARE.

Vindicare, Vindicta.

— subit ira cadentem Vlcisci patriam. Vir. 5. Æne.
— animumq; expleſſe iuuabit Ibid.
Vltricis flammæ & cineres satiasse meorum.
— sociorum vlciscimur vmbras. Vir.3.Æne.
— Graiumq; ideo bis vindicat armis. Vir. 4.Æne.
Vlta virum pœnas inimico à fratre recepi. Ibid.
— dum se iactat vltorem. Mart. lib.2.
Quæ se tam bene vindicare possunt. Ibid.
Credis te satis esse vindicatum. Oui.12.Met.
— cæsosq; vlcisci fratres. Catullus.
— aut Rhamnusia virgo. Auson.
Punio sic Persas vaniloquos Nemesis. Se.in He.fur.
Sequitur superbos vltor à tergo Deus.
— liceat vlcisci patrem Stat.1. Theb.
Adhuc inultum, dextra quid cessas iners Exigere pœnas?
— nil tela nec ignes Sen.in Theb.
Obstiterint, quin ausa luas, nostrisq; sub armis
Captiuo moribundus humum diademate pulses.

Vinea, & dependentia.

Huc pater ô Lenæe tuis hic omnia plena Virg.2.Geor.
Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno
Floret ager spumat plenis vindemia labris.
Et turpes auibus prædam fert vua racemos. Ibid.
Sunt etiam Amminææ vites firmissima vina. Ibid.
— denique apertos Bacchus amat colles. Ibid.
— multoq; fluentes Ibid.
Sufficiet Baccho vites hic fertilis vuæ.
Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem, Ibid.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. Ibid.
— seras posuit cum vinea frondes. Ibid.
— & curuo Saturni dente relictum Vir.4. Geor.
Persequitur vitem attondens, fingitq; putando. Ibid.

— deue-

Ibid. — deuecta cremato Sarmenta.
Ibid. Iam vincta vites iam falcem arbusta reponunt,
Ibid. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Vir. 4. Geor. — vel Pythia passos de vite racemos.
Ibid. — lentis vuam demittere ramis.
Ho. Epod 2. Certantem & vuam purpura.
Ho. Epo. 16. Et imputata floret vsque vinea.
Auso. in Mos. Et virides Baccho colles
Stat. 1. Theb. — & pingues Bacchæo sanguine colles.
Virg. 1. Geor. — vlmisque adiungere vites.
Ibid. Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Ibid. Heu malè tum mites defendet pampinus vuas.
Vir. Eclo. 2. Scmiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Virg. Eclo. 3. Atque mala vites incidere falce nouellas.
Ibid. Lenta quibus torno facili super addita vitis.
Vir. Eclo. 4. Inculti sq; rubens pendebit sentibus vua.
Vir. Eclo. 5. Syluestris raris sparsit labrusca racemis.
Ibid. Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ.
Vir. Eclo. 7. — iam lato turgent in palmite gemmæ.
Vir. Eclo. 10. — aut matura vinitor vuæ.
Ho. 1. c. o. 20. Cæcubum, & prælo domitam calæno
Tu bibes vuam, mea nec falernæ
Temperant vites, neque Formiani Pocula colles.
Ibid od. 31. Premant Calæna falce quibus dedit Fortuna vitem.
Ho. 2. c. o. 5. — iam tibi liuidos
Distinguet Autumnus racemos Purpureo varius colore.
Mart. lib. 3. Vinea quod primis floret, cum cana, racemis.
Mart. lib. 1. Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis
Vua nec in Thuscis nascitur ista iugis.
Ibid. Hic est Pampineis viridis modo vesuius vmbris,
Presserat hic madidos nobilis vua lacus.
Hæc iuga, quam colles Hyæ plus Bacchus amauit.
Oui. 3. Met. — vt variis solet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Ibid. Ipse racemiferis frontem circundatus vuis,
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
Catullus. Vt vidua in nudo vitis qua nascitur aruo,
Nunquam se extollit, numquam mitem educat vuam,
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus
Iam iam contingit summum radice flagellum,
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluêre iuuenci:
At si fortè eadem est vlmo coniuncta marito,
Idem. Multi illam agricolæ, multi accoluêre iuuenci.

— florens

— florens volitabat Iacchus. Tib.lib. 1.
Ipse seram teneras matura tempore vites. Ibid.
Annus in apricis maturat collibus vuas, Ibid.
Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Ibid.
Illi iucundos primùm matura sapores
Expressa incultis vua dedit pedibus. Ibid.
Non tibi si Bacchi cura Falernus ager. Ibid.
— non vinea culta. Tib.lib.2.
— sic tibi mystica vitis. Tib.lib.4.
Et lenta excelsos vitis conscendere ramos Prop.lib.2.
— meracas reperit vuas. Ibid.
Pampineus nosti quam sit amarus odor, Ibid.
— quo viret vua iugo. Prop.lib.5.
Et portare suis vestitas frondibus vuas. Ibid.
Ipse seram vites, pangamque ex ordine colles.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis. Prop.lib.4.
Autumnus grauidis influat vuis. Boet.lib.1.
Vernos stringere palmites. Ibid.
Vuis si libeat frui
Autumno potius sua
Bacchus munera contulit.
Plenaque purpureo subrubet vua mero. Oui.1. de art.
Temporibus certis maturam rusticus vuam Oui. 1. de rem.
Colligit, & nudo sub pede musta fluunt.
Est tibi rure bono generosa fertilis vua Oui.2. de rem.
Vinea, ne nascens usta sit vua time.
— & seruata.
Parte anni, quales fuerant in vitibus, vua, Iuue.Sat.11.
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Vidi ego pampineis oneratam vitibus vlmum. Oui.4.Fast.
Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra, Oui.2 Trist.
Nec cumulant altos feruida musta lacus.
Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis,
Vixque merum capiant grana, quod intus habent, Oui.4.Trist.
Picta q; pampineis videris arua iugis. Eleg. 3.
Accliui florum cumulo crispatur opaca Mart.lib.10.
Pampinus, & vitem sudantem ventilat vuis. Cla. in Epit.
Vitibus intexti gremio successerat antri Ibid.
— dexter Iaccho Collis. Stat. 5. Theb.
Pampinus, & vitreis vindemia turget in vndis. Auso.in Mos.
Annumerat virideis derisus nauita viteis.

Vinum.

Hùc pater ô Lenae, tuis hìc omnia plena. Vir.1.Georg.

Muneri-

Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris,
Huc pater ô Lenæe veni, nudaq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis,

Ibid. — *Bacchi Massicus humor.*
Ibid. — *æque Baccheia dona tulerunt.*
Vir. 3 Georg. *Profuit inserto latices infundere cornu Lenæos.*
Ibid. *Massica Bacchi munera,*
Vir. 4. Georg. — *& durum Bacchi domitura saporem.*
Ibid. — *cape Mæonij carchesia Bacchi.*
Ibid. *Ter liquido ardentem perfudit nectare vestem.*
Vir. 1. Æne. *Implentur veteris Bacchi.*
Ibid. *Impleuitq; mero pateram.*
Ho. Epod. 2. *Et horna dulci vina promens dolio.*
Hor. Epo. 9. *Capaciores affer huc puer scyphos,*
Et Chia vina aut Lesbia,
Vel quod fluentem nauseam coerceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam metumque Cæsaris rerum iuuat Dulce Lyæo soluere.
Hor. Epo. 11. *Feruidiore mero*
Virg. 3. Geor. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.*
Ibid. — *mollissima vina.*
Ibid. — *& miti dilue Baccho.*
Vir. Eclog. 5. *Et multo inprimis hilarans conuiuia Baccho,*
Ibid. *Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar,*
Hor. 1. c. o. 3. — *veteris pocula Massici,*
Ibid. o. 9. *Depone quadrimum Sabina*
Ibid. od. 18. *O Taliarche merum Dyota.*
Ibid. o. 19. *At ne quis modici transiliat munera Liberi*
Ibid. od. 12. — *bimi cum patera meri.*
Cæcubum, & prælo domitam calœno
Tu bibes vuam, mea nec falerna
Temperant vites, neque Formiani Pocula colles.
Ibid. od. 31. — *de patera nouum fundens liquorem,*
Ibid. o. 37. *Ante hac nefas depromere cæcubum Cellis auitis.*
Ho. 2. c. o. 7. *Obliuioso lenia Massico Ciboria exple.*
Ibid. od. 11. *Extinguet ardentis falerni.*
Pocula prætereunt limpha.
Ho. 3. ca. o. 16. *Nec Lestrigonia Bacchus in amphora Languescit.*
Ibid. o. 23. — *& arcanum iocoso Consilium retegis Lyæo.*
Mart. lib. 13. *Nos Alicam, mulsum poterit tibi mittere diues.*
Mart. lib. 1. *Quid te Tucca iuuat vetulo miscere falerno*
In Vaticanis condita musta cadis.

— *senis repetito munere Bacchi* Ouid. 12. Met.
Est mihi nomen superantis annum Ho. 4. c. o. 11.
Plenus Albani cadus.
Inter iocosi munera Liberi. Ibid. od. 13.
— *& vina liquentia fundit.* Vir. 5. Æne.
Minister vetuli pueri falerni, Catullus.
At vos, quò lubet, hinc abite limphæ
Vini pernicies, & ad severos
Migrate, hic merus est Thyonianus,
— *& pleno pinguia musta lacu.* Tib. lib. 1.
Illi iucundos primum matura sapores
Expressa incultis vua dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Movit, & ad certos nescia membra modos,
Bacchus, & agricolæ magno confecta labore Ibid.
Pectora tristitia dissoluenda dedit,
Bacchus, & afflictis requiem mortalibus affert
Crura licet dura compede pulsa sonent. Ibid.
Pax aluit vites, & succos condidit vuæ
Funderet vt gnato testa paterna merum. Tib. lib. 2.
Nunc mihi fumosos veteris proferte falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado. Ibid.
Vina diem celebrent, non festa luce madere est pudor.
Aurea tunc pressos pedibus dedit vua liquores Ibid.
Mistaque securo est sobria limpha mero.
Oblitus & musto feriet pede rusticus vuas. Tib. lib. 4.
Dolia dum magni deficiunt q; lacus.
Chare puer madeant generoso pocula Bacchо, Ibid.
Et nobis prona funde falerna manu. Ibid.
— *quiq; vnà vina iocosa colunt* Prop. lib. 2.
Temperet annosum Martia limpha merum. Prop. lib. 3.
Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.
Quod si Bacche tuis per feruida tempora donis Ibid.
Accersitus erit somnus in ossa mea.
Dummodo purpureo spument mihi dolia musto; Prop. lib. 4.
Et noua pressantes inquinet vua pedes. Statius.
Vinaq; fundantur prælis elisa falernis. Ouid. 1. de rem.
Largi flumina quis vomit Lyæi. Luc. lib 5.
— *Bacchi de munere.* Sil. Ita. lib. 7.
— *Liquoris vitigeni laticem,*
Fagina pampineo spumarunt pocula succo.
Pauperis hospitij precium vilisque rubenti
Fluxit mulctra mero, & querca in cratera cauatæ

Dulcis odoratis humor sudauit ab vuis.
Sacer Bacchi liquor

Sen. in Thy. *Aut repetat Bacchum per pinguia musta fluentem.*
Manil. lib. 3. *Tum liber grauida descendit plenus ab vlmo,*
Ibid. *Pinguiaq; impressis destillant musta racemis.*

Vires, *vide* POSSE.

Virgilius.

Mar. lib. 1. *Marone felix Mantua est.*
Martia. Cap. *Romuleus vates, Mantuanus vates.*
Manil. lib. 3. *— nunc stylus aut Maronianus.*
Sido. Apol. *Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem,*
Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis,
Actia Virgilium custodis littora Phœbi,
Prop. lib. 2. *Cæsaris & fortes dicere posse rates.*
Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma,
Iactaque Latinis mœnia littoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Grai.
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Lu. ad Cal. Pi. *Ipse per Ausonias Æneia carmina gentes*
Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
Mæoniumque senem Romano prouocat ore
Sil. Ita. lib. 8. *Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu*
Oui. 2. Trist. *Euecta Andino, & Smyrneis æmula plectris.*
Oui 1. de Pon. *— fœlix Æneidos auctor.*
— summo Æneidos vati.

Virgo.

Stat. 2. Achil. *— Virginei seruantem signa pudoris.*
Stat. 1. Theb. *— primis, & pubescentibus annis*
Mira decore pio, seruabat nata penateis Intemerata toris.
Vir. 4. Georg. *— innuptæq; puellæ,*
Ibid. *Nulla Venus nulliq; animum flexere hymenæi:*
Vir. 1. Æne. *Virginis os habitumq; gerens, & virginis arma*
Ibid. *Cui pater intactum dederat,*
Vir. 3. Æne. *O fœlix vna ante alias Priameia virgo*
Ouid. 1. Met. *Syluarum latebrisq; captiuarumq; ferarum*
Exuuiis gaudens, innuptæque æmula Phœbes,
Vitta coercebat positos sine lege capillos
Multi illam petiere, illa auersata petentes
Impatiens, expersque viri nemora auia lustrat,
Nec quid hymen, quid amor, quid sint connubia curat,
Sæpe pater dixit generum mihi filia debes.
Sæpè pater dixit, debes mihi nata nepotes:
Illa velut crimen taedas exosa iugales,

Pulchra

Pulchra verecundo suffundens ora rubore,
Inque patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua, genitor carissime, dixit,
Virginitate frui.
Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito, Ho. 3. c. 6. in.
— & in omne virgo Nobilis æuum. Ibid.
Gaudeat & certa virginitate soror. Mart. lib. 1.
— & virginitatis amorem Intemerata colit. Virg. 11. Æne.
Fœmina sum virgo, natura mitis & annis. Oui. Epist. 14.
Vos item simul integræ Virgines. Catullus.
— innuptæ iuuenes. Ibid.
— castam donare puellam. Ibid.
Sic virgo dum intacta manet. Ibid.
Cùm castum amisit polluto corpore florem. Ibid.
— simul & decus innuptarum. Ibid.
— casto virginis è gremio Oui. de nuce.
Natiuum retinent inuiolata decus. Sil. Ita. lib. 2.
Hæc ignara viri, vacuoque assueta cubili, Sen. in Hipp.
Immitis annos cœlibi vitæ dicat. Ibid.
Connubia vitat Sen. in Octa.
Respersa nulla labe, intacta & innocens. Oui. 6. Fast.
Quid virginitas, castusq; pudor. Eleg. 2.
De tribus impatiens restitit vna viri. Oui. 4. Trist.
— & quæ sine crimine castos Oui. 14. Met.
Perpetua seruant virginitate focos. Clau. 3. in Iau.
Concubitusq; fugis, nec te coniungere curas. Stili.
O socia, mecum thalami quæ iure perosa, Clau. in Iau.
Virgineo gelidos percurris agmine montes. Sere.
Expertes thalami, quarum Cythereia necdum Clau. in Chri.
Sub iuga ceruiceis Hymenæus adegit,
Virginei tumuêre sinus, innuptaque mater Oui. 1 epist.
Arcano stupuit compleri viscera partu. Stat. 2. Theb.
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.
Ibant insignes, vultuque habituque verendo
Candida purpureum fusa super ora rubore,
Deiectaq; genas tacitè subit ille supremus
Virginitatis amor, primaq; modestia culpæ
Confundit vultus.

Virtus.

Tota licet veteres exornent vndique cerâ Iuue. Sat. 2.
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.
Explorant aduersa viros, perque aspera duro Sil. Ita. lib. 4.
Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.

Vir.11. Æne. —possit quid viuida virtus
Ho.3.c.o.2. Virtus recludens immeritis mori Cœlum.
Ibid. Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.
Auctor. Palmæq; frondes vt reclundunt.
Stipite prævalidas onusto.
Sic peruicaci nescia cedere
Virtus renidet lumine latius.
Idem. —ingentem nullo cogente, tuarum
Virtutum concurrit ad ignem.
Idem. O ingens pietas, quæ tibi nobilem
Virtus, alma parens, haud animum beat?
Boet.lib.1. Latet obscuris condita virtus Clara tenebris.
Statius. —virtusq; serenâ Fronte grauis.
Oui.epist 16. Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Iuue.Sat.10. —semita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ,
Se.in He.fur. Indomita virtus colitur.
Sen.in Octa. Pulcrum eminere est inter illustreis viros,
Consulere patriæ, parcere afflictis fa
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare.
Orbi quietem, sæculo pacem suo,
Hæc summa virtus petitur hac cœlum via.
Se.in He.oct. Virtus in astra tendit.
Ibid. Nunquam Stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus: viuite fortes.
Nec lethæos sæua per amneis
Vos fata trahent, sed cùm summas
Exiget horas consumpta dies,
Iter ad superos gloria pandet.
Oui.1. de pon. —tendit in ardua virtus.
Cla. 2. in lau. Omnes præterea puro quæ crimina pellunt
Stili. Ore deæ vinxere choros, vnoque recepta
Pectore, diuersos tecum cinguntur in vsus.
Iustitia vtilibus rectum præponere suadet,
Communeisq; sequi legeis iniustaq; nunquam
Largiri socius, durum Patientia corpus
Instruit, vt nulli cupias cessisse labori
Temperies, vt casta petas: Prudentia, ne quid,
Inconsultus agas: Constantia futile ne quid,
Infirmumq; geras.
Hor.5.Epist. Virtutis veræ custos, rigidusq; satelles.
Ibid. Virtus est vitium fugere & sapientia prima.

Filius

Filius argentum est auro, virtutibus aurum. Ibid.
Virtus est medium vitiorum, & vtrinque reductum, Ibid.
Diuitijs homines an sint virtute beati. Ho. 2. Se. sa. 6.
— perijt ius, fasq; bonumq; Stat. 2. Theb.
Et vitæ, mortisq; pudor.
In vulnus nunquam virtus, sed sæpè libido Impellit.
Ite per angustam iusti super æthera portam, Iuuen.
Quàm lata & spatiosa via est, quæ limite læuo Manil. lib. 5.
Præruptum conuoluit iter caligine mortis,
Innumeraq; illam penetrant per prona caterua
Vitalis vastus stipatur semita saxis,
Celsaque vix paucos ducit per scrupea virtus,
At si quod nimium fallax illexque malorum
Planities suasit, deformi lubrica lapsu
Arripit hos, pronosq; trahit velut impetus amnis,
Aut alacer sonipes ruptis effrenis habenis,
Aut rectoris egens ventosa per æquora puppis. Vide BONVS: Visere.
Sæpè domi non es, cum sis quoq; sæpè negaris Mart. lib. 2.
Vel tantum causis, vel tibi sæpè vacas:
Te tamen vt videam duo millia non piget ire,
Vt te non videam quattuor ire piget.
Vndiq; visendi studio Troiana iuuentus Vir. 2. Æne.
Circumfusa ruit.
Inuisente nouo prælia torua viro. Catullus.
Viuere, & Vita.
— multosque per annos Virg. 5. Geor.
Multa virûm voluens durando secula vincit. Ibid.
Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini. Ibid.
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat. Vir. 3. Geor.
— modo vita supersit. Virg. 1. Æne.
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat. Ibid.
— seu viuere credant. Ibid.
— Inuisus cœlestibus auras Vitales carpis, Ibid.
Quem si fata virum seruant si vescitur aura
Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris. Virg. 2. Æne.
Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam. Ibid.
Abnegat excisa vitam producere Troia. Ibid.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam. Ibid.
Iam pridem inuisus diuis & inutilis annos Demoror. Vir. 8. Æne.
Viuo equidem, vitamque extrema per omnia duco. Ibid.
Quid puer Ascanius superatne & vescitur aura; Ibid.
Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum

Lustra domosque traho.
Man.libr.1. —*quod dedisti*
Viuenti decus, atque sentienti.
Vir.4.Æne. *Dum memor ipse mei dum spiritus hos reget artus.*
Ibid. *Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis.*
Ibid. —*aut optata luce fruatur.*
Ibid. *Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi.*
Ibid. *Dulces exuuiæ dum fata Deusque sinebant*
Vir. 3.Geor. *Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui*
Excipiat (neque enim plus septima ducitur æstas:)
At genus immortale manet, multosque per annos
Stat fortuna domus: & aui numerantur auorum.
Oui.1 Met. —*nescit vitane fruatur.*
Ho. Epod 1. —*quibus de vita sit superstite Iucunda.*
Ho.in Cani. *Ingrata misero vita ducenda est.*
resp.. *O mihi tam longa maneat pars vltima vitæ.*
Vir.Eclo.4. *Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.*
Vir. Eclog 10. —*hic ipso tecum consumeret æuo.*
Ho 1.c o. 12. *Nec viget quicquam simile aut secundum.*
Ho.2.ca.o.2. *Viuet extento Proculeus æuo.*
Ibid.o.3. *Seu mœstus omni tempore vixeris.*
Ibid. *Dum res, & ætas, & sororum*
Ho 3. c.o.2. *Fila trium patiuntur atra.*
Ibid o.6. *Vitam q; sub dio & tepidis agat In rebus.*
Ibid. *Persarum vigui rege beatior.*
Mart.lib.10. *Si parcent animæ fata superstiti.*
Pigra per hunc fugies ingratæ flumina lethes.
Oui in Ibin. *Et meliore tui parte superstes eris.*
Hor.l.4.o.7. —*donec mihi vita manebit.*
Quis scit an adiiciant hodiernæ crastina summæ
Luc lib.4. *Tempora dij superi.*
Iuue Sat 8. *Discite quam paruo liceat producere vitam.*
Oui. 6. Met. *Summum crede nefas animam præferre pudori,*
Et propter vitam viuendi perdere causas.
Virg.6 Æne. *Extremos altis in turribus egerit annos.*
Virg.11.Æne. *Pastorum & solus exegit montibus æuum.*
Vir 5 Æne. *Nate mihi vitam, quondã dum vita manebat, Chare magis.*
Virg 6. Æne. —*si lumina vitæ Attigerint.*
Virg.7.Æne. *Solus vbi in syluis Italis ignobilis æuum Exigeret.*
Vir 10.Æne. —*positis inglorius armis Exigat hic æuum.*
Ibid. —*æuumque agitare sub vndis.*
Ibid. *Nunc viuo, neque adhuc homines, lucemque relinquo.*
Ibid. —*tuaue hæc genitor per vulnera seruor*

Morte

Morte tua viuens.
Contra ego viuendo vici mea fata superstes Virg.1. Æne.
Restarem vt genitor.
Ascaniusque suos feliciter impleat annos. Oui.epist.7.
Ego vitam agam sub altis Phrygiæ columinibus. Catullus.
— illic mihi carpitur ætas. Idem.
— & si vitam puriter egi. Longa manet seu vita, Idem.
Vixerit ille senex quamuis, dum terna per orbem Tib.lib.4.
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis, Ibid.
Hic mihi conteritur vitæ modus. Prop.lib.1.
Penelope poterat bis denos sylua per annos Viuere. Prop.lib.2.
Qualem si cuncti vellent decurrere vitam. Ibid.
Et longam Augusto salua precare diem. Prop. lib.3.
Protrahit ingratas impia vita moras. Boet.lib.1.
Quod si putatis longius vitam trahi. Boet.lib.2.
Mortalis aura nominis.
Felix qui propriis ævum transegit in aruis. Claud.
Nonagintæ annos baculo sine corpore toto Exegit. Ausonius.
Magnus te manet ordo seculorum, Statius.
Natis longior, abnepotibusque
Annos perpetua geres iuuenta.
Quos fertur placidos obisse Nestor.
Quos Titonia computat senectus. Ibid.
At tu si longi cursum dabit Atropus ævi. Lu. ad Cal.Pi.
— viuat, optime tecum
Degere, cumque tuis virtutibus omne per ævum
Carminibus certare meis.
— vitam patiaris inermes Degere. Luc.4.Pharſ.
Viuentes animas, & adhuc sua membra regentes Luc.6.Phar.
Infodit busto.
Multaque viuendo vitalia vincere sæcla: Luc.lib.2.
Quæ placidum ducunt ævum, vitamq; serenam Luc. lib.2.
Viuit, & ætherias vitaleis suscipit auras. Luc.lib.3.
Omnia si perges viuendo vincere sæcla, Ibid.
Nam quæcunque vides vesci vitalibus auris. Luc.lib.5.
— & in curis consumit inanibus ævum. Ibid.
— festinat enim decurrere velox. Iuue.Sat.9.
Flosculus angustæ, miseræq; breuissima vitæ Portio:
Da spatium vitæ, multos da Iuppiter annos. Iuue.Sat.10.
— & tempora vitæ Iuue.Sat.
Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur.
Haud alium vidit tellus, cui ponere finem Sil.Ital.
Non posset mors vna viro, duræq; sorores

Tertia bis rupto torquerent stamina filo.

Se. in He. fur. — *dum fata sinunt, viuite læti.*
Ibid. *Cur animam in ista luce detineam amplius?*
Oui. 5. Trist. *Siue diem videat, siue tegatur humo.*
Eleg 5. *Dumque (quod ô breue sit) lumen vitale videbis.*
Ibid. Eleg. 10 *Dij tibi dent annos à te nam cætera sumes,*
Oui. 2. de Pon. *Sint modo virtuti tempora longa tuæ.*
Eleg 1. *O quàm tu cupias ter viuere Nestoris annos.*
Mart lib 11 *Et nihil ex vlla perdere luce voles.*
Hor. 1. Epist. *Qua ratione queas traducere leniter æuum.*

Vlcisci, *vide* Vindicare.

Vltimus.

Virg. 3. Geor. *Nec tibi cura canum fuerit postrema.*
Vir 4. Georg. — *extremo sub fine laborum.*
Vir. 3. Æne. — *postrema immani corpore Pistrix.*
Ibid. *Hic labor extremus.*
Vir. 11. Æne. — *mandata nouissima perfer.*
Luc. lib. 8. — *mors vltima pœna est.*
Ouid. epist. 13. — *de naue nouissimus exi.*
Hor. 11. Epist. — *summa dicende camæna.*

Vlysses.

Virg. *Hoc Ithacus velit.*
Oui. 12. Met. *Dulichius sub Achillis cassi de vertex.*
Ibid. — *Laërtius heros Laërtiades.*
Oui. 14. Met. *Dulichium sumpsisse ducem.*

Vmbrare, Vmbra.

Vir. 2. Geor. *Tum fortes latè ramos, & brachia tendens*
Huc illuc media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Ibid. — *bis vitibus ingruit vmbra.*
Ibid. — *aut pastoribus vmbram Sufficiunt.*
Ibid. — *& ingenti ramorum protegat vmbra.*
Virg. 3. Geor. *Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra.*
Ibid. *Æstibus at mediis vmbrosam exquirere vallem*
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum.
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.
Vir. 4. Georg. *Palmaque vestibulum, aut ingens Oleaster obrumbret.*
Ibid. *Iamq; ministrantem platanum potantibus vmbram.*
Ibid. — *& pecori iam gratior vmbra est.*
Vir. 1. Æne. *Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra,*
Ibid. — *horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.*
Ibid. — *vbi mollis amaracus illum*
Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra.

— *iuxtaq́ veterrima laurus* Vir.2.Æne.
Incumbens aræ, atque vmbra complexa penates.
Arboribus clausi circum, atque horrentibus vmbris. Virg.3.Æne.
— *& montes vmbrantur opaci.* Ibid.
— *denſaq́ in montibus vmbra.* Virg.1.Geor.
Claudia diffuſas vbi porticus explicat vmbras. Mart.lib.1.
— *aptamq́ vides paſtoribus vmbram.* Ouid.1.Met.
— *patulæ recubans ſub tegmine fagi.* Vir.Eclog.1.
— *tu Tityre lentus in vmbra.* Vir.Eclog.2.
Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos.
Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant, Ibid.
Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.
Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras, Ibid.
Spargite humum foliis inducite fontibus vmbras. Vir.Eclog.3.
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Vir.Eclog.7.
— *aut viridi fontes induceret vmbra.* Vir.Eclog 9.
— *his candida populus antro* Ibid.
Imminet, & lenta texunt vmbracula vites.
— *te ſeu denſa tenebit Tiberis vmbra tui.* Ho.1.ca.o.7.
— *pocula Lesbij duces ſub vmbra.* Ibid.
Quo pinus ingens, albaq́ populus Ho.2.ca.o.3.
Vmbram hoſpitalem conſociare amant Ramis.
— *vmbroſamq́ ripam.* Ho.3.ca.o.2.
Non Zephyrus agitata tempe.
O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro, Ibid.od.15.
Te flagrantis atrox hora caniculæ
Neſcit tangere, tu frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Præbes, & pecori vago.
Lucis egens. Oui.1.Met.
Obſcurus vmbris arborum Mart.lib.1.
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro Oui.12.Met.
Cana ſalicta dabant, nutritaq́ populus vnda Ouid.5.Met.
Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.
— *hunc tegit omnis* Virg.6.Æne.
Lucus, & obſcuris claudunt conuallibus vmbræ.
Extructosq́ toros obtentu frondis inumbrant. Vir.11.Ænei.
— *nemoriſq́ leui conſedit in vmbra* Oui.5.Met.
Sylua coronat aquas cingens latus omne, ſuisq́ Ibid.
Frondibus vt velo Phœbeos ſummouet ignes;
Frigora dant rami.
Gramen erat circà, quod proximus humor alebat, Oui.3.Meta.
Syluaq́ ſola locum paſſura tepeſcere nullo.

 Eſt ne-

Oui. epist. 12. *Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum,*
Vix illuc radiis solis adire licet.
Catullus. *— sub densis ramorum concinit umbris.*
Tib. lib. 1. *Sed Canis æstiuos ortus vitare sub umbra*
Arboris ad riuos prætereuntis aquæ.
Tib. lib. 2. *Subeat Pan ilicis umbra:*
Ibid. *Tunc operata Deo pubes discumbet in herba,*
Arboris antiquæ quà leuis umbra cadet.
Aut e veste sacris tendent umbracula sertis Vincta,
Prop. lib. 2. *Et sit in exiguo laurus superaddita busto,*
Qua tegat extincti funeris umbra locum.
Ibid. *Quæ formosa suo Clitumnus flumina luco Integit*
Prop. lib. 5. *Pinus, & incumbens lætas circundabat umbras.*
Prop. lib. 3. *Populus, & longis ornabat frondibus ædem,*
Multa q; cantantes umbra tegebat aues.
Boet. lib. 2. *Somnos dabat herba salubres,*
Vmbras altissima pinus.
Boet. lib. 1. *Nemorum gratas viderit umbras.*
Oui. 1. de art. *Tu modò Pompeia lentus spaciare sub umbra,*
Oui. 1. de rem. *Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras.*
Oui. 1. de nuc. *— platanis sterilem præbentibus umbram.*
Luc. 1. Pharſ. *— nudosq; per æra ramos*
Effundens, trunco, non frondibus efficit umbram.
Luc. 2. Pharſ. *Populea fluuium ripas umbrasse corona*
Luc. 5. Pharſ. *Obscurum cingens connexis æra ramis,*
Et gelidas alè summotis solibus umbras,
At medios ignes cœli, rabidiq; leonis
Luc. 6. Pharſ. *Solstitiale caput nemorosus summouet Othrys.*
Sil. Ita. lib. 1. *Quod taxi circum, & picea squalentibus umbris*
Abdiderant, cœliq; arcebant lumine templum.
Sil. Ita. lib. 5. *Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos*
Æsculus, umbrosum magnas super ardua syluas
Nubibus insertans altis caput, instar (aperto
Si staret campo) nemoris, lateq; tenebat
Frondosi nigram tellurem roboris umbra:
Pariuxta quercus longum molita per æuum
Vertice canenti proferre sub astra cacumen
Diffusas patulo laxabat stipite frondeis,
Vmbrabat q; coma summi fastigia montis.
Sen. in Oedi. *— & Phœbo obuia*
Enode Zephyris pinus opponens latus,
Medio stat ingens arbor, atque umbra grauis
Syluas minoreis vrget, & magno ambitu

Diffusa ramis vmbra defendit nemus Ouid.2.Fast.
Tristis sub illa lucus, & Phœbi insçius Oui.10.Met.
Aurea pellebant tepidos vmbracula soleis. Cla.2.de rap.
Opportuna sua blanditur populus vmbra. Pro.
Syluaq; torrenteis ramorum frigore soles
Temperat, & modico brumam sibi vendicat æstu. Clau.in Epit.
Quum post laboreis sub platani cubes
Virentis vmbra, vel gelido speçu
Torrentiorem fallere Sirium,
Et membra somno fessa resolueris.
— assuetaq; tecta grauamus. Stat.3.Syl.
Frondibus: & patula defendimus arbore soleis.
— indulgentem tenebris, imaq; recessu Stat.1.Theb.
Sedis, inaspectos cœlo, radiisq; penateis Seruantem,
Omne fretum longa velorum obtexitur vmbra. Stat.2.Achil.
Vndamq; occultis meditantem murmur in antris, Manil.lib.2.
Quam neque durato gustarint ore volucres,
Ipse nec æthereo Phœbus libauerit igni.

Vnda, *vide* FLVCTVS.

Vnguentum, & Vnguere.

Nardo perunctum. Hor.Epo.5.
Nunc & Achemina Perfundi Nardo iuuat. Hor.Epod.13.
Semina vidi equidem multos medicare ferentes Virg.1.Geor.
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca.
— funde capacibus vnguenta de conchis. Ho.2.c.o.7.
— Assyriaq; Nardo, Potamus vncti. Ibid.od.11.
Quòd madidas Nardo sparsa corona comas. Mart.lib.3.
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit. Virg.5.Æne.
Sed madidi myrrha crines. Oui.3.Met.
Illius è nitido stillant vnguenta capillo. Tib.lib.1.
Illius puro destillent tempora nardo. Tib.lib.2.
Spirabat Tyrio myrrhea rore coma. Tib.lib.3.
Iamdudum Tyrio madefactus tempora nardo. Ibid.
Et crocino nares myrrheus vngat Onyx.
Non Arabo noster rore capillus olet. Oui.epist.2.
Sæpè coronatis stillant vnguenta capillis. Oui.epist.20.
Gemmatis alij per totum balsama tectum. Clau.in Epit.
Effudère cadis, duro quæ saucius vngue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.
Et medicos vnguenta dabit referentia flatus. Manil.lib.3.

Vocare, *vide* ACCERSERE.

Volare.

— iamq; elati sublime videntur Virg.5.Geor.

Aëra

Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras.
Vir. 4. Geor. *At cùm incerta volant cœlo q3 examina ludunt,*
Ibid. *—sese per inania nubila librant.*
Ibid. *—aut credunt cœlo aduentantibus Euris.*
Ibid. *Mox & stridentia pennis*
Miscentur, tenuemq3 magis magis aëra carpunt.
Virg. 1. Æne. *Volat ille per aëra magnum.*
Ibid. *Remigio alarum, ac Lybiæ citus astitit oris,*
Ibid. *Vt reduces illi ludunt stridentibus alis.*
Vir. 3. Ænei. *Et cœtu cinxère polum, cantu q3 dedère.*
Ibid. *At subitò horrifico lapsu de montibus adsunt*
Harpiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas.
Rursum ex diuerso cœli cœcisq3 latebris.
Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis.
Ibid. *—celeriq3 fuga sub sydera lapsa.*
Ibid. *Dixit, & in syluam pennis ablata refugit.*
Virg. 5. Æne. *Nocte volat cœli medio, terraq3 per vmbram Stridens.*
Ibid. *—primùm pedibus talaria nectit*
Aurea, quæ sublimem alis siue æquora supra
Ibid. *Seu terram rapido pariter cum flamine portant.*
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila, iamq3 volans apicem, & latera ardua cernit
Ibid. *Athlantis duri.*
Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis
Constitit hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cœlumq3 volabat
Littus arenosum Lybiæ ventosq3 secabat.
Ibid. *Materno veniens ab auo Cyllenia proles.*
Oui. 1. Meta. *Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.*
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis Deuolat.
Vir. 1. Geor. *Sic aquilam fugiunt penna trepidante columbæ*
Ibid. *Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi.*
Ibid. *—atque altam supra volat ardua nubem.*
Ibid. *—& è pastu decedens agmine magno.*
Ibid. *Coruorum increpuit densis exercitus alis.*
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus.
Quacumque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Ibid. *Insequitur Nisus, quà se fert Nisus ad auras.*
Vir. Eclog. 6. *Ille leuem fugiens raptim secat æthera pennis*
Ho. 2. ca. 0. 2. *Aut arguta Lacus circumuolitauit hirundo.*

— tecta super volitauerit alis.
Neue te nostris vitiis iniquum Ocyor aura Tollat.
Expertus Dædalus aëra Pennis non homini datis. Ibid. od. 3.
Sed me per hostes Mercurius celer Ho. 1 ca. 0. 7.
Denso pauentem sustulit aëre Ibid. od. 20.
Non vsitata, nec tenuis ferar
Penna biformis per liquidum æthera.
— & vdam Spernit humum fugiente penna. Ho. 3. ca. 0. 2.
Ætherias lasciuè cupis volitare per auras. Mart. lib. 1.
— medioq; exaggere fuluis Oui. 12. Met.
Vidit auem pennis liquidas exire sub auras.
— modò se super aëre frustra Tollere conatur. Ibid.
Atque inter nubes sublimia membra ferentem. Ibid.
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo Vir. 6. Ænei.
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.
Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.
Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis, Virg 9. Æne.
Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
Opis ad ætherium pennis aufertur olympum. Vir. 11. Ænei.
— simul æthera verberat alis. Ibid.
Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto Ibid.
Consequitur pennis sublimem in nube columbam.
— at illa leues cœli demissa per auras Ibid.
Insonuit nigro circumdata turbine corpus.
Qualis spelunca subitò commota columba, Virg. 3. Æne.
Fertur in arua volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum celeres neque commouet alas, Ibid.
Cùm dea se paribus per cœlum sustulit alis. Ibid.
Ipsa volans tenues se sustulit ales in auras. Virg. 6. Æne.
— geminæ cùm fortè columbæ
Ipsa sub ora viri cœlo venère volantes. Ibid.
Tollunt se celeres, liquidumq; per aëra lapsæ,
Sedibus optatis, gemina super arbore sidunt.
Quam super haud vllæ poterant impunè volantes Ibid.
Tendere iter pennis.
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis Virg. 7. Æne.
Præcipiti delata Noto.
— quales sub nubibus altis Virg. 10. Æne.
Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant,
Cum sonitu fugiuntq; Notos clamore secundo. Vir. 12. Ænei.
Nigra velut magnas Domini cùm diuitis ædes.
Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.

Namque

Namq; volans rubra fuluus Iouis ales in æthra
Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
Agminis aligeri, subitò cùm lapsus ad vndas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexêre animos Itali, cunctæq; volucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)
Ætheraq; obscurant pennis, hostemq; per auras
Ibid. *Facta nube premunt, donec vi victus: & ipso*
Oui. 5. Meta. *Pondere defecit, prædamq; ex vnguibus ales*
Ibid. *Proiecit fluuio, penitusq; in nubila fugit.*
— optat ardua pennis Astra sequi.
— penna sonuêre per auras.
— veni nec puppe per vndas.
Nec pede per terras, patuit mihi peruius æther.
Catullus. *Isq; per æthereas me tollens aduolat auras.*
Tib. lib. 4. *Vlla nec aërias volucris perlabitur auras.*
Ibid. *Siue ego per liquidum volucris vehar aëra pennis:*
Prop. lib. 2. *Non si Pegaseo vecteris in aëra dorso,*
Nec tibi si Perſei mouerit ala pedes,
Vel si te fictæ rapiant talaribus auræ,
Nil tibi Mercurij proderit alta via.
Sunt etenim pennæ volucres mihi,
Quæ celsa conscendant poli,
Quas sibi cùm velox mens induit,
Terrasq; perosa despicit,
Aeris immensi superat globum.
Nubesq; post tergum videt.
Boet. lib. 2. *Sunt quibus alarum leuitas vaga verberet q; ventos,*
Et liquido longi spatia æthere enatet volatu.
Statius. *Inter quæ subito cadunt volatu*
Immensa volucrum per astra nubes
Idem. *— tensæ volucrum per astra pennæ.*
Oui. 2. de art. *Audacem pennis repperit ille viam.*
Ibid. *Aerias hominem carpere posse vias.*
Ibid. *Remigium volucrum disponit in ordine pennas:*
Ibid. *Nam siue æthereas vicino sole per auras*
Ibimus, impatiens cera caloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas,
Mobilis æquoreis penna madescet aquis:
Ibid. *Inter vtrumque vola.*
Inde suis factas humeris accommodat alas,
Oui. epist. 17. *Perq; nouum timidus corpora librat iter.*
Oui. 2. Met. *— audent modò corpus in auras Tollere*

Flecti-

Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,
Spemq; suam motis auidus circumuolat alis,
Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.
Pene suas quatere est oblitus in aëre pennas. Luc. lib. 5.
— & alis Ætherias ausus iactatis ire per auras. Oui. 4. Met.
— linquere terras Sil. Ita. lib. 12.
Dædalus inuenit, nec toto signa sequenti
Orbe dare, ætherias alienа tollere in auras
Ausus se penna atque homini monstrare volatus:
Suspensum hic librans media inter nubila corpus
Enauit, superosq; nouus conterruit ales:
Natum etiam docuit falsæ sub imagine plumæ
Attentare vias volucrum. Oui. 2. de Pon
Et quot aues motis nitantur in aëra pennis. Eleg. 7.
— geminas opifex librauit in alas. Oui. 8. Met.
Ipse suum corpus, motaq; pependit in aura. Oui. 15. Met.
Tunc & aues tutæ, mouere per aëra pennas. Stat. 1. Theb.
Nec mora sublimeis pennis per inane, volatus
Carpit, & ingenti designat nubila gyro, Oui. 7. Met.
— cœlum non segnior alite ludit. Mart. lib. 1.
— magni Iouis, ales fertur in altum Assueto volitans. Mart. lib. 5.
— sed pennis subuolat altè Ibid.
Perseus, & cœlo pendens iaculatur in hostem.
— reuolat, latumq; per æthera ludit.

Voluptas.

Ergo alacris syluas, & cætera rura voluptas Virg. Eclo. 5.
Panaque, pastoresq; tenet.
— suadetq; licentia luxum, Claud.
Illecebrisq; effrena fauet.
— turpi fregerunt sæcula luxu Diuitiæ molles. Iuue. Sat. 6.
— cur oculis sordet vicina voluptas? Statius.
— luxuq; carentes Delitiæ. Ibid.
Delitiisq; decet luxuriare nouis. Oui. epist. 15.
— nec te iucunda fronte fefellit Clau. 2. in Iau.
Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper Stili.
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus.
Membraq; Circæis effœminat acrius herbis,
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla
Interius, fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, toruos auro circumligat hydros. Hor. 1. Epod.
Illa voluptatum multos innexuit hamis. Mart. 5. lib.
Sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas,

In vul-

Flectit.

In vulnus nunquam virtus, sed sæpè libido
Manil.lib.4. *Impellit, turpisq; emitur vel morte voluptas.*
Et lenocinium vitæ, præsensq; voluptas. Vide LIBIDO.

Vomere, *vide* EVOMERE.

Vomis.

Virg.1. Geor. — *durum procudit arator*
Vomeris obtusi dentem.
Vide ARARE.

Vorare, *vide* COMEDERE.

Vouere, Votum.

Tib. lib. 1. *Quid prodest cœlum votis implêsse Neæra.*
Ho.2.ca.o.8. — *sed tu simul obligâsti*
Perfidum votis caput.
Prop.lib.4. *Iunoni votum facite.*
Virg.9. Æne. — *onerauit q; æthera votis.*
Vir. 12. Æne. *Seruati ex vndis vbi figere dona solebant*
Laurenti diuo, & vota suspendere vestes.
Catullus. *Nec vlla vota litoralibus Diis sibi esse facta.*
Tib.lib.3. *Pro quo sollicitas cœlestia numina votis?*
Vide INVOCARE.

Vox, *vide* CLAMARE.

Vrbs, *vide* MOENIA.

VRBIVM, ET REGIONVM DIVERSARVM QVÆDAM descriptiones.

VNIVERSÆ TERRÆ DIVISIO in Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem.

Oui.1. Meta. *Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna recessit,*
Persidaq; & radiis iuga subdita matutinis,
Vesper & occiduo, quâ littora sole tepescunt,
Proxima sant Zephyro, Scythiam septemq; triones
Horrifer inuasit Boreas contraria tellus
Nubibus assiduis pluuioq; madescit ab Austro,
Vnde venit Titan, & nox vbi sydera condit:
Quaq; dies medius flagrantibus æstuat horis:
Et quà bruma rigens, ac nescia vere remitti,
Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum.

Hispania.

Hor. *Te non pauentis funera Gallicæ*
Duraq; tellus audit Iberiæ.

Qui cquid

Quicquid ab auriferis eiectat Iberia fossis. Statius.
Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Horat.
—latis audax Hispania terris. Tibul.
Occiduas Titan quà vergit in vndas, Palinus.
Et prono curru extremis impendit Iberis.

Hispaniæ diuersi populi.

Venêre & Celtæ sociati nomen Iberis. Sil. Ita.

Lusitani.

Vos Viriattus agit, Lusitanumq; remotis
Extractum lustris primo Viriattus in æuo,
Nomen Romanis factum mox nobile damnis. Sil.
Nec Ceretani quondam Tirynthia castra: Ceretani.
Aut Vasco insuetus galeæ, ferre arma morati Vascones
Nec quæ Dardanios post vidit Ilerta sorores: populi.
Nec qui Messagetem monstrans feritate parentem
Cornipedis fusa satiarit Concane vena. Concani.
Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.
Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem
Vitifera & Latio, & tantum cessura Lyæo.
Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus vndis, Sedentani.
Atque altrix alta mittebat Setabis arce.
Fulget præcipuis Parnasia Castulo signis, Sil.
Et celebre Oceano, atque alternis æstibus Hispal: Hispalis.
Ac Nebrissa Dionyseis conscia thyrsis.
Quàm Satyri coluêre leues, redimitaq; sacra
Nebryde, & Hortano mœnas nocturna Lyæo
Argantoniacos armat Garteia nepotes.
Nec decus auriferæ cessauit Corduba lunæ.

Celtiberi.

Vectonesq; leues profugit q; à gente vetusta Lucan.
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.
Et latum equino sanguine Concanum. Concani.

Tartessos oppid.

Non Tartessiacis illum satiaret arenis
Tempestas preciosa Tagi.

GALLIAM & ITALIAM suis videlocis.

Germaniæ diuersi populi, & vrbes.

—ingentes Albim liquere Cherusci Claud.
—venit accola syluæ,
Bructerus Hercinia.

Alani, Hunni.

—qui nos aut turpibus Hunnis,
Aut impacatis famulos præstabit Alanis. Claud.

Getæ, qui & Gothi dicti & Bisthones, & Cicones iis vicini.

Ouid. *Nos freta sideribus totis distantia mensos*
Sors tulit in Geticos Sarmaticosq; sinus.

Daci, qui & Transiluani.

Virg. *—mistis descendens Sarmata Dacis.*

Pannonij, qui & Pæones.

Claud. *Iam plaga Pannoniæ, miserandaq; mœnia Thracum*
Aruaq; Mysorum.

Thraces, qui & Bistones dicti.

Ouid. *Sithonas & Scyticos longum est narrare triumphos.*
Idem. *—nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.*

Mauritania prima regio Africæ.

Virg. *—cui nunc Maruſia pictis*
Gens epulata toris Lenæum libat honorem.

Tigurum.

Muretus. *Sex minus elapsi fuerant quàm mille bis anni,*
Vt nouus ex nihilo conditus orbis erat.
Restabant totidem venturi ad tempora Christi,
Si tamen ex illis bis duo lustra feras.
Inclytus hic primùm statuit cùm Thuricus vrbem,
Quæ fundatoris nomine dicta fuit.
Post vbi diuitiis, terris, & viribus aucta est.
Huic Tiguri nomen gens Tigurina dedit.

Florentia.

—præcipiti Florentia nobilis Arno.

Parma.

—Parma
Armigeræ sunt hæ prædiuitis vbere glebæ

Ancona, & aliæ ciuitates.

—quam Dorica sustinet Ancon.
—hac parte capaci
Insignis portu frondosis collibus Ancon
Cernitur hic celebris latis Ferraria campis.
Apparet. Dites Ligurum, Insubrumq; potentum
Mart. *Sint vbi, quove loco positæ si fortè requiris Primæ vrbes.*
Narnia sulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit ancipiti vix adeunda iugo.

Venetiæ.

Hîc vbi se tollunt multa arte palatia, tecta
Regia; ceu medio in pelago molimine magno
Constructa ac fabricata manu fundamina magna

Neptuni

Neptuni immota loco præstantia, quamuis
Æstuet, atque imis vdas eructet arenas
Sedibus in tutum pelagus, terraq; mariq;
Vrbs hæc est Venetum, longos dominata per annos Molleri.
Vrbs Venetum, magnæ virtutibus æmula Romæ,
Proportis cui est Tithys, pro mœnibus æquor,
Bigarumve loco celeres subiêre carinæ,
Sola palus quondam Hunnorum fuit antè sagitta,
— ad Venetum lati decurrimus vrbem Fauolius.
Surgentem è mediis circum assilientibus vndis.
— Et tu quæ mediis æmula, surgis aquis. Zannaz.
Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in vndis Sennaz.
Stare vrbem, & toto ponere iura mari:
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iuppiter, arces
Obijce & illa tui mœnia Martis, ait.
Si pelago Tybrim præfers, vrbem aspice vtramque:
Illam homines dicas, hanc posuisse deos.
Quis rursus Venetæ miracula proferat vrbis
Vna instar magni, quæ simul orbis habet?
Vna Italûm Regina, altæ pulcherrima Romæ
Æmula, quæ terris, quæ dominaris aquis.
Tu tibi vel Reges ciues facis, ô decus, ô lux
Ausonia, per quam libera turba sumus.
Per quam barbaries nobis non imperat, & Sol
Exoriens nostro clarius orbe micat.
Celsus vbi Hadriacas Venetus leo despicit vndas. Incert.

Ancona.

Ancon, quæ longè prætento littore, & æstus
Dalmatici haud metuens medium percurrit in æquor, Fauolius.
Quam Picena sonant longè freta concita ventis.

Alba.

Nec semper stetit Alba albæ suis omine nata. Molleri.

Mediolanum.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum Auson.
Innumeræ cultæq; domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores, tum duplice muro
Amplificata loci species, populiq; voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata Theatri:
Templa, Palatinæq; arces, opulensq; moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri
Cunctaq; marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaq; in valli formam circumdata limbo.

VRBIVM ITALICARVM DESCRIPTIO.

THOMÆ EDWARDI ANGLI.

Sancta est sanctorum precioso sanguine Roma.
Cingitur vrbs Venetum pelago ditissima nummis,
Inclyta Parthenope gignit comites q; duces q;
Est Mediolanum iucundum, nobile, magnum,
Excellit studiis fœcunda Bononia cunctis,
Splendida solertes nutrit Florentia ciues.
Genua habet portum, mercesque, domos q; superbas.
Exhaurit loculos Ferraria ferrea plenos.
Verona humanæ dat singula commoda vitæ.
Extollit Paduam Iuris studium & Medicinæ.
Illustrat Senas patriæ facundia linguæ.
Maxima pars hominum clamat miseram esse Cremonam,
Mantua gaudet aquis ortu decorata Maronis
Vina Vtini, varias generosa vehuntur ad vrbes.
Brixia diues opum parce succurrit egenis.
Italicos versus præfert Papia Latinis.
Libera Luca tremit ducibus vicina duobus,
Flent Pisæ amissum dum contemplantur honorem.
Commendant Parmam, lac, caseus, atque butyrum.
Non caret hospitiis perpulchra Placentia Canis.
Taurinum exornant virtus, pietasque, fidesque.
Militibus validis studiosa Perusia claret.
Emporiæ in portis consistit gloria clausis.
Mordicus vrbs Mutinæ ranas tenet esse salubres.
Contemnunt omnes Anconæ mœnia Turcas,
Litibus imponit finem Macerata Picenis.
Vrbs Liuij celebris nimis est procliuis ad arma.
Bergomum ab culta dictum est ignobile lingua.
Vercellæ lucro non delectantur iniquo.
Odit mundanas syncera Nouaria fraudes.
Clara perantiquæ defecit fama Rauennæ.
Permultos comites Vicentia nutrit egenos.
Omnibus exponit gladios Aretium acutos.
Dulcia felicem cingunt vineta Cesenam.
Ciuibus humanis decorata est Asta fidelis.
Fructibus, anseribus, pomarium Ariminum abundat.
Omnes commendant ficus, grossosq; Pisauri.
Castaneis, oleo, tritico, Pistorium abundat.

Rustica

Rustica frugales nutrit Dertona Colonos.
Postponit Regium cornuta animalia porcis.
Taruisium exhilarant nitido cum flumine fontes.
Sancta patent cunctis peregrinis claustra Viterbi.
Imola diuisa est, nocet hæc diuisio multis.
Vrbinum statuit ducibus clamare: valete.
Nota est fictilibus figlina Fauentia vasis.
Laus Pompeia, boues pingues, producit ouesque.
Spoletum clamat: peregrini intrate, manete.
Narnia promittens epulum, dabit oua vel vuas.
Concilium illustrat sanctum generale Tridentum.
Assisium sancti Francisci corpore gaudet.
Fanum virginibus fertur florere venustis.
Hospitibus Comum pisces cum carnibus offert
Quærit opes fragiles studiis Sauona relictis.

Lauretum.

Lauretum properant magnates quolibet anno
Fundentes lachrymas, munera, vota, preces.
Lauretum nudis pedibus plebs crebra frequentat
Quam mouet internus relligionis amor.

Colonia.

Agrippina vagi Regina Colonia Rheni, Nic. Reusner.
Nobilis & priscis tota referta deis.
Clarus Agrippinis dudum Leo Sequanus aruis Petr. de Blar.
Perdere cui mens est Vbios. Idem.
— Agrippæ attriuerat agrum. Idem.
Quæ tres ostentat clypeo Regina coronas Idem.
Tot vrbium Colonia,
Tresne potestates notat, & quibus eminet ipsa
Tres dignitates maximas?
Principis vna sacri, magniq; secunda Senatus,
Academiæq; tertia.
Felix vrbs, in qua Pietas, Sapientia, Virtus
Ciues coronat splendidos.
Nobilis occurrit serpente Colonia Rheno. Molleri.
Conueniens vrbi nomen Agrippa dedit.
Maxima cognati Regina Colonia Rheni. Iulij Schalig.

Bruxella.

Bruxellam altricem Regum, sedemq; vetustam
Et quam florentem studiis atque arte Minerua.
Præstanti, & merito dulces ante omnia Musæ
Delegêre sibi.

Antuerpia.

—dia Antouerpa ſuperbo
Luxurians faſtu, inſigni celeberrima cultu,
Nympha Europæo longè gratiſſima cœlo.

Aquiſgranum.

Nic. Reuſne. Quas Granus olim condidit dux inclytus.
Quas Carolus Magnus refecit lautius.
Conr. Celtis. Fumat aquis calidis Granno vrbs ab Apolline dicta
Corpora quæ morbis tincta liquore leuant.
Graphæus. —en cernus apricis
Collibus impoſitam riguis & vallibus vrbem?
Non liquidos fontes paſſim per prata, per arua.
Læta ſoporifero manantes murmure lymphis
Agmina Nympharum vitreis merſare natantum
Corpora? perpetuo hæc dicas viridantia Tempe
Aſpice Aquiſgranum eſt: hic Carole Mauſolæum
Conſpicitur ter magne tuum: hic diademata prima
Magnanimi accipiunt, genus alto à ſanguine Diuûm
Induperatores, acri quæ ſulphure fumant
Hæc loca ſunt calidis Therma de fontibus ortæ
Ægra ſalutifero reparantes corpora Thermæ
Flumine, victa lue & variis exercita morbis,

Argentina.

—ocellus vrbis
Nic. Reuſne. Argentina corona ciuitatum,
Tantò maxima nempe ciuitatum
Quantò maximus amnium putatur
Rhenus Teutoniæ celebriorum.
Huic vrbi celſæ metitur mœnia turris
Volater. Teutonicis præſtat grandi quæ vertice templi.
Vrbs præclara ſitu, Rheni contermina ripis
Alſatiæ caput Argentina, vrbs libera ſacri
Calamini. Romani Imperij, qua templum ſydera lambit Turritum.
—qua Bruſca interluit Ello
Commiſſus fluuio, inq; duas longo æquore partes
Diſſecat, adq; latus rauco fluit agmine Rhenus.
Friſchlin. Vrbs antiqua iacet (primi coluêre Traboces)
Argentoratum ripis contermina Rheni
Cruſij. Argentina vrbes inter celeberrima ſalue,
Non ſine re nomen tibi, ſed magis aurea vere es
Idem. Argentina vale lumen Germanidos oræ.
Præfulgens Microcoſme.
Stigelij. Quam lauat irriguis Bruſca ſalubris

Qua

Quæ quia Romanis collata tributa legebat,
Nomen ab argento nobile nacta tenet.
— qua diuidit Ella Treboces, Micylli.
Quaq; secat lenis fertile Bruſca ſolum.
Alſatiis caput & longè clariſſima terris vrbs iacet Pedionei.
Argentoratum priſci dixêre coloni,
Atque hodie Latium tenet, vrbs argentea nomen.

Metis.

— Romani quondam ſpecioſa columna Nic. Reuſne.
Imperij, Mediomatricum pulcer ocellus.
Auſtraſiæq; caput Metis, quem Metius olim
Condidit Antonius ſuperatam fortibus armis
Cæſaris à magno nomen qui traxit Iulo.
Lilia nunc Galli colit vrbs Metis inclyta, quondam Calamini.
Romanis defenſa Aquilis, quam cretus Iulo
Morte ferox peperit, Cæſar, Metiusq; nepotum
Illuſtris Phrygiorum heros maiore ſubactam
Deſcripſit ſpatio.
— quæ alio quoque nomine fertur.
Diuodurum.
Olim aquilæ, nunc liligero quæ ſubdita Regi
Gallica Teutonicis immiſces verba loquelis. Nat. Chytr.

Wormatia.

Vangionum vetus vrbs, magno contermina Rheno Nic. Reuſn.
Werdomadum cur te natio priſca vocat?
Siue quod illuſtri quondam ſum condita nympha
Seu quod ſum Rheni filia, nympha, ſoror.
Vangionum celebri quondam cognomine dicta Guntheri.
Mœnia Wormatiæ, gelido qua gurgite Rhenus
Gallica Germanis opponit ruræ colonis,
Vangionum celebri quondam cognomine dictam Sigemundi.
Incola Wormatiam nomine turba vocat.
Limite Vangiones Wormatia continet amplo Molleri.
Vangiones Rheni læua venuſtat aquis,
Vrbs licet extremo Rheni non margine ſurgat,
Haud tamen à Rheno longius ipſa manet.
Hanc Borbetomagum perhibent dixiſſe vetuſtos
Arguit hoc ratio nominis atque loci
— Diues Wormatia campis.
Fertilibus procerum celebris conuentibus.

Spira.

Imperij ſi Spira forum, ſi curia ſacri Nic. Reuſne.
Orbis & oraculum, iuſtitiæq; domus,

Fortunata sat vrbs, sat felix, satq; beata es
Legifera Cereris Eunomiaq; parens
— Spira liquores.

Ge. Fabritij. *Dulcia nectareos quæ fundit vina, perita*
Sacrosanctarum legum.

Idem. *Quæ notat argolica pugnantem voce cohortem,*
Spira vrbs est Rheni, veteri de nomine lis est,

Mycelli. *Sed certum fortes illam tenuisse Nemetes,*
— rigidam Minos hîc versat & Æacus vrnam.

Sabini. *Flumine quà medio Rhenus regnator aquarum*
Celtica Germano separat arua solo.

Stigelij. *Vrbs antiqua iacet celebri contermina Rheno*
Vangionum longè non ea distat humo.

Inclyta quà læuo Germania littore Rheni
Accipit occiduo Spirantem à cardine ventum.

Idem. *Finitimosq; videt Treuiros, coluisse feruntur*
Antiqui Nemetes, supra gens, iuncta Trebocis.

Ge. Graconij. *Vangiones infra attingens.*
Imperij custos semper fidissima sacri.

Idem. *Vrbs iacet ad ripas Rheni, quæ Spira vocatur*
Iustitiæ sedes, iudicijq; locus.

Herm. Kirch. *Imperij regale decus.*
Condidit hanc fortis Cæsar Constantius olim

Hey manni. *Cuius mater ibi contumulata iacet,*
Seminium Themidis, dictam de nomine Spiram

Da. Sigemun. *Summaq; iustitiæ fana laremq; loco.*
Germanos Amphictyones, subsellia Spiræ
Dixeris, & Themidi templa dicata Deæ.

Qua Nemetum Rheno miscetur Lutarus vrbe
Imperij surgit nobile Spira forum.

Gnossius hic Minos leges, hic Æacus vrnam
Quas dirimat lites hic Rhadamantus habet.

Lubeca.

Conr. Celtis. *— Lubeca est Codani fama decusq; sinus.*
Angulus hæc laudis dicta est vrbs nomine prisco

Ioan. Boceri. *Nulla quod ad Codanum sit magè clara sinum.*
Mercibus omnigenis, & bellis apta gerendis,
Filia Mercurij, Pallade digna soror.

Pe. Vincentij. *Vrbs iacet, & geminis latè circundatur vndis*
Margine Vachnesis, glauca Trauenna tuo.

Idem. *Vrbs quæ septenas nunc tactat ad æthera turres.*
Eminet hæc reliquis caput vrbibus, atque corona
Quas Henetæ socias gentis origo probat.

Nempe

Nempe corona quod est, Henetos dixisse Lubecam
Bonno vel solo iudice fama refert. Per Lindeberg.
Et decus Europæ, & lumen sit totius Ansa
Et sit Vandalici pulchra corona soli.

Francofurtum.

— rapido quæ proxima Mogo Cels.
Clara situ, populoque frequens q3 virisque decoro.
Sed rude nomen habet. Nam Teutonus incola dixit:
Franconefurt illam liceat sermone latino
Francorum dixisse vadum.
Francophoram Mœnus flauus, perlabitur vrbem
Per Francos quæ condita quondam Conr. Celtis.
Illorum trepidis dum Gallia personat armis
Ad Mosam Imperium statuentes.
Qua Metis & Treuiris nunc surgunt mœnibus altis.

Micylli Eteostichon:

BIs trIbVs obsessa est DVCIBVs FranCforDIa beLLo
SerVaVIt teCtos ChrIstVs VtrInqVe sVos.

Fluminis ad Mœni dextram stat condita partem Fauolii.
Clara situ populoque frequens Francfordia, diues
Mercibus omnigenis, gazisq3 opulenta superbis
Dicta Vadum quondam Francorum voce latina.
Qua sua flauicomus pandit modo cornua Mœnus
Ostentat turres Francofordia nobilis altas Fabrici.
Vrbs decus Imperii, quà primos Cæsare honores
Accipit & titulum regni sceptrumq3 reportat
Diues opum, mundi Microcosmos, Martia muris.
Germania Aonidum, filia Mercurii. Petr. Lindeb.
rapidoq3 est Francfordia Mœno
Nobilis, excelleus claris virtutibus, illa
Regales Generose tibi dat Cæsar honores,
Sceptraq3 promittit, sacri imperijq3 tiaram.

Hagenoa.

Montibus Alsatiæ iacet vrbs Hagenoa potentis, Reus.
Inclyta Principibus Cæsaribusq3 sacris
Troiani quis non miretur Agenoris vrbem,
Nomine corrupto quæ nunc Agenoia dicta. Rih. Bartolini.

Selestadium.

Nobile Selstadium. Eras.
Qua stetit Elcebum, Cebris cui nomen & Ellus N. Reusn.
Contribuunt veteris flumina bina loci
Parte Selestadium vetus hac, nunc visitur vrbis

Excidium veteris sic fit origo nouæ,

VVeissenburgum vrbs Imperij.

R. Reus. *Quam fundas ædem sacram Dagoberte, coronæ*
Febusi, cis Lutram argenteam atque auream,
Magnificis factis ornas & sumptibus auges.

Goslaria.

Reus. *Quæ sita decliui Goslaria valle latebas*
Vix è vicinis conspicienda iugis,
Ardua iam sublime ferens super astra cacumen
Perpetuos toto cernis in orbe dies.

Lindeberg. *Hercinia nitet vrbs sylvæ, qua quæritur auri*
Lamina, venæque argenti, semenque metalli,
Et prona aurifluo Goslaria colle superbit.

Gelnhusa.

Fab. icij. *Quis nescit sacram Bromio Cererique Gelhusam*
Imperij sacri, Cattorum in finibus vrbem?

Ratisbona.

Reus. *Qua riguis se Danubius fert Noricus vndis*
Quæ iacet ad ripas vrbs Istri, limitis instar
Separat à Rethis Norica rura iugis.
Felix Romanis legionibus, hospita quondam
A positu ratium nomen adepta suum.
Germanum modo nomen habet de nomine Regi
Istro qui socias auehit amnis aquas.
Lata Ratisbona veteris colo mœnia, quondam
Quæ sunt Arnulphi Cæsaris aucta manu.

Bruschij. *Vrbs est in dextra sita parte binominis Istri,*
Excipit hic Regum qui simulatque Nabum.
Piniferi quorum hic lapsus de vertice montis
Ille Boëmorum de regione fluit.

Augusta Vindelicorum.

— *Augusta per orbem*
Cognita terrarum celeberrima nomine verè
Reque augusta, Lyco gaudens, pulcherrima, latis
Mœnibus, ingenijs operosa, addicta Minervæ
Acribus inprimis,

Reus. — *vrbs potens*
Augusta, sidus atque lumen

Fabricij. *Nobile Teutoniæ potentis*
Vrbs excelsa iacet, quam Rhætus condidit olim
Extulit Augustus, iam nomine gaudet vtroque

Camerar. *Vindelicæ caput & nunc vnica gloria gentis,*
Culta opibus rebusque potens Augusta superbis,

Qua

Qua sua Vina Lyci flumina miscet aquis — Bruschij.
Augustæ colitis mœnia clara Lyco.
Quam vere Augusta es Regum locus atque deorum — Reus.
Cæsaris Augusti nomine nota tui.
Clara decora potens vrbs diuitiis æmula Romæ, — Melissi.
Flos Augustæ decusq; ciuitatum,
Formose vrbibum ocelle pulcriorum
Quæcumque Imperio manum fidemq;
Germani Imperio dedere regni.

Noriberga.

Vrbs Norica. — Reus.
Quam secat vndosis Pegnesus flexibus vrbem — Sabini.
Edita gens forti Norica Marte colit.
Ardua quadrato consurgunt, mœnia saxo — Idem.
Non habet his vllam Germania mœnibus vrbem — Idem.
Tota nec Arctoo terra sub axe parem.
Norica quæ Phrygio iactat se nomine tellus — Micyllus.
Incoluit muros Noricaberga tuos. — Schoslerus.
Noriberga viris & viribus inclyta salue — Schefferi.
Salue Teutonicis Roma vetusta soli.
Quam rapidus circum lambit Pegnesus arenis. — Fauolij.
Per medium q; secat fluuio & profundit amœno
Cui Piber, atque citis madido delapsus ab Austro
Rednitius celerans mox sese passibus infert.
Confestim q; tribus coit alueus amnibus vnus
Et pariter sociis coalescunt flumina ripis
Donec Bamberga muros & mœnia linquant.
Ac simul in Mœnum sinuoso gurgite tendant. — Melissus.
Princeps vrbium Francia
Norimberga, Teutoni sidus poli
Ocelle micans Europæ, &
Parens venusta Nympharum.
Queis amne suo pedes lauit argenteos
Aureas inter Pegnesus arenas
Viridis Pegnesus, vber vndarum
Pater, actæq; locuples aquator

Vlma.

Vlma decus Sueuiæ — Incerti.
Nomen quod latio desumptum est fonte, quod aptæ — Idem.
Vlmetis, plena posita est vligine terra.
Namq; vbi defoditur circa vrbem, glutea crassis
Arboribus tellus habilis reperitur: & Inde
Barbariâ spreta nomen capit Vlma latinum.

Nic.Reuſne. *Vlma decus gentis Sueuorum nobile ſalue,*
Imperij ſalue firma columna ſacri.
Seu tibi pinguis humus, dulciq; vligine læta
Vlmea ſeu nomen fons tibi dulce dedit.

Nordlinga.

Reuſn. *Quam Nero Tiberius ſtatuit, quam Flauius inde*
Veſpaſianus forti preſſit ab ile.

Eslinga vrbs Imperialis.

Reuſn. *Eslinga viridarium nobile Teutoniæ.*
Academia hoſpitalis ſedes ad Nicrum.

Roteburgum.

Reuſn. *At tu ſitu Solymæ modo vrbis æmula.*
Meliſſus. *Qua fluit arctatas per valles Tubar amænus*
Raſaq; ab illæſis ſaxa fragoſa ſonant.
Illic turrito Roteburgica mœnia ſurgunt
Culmine, vitreris vndique cincta iugis
Mœnia, quæ ſimilem (ſi vero credere dignum)
In Solymæ perhibent ædificat modum.

Donavverda.

Fabricius. *Inſula, cum rapido, quam cingit Bernicus Iſter*
Reuſn. *Cæſaris Romani Vverda ciuitas,*
Peninſula Danubij Bernici ad oſtia.

Charmæ in Lotharingia.

Per.Blar. *Perdere de multis vnam placet vrbibus, illam*
Lingua loci ſolito dicebat nomine Charmas.

Moguntia.

— Rheni
Quæ poſita ad ripas eſt dicta Moguntia: magnam
Hanc ſtatuit molem quondam Germania victrix
Manſuri hæc poſuit Druſi monumenta ſubacti.
Ergo hæc quam perhibent populiſque, orbique dediſſe.
Infanda arte typos arguto ex ære perenne
Diuinumque opus, inuentum admirabile, viſum
Haud vnquam? Illa ipſa æternum cui plurima debet
Poſteritas olim tanto pro munere.

Praga.

Graphæus. *— ter maxima Praga potentum*
Nec minus oſtent at inſignia marmora Regum
Et vaſtas moles, longi & curuamina pontis.

Vienna.

Graphæus. *Magna Vienna, ſua hic te propugnacula, vnci*
Neſcia, miratur, animoſaque deſpicit hoſtem,

Iena

Iena vrbs Thuringiæ.

Hinc placet Hebræo nobis hanc nomine dici Stigelius.
Vt vetus à Iaijn nomen IENA *tenet.*
Cur ita crediderim, nisi mentem vocula fallit,
Certa huius ratio nominis esse potest.
Quippe vocat Iaijn Solymæ pius incola terræ,
Hoc quod nos Latio dicimus ore merum.
Quæ caput in mediis vrbs fertilis erigit vuis,
Hanc quisquam à vino nomen habere neget?

Diuersæ vrbes inter Venetias & Constantinopolim.

Mœnia cum veteris scopulosaq; saxa Parenti Fauolius.
Scandimus, & Latios quos diuidit Arsia fines
Hic in conspectu natiuis condita saxis.
Apparent latè lapidosæ mœnia Polæ.
Linquitur à tergo Britua, Ascriuiumq; superbum
Nobile & Olchinium Romanis oppida quondam
Ciuibus & possessa & nobilitate, sed altè
Rudera iam fractis tantum confusa ruinis.

Plura, *vide* IN HODOPÆRICO FAVOLII.

Constantinopolis.

Illa illa est Magni de nomine Constantini Graphæus.
Dicta opibus Regum pulcro exornata, potenti
Imperio, famaq; ingens, magnæ æmula Romæ.
— Byzanti ditis ad arces. Fauolius.
Sicque Lacæna breui præclaram tempore pubes Idem.
Condidit auspiciis sanè felicibus vrbem.
Quamque prius dixêre Lygon hanc deinde Lacones;
Mutato veteri mox nomine, nomine ab ipso
Byzantis populi Ducis huius, huius & vrbis
Restauratoris Byzantion appellarunt
Quaq; tenent ponti Byzantia littora fauces.
Hic locus est gemini ianua vasta maris. Ouid.
Prima vrbes inter, Diuûm domus, aurea Roma
Constantinopoli assurgit Carthago priori Ausonius.
Non toto cessura gradu.

Memphis.

Porro hanc cui fixis oculis stupefactus inhæret Graphæus.
Vrbem, vallorum latè quàm circulus ingens
Ambit, miraris? ea quæ sit deinde requiris.
Cernere pyramidum quæ dat miracula, quæq;
Clara sepulcrorum præbet miracula Regum
Est Memphis: sæui iussa imperiosa Tyranni

Quatu-

Quatuor hæc didicere pati, & iuga dura subire
Heu misere.

Amstelredamum.

Incerti. *Hæc illa est Batauæ non vltima gloria gentis*
Amnis cui nomen, cui catharacta dedit.
(Dicta prius Damum) raris habitata colonis
Cum contenta casis rustica vita fuit.
Hinc Amsterdamum iam facta celebrior, atque
Fortunæ, creuit tempore nomen item.
Vrbs bene nota propè atque procul distantibus oris,
Dotibus innumeris suspicienda bonis.
Diues agri, diues pretiosi vestis & auri,
Vt pleno cornu copia larga beet.
Quod Tagus aut Hermus vehit, & Pactolus in vnum
Verè hic congestum dixeris esse locum.

Londinum.

Graphæus. *— longè pulcherrima regni*
Totius hæc vrbs est, Londinum nomine dicunt,
Regia magna, potens multos regnata per annos
Cecropiis olim Latiisq; habitata Camœnis
Funera Roffensis magni, docti aspera Mori
Heu indignata tantorum fata virorum.

Diuersæ vrbes Franciæ.

Graphæus. *— potens illa ecce Tholosa, sed hæc quæ*
Fluminis has rapidi ripas quæ splendida cultis
Ædibus illustrat, iucunda est munere diuum
Lugdunum omnigenum, longè celeberrima: at illa est
Vrbibus Europæ, populosa Lutetia certans
Circuitu magno, late complexa rotundo
Orbe suo plani quam plurima iugera campi.

Diuersæ vrbes Hispaniæ.

Graphæus. *— quæ iactat cocco saturata rubenti*
Serica fila, olim populis Granata beatis
Laudatæ: hæc est Mercurio fundata, potensq;
Hispalis, hic toti felix notissima mundo
Vlyxbonna iacet, nobis quæ ditia mittit
Munera, quæ dat diues Arabs, quæ decolor Indus
Quæque nouo queruntur opes dudum orbe reperto.
Hanc Burgum dicunt: hæc est quæ Barcina ponto
Adiacet ostrifero: medijs hæc quæ sita terris
Ostentat sese populi dixère Toletum
Indigenæ, magno ter felix præsule.

Diuer-

Diuersæ vrbes.

Mercibus & studiis hic splendida Lipsia, clara hic Graphæi.
VVittenberga iacet: vastos Erfurdia muros
Vandalicos, & sæpè truces experta furores
Hamburgum & celsas turres, arcesq; superbas
Lubeca ostentat:
Hic Phœbea Rhodos, sunt hæc tua mœnia Buda.

Vrere, *vide* CREMARE.

Visus.

Nec catulus partu quem reddidit vrsa recenti, Oui. 15. Met.
Sed male viua caro est, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantum capit ipsa reducit.
— Armatosque vnguibus vrsos. Vide BESTIA. Id. 10 Met.

Vtilis, *vide* PRODESSE.

Vua, *vide* VINEA.

Vulcanus.

Hæc pater Aeoliis properat dum Lemnius oris. Vir. 8. Æne.
Fecerat ignipotens, Virg. 8. Æne.
— Mulciber Aphros finxerat. Ibid.
— clypeum Vulcani dona parentis. Ibid.
— Ignipotens Deus. Claud.
— Frenauit Mulciber Aetnam.

Vulnerare, Vulnus.

Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros. Virg. 2. Æne.
Accepit patrios.
— quæ causa indigna serenos Ibid.
Fœdauit vultus, aut cur hæc vulnera cerno?
— & vulnere tardus Vlysses. Ibid.
— & vacua atria lustrat. Ibid.
Saucius, illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, iam iamq; manu tenet, & premit hasta, Vir. 3. Æne.
— nec vulnera tergo Accipiunt. Virg. 4. Æne.
Vulnus alit venis, & cœco carpitur igni. Ibid.
— infixum stridet sub pectore vulnus. Vir. 4. Geor.
— plagisque peremptо Oui. 1. Met.
— sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur. Ibid.
— effuso per vulnera nigra veneno. Ibid.
Qui dare certa fera, dare vulnera possumus hosti. Mart. lib. 2.
Qui modò pestifero tot iugera ventre prementem Oui. in Ibin.
Strauimus innumeris tumidum Pithona sagittis. Ibid.
Oderit, & suo vulneret ense puer. Ibid.
Vulnera tot q; feras.
— vulnus dedit anguis Oresti Trun-

Man. lib. 1. *Trunca geras sæuo mutilatis partibus ense.*
Qualia Nycerni membra fuisse ferunt.
Ibid. *Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum.*
Oui. 2. Met. *Ausus tam notas contemerare manus,*
Oui. 12. Met. *Icta graui telo, confossaque vulnere mater,*
Ibid. *Heu patior telis vulnera facta meis.*
Ibid. *Extrahit illud idem calido de vulnere telum.*
— & in duro læsi quoque corpore ferrum.
— gladioque aduersa reducto
Ter quater ora viri capulo caua tempora pulsat.
Cedentemque sequens instat, turbatque, ruitque
Ibid. *Attonitoque negat requiem.*
— nec saucius vllis
Ibid. *Vulneribus fieri ferroue occumbere posset.*
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumque merumque
Ibid. *Cumq; atro mistos sputantem sanguine dentes*
Vulnere tartareas geminato misit ad vmbras,
Ibid. *Semicremoque nouat repetitum stipite vulnus.*
Terque quaterque graui iuncturas verticis ictu
Rupit, & in liquido iacuerunt ossa cerebro.
Ibid. *— & saucius armo Dexteriore Medon.*
— accepto tum vulnere tardius ibat.
Oui. 12. Met. *— quos omnes dextra Dryantis*
Perculit aduersos, aduersum tu quoque quamuis
Terga fuga dederas, vulnus è Cœnæ tulisti.
Ibid. *— acerbo vulnere victum,*
Ibid. *Plaga facit gemitus,*
Ibid. *— vulnusque in vulnere fecit.*
Ibid. *Nec graue vulnus erat, sed rupti vulnere nerui Deficiunt.*
Vir. 10. Æne. *Saucius ille graui venantum vulnere pectus*
Vir. 9. Æne. *Nam quicunque tuum violauit vulnere corpus.*
Vir. 11. Æne. *Multa viri nequicquam inter se vulnera iactant,*
Vir. 5. Æne. *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto*
Virg. 6. Æne. *Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,*
Ora manusque ambas populataque tempora raptis
Auribus & truncas inhoneſto vulnere nares.
— ob patriam pugnando vulnera passi
Vir. 7. Æne. *— hæsit enim sub gutture vulnus.*
Vir. 9. Æne. *— reddit specus atri vulneris vndam Spumantem.*
Vir. 11. Æne. *Leuique patens in pectore vulnus Cuspidis.*
Vir. 12. Æne. *— hunc lata retectum*
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.

— cupiens alto dare vulnera collo. Oui.5.Met.
Non tamen ad lethum causas satis illa valentes Plaga dedit. Ibid.
— mihi tristia dixi Tib.lib.1.
Offensum in porta signa dedisse pedem.
— stat saucia pectus Ibid.
Excipis aduerso quod pectore vulnera septem Ausonius.
Cum laceros artus, æquataque vulnera membris Vidimus. Luc.2.Phars.
— nullius vita perempti Est tanta dimissa via. Luc.3.Phar.
Et stetit incertus flueretq; vulnere sanguis. Ibid.
Donec vtrasq; simul largus cruor expulit hastas,
Diuisitq; animam, sparsitq; in vulnera lethum. Luc.4.Phar.
Quiq; fluat multo non deerit vulnere sanguis. Ibid.
Saucia maiores animas, vt pectora gestant.
Dum dolor est ictusq; recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet, cruor ossaq; nondum
Adduxêre cutem,
Postquam sicca rigens adstrinxit vulnera sanguis:
— tenui vulnere saucius. Ibid.
Vtrum citatus vulnere angusto micat, Se.in He.fur.
An lentus altas irrigat plagas cruor? Sen.in Oed.
— nullasq; in corpore parteis Oui.15.Met.
Noscere quas posses, vnumque erat omnia vulnus,
Cuius vt in trunco fecit manus impia vulnus, Oui. 9. Met.
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
Quàm solet ante aras, ingens vbi victima taurus
Concidit abrupta cruor è ceruice profundi, Stat.2.Theb.
— sæpe aspera passum
Vulnera, sed nullum vitæ in secreta receptum.

Vide LANIARE, OCCIDERE, & FRANGERE.

Vxor.

Quisquis vel locuples pulcra vel coniuge notus. Vir.4.Geor.
— dulcis coniux. Vir.1. Æne.
— ereptæ magno inflammatus amore Coniugis, Ouid.1.Met.
Cum consorte tori, Ibid.
— sociæ generisque torique. Hor.1.c.o.1.
— teneræ coniugis immemor.
Perpetuoque mihi sociatam fædere lecti. Oui.4. Met.
Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tæda. Oui.epist.20.
— Sponsæ languida membra tuæ. Oui.epist.15.
— nupta sororque Iouis Se.in Hipp.
O socia thalami. Oui.2.dePon.
— participemque tori. Eleg.1.
— puerisq; beata creandis Vxor. Hor.Epo.1.

Sil Ita lib 8. —*summi matrona Tonantis.*

Horatius. *Felices ter & amplius*
Quos irrupta tenet copula nec malis,
Diuulsus querimoniis suprema citius Soluet amor Die.

Vide MVLIER.

Xenia.

Mart. lib. 13. *Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello*
Constabit nummis quattuor empta tibi.

Id. lib. 5. *Quod tibi Decembri mense, quo volant mappæ,*
Gracilesque ligulæ, careq; chartaq;,
Et acuta senibus testa cum damascenis,
Præter libellos Vernulas nihil misi,
Fortasse auarus videar, aut inhumanus:
Odi dolosas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: namq; quis nescit
Auidum vorata decipi scarum musca?
Quotie⁹ amico diuiti nihil donat,
O Quintiane, liberalis est pauper.

Id. lib. 9. *Luce propinquorum quæ plurima mittitur ales,*
Dum Stellæ turdos, dum tibi Flacce paro:
Succurrit nobis ingens, onerosaque turba,
In qua se primum quisque, meumque putat.
Demeruisse duos, votum est, offendere plures
Vix tutum: multis mittere dona graue est.
Qua possum sola veniam ratione merebor:
Nec Stellæ turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

Id. lib. 10. *Non mea Mussylus seruat pomaria serpens,*
Regius Alcinoi nec mihi seruit ager:
Sed Nomentana securus germinat hortus
Arbore, nec furem plumbea mala timent.
Hæc igitur, media quæ sunt mihi nata suburra
Mittimus, autumni cærea poma mei.

Vide DONVM.

Zona.

Mart. lib. 14. *Longa satis nunc sum, dulci sed pondere Venter*
Situ meat, fiam tunc tibi Zona breuis.

Ouid. 2. Fast. *Dat teretem Zonam, qua modò cincta fuit.*

Catullus. *Quod Zonam soluit, diu ligatam.*

Idem *Tibi virgine Zonula soluunt sinus.*

Zonæ Cœlestes.

Vir. 1. Geor. *Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum vna coruſco*
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni,
Quam circum extremæ dextra, lauaque trahuntur

Caru-

Cæruleâ glaciē concretæ, atque imbribus atris
Has inter, mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum, & via secta per ambas,
Obliquus quâ se signorum verteret ordo. Ouid. 5. Met.
Vtq; duæ dextra cœlum, totidemque sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtramque locauit,
Temperiemq; dedit, mistam cum frigore flamma.
Et quinq; in partes totus describitur orbis, &c.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM AC VERBORVM, QVÆ HOC VOLVMINE CONTINENTVR, CVM EORVNdem *Synonymis, coniugatis, ac antithetis, In quo id te, Lector, moneo, si quid in S. Poesi quærendum, suo titulo sequenti modò adiectum:* Sac. Poes. *Vale.*

A

ABEL. Poes. Sacr. par. 3
Abesse 1
Abire, vide *Discedere* 327
Abolere 1
Abraham, Poes. Sacr. 3
Absentia, vide *Abesse* 1
Abscondere ibid.
Absolon, Poës. Sacr. 3
Absorbere 2
Abstemius 3
Absurda, vide *Nunquam* 694
Abundare 3
Accendere, vide *Ignis* 503. item *Ardere* 83
Accersere 3
Accommodare 4. vide *Præparare* 790
Accumulare, aceruus 4
Accusare ibid.
Achab Sacr. Poës. 3
Achæi, vide *Græcus* 473
Acheron, vide *Infernus* 521
Achitophel Sac. Poës. 3
Achilles 4
Acies 4. vide *Bellum* 143
Actæon 6
Acuere 7
Adam 4

Adesse 7
Adiuuare 7
Admirari. 9. vide *Terreri.* 886. *Ambigere, & ambiguus.* 40
Adolescentia, vide *Iuuentus* 551
Adorare & ri, 10. vide *Sacrificare.* 817. item *Thus* 893
Aduersitas, 11. vide *Fortuna aduersa.* 438. *Dolores.* 333
Adulari 13
Adulterium & adulter ibid.
Ædes, vide *Domus* 338
Ædificare 14. vide *Mœnia* 617
Æger, ægritudo, vide *Ægrotare.* 16. *Mortalitatis & pestis descriptio* 636
Ægyptus Sac. Poes. 4
Æneas 17
Æolia, Æolus. 17. vide *Venti.* 920. *Ventos flare.* ibid.
Æquare Æqualis. 18
Æquitas vide *Bonus, Bonitas* 149
Aër 19. vide *Ventos.* 920. *Volare* 955
Æstas & Æstatis descriptio & æstus 20
Ætas aurea 24
Æternus 25. vide porro *Abolere,* 1. *Diu.* 328. *Fama* 396
Ætna 26. vide *Ignis* 503
Agamemnon 28
Agar Sac. Poes. 4
S. Agatha ibid.
Agnus Paschalis. ibid.
Ager 28
Agere 29
Aggredi ibid.
Agricola 29. vide *Arare* 75
Agnus 30. vide *Ouis* 733. item *Pascere* 744
Aiax ibid.
Albus ibid.
Alere & ali 31. vide *Comedere* 205. *Pascere* 744
Alloqui 32. vide *Loqui* 582. *Narrare* 655
Alluere 33. vide *Fluere* 420
Altare 33. vide *Sacrificare* 817
Altus 33. vide *Mons* 619
Alueare 35
Aman Sac. Poes. 4
Ambrosius Reidenius 50
Amare, amicus, amor. 35. vide *Libidinari, Cupido.* 281

Amazones & illarum nomina 40
Amasa Sac. Poes. 4
Ambigere & ambiguus, & contra 40. vide *Dubius dubitare* 348. *Admirari* 9. item *Terreri* 886
Ambulare 42. *vide Peregrinari* 757
Amentia vide *Furor* 457
Amicitia falsa 45
Amicorum paria 46
Amicus vide *Amare* 47
Amplecti 47. vide *Osculari* 529
Ammonitæ S. Poes. 4
Amputare, vide *Scindere* 830. *Falx* 394
Anagrammata 50
Anchora 52
S. Andreas Sac Poes. 4
Angelus. Sac. Poes. 4
Anguis 52
Anhelare, Anhelitus. 56. vide *Odor, olere* 719
Animare 57. vide *Posse* 786. item *Audax* 124
S. Anna Sac. Poes. 6
Annuius 60
Annus & annorum numerus 60
Anteponere 63
Antiquus, antiquitas ibid.
Antrum ibid.
Anus, vide *Senectus* 836
Aperire & aperiri, 66. vide *Findere* 409
Aper 66
Apes 68. vide *Mel.* 606
Aphrica, Aphricanus 69
Apollo ibid.
S Apollonia S. Poes. 6
Apostoli S. Poes. ibid.
Appellere 72. vide *Portus* 785
Appropinquare 73. vide *Vicinus* 939. *Prope.* 793
Aqua, & aquam dare manibus 74. vide *Bibere* 145
Aqua lustralis S. Poes. 7
Aquila 74
Aranea ibid.
Arare 75. vide *Agricola* 29. item *Gleba* 472
Arator vide Agricola 29
Aratrum 75
Arborum & plantarum nomina varia 79. vide *Scindere* 830. &

830. & *Vmbra*. 952
Arcere vide *Impedire* 511
Arcus 82. vide *Iaculari* 495 *Sagitta* 821
Arcus cœlestis, ibid. vide *Iris*. 543
Ardere 83. vide *Ignis* 503. *Feruere* 406. *Aetna* 26. *Cremare* 286.
Ardelio 82
Arduum, vide *Difficile* 319
Area rustica 86
Arere & aridus 86
Argentum & argenteus. 87
Arguere 87. vide *Deridere* 303
Argus 88
Aries, vide *Ouis* 733
Armare & armari 88. vide *Armis præstans* 92. *Bellum* 143. *Confligere* 240
Arma & armorum varia genera 91. vide *Armare* 88
Armis præstans 92. vide *Audax* 124. *Inuictus* 533
Artes vide *Poeta* 787. *Apollo* 69. *Eloquens* 360. *Philosophus* 761.
Artes & opificia diuersa 97
Aruspex vide *Propheta* 793
Arx vide *Turris* 904. & *Vallare* 907
Ascendere 103. vide *Cœlum* 158
Asinus 104
Ascensio Christi in cœlos S. Poes. 8
Asphalites lacus Iudeæ S. Poes. ibid.
Aspicere 104. vide *Oculus* 781
Assare 109. vide *Coquere* 259
Assimilare 110
Assuescere 110. vide *Labor* 554
Astra & astrorum nomina varia 111
Astrologus vide *Philosophus* 761
Athenæ, Athenienses 121
Atlas ibid.
Attentus 525. vide *Audire* 125. & *Silere* 849
Attonitus vide *Admirari* 9. & *Dubitare* 348. *Ambigere* 40
Auaritia auarus 121. *Diuitiæ* 331. *Cupere* 281
Aucupari 123. vide *Aues* 129
Audax Audere 124. vide *Armis præstans* 92
Audire 125
Augurium, vide *Propheta* 793
Auis & auium genera 127

Aues canere 129
Aurigare 131. vide *Currus* 289
Aurora, vide *Cras* 267. *Diescere* 310
Aurum & aureus 134. vide *Diuitiæ* 331
Auruspex, vide *Propheta* 793
Auscultare vide *Audire* 125
Autumnus 135
Auxiliari, vide *Adiuuare* 7

B.

BAAL, & Baalitæ Sac. Poes. 8
Bacchari, vide *Furere* 457
Bacchus 137. vide *Vinum* 943
Baculus 138
Balneum ibid.
Balsamum ibid.
Baptizare, vide *Lauare* 566. item Sac. Poës. 8
Barba 138
Barbarus 138. vide *Crudelis* 277
Baptismus Sac. Poës. 8
S. Bartholomæus Sac. Poës. 9
Beatus, vide *Felix* 401
Bellaria 139. vide *Epulæ* 372
Bellum, & Belligerare 139. vide *Confligere* 240. *Armari.* 88. *& armis præstans* 92. item *Acies* 4
Bellum ciuile vide *Contentio ciuilis* 251
Bellum nauale, vide *Certamen* 178
Beneficium, Benemereri 143. vide *Domum* 341. *Premium* 789. *Liberalis* 574
Benignus, & Benignitas 144
S. Bernardus S. Poes. 9
Bestia, & Bestiarum diuersa nomina 144. vide *Venari* 910
Bethania Sac. Poës. 9
Bethlehem ibid.
Bibere 145 vide *Vinum* 943. *Infundere* 526. item Aquæ. 74 *Bacchus* 137. *Calix* 162. *Ebrietas* 352
Blatta 149
Boletus ibid.
Bonus bonitas, 149. vide *Virtus* 947
Bos, 152. vide *Vacca* 905
Breuis, breuitas in scribendo. 153

Bubo 153. vide *Aues* 129

C

CAcus 153
Cadere, 154. vide *Sternere* 864
Cadmus 154
S. Cæcilia Sac. Poës. 10
Cæcus & Cæcare 157
Cælare, vide *Celare* 175
Cœlum 158. vide *Ascendere* 103
Cœna Dominica Sac. Poës. 10
Cæsaries, vide *Capilli* 166
Cain Sac. Poes. 9
Cana Sacra Poës. 10
Canaan Sac. Poës. 11
Calamitas, vide *Aduersitas* ibid.
Calcare, vide *Conculcare* 239
Calceus 161
Calefacere, vide *Ignis* 503
Calere & Calor, vide *Æstas* 20. & *Defatigari* 299
Calix 162. vide *Vinum* 943. *Bacchus* 137. *Dolium* 335
Caminus 162
Canere, vide *Cantare* 164
Canistrum ibid.
Caniculares dies, vide *Æstas* 20
Canis & Canum varia nomina 163. vide *Venari* 910
Canus, vide *Senectus* 836
Cantare, & Cantus 164. vide *Aues canere* 133. *Testudinem tangere* 888
Cantare & laudare Deum Sac. Poës. 11
Caper Capra 165
Capernaum, Sac. Poës. 12
Capilli 166. vide *Formosus* 434
Capitolium 168
Caput ibid.
Carcer, Carcerare 168. vide *Claudere* 198. & *Ligare* 577
Cardinalis 169
Carduus 169. vide *Spina* 861
Carere 169
Carmen, vide *Componere* 232
Carmelitæ, Sac. Poës. 12. Carmelus mons S. Poës. ibid.
Carpere, vide *Colligere* 204

Carthago, Carthaginenſes 171
Caſa 170
Caſeus 171
Caſſes 171. vide *Aucupari* 123. & *Venari* 910. *Aues* 129
Caſtanea, vide *Poma* 781
Caſtitas, caſtus, & caſta 172
Caſtitas 172. vide *Virgo* 946
Caſtor & Pollux 173
S. Catharina, Poeſ. Sac. 12
Catulius Poeta 173
Caucaſus ibid.
Cauare, cauatus ibid.
Cauerna, vide *Antrum* 63
Cauſa, cauſare 174. vide *Cauſidicus*, & *cauſas agere* ibid.
Cauſidicus, & cauſas agere ibid. vide *Eloquens* 360
Celare 175
Celerare ibid. vide *Currere* 286. item *Fugere* 446
Cenſor, vide *Reformare* 804
Cera 176
Cerberus 177
Ceres ibid.
Certatim aliquid agere 188
Certò ſcire 189
Certaminis naualis deſcriptio 178
Ceruus, vide *Beſtia* 144
Ceſſare 189. vide *Finire* 409
Chamæleon 190
Chaos & illius deſcriptio 190
Charon 191
Charybdis 190
Choreæ, & ducere choreas ibid.
Chriſtiani, Poeſ Sac. 13
Chriſti natiuitas, Poeſ. Sac. 14
Chriſti transfiguratio ibid.
Chriſtus, ibid. vide porrò *Ieſus Chriſtus* 500
Chryſoſtomus, Sac. Poeſ. 15
Cicada 192
Cicatrix ibid.
Cicero 193
Circe 192
Circinare, circinus 193
Circumciſio, Sac. Poeſ. 15
Circundare 193

Cito citius 194
Clamare, & ſtridere, clamor & ſtridor ibid. vide *Echo* 354
Clangere 197
Clarus, vide *Fama* 396
Claudere 198. vide *Carcer* 168
Claudicare, claudus 199
Clypeus 199. vide *Arma* 91. *Armare* 88
Coagulare, vide *Caſeus* 171
Cælare 200
Cogere ibid.
Cogitare, cogitationes 201. vide *Cura* 283
Cognatus, vide *Conſanguineus* 245
Cognominare & ri 202
Cognoſcere 203. vide *Ignorare* 504
Colligere flores 204
Colloqui, vide *Loqui* 582
Colorem variantis comparatio cum aurora ſurgente, & Iride 206. cum pomis ibid. Vua ibid. cum Luna ibid. 208. cum Liliis, & pomis 206
Columna 205
Comedere 205. vide *Alere* 31. & *Fames* 399
Comere, vide *Fucare* 445. *Capilli* 166. & *Caput* 168
Cometa 209
Comitari 210
Communicare, vide Sac. Poeſ. *Cœna Dominica* 10
Communis res & communitas bonorum 212
Comparare 212. vide *Aſſimilare* 110
Comparationes diuerſæ 213
Componere carmine, & carmine dicere aliquem 232. vide *Cantare* 164. *Teſtudinem tangere* 888. item *Fama* 396. Componere aut facere quid ex tempore 238
Conari 238. vide *Luctari* 588. *Experiri* 390
Conculcare 239
Confabulari 239
Confidere 340
Confligere, congredi inter duos 240
Congratulari 241
Congregare 242
Coniicere ibid. vide *Iaculari* 495. *Sagitta* 821
Coniugium, vide *Maritare* 600
Conqueri 244. vide *Lacrymari* 555
Conſanguineus 245
Conſcius ibid.

Consentire, vide *Exaudire* 385
Consolari seipsum & alios 246
Considerare, vide *Cogitare* 201
Constans 249. vide *Immobilis* 509
Consuetudo, & consuetudo 249
Consulere, & consilium 250
Contemnere ibid.
Contentionis domesticæ descriptio 251
Contentum esse paucis 253
Contrarius & contrarietas 254
Conturbare aquas ibid.
Conuenire in vnum locum. 255
Conuitiari & conuitium dicere; vide *Iniuria* 529
Conuiua 255
Conuiuium, & illius descriptio 255. vide *Epulæ* 372. *Vinum* 943
Coquus & coquere 259. vide *Assare* 109
Corallium 261
Coram ibid.
Corona, & coronare ibid.
Cortex 266
Corrigere ibid.
Cras 267. vide *Diescere* 310
Creare 267. vide *Ædificare* 14. item *Gignere* 462. *Nasci* 657
Credere 268
Cremare 268. vide *Ardere* 83. *Ignis* 503
Crescere arbores & plantas 275. vide *Arbores* 79. *Nasci* 657
Cribrare cribrum 276
Crudelitas, crudelis 372. vide *Barbarus* 138
Crux & crucifigere Sac. Poës. 15
Cudere ferrum 279
Cubile, vide *Lectus* 575. *Dormire* 342
Cucullus siue papyrus ad huiusmodi vsum 278
Culina 280
Cunæ, & cunas mouere ibid.
Cupere & cupido 281. vide *Auarus* 121. *Diuitiæ* 331. *Sperare* 861
Cupido Deus amoris 287. vide *Venus* 928. *Amor* 35
Cur 283
Curare & cura 283
Currere 286. vide *Celerare* 175. *Fugere* 446

Currus

Currus 289. vide *Aurigare* 131
Curuare & curuus ibid.
Custodire & custos 289. vide *Defendere* 300. *Mœnia* 617. *Obsidere* 699. *Vigil, vigilare* 940
Cybele 291
Cythara, vide *Testudinem tangere* 888. item *Orpheus* 728
Cygnus. 291
S. Cyrillus. Sac. Poës. 17

D

Dædalus 291
Dæmoniacus, Sac. Poës. 17
Damnum 292. vide *Fortuna* 438
Daniel Propheta Sac. Poës. 17
Dare 292
Dauid 17
Daniel Cramerus 50
Deambulare 292
Debellare 292. vide *Triumphus* 901. *Diruere* 324. *Frænare* 441
Debilitare, & debilis 296. vide *Ægrotare* 16. *Senectus* 836
Debora Prophetissa, S. Poes. 18
Decipere 296
Decollare 297
Dedicare opus alicui 299
Defatigari, & defatigatus 299
Defendere, defensor 300. vide *Custodire* 289
Deformis, deformitas 300
Degenerare 301. vide *Iniquus* 527
Delere 302. vide *Corrigere* 266
Delectari aliqua re 301
Deuorare 303
Dentes 303. vide *Mordere* 622. *Sputare* 862
Deridere, derisor 303. vide *Arguere* 87
Descendere 304
Deserere 305
Desertum, viuere in deserto 305. vide *Antrum* 63. *Rupes* 815
Desiderium reditus alicuius, comparatum cum desiderio, matris filij reditum expectantis 217
Desperare, & desperata res 307

Destinare, & destinatus ibid.
Deuincere, deuinctus 307
Deuius ibid.
Deus 308. vide *Immortalis* 510
Diabolus, vide *Pluto* 777. item S. Poes. 18
Diana, vide *Luna* 590
Didymus, vide *Frater* 443
Dies, diescere, dierum numerus 310
S. Dioys. Areopagita, S. Poes. 19
Difficile 319
Diffidere 320
Diligens, diligentia 320
Diluuium, & illius descriptio ibid.
Diruere, & dirui vrbem 324. vide *Debellare* 292
Discedere 327
Discordia, vide *Contentio* 251
Disponere, vide *Præparare* 790
Dissimulare 328
Distare 328. vide *Extera & Longinqua regio* 391
Diu durare 328. vide *Æternus* 25
Diuersicolor 329. vide *Iris* 543
Dues 329. vide *Auarus* 121. *Cupere* 281
Diuidere 330. vide *Scindere* 830. *Findere* 409
Diuitiæ 331
Docere 332. vide *Cognoscere* 203
Dolere dolor pro tristitia 333. vide *Aduersitas* 11
Dolium 335. vide *Calix* 162
Domare, vide *Debellare* 297. *Dominari* 335
Dominari, & dominium 335. vide *Debellare* 292
S. Dominicus, S. Poes. 20
Domus 338
Domus rustica, vide *Casa* 170
Donum, donis afficere 341. vide *Præmium* 789. & *Liberalis* 574
Dormire 342. vide *Iacere* 492. *Somnus* 859
Dubitare 348. vide *Admirari* 9. *Terreri* 887. *Ambiguus* 40
Dubitare pro ambigere, vide *Ambigere* 40
Dubitantis comparatio cum fluctibus 213
Ducere, ductor 351
Duellum, vide *Luctari* 588. item *Congredi* inter duos 240
Dumus 352. vide Spina 861. *Carduus* 169
Durus 352

Ebrie-

E

EBrietas, & Ebrius 352. vide *Bibere* 145. *Dolium* 335
Ebur 353
Echo 354. vide *Mugire* 657
Eclipsis Solis vel Lunæ 355
Edere, vide *Herba* 481
Edere, vide *Conuiuium* 255. *Epulæ* 372. *Bellaria* 139
Edere in lucem sua scripta 358
Egere ibid.
Elabi, vide *Euadere* 380
Electrum 358
Eleemosyna ibid.
Elementa 359
Elephas ibid.
Elias Propheta Sac. Poes. 20
Elias Reusnerus 50
Eligere 360
Elisæus, Sac. Poes. 20
Elisabeth mater Ioan. Baptistæ Sac. Poes. ibid.
Eloquens, eloquentia 360. vide *Poeta* 787. item *Philosophus* 761
Emaus S. Poes. 20
Emendare, vide *Corrigere* 266
Emplastrare arbores 364
Ennius Poeta 364
Enoch. Sac. Poes. 20
Ensis 364. vide *Arma* 91 *Occidere* 702
Episcopus Sac. Poes. 20
Epitaphia 465. vide item *Sepelire* 843
Epulæ, & epularum varia genera 372. vide *Conuiuium* 255. *Bellaria* 139
Equus, equum domare, equitare 374
Eremita, eremus, vide *Desertum* 305
Erigere, & erigi 379
Errare & error in scriptis 379
Eruditus, vide *Cognoscere* 203
Esaias Propheta Sac. Poes. 21
Esse in aliquo loco, vide *Habitare* 478
Esther Regina Sac. Poes. 21
Euadere 380
Eua prima parens Sac. Poes. 21
Euaginare 381. vide *Ensis* 364

Euanescere 382
Euertere, vide *Diruere* 324
Euellere 382. vide *Diruere* 324
Euitare, vide *Euadere* 380
Europa 385
Euomere 384
Eucharistia communicare Sac. Poes. 21
Eutyches hæreticus Sac. Poes. ibid.
Exaudire 385. vide *Consentire* 245
Excellere super omnes 386
Excitare à morte, vide *Resurgere* 808
Excoriare 386
Excubiæ, vide *Custodia* 289. *Vigilare* 940
Excusare 387
Excusationes variæ Poëtarum ibid.
Exequi 388
Exercitus, vide *Acies* 4
Exheredare 388
Exilium, vide *Exulare* 391
Exire 387
Exorare, vide *Flectere* 411
Expendere, & di 389
Expergefacere, & expergisci ibid.
Experiri 390. vide *Conari* 238. *Tentare, Luctari* 588
Explicare, vide *Narrare* 655. *Manifestare* 596
Externa regio 391. vide *Peregrinari* 757. & *Distare* 328
Extinguere, & extingui ignem 391
Exuere, vide *Nudare* 691
Exulare, & exilium 391
Ezechias Propheta Sac. Poes. 22
Ezechiel Propheta ibid.

F

FAber, vide *Cudere ferrum* 279
Fabulæ, fabulari 393
Facilis ibid.
Fallere, vide *Decipere* 296
Falx, & falce secare 394. vide *Scindere* 830
Fama pro rumore, & illius descriptio, vide *Audire* 394
Fama pro laude 396. vide *Laudare* 566. *Æternitas* 25. *Nobilis* 679
Famere, fames 399

Fami-

Familia, vide *Nasci* 657
Fastidire, fastidium 401. vide *Contemnere* 250
Fatigari, vide *Defatigari* 299
Fauere, vide *Adiuuare* 7
Febris, vide *Ægrotare* 16. *Mortalitas* 636
Felix, & fortuna felix 401
Fenestra 402
Feræ, vide *Bestiæ* 144. item *Venari* 910
Ferre 403
Feriari, vide *Festum* 412
Ferrum, vide *Cudere* 279
Fertilitas, & fertilis, tàm quo ad agros, quàm pecudes 404. vide *Gignere* 462
Fessus, vide *Defatigari* 299
Feruere 406. vide *Ardere* 83. *Ignis* 503
Festinare, vide *Celerare* 176. *Currere* 285. *Fugere* 446
Festum 406
Ficus 408
Fidere, vide *Confidere* 340
Fides, fidelis, vide *Credere* 268
Filius, vide *Nasci* 657
Fimus 408
Findere 409. vide *Diuidere* 330. & *Scindere* 830. *Aperire* 66
Finire finis 409. vide *Cessare* 189
Fidus, vide *Constans* 249
Firmus, vide *Constans* 249. *Immobilis* 509
Fistula 410
Flagellare, vide *Laniare* 568. & *Verberare* 935
Flamma, vide *Ignis* 503. *Ardere* 83. *Ætna* 26
Flectere aliquem 411. vide *Placare* 769
Flectere genua 412
Flere, fletus, vide *Lacrymari* 555
Flos, florere 413. vide *Coronare* & *Herba* 482
Fluctuare, fluctus 418. vide *Venti* 920. & *Tempestas* 872
Fluere, fluuius 420. vide *Verrere* 937. item *Lauare* 564. item *Alluere* 33
Fluuius & fluuiorum nomina 425. vide *Fluere* 420
Fodere, fossa 430
Fœdifragus, vide *Promittere* 792
Fœdus, vide *Pax* 752
Fœlix, vide *Felix* 401
Fœnerare Fœnus 431
Fœtere, vide *Fimus* 408

Follis
Fons, & fontis descriptio, vide *Fluuius* 431
Formica 420
Formosus, forma, pro pulchritudine 434. vide *Lucere* 584. item *Capilli* 166. item *Virgo* 433
Fortuna, & illius descriptio 438. vide *Aduersitas* 12. *Pericula* 946
Frænare, frænum 441. vide *Equus* 374. *Debellare* 759
Frangere, & gi 292
Frater 441
Fridericus Tilemanus 443
Frigere & Frigus 443. vide *Hyems* 489. & *Gelare* 50
Frons frondis, frondescere 444. vide *Flos* 413. *Coronare* 261. *Herba* 463
Frustra, vide *Tempus terere* 481
Fucare 445. vide *Vnguentum* 885
Fugere & fuga 955
Fulcire, vide *Ferre* 446
Fulgurare, nubes 448. vide *Tonitru* 895. item *Tempestas* 403
Fulmen 449. vide *Tempestas* 872
Fumare & fumus 454. vide *Sacrificare* 872
Funambulus 817
Funda 455
Funis ibid.
Funus, vide *Mors* 456
Furari, fur 456. vide *Prædari* 623
Furca 787
Furere, & furens 457
Furiæ, & furiarum nomina ibid.
459

G

GAlea, vide *Arma*
Gallus Gallinaceus 91
Gallia 461
Galliæ vrbes ibid.
Gaudere, & gaudium ibid.
Gedeon, Sac. Poes. 462
Gelare, Gelascere, gelu 463. vide *Hyems* 489. *Frigus* 22
Gemere, vide *Conqueri* 244. item *Lacrymari* 443
Gemmæ, & gemmarum nomina 555
Genus, vide *Nasci* 465
657

Gigas,

Gigas, & gigantium nomina 469. vide *Altus* 33. item *Excellere* 386
Gignere, gigni 462. vide *Creſcere* 275. *Fertilis* 404. *Creare* 267. *Naſci* 657
Glacies, vide *Gelare* 463
Gladius, vide *Enſis* 364
Gleba 472. vide *Arare* 75
Glomerare, & glomerari 473
Gluten ibid.
Gomortha Sac. Poeſ. 22
Græcus 473
Grandinare, & grando 474. vide *Tempeſtas* 872. *Pluuia* 773
Grandis, vide *Altus* 33. & *Gigas* 469. *Excellere* 386
Gratiæ, & Gratiarum nomina 475
Gratias agere 474
Gratus, vide *Meminiſſe* 608
Grauida 475. vide *Fertilis* 404. *Gignere* 462
Grauis, grauitas 476
Gubernare, vide *Dominari* 335
Gula, guloſus 477. vide *Ebrius* 352

H

HAbena, vide *Frænare* 441. *Equus* 374
Habitare 478
Hæreſis 480. vide item Sac. Poeſ. 22
Halitus, vide *Anhelare* 56
Hedera, vide *Herba* 481
Helcana Pater Samuelis Sac. Poeſ. 23
Helena 480
Helias Propheta Sac. Poeſ. 23
Heliſæus Propheta ibid.
Henricus Lucius 50
Herba, & Herbarum genera 481
Hercules 483
Heres 484
Heri ibid.
Hermaphroditus ibid.
Herodes S. Poeſ. 23. Herodias ibid.
Heros 484
Heſiodus ibid.
Hiericho Sac. Poeſ. 23

Hieronymus Sac. Poef. 23
Hieruſalem 485. vide porrò Sac. Poef. 23
Hinnire 485. vide *Equus* 374
Hiſpania, Hiſpanus 485
Holofernus, Caput Holofernis S. Poef. 23
Homerus 485
Homicida, vide *Crudelis* 272. item *Occidere* 702
Homo 486
Honor, honorare, vide *Adorare* 10. & *Laudare* 566
Horatius 487
Hortari, vide *Animare* 57
Hortus & horti deſcriptio 487. vide *Flores* 413
Hoſpitari, & hoſpitium 488
Hoſtis, vide *Inimicus* 527
Hydra 489
Hydrops & hydropicus ibid.
Hymnus, vide *Cantare Deum* S. Poef. 11
Hypocriſis, vide *Oſtentatio* 731
Hyems, & illius deſcriptio 489. vide *Frigus* 443

I

IAcere humi 492. vide *Dormire* 342. *Sternere* 864
Iacere, vide *Conijcere* 242. *Iaculari* 493. *Sagittæ* 821
Iacob Patriarcha Sac. Poef. 23
Iaphet ibid.
Iaculari 495. vide *Occidere* 702. *Sagittæ* 821. *Arcus* 82. & *Infigere*
Ianua, vide *Portæ* 526
Ianus 784
Ianus Douſa 499
Iaſon 50
Ieiunare, Ieiunium 499
Idolatra & Idololatria Sac. Poef. ibid.
Idumæa, vel Idom Sac. Poef. 24
Ieremias Propheta Sac. Poef. ibid.
Ieroboam Sac. Poef. ibid.
IESVS CHRISTVS 500. vide *Chriſt.* Sac. Poef. ibid.
Ignis, & ignem excitare 503. vide *Ardere* 83. & *Cremare* 268 13
Ignorare, Ignarus
Ignobilis ibid.
Ignoſcere, vide *Parcere* 504
740

Illuminare, & ri 505. vide *Lucere* 584. *Ignis* 503. *Lãpas* 562
Imago 506. vide *Pingere* 765
Immergere, & gi 507. vide *Naufragari* 660
Immobilis 509. vide *Conſtans* 249
Immortalis 510. vide *Diu* 328. *Inuictus* 311. *Æternus* 25. *Fama* 394
Impedire 511
Imperare, vide *Dominari* 335. *Debellare* 292
Imperium, vide *Dominari* 335
Impietas, impius, vide *Iniquus* 527
Impoſſibilis 511
Imprecari, & Imprecationes 511
Impudens 512
Impunitas ibid.
Inacceſſus locus 513
Incantare, Incantatio 513
Incipere, initium 514
Includere, vide *Claudere* 198
Incitare, vide *Animare* 57
Incolumitas, incolumis 515
Inconſtans ibid.
Incredibilis 516
India, vide *Peregrinari* 757. & *Oriens* 727
Induere, indumentum 516
Inebriare, vide *Ebrius* 352
Infelix 520. vide *Aduerſitas* 11
Infernus 521. vide *Mori*, *mors* 623. Sac. Poeſ. 24
Infigere 526. vide *Iaculari* 495. *Sagitta* 821. & *Occidere* 702
Ingratus 526
Innocentes ab Herode cæſi Sac. Poeſ. 24
Infundere, vide *Aqua* & *Calix* 74. & 162
Ingratus, vide *Obliuiſci* 698
Inimicus 527
Iniquus, & iniquitas 527. vide *Peccatum* 753
Degenerare 301
Iniuria, & iniuriis afficere 529
Innocens 530
Inſanabilis ibid.
Inſanire, vide *Furere* 457
Inſequi, vide *Sequi* 844. item *Venari* 910
Inſidiari 530
Inſpirationes diabolicæ Sac. Poeſ. 25

Intelligere, vide *Audire* 125
Interrogare, vide *Petere* 760
Intrare 531
Inuadere 532
Inuitare, & inuitatio ad cœnam 535
Inuenire 533
Inuictus 533. vide *Armis præstans* 92
Inuidere, & inuidia 533
Inuisibilis 535. vide *Euanescere* 382
Inuite 536
Inuocare, & ri 536. vide *Sacrificare* 817
Inuocationes 536. vide *Adiuuare* 7
Ioab Sac. Poes. 25
Ioan. Baptista ibid.
Ioan. Euangelista 26
Ioan Assum. 50
Iocari, iocus, & iocosus 540
Ianus Gruterus ibid.
Iob Sac. Poes. 27
Ionas Propheta, Sac. Poes. ibid.
Ionathas, Sac. Poes. 27
Ioseph Patriarcha ibid.
Ioseph Arimatheus ibid.
Ioseph, Sponsus Mariæ ibid.
Iosua ibid.
Iordanes fluuius 28
Iosaphat Rex Sac. Poes. 27
Irasci, iratus, vide *Furere* 457
Ire, vide *Ambulare* 42
Iris 543. vide *Diuersicolor* 329
Irridere, vide *Deridere* 303. item *Arguere* 87
Isaac, Sac. Poes. 28
Israel Spachius 50 ita 545
Italia, Italus 545
Italiæ diuersi populi ac vrbes 546
Iterare, iterum 546
Iter 546. vide *Ambulare* 42
Iubere 547. vide *Dominari* 335
Iudæa, & Iudæus 547. vide porrò Sac. Poes. 28
Iudæorum ex Ægypto liberatio Sac. Poes. 28
Iudas Patriarcha S. Poes. 29
Iudas proditor ibid.
Iudicium extremum Sac. Poes. 30

Iudex, vide *Cauſidicus*, & *cauſas agere* 174. item *Eloquens* 360
Iugulare, & ri 548. vide *Occidere* 702
Iuno 549
Iuppiter 49. vide *Deus* 308. item *Immortalis* 510
Iurare 550
Iuriſperitus 550
Iuſtus, vide *Bonus* 149
Iuſtitia comparata cum libra 209
Iuſtus Lipſius Sac. Poeſ. 50
Iuuare, vide *Adiuuare* 7
Iuuenis, Iuuentus 551

L

Laborare, Labor 554
Labyrinthus 555
Lapſus primorum parentum Sac. Poeſ. 33
Lacrymari, lacrymæ 555
Lac, lactare 561. vide *Caſeus* 171. & *Mulgere* 657. 31
Alere 736
Lacus, vide *Palus* 563
Lædere, vide *Laniare* 462
Lætus, lætitia, vide *Gaudere* 584
Lampas 562. vide *Illuminare* 505. *Lucere* 733
Lana, & lanificium 562. vide *Texere* 892. & *Ouis* 733
Laniare 563. vide *Excoriare* 386. & *Verberare* 864
Laqueus, vide *Pendere* 756. item *Strangulare* 564
Laſciuus 299
Laſſus, vide *Defatigari* 1
Latere, vide *Abſcondere* 505
Laterna, vide *Illuminare* 163
Latrare, vide *Canis* 33
Latrones cum Chriſto crucifixi S. Poeſ. 420
Lauare 564. vide *Fluuius* 74
Lauare manus, vide *Aqua* 232
Laudare, laudari, laus 566. vide *Fama* 396. *Componere Carmen* 570
Laus operis alicuius ibid.
Laus Principis ſeu diuitis à iuſtitia 33
S. Laurentius martyr, Sac. Poeſ. 261
Laurus 540. vide *Coronare* 856
Laxare, vige *Soluere*

Lazarus, Sac. Poes. 33
Lectus 571. vide *Dormire* 342. vide *Iacere* 492
Legare 572
Legere libros, liber 572
Legem sancire, Lex 573. vide *Dominari* 335
Legumina varia 573
Leo 573
Lepus 574
Leuare, vide *Erigere* 574
Leuis, vide *Inconstans* 379
Leuis & leuitas corporalis 515
Liber 574. & vide *Legere* 572
Liberalis 574
Liberare, vide *Soluere* 856
Libidinari, & libidinis varia genera 575. vide *Venus* 928. *Amor* 35. *Cupido* 282. *Adulter*
Librare, libra & eius partes 13
Licere, vide *Permittere* 577
Ligare 577. vide *Frænare* 441. *Carcer* 760
Limbus Patrum S. Poes. 168
Limitare limes 33
Limus, vide *Fimus* 579
Liquefacere, & liquefieri 408
Lites, vide *Causidicus*, *Cautus agere* 580
Littus 174
Longæuus, vide *Annus* 581
Longinqua regio, vide *Externa regio* 391. *Peregrinari* 60
Lolium, vide *Carduus* 169. *Spina* 757
Loqui 582. vide *Alloqui* 32. & *Narrare* 861
Lorica, vide *Arma* 655
Loth Sac. Poes. 91
Lotharingia & Lotharingus 33
Lucere, lux 584. vide *Illuminare* 505. *Lampas* 584
S. Lucia S. Poes. 562
Ludouicus Casimirus Hugwernerus S. Poes. 34
Lucerna 587. vide item *Lucere* & *Illuminare* 50
Luctari 588. vide *Congredi inter duos* 240
Ludere, ludorum varia genera 589
Ludere pro exultare 590
Ludere instrumentis Musicis, vide *Testudinem tangere* 888
Ludimagister 590
Luna 590. vide *Mensis* 609

Lupus, & Lycaon 594. vide *Insidiari* 530
Lutum, Lutosum, vide *Fimus* 408
Lux, vide *Illuminare* 505. Lucere. 584
Luxuria, vide *Gula* 477
Lyra, vide *Testudine tangere* 888
Lycantropos, germanice, Werwolff, vide *Transformare* 899

M.

Macer, macies 595
Madefacere, vide *Lauare* 566
Mœchus, vide *Adulter* 13
Magi seu tres Reges Sac. Poes. 33
Magdalena Sac. Poes. ibid.
Magus, vide *Incantare* 513
Malchus Sac. Poes. 34
Malus, vide *Iniquus* 534. item *Degenerare* 301
Mane, vide *Diescere* 310
Manere, vide *Morari* 621
Manifestare, *Manifestum* 596
Manus 597
S Marcus, Sac. Poes. 34
Mardochæus ibid.
Mare 597. vide *Nauigare* 662. *Tempestas* 872. *Fluctus* 418
S. Margarita Sac. Poes. 35
Maria mater Christi Sac. Poes. ibid.
Maritare, matrimonium. 600
Maritus 603
Mars ibid.
Martha, Sac. Poes. 36
S. Martinus Sac. Poes. ibid.
Martialis 603
Martyrij varia genera Sac. Poes. 38
Martyr, & Martyrium, Sac. Poes. 37
Mater 604
Mathusalem, Sac. Poes. 40
Matthæus ibid.
Matthias ibid.
Mederi, medicina, medicus 604
Medius 606
Mel, mellificare 606. vide *Apes* 68
Melchisedech, Sac. Poes. 40

Membrorum varia nomina 607
Meminisse 608
Mensa 608. vide *Conuiuium* 255. *Epulæ* 372
Mensis & Mensium numerus 608
Mentiri, mendax 610
Mercator, merces ibid.
Mercurius 611
Mereri ibid.
Meretrix 612. vide *Libidinari* 575
Mergere vide *Immergere* 507
Meridies 612
Meridionales partes. 613
Metamorphosis, vide *Transformare* 899
Meta, vide *Limitari* 579
Metari, vide *Limitari* ibid.
Metere 613
Metiri 614
Micheas Propheta Sac. Poes. 40
Miles vide *Armis præstans* 92. item *Inuictus* 533
Minari 614
Minerua 913
Minos 616
Minotaurus ibid.
Miraculum, mirus ibid.
Mirari, vide *Admirari* 9
Miscere 616
Miser, vide *Infelix* 520
Misereri 616
Mittere 617. Mœnia ibid.
Molere 618
Moles 619. vide *Rupes* 815
Monachus, vide *Desertum* 305
Mons 619. vide *Altus* 33. item *Parnassus.* 741. *Atlas* 121
Mons oliuarum Sac. Poes. 40
Monstrum 670
Morbus, vide *Ægrotare* 16. *Debilitare* 296. item *Mortalitas.* 636
Morari 621
Mordere 622. vide *Dentes* 303
Mori, mors, mortuus 623. *Occidere* 702
Mortalitatis & Pestis descriptio. 635
Mouere, vide *Flectere* 411
Moyses, Sac. Poes. 41

Mugire. 647
Mulgere 637. vide *Lac Lactare.* 561
Mulier 648
Multitudo 649
Multus multi & multa 649
Mundus 651
Mungere 652
Muri, vide *Mœnia* 617
Murmur vide *Clamare* 194
Mus 652
Musæ ibid.
Mussipontum in Lotharingia 654
Mutare, vide *Transformare* 899
Mutus 654
Mutuum ibid.

N.

NAbuchodonosor, Sac. Poes. 41
Nanceium in Lotharingia 654
Narrare 655. vide *Loqui* 582
Nasci 657. vide *Gignere* 462. *Crescere* 275
Natare 659. vide *Tranare* 898. & *Lauare* 564
Nauale certamen vide *Certamen* 178
Naufragari Naufragium 660. vide *Fluctuare* 418. *Diluuium* 320. *Tempestas* 872. *Venti* 920
Nauigare 662. vide & *Discedere* 327
Nauis 673. vide *Nauigare* 662.
Nauis celeriter vectæ comparatio cum volatu columbæ 201
Tardè progredientis compa. cum serpente semimortuo ibid.
Negare 676
Neptunus ibid.
Nere 676
Nescire, vide *Ignorare* 504
Nicolaus Sac. Poes. 41
Nidificare, nidus 677
Niger 678
Ningere, Nix 678. vide *liquefacere* 580. *Tempestas* 872 489.
Hyems 396
Nobilis 679. vide *Fama* 680
Nocere

Noctescere, Nox 681
Nodare, vide *Ligare* 577
Noë S Poes. 41
Nomen, Nominare, vide *Cognominare* 202
Notare, nota, vide *Denotare* 303
Notus 688
Nouus nouitas ibid.
Nubes 689. vide *Pluere*, 773. *Tempestas* 872. *Venti* 920
Nudare, nudus 691
Nugæ 692
Numeri misti 693. vide *Annus* 60. & *Mensis*. 608
Nunc 694
Nunciare, nuncius 694. vide *Fama* 396
Nunquam 694
Nuptiæ, vide *Maritare* 600
Nusquam 696
Nutrire, vide *Alere* 31
Nux, vide *Poma* 781
Nymphæ & Nympharum varia nomina 696

O.

OBedire 697
Obiurgare 869
Obliuisci. 698. vide *Meminisse* 608
Obses 699
Obseruare 699
Obsidere, ri ibid.
Obtruncare, vide *Decollare* 297
Obuiare 701
Occare terram 701. vide *Gleba* 472
Occasus & Occidentales partes 702
Occidere, pro Sole, vide *Noctescere* 681
Occidere, occidi, occidendi varij modi. 702. vide *Crudelis*, 272. *Iaculari* 495. *Conijcere*. 242
Occisio, & occisionis descriptio 716. vide *Occidere* 702. vide *Contentio* 251 & *Certamen nauale*. 178
Occultare, vide *Abscondere* 1
Occupare ri 717
Occupare vrbem, vide *Diruere* 324
Oculus 718. vide *Aspicere* 104
Oculos eruere, vide *Cœcus* 157
Odisse, odium 719. vide *Contemnere* 250
Odor, olere, 719. vide *Fimus* 407

Olim 721
Oliua 721.
Olus & olerum genera 722.
Omnes, omnia omnis 722.
Onerare onustus 722. vide *Grauitas* 476. Moles 619.
Onus, Oneroſus, vide *Moles* ibid.
Opinari opinio 723
Optare, vide *Cupere* 281. item *Sperare* 801
Oraculum, vide *Conſulere & Pradicere* 250
Orare 723. vide *Sacrificare* 817. *Flectere genua* 412
Orationes variæ 725. vide *Inuocationes* 536
Orator, vide *Eloquens* 360. item *Poeta* 778
Oriens, Orientalis 727
Orpheus 728. vide *Teſtudinem tangere* 888
Oſculari 729. vide *Amplexari* 47
Oſtentatio 731
Otiari, otium 732
Ouidius 733
Ouis 733. vide *Paſcere* 744. item *Agnus* 30

P.

PAlatium, vide *Domus* 338
Pallas, vide *Minerua* 715
Pallere, pallidus 734
Palus, ludis 734. vide *Infernus* 521. *Fimus* 408
Palus, li. 736
Pan. ibid.
Panis ibid.
Papa 737. vide S. Poeſ. 43
Papauer 737
Papilio ibid.
Papyrus 738
Par parilitas ibid.
Paradyſus 736
Paraliticus 739
Parcæ 739. vide *Mori* 623
Parcere 740
Parcere, vide *Gignere* 462. *Naſci* 657. *Cæſcere* 275
Pares cum paribus 340
Pares in arte ibid.
Paris 741
Parnaſſus, & alia Muſarum loca ibid.
Parum, paruus 743

Pascere, pasci, & pascuum 744
Pastor 747
Pater 748
Patere, vide *Aperire* 66
Pati, patientia 748
Patria 749
S. Paulus, Sac. Poes. 43
Pauper & paupertas 750
Pax, pacificare 752
Peccare, peccatum 753. vide *Iniquus* 527
Peccatum originale Sac. Poes. 44
Pecten, pectinare 755. vide *Capilli.* 166
Pellis 755
Pendere 756. vide *Strangulare* 864
Peregrinari 757. vide *Ambulare* 42
Perforare, vide *Cauare* 371. & *Infigere* 526
Pergere in scriptis 759
Periculum subire 759. vide *Aduersitas* II. *Fortuna* 438
Permittere, permitti 760
Perpetuo, vide *Æternum* 25
Perrumpere, vide *Aperire* 66
Pestis, vide *Mortalitas* 636
Petere 760
S. Petrus Apostolus Sac. Poes. 44
Philistæi S. Poes. ibid.
Philosophus 761. vide *Eloquens* 360
Phœnix 763
Physicus, vide *Philosophus* 761
Piger, pigritia 764. vide *Otium* 732
Pilosus 765
Pietas, pius, 769. vide *Bonus* 149
Pingere, Pictor 765. vide *Imago* 506
Pinsere, pistor 765
Piscari, Piscator, Piscis, & Piscium varia genera 766
Pius & Pietas 769
Placare iras, & crudelitatem 769. vide *Flectere* 411
Placare mare, & placatum 770
Plantare 772
Plaudere, vide *Gaudere* 462
Pluere, Pluuiæ 773. vide *Nubes* 689. *Venti* 920. *Tempestas* 872
Pluto 777. vide Sac. Poes. *Diabolus* 18
Podagra seu chiragra 777

Pœna, vide *Punire*	796
Pœnitere, & tædere	777
Poëta 778. vide *Apollo* 69. & *Eloquens*	360
Polyphemus	ibid.
Pomum, & Pomorum genera	781
Populus & populorum diuersitas	782
Populi concursus comparatio cum apium examine	201
Porcus	783
Porrigere manum	ibid.
Porta	784
Portus 786. vide *Appellere* 72. & *Littus*	561
Posse, potestas, & potens	786
Postea	787
Post hac	ibid.
Posteritas, posteri, vide *Nasci*	657
Postquam	787
Præcipitare vid. *Cadere* 154. & *Sternere*	864
Prædari 87. vide *Lycaon* 597. *Furari*	456
Prædicare verbum Dei	788
Prædicere, præuidere, 788. vide *Propheta*	793
Præferre, vide *Anteponere*	63
Prægnans, vide *Grauida*	475
Præmium 789. vide *Adorare* 10. *Triumphus*	901
Præparare	790
Pratum	ibid.
Precari, vide *Orare* 723. item *Flectere genua*	412
Precari quid alicui	791
Princeps, vide *Heros*	484
Procerus, vide *Excellere*	386
Principes Electores	791
Probus vide *Bonus*	149
Prodere, proditor 792. vide *Denotare* 363. *Decipere*	296
Prodesse	791
Prodigium, vide *Denotare*	303
Producere, vide *Crescere*	275
Proles, vide *Gignere*	462
Prolixus	792
Promittere, promissis stare, & contra	792
Prometheus	ibid.
Prope, 793. vide *Vicinus*	939
Propinare	793
Propheta	ibid.
Proserpina	794

Proximus, vide *Vicinus* 939
Pudere, pudor 794
Puer, vide *Iuuenis* 551
Pugnare, vide *Acies* 4. Certaminis naualis descriptio 781
Pulcher, vide *Formosus* 434
Pulsare 795
Puluinar ibid.
Puluis ibid.
Punire, puniri 796
Purpura, purpureus 797. vide *Tingere* 894. *Induere* 516. *Rubere* 814
Putare, vide *Opinari* 723
Putere, vide *Odor* 719. item *Fimus* 408
Putrefieri, & putris 799
Pyramis ibid.
Pythagoras ibid.

Q.

QVærere 790
Quatere 800. vide *Venti* 920. & *Tremere* 900
Quercus 800
Queri, vide *Lacrymari* 555
Quia 801
Quies, Quiescere, vide *Dormire* 342
Quomodo 801

R.

RAbidus, Rabies, vide *Furere* 457
Radix 801
Rana ibid.
Rapere, vide *Furari* 456
Rarus raritas 812
Recedere 802. vide *Discedere* 327
Recordari, vide *Meminisse* 608
Redimere 802. vide *Soluere* 856
Redire 803
Reformare 804
Refrigerare, ri 804. vide *Vmbra* 952
Regnare, vide *Dominari* 335
Religio vera, Sac. Poes. 45
Relinquere, vide *Deserere* 305

Renouare 805
Reparare 805. vide *Redimere* 802
Reperire, vide *Inuenire* 533
Replere 806
Requiescere, vide *Otiari* 732
Resistere 806. vide *Contrarius* 254
Resonare, vide *Echo* 354. item *Mugire* 647
Respondere 807
Restare ibid.
Resurgere, & Suscitare mortuis 808
Retardare 810
Retia, vide *Casses* 171. *Venari* 910
Retro 810
Reuerti. vide *Redire* 803
Reus 810
Rex, vide *Heros* 484
Ridere 810
Rigare 811
Rimare, vide *Aperire* 66
Rugæ, vide *Senectus* 836
Ripa, vide *Littus* 581
Riuus, vide *Flumen* 418
Robustus, vide *Labor* 554
Rogus, vide *Ignis* 503
Roma, Romanus 812
Ros, & Rorare, vide *Rigare* 811
Rotundus, vide *Glomerari* 473
Rubere, ruber 814. vide *Pudor* 794. item *Purpura*, & *purpureus* 797
Rubigo 814
Ructare 815
Ruina, vide *Diruere* 324
Rumpere, vide *Frangere* 441
Rupes 815 vide *Immobilis* 509
Rus, vide *Ager* 28. *Rustici*. vide *Agricola* 29
Rustica instrumenta 816

S.

Sacerdos 817
Sacrificare ibid.
Sabbatum Sac. Poes. 45
Sacrum siue Missam celebrare, Sac. Poes. ibid.

Saga, vide *Incantare* 513
Sagitta 822. vide *Iaculari* 495. item *Arcus* 82
Salomon, Sac. Poes. 45
Saltare 822
Salutare 823
Samaria, Sac. Poes. 46
Sancti 823. vide Sac. Poes. ibid.
Sanitas, sanus, vide *Incolumitas* 515
Sanguinare, Sanguis 824
Sapiens, Sapientia 828
Satis, vide *Sufficere* 867
Saturare, ri 829
Saturnus 830
Saxum, *Rupes* 815
Scabies, Scabiosus 830
Scœlestus, scœlus, vide *Iniquus* 527. Peccat 753. *Degenerare* 301
Scribæ, & Pharisæi, Sac. Poes. 46
Scindere, scindi 830. vide *Falx* 394. *Diuidere* 330. *Findere* 409
Scire, vide *Cognoscere* 203. *Ignorare* 504
Scopuli, vide *Fluctuare* 418
Scorpius 832
Scribere litteras & alia ibid.
Scylla 833
Scyphus, vide *Calix* 162. *Dolium* 335
S. Sebastianus Sac. Poes. 46
Sedere, sedes. 834
Seditio vide *Contentio ciuilis* 251. item *Bellum* 139
Segetes 835. vide *Metere.* 613
Seminare, vide *Plantare* 772
Semper, vide *Æternus* 25
Senectus, senex 836
Sepelire, sepulchrum 841
Septentrio 844
Sequi 844. vide *Venari* 910
Serenare, & serenitas 846. vide *Placare* mare 770
Serere, vide *Plantare* 772
Serpens, vide *Anguis* 52
Sertum, vide *Coronare* 261
Seruare, vide *Custodire* 289
Seruire seruus 848
Seuerus, vide *Grauis* 476

Sicilia 849
Siccus, vide *Arere* 86
Signum, signare, vide *Denotare* 303
Silere 849
Silius Poëta 850
Silua, vide *Sylua* 869
Similis, vide *Assimilare* 110
Simius 850
Simon Sac. Poes. 46
Simulacrum, vide *Imago* 506
Sinai mons, Sac. Poes. 46
Sion mons 47
Singultire 850
Sistere vide *Morari* 621
Sitire, sitis 851. vide *Bibere* 145
Societas Iesu Sac. Poes. 47
Sodoma ibid.
Sol 852. vide *Apollo* 69. *Dies* 310
Sol & Luna obscurati patiente Christo Sac. Poes. 47
Solatium, vide *Consolari* 246
Solemnitas vide festum 406
Solere, vide *Consueuisse* 249
Sollicitari, sollicitudo, vide *Curare* 283
Soluere 856. vide *Expandere* 389
Soluere debitum 856
Somnium 857. vide *Dormire* 342
Somnus & illius descriptio 859
Soror 860
Sortiri 861. vide *Diuidere* 330
Spatia locorum varia 860
Speculum 860
Spelunca, vide *Antrum* 63
Sperare, spes 861. vide *Cupere* 281
Spernere, vide *Contemnere* 250
Spina 861. vide *Carduus* 169. *Dumus* 352
Spinalum in Lotharingia 862
Spiritus sanctus, Sac. Poes. 488
Sponte 862. Spumare, & spuma ibid.
Sputare ibid.
Stagnum, vide *Palus, udis* 734
Stella, vide *Astra* 111
S. Stephanus Protomatyr. Sac. Poes. 48
Stercorare terram 863. vide *Arare* 75

Sterilis 863
Sternere,& sterni 864. vide *Iacere* 499. *cadere* 154
Stips 864
Strangulare,ri 864. vide *Pendere* 756
Strenuus,vide *Armis præstans* 92
Stridere,vide *Clamare* 194
Studere litteris 865
Stultitia & stultus 806. vide *Insanire* 457
Suadere,vide *Flectere* 411
Stuprum,vide *Libido* 575
Subiugare,vide *Debellare* 292
Submergere,vide *Immergere* 507. item *Naufragari* 606
Sudare 866
Sufficere 867
Suppellectilia varia ibid.
Superbire,superbia,superbus 868
Superesse,vide *Restare* 807
Surgere è lecto,vide *Expergisci* 389
Susanna,Sac. Poes. 48
Suspectus,& suspicari 869
Suspendere,vide *Pendere* 756. & *Strangulare* 864
Sutor 869
Sylua 869

T.

TAcere,vide *Silere* 849
Tæda,vide *Illuminare* 505
Talpa 871
Tangere,vide *Pulsare* 795
Tardus,tarde,tarditas 671
Taurus ibid.
Tela,vide *Texere* 892
Temerarius temeritas ibid.
Temperatus,temperies. 872
Tempestas & illius descriptio 872. vide *Fluctus* 418. *Pluere* 773. *Venti* 920
Templum 883
Templum Salomonis Sac. Poes. 48
Templorum thesauri. 49
Tempus,& tempus elabi 885. vide *Annus* 60
Tenebræ,vide *Noctescere* 681
Tenebrosus 885

Tentare, vide *Conari* 238. *Experiri* 390
Terere tempus 885. vide *Tempus* 884
Terere fruges 886
Terere in mortario 886
Terminus, vide *Limitare* 579
Terra 886
Terræmotus 887
Terræmotus, vide *Tremere* 900. & *Quatere* 800
Terrere, & ri 887. vide *Admirari* 9
Teſtis, Teſtari 888
Teſtudinem tangere, & alia inſtrumenta muſica 888.
vide *Orpheus* 728
Texere 892
Theſeus 893
Thomas, Apoſtolus Sac. Poeſ. 49
Thus 893. vide *Sacrificare* 817
Tibia, vide *Fiſtula* 410
Timere, vide *Dubitare* 348. item *Pallor* 734
Timor ex præcedenti periculo 894
Tingere & gi 894
Tollere, vide *Erigere* 379
Tonare, Tonitru 895. vide *Fulgurare* 448. *Fulmen* 449
Tondere 898. vide *Lana* 562
Tondere prata, vide *Falx* 394
Torrere, vide *Aſſare* 208. & *Coquere* 259
Tranare, Trans 898
Tranquillum mare, vide *Placare* 770
Transfiguratio Chriſti Sac. Poeſ. 49
Transformare, ri 899
Tremere 900
Tres iuuenes fornaci igneæ incluſi Sac. Poeſ. 49
S. Trinitas ibid.
S. Trinitas 901
Triſtis, vide *Dolere* 333
Triumphare, Triumphus 901. vide *Debellare* 292
Troia, Troianus 903
Tuba, vide *Clangere* 197
Tunc 904
Tunica Chriſti, Sac. Poeſ. 51
Turbare aquam, vide *Conturbare* 254
Turris 904
Tuſſire, & Tuſſis, vide *Singultire* 904
Tus, vide *Thus* 893

Tutus 905
Tympanum 905
Tyrannus, vide *Crudelis* 277. *Barbarus* 138

V

VAcca 905. vide *Bos* 152
Vacuus 906
Vagari 906
Valedicere 907
Vallare vallum 907
Vallis 908
Vanus 909
Vastare, vide *Prædari* 787
Vas ad vinum, vide *Dolium* 335
Vbique 909
Vela, vide *Nauis* 673
Velle, voluntas 910
Vellere, vide *Euellere* 382
Venari 910. vide *Casses* 171. *Aues* 129. *Canes* 163
Vendere & emere 916
Veneficus, vide *Incantare* 513. item *Transformare* 899
Venenum 917
Venire, vide *Ambulare* 42
Venter 920
Venti, ventos flare 920. vide *Æolia* 17. *Pluere* 773. *Nubes* 689. *Tempestas* 872
Venus 928. vide *Amare* 35. *Cupido* 282. *Libidinari* 575
Ver, & veris descriptio 929
Verberare seipsum & alios 935. vide *Laniare* 563
Veritas, verum dicere, & verax 936. vide *Ambigere* 40
Verrere, tam per aëra, quàm per terram & aquas 937. vide *Diluuium* 320
Vesper, vide *Nox* 681
Vespertilio 938
Vestigia 939
Vestire, & vestis, vide *Induere* 516
Via, vide *Iter* 546
Vicinus 939. vide *Appropinquare* 73. *Prope* 793

Victo-

Victoria, vide *Debellare* 292. *Triumphus* 901
Videre, vide *Aſpicere* 104. & *Oculus* 718
Vidua 940
Vigilare 940. vide *Cuſtodire* 289
Vincere, vide *Debellare* 292
Vindicare, vindicta 941
Vinea, & dependentia ibid.
Vinum 943. vide *Dolium* 335. Calix 162
Vires, vide *Poſſe* 786
Virgilius 946
Virgo 946. vide *Caſtus, caſtitas* 172
Virginis erubeſcentis comparatio cum ebore purpura depicto, item cum liliis & roſis ibid.
Virginis intactæ comparatio cum flore. Violatæ cum flore decerpto ibid.
Virginis innuptæ comparatio cum vite necdum vlmo coniuncta 213
Virginis pulcræ comparatio cum luna & Sole ibid.
Virtus 947. vide *Bonus* 149
Viſere 949
Vitalis Poeſ. Sac. 51
Viuere, & vita 949
Vlciſci, vide *Vindicare* 941
Vltimus 952
Vlyſſes ibid.
Vmbrare, & vmbra 952. vide *Refrigerare* 804
Vnda, vide *Fluctus* 418
Vnguentum, vngere 955. vide *Fucus* 445
Vocare, vide *Accerſere* 3
Volare 955. vide *Aer* 19. *Altus* 33. *Celerare* 175
Voluptas 959. vide *Libidinari* 575
Vomere, vide *Euomere* 384
Vomis 960. vide *Arare* 75
Vorare, vide *Comedere* 205
Vouere, Votum 960. vide *Inuocare* 536
Vox, vide *Clamare* 494
Vrbes & regiones diuerſæ 960
Vrbs, vide *Mœnia* 617
Vrere, vide *Cremare* 268
Vrſus 975
Vtilis vide *Prodeſſe* 791
Vua, vide *Vinea* 941
Vulcanus 975

Vulnerare, & vulnus 975. vide *Laniare* 563. *Occidere* 702
Vxor 977

X

Xenia 978

Z

Zacharias Sac. Poef. 51
Zelus religionis, & Zelofi, Sac. Poef. ibid.
Zona 978
Zonæ cœleftes ibid.

FINIS INDICIS.

SACRA POESIS,

SIVE APPENDIX AD PARNASSVM.

In Qua

NOMINA, ET RES, QVAE CVM IN SACRIS LITERIS, tùm in Ecclesiasticis passim historiis reperiuntur.

IN VSVM STVDIOSAE Iuuentutis.

OMNIA EX OPTIMIS POETIS COLLECTA ET EDITA.



MOGVNTIAE,
Sumptibus Ioannis Crithij.
ANNO M. DC. XIV.

Ad Libellum Parnasso coniunctum.

Quàm velles quoque tu montis gaudere superbi
Nomine, quàm velles esse libelli liber?
Scilicet inuidia est (cui nunc velut æmulus astas
Collis) Parnassum tollere ad astra caput.
Tu quoq; dici Helicon, mons aut Carmelus auebas
Aut Sinai, aut celsi (credo) Sionis apex.
Verùm humili non sunt hæc conuenientia colli
Nomina, spes animum fallit inepta tuum.
Sacra Poesis *erit nomen tibi, nomine sacro*
Contentus (titulo hoc si modo dignus) abi.
Cresce libelle, liber fies, fit surculus arbor,
Quiq; es nunc collis, mons quoq; forsan eris.
Tum maiora tibi venient præconia laudum.
Plura iuuentuti commoda quando dabis.
Echo etiam laudes passim tum sparget aperta
Aruaper, & cãpos, per quoq; compita. Echo. ita.

ABEL.

IVstus Abel qui primitiis ouium grege læto
Conuertit Domini syncera in munera vultum.
Sanctus Abel quasi virgultum, quod vere tepenti — D. Prosp.
Soluitur in flores. — Mant.
— telo fraterno casus Abelus.
In quo spes generis visa perire pij est.
Primus Abel limbos ingressus. — Auctor.
— fratris ephæbi Fossor. — Brudent.
Quos fœminarum prima primos procreat — Idem.
Rusticus inuidia Pastorem sternit: in Abel — Idem.
Forma animæ exprimitur, caro nostra in munere Cain.

Abraham.

— credulus Abram
multorum pariente fide, genitor populorum — Vida.
Promissum genus innumeris censebat in astris.
— innumeræ pater Abras gentis.
Abramus, Abrahamus, Tharides, Thariades. — Fortunat.
— oleæ auctor Abrahamus. — Brudent.
— Patriarcha hoc reddit Abraham.
Senex fidelis prima credendi via est
Abram beati seminis ferus Pater, — Idem.
adiecta cuius nomen auxit syllaba, — Idem.
Abram parenti dictus, Abraham Deo.
Promissus Abrahæ patri.
Primus sator credentium.
Nati immolator vnici.

Absolon.

Absolon incæsto maculatus sanguine fratris.
Machaides à matre Maacha.

Achab Amriæ filius.

Prauus Achabus erat, sanctos qui cæde Prophetas
Sustulerat fictis deditus vsq; diis.

Achitophel Dauid, & Absolonis Consiliarius.

Ergo Gilonites, quo non præstantior alter
Consilio, aut vllo maior honore fuit.
Gilonites, à patria Achitophelus.

Adam primus homo.

De parentis protoplasti fraude facta condolens,
Quando pomi noxialis morsu in mortem corruit, — Fortunat.
Adam vetus quod polluit.
Expulerat primo genitum sæuissimus anguis — Sedulius.
Florigera de sede virum.

Vida. *Primus in orbe parens hominum*
Princeps generator. Primus pater. Primæuus parens.
Pater aruigena Terrigena.
Euolue Annales, luteus tibi primus & vnus
Auctor cunctorum comperitur Adam.
Tellure rubra formatus.

Ægyptus.

Vida. *— per Niliacas interrita sedes.*
Idem. *— pluuiæ insciæ regna Phariæ.*
Idem. *Pene omnes aberant, & Caspia saxa colebant.*
Mant. *Et velut Ægyptus cœli studiosa, deorum Prodigiosa parens.*

Agar.

— Nilicacæ partus miser ille puellæ.
— quam pellit pia Sara penatibus.
Infelix Agar. & rerum omnium egena:

S. Agatha.

Mant. *— & teneras Agathe lacerata mamillas.*
Idem. *Gloria Sicaniæ gentis pulcherrima Virgo.*

Agnus Paschalis.

Hoc erat ille vetus, quem gens epulata quotanis
Mandebat ritè, ac solenni more sacrorum
Cum festinata Cerere ac agrestibus herbis

Aman. *Sæuus Amadathides, à patre Amadatho.*

Amasa. *Iethrides.*

Ammonitæ.

— in gente Ammonide.
Gens Ammonea creta.

S. Andreas.

Mant. *Andrea germane Petri sanctissima Ionæ Progenies.*
Fortunat. *Nobilis Andream mittit Achaia suum.*

Angelus.

Fortunat. *Catibus Angelicis.*
Idem. *Quod præter Cherubin, Seraphin, reliquosq; beatos*
Aligeros comites quos tegit vmbra Dei
Idem. *Quid Michaël faceret Ductor sub Principe celso,*
Quid gereret Gabriel nuncius ille sacer.
Qualiter aut Raphaël occursum impenderit,
Cùm te diuinis cingeret ala choris.
Idem. *Angelus inde tuos repetit Paranymphus honores.*
Qui tibi de cælis nuncia sancta vehit.
Idem. *Qui pia iussa Dei ritè minister agit.*
Idem. *Aligeros proceres.*
Iuuenc. *— visus cælo descendere aperto Nuncius*

— ea.

— angelicus cecinit miracula cœtus. Sedulius.
Cœlicolæ assistunt proceres, cœtusque micantes. Idem.
Angelici Christo famulantur rite ministri. Idem.
Restabant vnæ aligeræ toto æthere mentes. Vida.
Aetheream cœlestum animam, vitæque volucres.
Primorem stipent quæ mentem examine denso,
Vsque ministerio intentæ, iussæque rotatu
Sidera perpetuo torquent voluentia mundi.
— tibi curia sancti
Aetheris obsequitur, nutusq; obseruat heriles.
Nudus erat roseos humeros, tantum aurea læua Idem.
Pendebat dimissa chlamys, quam fibula subter
Ilia tergemino mordebat rasilis auro, Idem.
Rubraq; compactis pendebant cingula bullis
Molles à tergo tractim succrescere plumæ,
Ac sensim geminos humeris assurgere in alas
Tum suris geminas incluſit cætera nudus
Oris multus honos, gratiq; è corpore motus.
Haud nostri puerum generis testantur adesse,
Sed cœli sobolem, atque aulæ stellantis alumnum,
— ô cœli iuuenum pulcherrime præpes. Idem.
Interea aligeri iuuenes gens incola cœli Idem.
Missi aderant liquido pendentes aëra circum,
Carbaseosq; sinus, mantiliaq; alta ferebant.
— eum gens incola cœli Idem.
Aligeri stipant cunei, & comitantur eundem.
Et iam pennipotens liquidis exercitus ibat Idem.
Tractibus ac volucris cingebant agmine cœlum.
Alituum cœlestum acies gens æthere nata. Idem.
Plumipedesq; acies. Cœli volucres. Idem.
Scire ea vix volucres norunt sine corpore mentes, Idem.
Aligerum genus, ætherei gens incola cœli.
— lacero puer actus ab æthere præpes Pulcher adest. Idem.
Agminaq; alituum superûm ter dena recensens Idem.
Vos dehinc beati præpetes Dei fideles nuncij. Idem.
Simus creati cum noua Nascentis orbis machina.
Quis contumax contra Deum Non extulit superbia,
— Seseque canebant Idem.
Cernere pennatum puerum fulgere per auras
Vndanti chlamyde atq; auro radiantibus alis,
Ipsi iam denso crepitare examine circum
Auctoremq; ducemq; suum, plausuque sonare
Aligeri fratres supera arce volatile vulgus. Idem.

Ecce autem effulgens subito delapsus ab axe.

Idem. *Stelligero pictus iuxta puer astitit alis,*
— video medium discindere cælum,
Pennatasq; acies populos felicis Olympi

Idem. *Exultare polo, superumq; applaudere Regi.*

Idem. *Cœliuagi iuuenes sanctiq; volucres. Alituum nubes.*

Sannaz. *Cui volucres centum pluma pernice ministri Abstabant.*

Idem. *Fide vigil, pars militiæ fidissima nostræ.*
Cùm simul ex alto iuuenis demissus olympo,
Purpureos retegit vultus, iuuenemq; professus

Idem. *Incessuq; habituq; ingentes explicat alas.*

Idem. *Tum rutilus cæli altipotens.*
Syderea missus tibi nuncius arce.

Idem. *Sublimes, celeris vexit quem pluma per auras.*
Nosco crines, nosco ora manusq;,

Idem. *Verbaq; & aligerum cæli vernantis alumnum.*
Magne ales celsi Deus atheris inuia rerum

Idem. *Qui penetras, longeq; & nubila linquis, & auras* Anteuolas
Hic subitò magnum vis per inane volantes
Cælestium cursusq; alacres, alacresq; recursus.

Vide SANCTI, & NVNCIARE.

S. Anna.

Mant. *Anna puerperio fortunatissima sancto.*

Antichristus.

Prudent. *Hic præpotens cruenti Extinctor Antichristi.*
Qui de furente monstro Pulcrum refert trophæum,
Quam bestiam rapacem Populosq; deuorantem,
Quam sanguinis charybdim Ioannes execratur.

S. Apollonia.

Mant. *— cælestes imitans Apolonia nymphas.*

Idem. *Gloria fœminei sexus Nilotica virgo.*

Idem. *Quæ capis antiquo veniens ab Apolline nomen.*

Apostoli.

Sedulius. *Sic vt Apostolici semper duodenus honoris*
Fulget apex, numero mensis imitatus & horas.

Arator. *— Sanctosq; reuisit Iuris Apostolici proceres.*

Idem. *Discipulis quoq; Christus air,*

Prudent. *Nomina Apostolici fulge[illegible]a Senatus,*
Quòd bene discipulis di[illegible]x duodenis.

Vida. *Viri numine tacti propiore Bis sena virum vis.*
Duodena turba. Sacer Senatus Galilæa virûm vis.
— Bis senum lingua bisulca virum.

Apostoli

Apostoli veluti eos Pilato recensentem D. Joannem introducit Hier. Vida lib. 4. Christi.

Omnibus obscurum genus, & sine luce penates
Atq; humilis fortuna, nec æstu prodita vita.
Quinq; adeò fumus exigua Betsaida creti.
Nobis ars erat insidias piscosa secundum
Flumina squamigerùm generi hamo tendere adunco,
Atq; innare salum, facundaq; piscibus arua.
Tunc etiam, cùm nos ad se primum ille vocauit,
Humida litorea sarcibam retia arena,
Ipse Iacobus adhuc salientes litore pisces
Seruabat frater, nec tunc procul inde secabant
Andreas paruaq; Petrus vada salsa carina,
Iisdem acti fratres studiis, eadem æquora circum.
Tum mihi coniunctus patriaq; domoq; Philippus
Accitus pisces, & retia torta reliquit.
Addunt se socios Thomas, Thaddæus, eademq;
Arte Simon.
Fluminibus patriis, multisq; natantibus hostem.
Namq; Iacobus ei cognato sanguine fretus
Alphæo natus patre se subiunxerat ante.
Vt genus indecores penè omnes, sic quoq; nostra
Nomina dura vides, insueta atq; aspera dictis.
Haud facies sola est impexis horrida barbis.
Tres alij, nec enim longè meliora sequuti
Fortuna addiderant sese, Matthæus, & auo
Iam grauis effœtiq; Petri iam proximus annis,
Bartholomæus, & ipse mali fabricator Iudas. Vida.
Quosq; olim comites q; vias, socios q; laborum
Bis senos ipse heroes delegerat omni Ex numero. Idem.
Bis senos sibi quos olim delegit, vt essent
Tantorum memores operum, testesq; laborum. Idem.
Quiq; modò indociles vitam piscosa secundum
Flumina venatu tenui sine more trahebant,
Edocti nunc mira canunt præcepta per vrbes. Idem.
Bis senos inter proceres lectissimus ibat. Idem.
— numero ex omni delegit amicos
Bis senos, queis cum curas, diurumq; laborem
Partiri, & casus posset deducere in omnes.

Aqua lustralis.

Atq; salutari permulcere vnguine frontem. Bencius.
Ætheriasq; notas, & Christi nomen inurat.
Lympha lustralis.

Ascensio Christi in cælos.

Sedulius. — coramq; beatis,
Qui tantum meruêre viris spectare triumphum
Æthereas subuectus abit sublimis in auras
Ad dextram sedet ipse Patris, mundumq; gubernat,
Iure suo, qui cuncta tenens excelsaq; & ima
Tartara post cœlum penetrat; post Tartara cælum.
Illi autem latis cernentes vultibus altas
Ire super nubes Dominum, tractuq; coruscos
Vestigiis calcare suis, reuerenter adorant,
Sydereasq; vias alacri sub corde reportant,
Quas cunctos doceant.

Asphalites lacus Iudææ.

Vida. — Asphaltis flammis infamibus vnda.
Idem. — infelix Asphaltidos vnda Accola.

Augustinus.

Augustine Pater, quo nil diuinitus orbi
Post homines natos terra Libyssa dedit.

Baal, & Baalitæ.

— nomen celebrare Baalis
— Baali dedita turba.
Et letho multare Baalis alumnos.
— immundi templa Baalis.

Baptismus.

Bencius. Et cuncti accipiant vndamq; auramq; salubrem.
Fortunat. Instaurata etiam sacri est baptismatis aula
Idem. Quo maculas veteres fons lauat vnus aquis.
Ardua sacrati baptismatis aula coruscat,
Quo delicta Adæ Christus in amne lauat.
Hic pastore Deo puris grex mergitur vndis.
Idem. Ne maculata diu vellera gestet ouis.
Idem. Cum puras animas sacra lauacra beant.
Iuuencus. Atq; salutiferi baptismatis amne nouatur.
Zachariæ soboles desertis vallibus omnes
Ad deponendas maculas clamore vocabat,
Fluminis vt liquidi caperent miranda lauacra.
Idem. Nunc ego præteritas maculas in flumine puro
Abluere instituì: veniet sed fortior alter,
Cuius vincla pedum non sum contingere dignus:
Abluit ille homines sancto spiramine mergens,
Flammarumq; globis purgabit noxia Corda.
Idem. — liquido si quis de fonte renatus,
Et flatu sancto rudibus consistere membris, Caperit.

Per-

Pergite & ablutos homines purgantibus vndis Idem.
Nomine sub sancto Patris, natique lauate.
Viuifici pariter currant spiramina flatus.
— baptisma frequentat Arator.
Petrus, vt ablutos flammis purgaret in vndis, Idem.
— omnesq; iubet de fonte renasci Prudent.
Cultor Dei memento Te fontis & lauacri
Rorem subisse sanctum Te chrismate inunctum.

S. Bartholomæus.

Inde triumphantem fert India Bartholomæum. Fortunat.

Benefacere, *vide* BONVS, PVRVS & VIRTVS.

S. Bernardus.

Qui mundo ætherios afflat Bernardus odoreis Fr. Lud. à S.
Quam verè à nardi nomine nomen habet. Mal.
— Fontanius heros.

Bethania.

— procul hinc Bethanes regna tenebat. Vida.
— Bethaneæ tendit ad vrbem. Idem.

Bethlehem.

— mœnia Bethles. Vida.
Bethlemiæ turres. Sannaz.
— antiquæ Iessæia mœnia Bethles:
— Iessææ mœnibus vrbis.
— tenuia Bethles tecta.
— Exiguo tuguri sub culmina Bethles.
Vrbs est Iudææ Bethleem, Dauida canorum Quæ genuit. Iuuenc.
Crudeli tinxit Bethlemica compita cæde. Idem.
Talia Bethleis dum signa geruntur in oris. Sedulius.
O sola magnarum vrbium Prudent.
Maior Bethleem, cui contigit
Ducem salutis cælitus
Incorporatum gignere.

Bethsaida, *vide* S. Petrus.

CAIN.

Dona Cain reprobanda dicans, cui virus amarum D. Prosp.
Inuidia in fratrem succenso felle coquebat.
Cain Cruentus. Perfide Cain. Prudent.
— cognati funeris author,
— acer ad arma cruenta puer.
— notus feritate Cainus,
Quis fratricida, quis peremptor inuidus Prudent.
Vt ille mortis inchoator rusticus
Insulsa terræ deferens libamina.

Vide ABEL.

S. Cæcilia.

Hæc sata sublimi Graecchorum sanguine Virgo,
Clara atauis, opibusq; potens pulcherrima Virgo.

Cœna Dominica.

Auctor. *Proditor haud prodit signo: Communicat vnctum,*
Cælestes epulas vltima cana suis.
Ergo Christicolæ tudam execrentur, amentq;
Aeternantem animi participare cibum,
Vida. *Sic tamen vt veras vero cum sanguine carnes*
Credamus cuiuis corpus & omne dari.
Bis sex cum sociis epulatus nocte suprema,
Insolitasque dapes, insuetaque pocula mensis
Intulerit, miranda nouo de more locutus,
Vtque laboratam Cererem, immedicataque liba
Fregerit, & socios dederit partitus in omnes.
Diluerit q; merum patera libantibus eadem,
Vtq; omnes verbis extremum affatus amicis
Non illas de more, dapes, non pocula sueta
Testatus dare, sed formam sua viscera in illam
Vera ac viua nouis epulanda apponere mensis.
Hoc est corpus, ait, meus hic de vulnere sanguis
Fundendus, commissa hominum qui diluat omnia.
Hoc est, hoc omnes haurite ex pocula fonte,
Sic facite, & posthac seruate in secula morem.
Idem. *Et sacris moniti iam nunc assuescite mensis.*
Vita pijs erit atque eadem mors sontibus esca.
Vno eodemq; salus fluet atque è fonte venenum.
Sic ait, atque suis manibus sese ipse ferebat,
Ipse onus. ipse oneris pariter moderator & auctor.
Omnes dum sacro libamine pauit ad vnum
Idem. *Factorum ac decorum monumentum insigne suorum,*
Idem. *Diuinas libate dapes libate beata*
Ensius. *Pocula, velatumq; dapis sub imagine numen.*
Idem. *Tu Cererem exiguam nati conuertere in artus Diuinos.*
— suprema inter solemnia cœna.
Ante aram lustrati animis libamina sacra Accipimus,
Ipsum se nobis epulandum præbet.

Cana.

Vida. *Cana Galileia.*
Cana fuit vetres Galileia rura coloni
Quà curuo terram moliti vomere vertunt.
Inuencus. *Vbi fontanas vini mutauerat vndas Christus.*

Ca-

Canaan.

Ora Gananeitis. Canaæque virentia tempe. Canaæ plagæ. Vida.
Canaæ fatalia rura, felicia rura.

Cantare & laudare Deum.

Da puer plectrum; choraïs vt canam fidelibus Prudent.
Dulce carmen, & melodum Christi insignia,
Hunc Camæna nostra solum pangat, hunc laudet lyra.
Psallat altitudo cæli psallant te omnes angeli, Idem.
Quicquid est virtutis vsquam psallat in laudem Dei,
Nulla linguarum, silescat, vox & omnis consonet.
Te senes & te iuuentus, paruulorum te chorus. Idem.
Turba matrum, virginumq; simplices puellulæ
Voce concordes pudicis personrepant concentibus:
Fluminum lapsus & vndæ, litorum crepidines,
Imber, æstus, nix, pruina, sylua, & aura, nox, dies
Omnibus te concelebrent seculorum seculis.
Laudate vestrum Principem omnes beati. Idem.
— docta mulier psallere Idem.
Hymnum canebat carminis Dauidici.
Carmine Dauidico diuina poëmata pangens Fortunat.
Cursibus assiduis dulce reuoluit opus.
Stamina psalterij lyrico modulamina texens,
Versibus orditum carmen amore trahit.
Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis
Clerus & ecce chorus resonat, plebs inde choraulis, Idem.
Catibus angelicis hominum sociata propago Idem.
Reddit honorificum laudis amore sonum. Idem.
Alternis vicibus diuina poëmata psallunt,
Atque creatori mystica verba canunt.
Lucida syderea cæli strepit aula tumultu,
Laudibus & domini concutit astra fragor.
Et Dauidiacis resonant alterna Camænis Pulpita.
Dauidicisq; gestiunt psalmis chori.
Ducitur interea monachis nox peruigil hymnis, Auctor.
Et compacta Dauidica cunna resultat, Idem.
Quæ veterum tuba, quæue lyra Fortunat.
Flatibus incita, vel fidibus
Diuitis omnipotens opus, Quæq; feruenda patent homini. Prudent.
Laudibus æquiparare queat? Te pater optimo mane nouo
Solis & orbita cum media est, Te quoque luce sub occidua
Sumere cum monet hora cibum nostra, Deus, canet harmonia
Quod calet halitus interior, Corde quod abdita vena tremit,
Pulsat & incita quod resonam Lingua sub ore latens calcam

Laus

Laus superi Patris ista mihi.
Sic nos munerib tuis refecti Largiter Deus omnium bonorũ.
Grates reddimus, & sacramus hymnos
Concentu parili suaue sonantibus
Hymnorum modulis dulce canunt melos.

Vide Deus, Cantare, Orare, Componere Carmen, & Laudare.

Capernaum.

Vrbs præclara situ est, vbi ciuica iura tenebat
Christus Idumæi, dum timet hostis opes.

Cardinalis, *vide* PARNASS.

Carmelitæ.

Mant. *Inclyta Carmeli traxit te gloria montis.*
Idem. *— factus pastor communis habebas*
Ius super Heliæ totum genus, omnia iussis
Parebant Semnaa tuis Asiana per aruã.
Tunc nostros Europa patres non nouerat, inter
Assyriæ montes loca per deserta latebant
Per syluas Arabum, Nili stagnantis ad amnem.
Idem. *— Carmeli venerabilis incola montis.*
Idem. *O Pater, ô princeps, ô dux Heliſee meorum Heliadum.*

Carmelus mons.

Vida. *— Aduersus Carmeli vertex.*
Jdem. *— ardua rupes Carmeli.*
Cæsariæ mons est in finibus æquora propter
Vertice sublimi surgens in sydera siluis
Vndiq; crinitus statio placidissima semper,
Nam cum friget hyems, & solis & æquoris æstum
Accipit, æstatem frigenti temperat aura,
Heliæ magni quondam domus, illius inquam
Heliæ, qui vixit, adhuc vbi nascitur Eurus,
Sanctificat locus hic homines, noua corda, nouosq;
Influit affectus, hic sunt ergastula vitæ
Simplicis & mundæ, qualem vixere parentes
Ante nefas primum. Diui labuntur olympo
Sæpius & sanctis habitant cum patribus.

S. Catharina.

Mant. *— Sancto metuens Catharina pudori. Regia progenies.*
Mant. *— patri nata vnica Costo.*
Jdem. *Costis adesse videt.*
Jdem. *Costidis aggressi pugnam,*
Idem. *Splendida Lucifero similis Catharina.*
Jdem. *Te Lagidarum à sanguine ductam Commemorant.*

Ossi-

Ossibus angelicæ Cœsto sata Rege cohortes Auctor.
Sinai nobiliant culmina Virgo tuis. Fr. Lud. à S:
Eximium Catharinæ decus Memphitidis oræ. Mal.

Christiani.

— fortunata piorum agmina Cœtus superum. Zan.
— Christo iurata ecclesia soli Gens pia.
Christicolæ, Christiadæ.
Christiadum populus Fortunat.
O dilecta manus, quæ Christi militat armis, Auctor.
Iamq; ruit pauci Tarpeia in rupe relictis Prudent.
Ad syncera virûm penetralia Nazaræorum.
Atq; ad Apostolicos Euandria curia fontes,
Cultores Christi. Nos genus electum Christi. Vetrinus.

Christus.

— nulliq; obnoxius æuo. Vida.
Fœtus ab æterno genitu sine matre parente Idem.
Filius, æterno proles æquæua parenti, Idem.
— Patris vera atq; simillima imago.
Verum de numine numen
Clarum de lumine lumen Patris dextera. Idem.
Mirabile verbum. Pietatis origo Patris inuicti robur.
Filius omnipotens patris omnipotentis.
Magni pastor ouilis. Idem.
Cælo contermina vertice turris
Referans cœli penetralia vectis
Dei certissima proles, Dei indubitata propago.
Omnipotens verbum, finisq; & originis expers. Idem.
— stellantis olympi Rege satus.
— De fonte oriens fons Bis genitus Custos Vigil,
Nascitur humana sub imagine, nascitur ille, Idem.
Qui semper fuit, est & erit, cui sydera parent,
Mortaliq; Deus regitur sub mole, nec artus
Respuit humanos, nec vitæ incommoda nostræ
Factus homo, mortiq; etiam se subijcit vltro.
Virginei partus, magnoq; æquæua parenti Zan.
Progenies superas cælo quæ missa per auras
Antiquam generis labem mortalibus ægris
Abluit, obstructiq; viam patefecit Olympi.
— vigor ortus ab alto
Irradians, vigor omnipotens, vigor omnia replens Idem.
Descendit, Deus ille Deus, totoq; per artus,
Dat sese miscetq; vtero, quo tacta repente
Viscera contremuêre, silet natura, pauetq;

Attonita similis, confusaq; turbine rerum
Idem. *Insolito occultas conatur quærere causas.*
Idem. —*speratum per sæcula munus.*
—*verendum Cœlitibus numen, speratag; gaudia terris.*

Christi natiuitas.

Iuuenc. —*clausum quem spiritus ipsis*
Idem. *Visceribus Matris complebit numine claro.*
Nam tua concipient cœlesti viscera iussu
Natum, quem regnare Deus per sæcula cunctis
Et proprium credi sobolem gaudet q; iubet q;.
Idem. *Huic, vbi sub lumen dederis, sit nomen Iesus*
Virtus celsa Dei circumuolitabit obumbrans,
Spiritus & veniet partus, lætissima Virgo,
Ac tibi mox puerum casto sermone iubebit
Idem. *Magnificum gigni.*
Illic virgo nouum completo tempore fatum
Edidit, & leni pannoso tegmine fotum
Sedulius. *Texit, cui durum cunas præsepe ministrat.*
Salue sancta parens enixa puerpera regem.

Christi Transfiguratio.

Iuuenc. *Tum secum iubet abruptum conscendere montem*
Petrum Zebedeiq; duos per deuia natos:
Inde vbi peruentum est secreti montis in arcem
Continuò Christus faciem fulgore coruſco
Mutatur, vestisq; niuis candore nitescit:
Respiciunt comites, medium q; assistere sanctis
Heliæ Mosiq; vident: tum talia Petrus &c.
Talia dum loquitur cælo præfulgida nubes
Circumiecta oculis vestibat lumine montem.
Sedulius. *Et vox è medio lucis manifesta cucurrit.*
Vnicus hic meus est natus, mea summa voluptas,
Nec tamen humano quamuis in corpore Christum
Matris ab occasu mortalia membra gerentem
Clam fuit esse Deum, quia non absconditur vnquam
Vrbs in monte sedens medio, nec subditur ardens
Lychnus, anhelantem, sed spargens altius ignem
Cunctis lumen agit: radians nam testibus amplo
Discipulis fulgore tribus, velut igneus ardor
Solis in æthereum versus Splendore figuram
Vicerat ore diem vestemq; tuentibus ipsam
Candida forma nimis Domini de tegmine fulsit.
O meritum sublime trium, quibus illa videre
Contigit in mundo, quæ non sunt credita mundo.

Chrysostom.

Aurea magnùs habet verè Chrysostomus ora — Fr. Lud. à S.
Eloquij torrens aureus vnde fluit. — Mal.
Aurea facundo qui flumine fundit ab ore
Os sacrum ex auro scilicet ille gerit.
Nomen ab aurato traxit Chrysostomus ore.

Circumcisio.

Instituit q; genus nostrum discriminis ergo — Vida.
Lege iubens testa circum præcidere acuta — Inuentus.
Viderat octauam lucem puer, ecce recidi
Ad morem legis, nomen q; aptare necesse est;
Impositum q; illi est monitis cælestibus olim
Quod Mariæ vox missa Deo præcepit, Iesus
Exiguam, vnde viri sumus omni in corpore partem.
— cum murice acuto
Pellibus in morem scissus genitalia circum
Signum impresserunt generis, nomen q; dederunt
Tum puero generis signum de more vetusto
Imprimitur, qua parte viri sumus.

Communicare. *Vide* COENA DOMINI.

Conuertere & conuerti. *Vide* POENITENTIA.

Crux & Crucifigere.

O crux tincta sacri flumine sanguinis, — Muret.
Olim supplicium mancipiis graue.
Nunc regum capiti præcipuum decus,
Te flexo colimus genu.
Lignum prima homini pernicies fuit, — Idem.
Cum primus vetitam contigit arborem
Captus fœmineis illecebris parens,
Quo se perdidit ac suos.
Sed post lignum homini certa salus fuit
Cum scandens patulam Christus in arborem
(Æternus fieri sic voluit parens)
Vitæ restituit suos
Crux hominum sola procul fugat,
Crux sola insidiis munit ab omnibus
Aduersa intrepidus despiciat, licet
Cuius spes ceruice nititur
Crux benedicta nitet, dominus qua carne pependit — Fortunat.
Atq; cruore suo vulnera nostra lauat.
Mitis amore pio pro nobis victima factus
Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oues.
Transfixis palmis vbi mundum à clade redemit

Atq;

Atq; suo clausit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit clauis confixa cruentis
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertiluate potens & dulce & nobile lignum,
Quando suis ramis tam noua poma geris.
Idem. *Et super crucis trophæo dic triumphum nobilem*
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.
Idem. *Lustra sex qui iam peracta tempus implens corporis*
Se volente natus ad hoc passioni deditus
Agnus in crucis leuatur immolandus stipite,
Hic acetum, fel, arundo, sputa, claui, lancea,
Mite corpus perforatur, sanguis vnda profluit.
Quæq; lupi fuerat raptoris præda ferocis
Idem. *In cruce restituit virginis agnus oues.*
Tensus in his ramis cum planta brachia tendens
Ecclesiam stabuli pendulus ipse cruce.
Hoc prius in ligno reparans deperdita pridem,
Quod vetiti ligni poma tulere boni.
Idem. —*salutifero signo*
Auctor. *Ne crucis incassum rubeant manifesta, Redemptor*
—*Qui genus omne vocans hominum vexilla gerebas.*
Sedulius. *En signo sacrata crucis vexilla coruscant*
Prudent. *Factum vocante somno Castum petis cubile*
Frontem locumque cordis Crucis figura signet,
Crux pellit omne crimen fugiunt crucem tenebræ
Tali dicata signo Mens fluctuare nescit.
Vida. *Dulce optanti animo mihi robur, amabilis arbos*
Infelix olim fueras, feraleque lignum,
Supplicij genus, informis, trabs hospita lethi,
Nunc prope numen habes sancta & venerabilis arbor.
Idem. *Cælo mixta comas, caput inter sydera condis,*
Idem. *Fortunata arbos.*
Idem. —*trabem iam stare nefandam.*
Idem. —*simul in trunco moriatur eodem.*
Idem. —*salus hominum infanda trabe nexa pependit.*
Iamque illum erecto properant distendere ligno
Idem. *Affixum & lenta paulatim perdere morte.*
Idem. —*Infami nunc liber ab orno*
Desiliat, si numen habet, vincula omnia rumpat.
Bencius. *Funestaque trabi fixum.*
—*cæso quam vertice duplex*
Arbos extulerat trabibus per mutua nexis.
Crux fesso gestanda datur, succedit iniquo

Ipse oneri secumq; fera fert pignora mortis.
Ille autem carpit medio flagrante tumultu Idem.
Iniusto sub fasce viam, verritq; trementi
Robore tellurem exanimis.
Parte alia ingentes video de stipibus imis Idem.
Euerti palmas, altas ad sydera palmas,
Infelix opus, vnde hominum lux illa decorque
Pendeat, ah trepidis dirum ac miserabile terris.

S. Cyrillus.

Vrbis Alexandri pastor. Mant.

DÆMONIACI.

— egresso iuueni mirabile dictu Iuuenc.
Occurrit, miseram cui mentem spiritus arte
Horrenda implebat Lacerans virtute furoris,
Oblatusq; illi est, quem damonis horrida virtus,
Et lingua & visu truncatum viuere pœna,
Et propriis escam cruciatibus esse volebat.
— vexat am damone sæuo. Idem.
— bacchata puella sub stimulo Pythonis. Arator.
— ab atro damone cordd premi. Idem.
Obsessum furiis atque ore immane furentem Vida.
Ferret opem, saltem furiis tam tristibus illum
Solueret, excuteretq; animo crudelia monstra.
Tam diras iactat voces lymphatus ab ore.

Daniel Propheta.

Hebræumq; decus Daniel. Sedulius.
In foueam Daniel proiectus ad ora leonum est.
— Quo viso turba leonum
Dedidicit rabiem, postaque cupidine pastus
Optauit vacuo primum ieiunia ventre.
Fati conscius arcani Dauiel.

Dauid.

Dauid psalmographus. Fortunat.
Dauid cura Dei, vatum decus atque potentum. Auctor.
Rex vatesq; idem superos modulatus honores Idem.
Quo melius nemo.
Talia Iessiades cantor, rex atque propheta dixit Prudent.
Dauid paruus erat, fratrum vltimus & modo Iessæ
Cura gregis citharam formans ad ouile paternum,
Inde ad delicias Regis, mox horrida bella
Conserit, & funda sternit stridente Goliam.
A Patre qui sanctum ducit Iesse genus.
Psaltes sanctissimus. Iessæus vates. Isacides vates.

— lyræ fundæque peritus.
— qui verbere fundæ
Præcipitem immani deiecit mole cyclopem.
— iungens carmina sacra lyræ.
Isacides, quo non Regum præstantior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.
— actæ verbere fundæ.
Isacides vasta deiecit mole gigantem.
Dauida canorum.

Debora Prophetissa.

Lapidothis, Lapidothi vxor.

Diabolus & diabolorum Princeps Lucifer.

Aſt vbi Noctipotens manus haud ignara nocendi
Incautos petit inferno ſummiſſa barathro,
Lucifugæ peſtes, terræ ſine corpore vitæ
Intentantque dolos, nobisque illudere doctæ,
Idem. *Nituntur recto captas abducere mentes*
Nil animi nocuêre truces ſine corpore vulgus
Nubiuagum, aërias quod clam volitare per auras
Atque hominum perhibent mentes abducere recto.
Idem. *Peſtibus his magna inuicta virtute reſiſtis.*
Non tamen inuidia volucer tibi defuit hoſtis
Idem. *Noctipotens pulcris ſemper contrarius orſis.*
Idem. *— nigris manus importuna ſub oris.*
Protinus acciri diros ad regia fratres
Idem. *Limina, concilium horrendum*
Lucifugi catus, varia atque bicorpora monſtra,
Pube tenus hominum facies, verum hiſpida in anguem
Deſinit ingenti ſinuata volumine cauda,
Gorgoneus hi, ſphingaſque obſcæno corpore reddunt,
Centauroſque hydrasq; illi igniuomaſque chimæras,
Centum alij Scyllas, ac fœdificas harpyas,
Et quæ multa homines ſimulacra horrentia fingunt.
Omnes luctificum fumumq; atroſq; procaci
Ore oculiſque ignes & vaſtis naribus efflant.
Omnibus intorti pendent pro crinibus angues
Nexantes nodis ſeſe, ac per colla plicantes,
In manibus rutilæq; faces, vnciq; tridentes,
Queis ſontes animas ſubigunt, atque ignibus vrgent.
Idem. *Hortantes ſcelera, ac varius mortalia ludunt*
Pectora imaginibus, rectique obliuia ſuadent.
Nec non ventorum tempeſtatumq; potentes
Nubiuagum genus, haud certa ratione locati

Nim-

Nimborum in medio consueti nocte vagari.
Tartarei proceres, Authores scelerum. Idem.
Noctipotens manus Hostis noctipotens. Idem.
Flammea semiferi capitis gestamina quassans. Idem.
Lucifugi raptim trepido adsunt agmine fratres, Idem.
Humana facie crurum tenus, inde dracones
Terribilem referens se cernere dæmonis vmbram Fortunat.
Bestia bella mouens humanis mentibus. Auctor.
Dæmonicas etiam species, falsasq; figuras Fortunat.
— quicquid ferus incitat hostis. Idem.
Perfidus, horribilis, trux, lubricus, inuidus, anguis Idem.
Lubricus hinc repetit mordacia sibilia serpens. Idem.
Deuictasq; animas scelerata dæmonis arte. Iuuenc.
Procul ô procul vagantum Portenta somniorum Prudent.
Procul esto peruicaci Præstigiator astu
O tortuose serpens, Qui mille per meandros,
Fraudesq; flexuosas Agitas quieta corda
Belzebub callidæ Commenta Christus destruit. Idem.

Vide PLVTO, FVRIÆ & TENTATIONES.

Lucifer.

Lucifer ille chori caput alitis, & iubar alto Vida.
Excussus cælo, lucemq; exutus in ima
Coniecit sese, & nigris immiscuit vmbris. Idem.
Ac centum geminus flammati vertice supra est
Arbiter ipse Erebi, centenaq; brachia iactat. Idem.
Centimanus, totidemq; eructat faucibus æstus. Idem.
— Rex nigram igne tricuspide dextram Armatus. Idem.
— nigræ dux ipse cohortis. Idem.
— Rex ipse Erebi generis fœdissimus hostis
Humani, nostras qui recto auertere mentes Nititur. Idem.
Sensit atrox Erebo vmbrarum regnator in imo. Idem.
Coluber malesuadus, pellax. Hydrus acerbus, Idem.
— mundi regnator opaci. Phlegetontis heros. Idem.
— rex illætabilis aulæ. Idem.
Cerberus exululans. Anguis victus. Idem.
— victum anguis furiale venenum.

Dies nouissima. Vide IVDICIVM EXTREMVM.

Diluuium. Vide PARNASS.

S. Dionysius Areopagita.

Gallorum sublime decus, rarissima gentis Mant.
Gloria Cecropiæ, toto Dionysius orbe
Altior, è magnis superum primatibus vnus,
Cecropides Dionysius. Idem.

S. Dominicus.

Mant. — *Patri, qui nomina duxit,*
A Domino, genus Hesperiis qui traxit ab oris.

Elias & Helias Propheta.

Juuencus. *Elias quondam quem turbine iussa coruſco*
Flammipedem rapuit ſimulatio quadriiugorum.
Eliam veniſſe iterum, quem præpete curſu

Idem. *Turbine cæleſti quondam ſimulata quadrigis*
Aſtris inſeruit rapida vi feruida flamma
Heliam corui quondam pauêre miniſtri
Vetus ſacerdos ru is hoſpes aridi.

Prudent. *Flammifero quondam inuectus curru,*
Vida. *Igniuomo tranſuectus ad æthera curru.*
— *Helia iam tum trans aëra vecto,*
Quem viuum cæli regio excipit,
Auſus letho multare Baalis alumnos.
Thesbites Numine plenus Elias.
Helias qui viuit adhuc, vbi naſcitur Eurus.

Eliſæus Propheta.

Somphatides, Eliſæ,
Et comes, & magni tandem ſucceſſor Eliæ.
Magnus vates Ebrææ gentis.

S. Elizabeth mater Ioh Baptiſtæ.

Heliſabe ſobolis exors.
— *Heliſabe, cur dura negabat,*
Spem generis ſobolem Lucina & pignora lecti.
Nulla tulit fato Diuûm
Ferens vtero pignus ſperatum.
— *grauis ſexti cum pondere menſis.*

Emaus.

Extulit aërias Emaus vbi turribus arces.
— *Cleophas Emaunta profectus.*

Enoch filius Iared.

Enochus Iarides
Raptus ad ætherias Enoch cum corpore ſedes.

Epiſcopus, & Archiepiſcopus.

Fortunat. *Antiſtes Domini meritis in ſæcula viuens*
Gaudia qui Chriſti de grege Paſtor habes.
Idem. — *recolligit Rector gregem.*
Idem. *Paſtoris arce cognita gauiſa ſunt ouilia.*
Idem. — *velut alter Aaron Sanctiſſime præſul*
Idem. *Eccleſiæ fultor, laus regni, paſtor egentum,*
Idem. *Cura ſacerdotum, promptus ad omne bonum.*

— al.

— alme Pater, Christi venerande Sacerdos, Idem.
Ecclesiæ lampas sub te radiante coruscat, Idem.
Lumine Pontificis fulget vbiq; fides.
Culmen honorificum, Patrum pater, Archisacerdos,
Pontificale decus proficiente gradu
Pastor opime gregis cunctis tua pabula prosunt
Præsul honoris apex generis, fideiq; cacumen,
Cultor agri pollens, Pastor optime gregis.
Palma sacerdotij. Gloria pontificum.
Summe Pater patriæ, toto venerabilu orbe.
Pontifices summi, fidei viâ, semita vitæ,
Quos dedit omnipotens Luminis esse duces.
— sedet ipse sacerdos
Infula cui nitidos aduelat candida crines,
Imbuat vt sacris animas, & muniat armis.
Metropolita sacer. Fortunat.

Vide SACERDOS & PAPA.

Esaias Propheta.

Diuidit Amosiden in partes lamina serræ. Esaias vates.
Vates, quem vates edidit Amos.
Afflatus sancto vates præcordia motu.
Natus Amo Iudæ clara de stirpe nepotum.

Eua prima parens.

— Coniux leges & fœdera soluens
Heu quantum nocuit toti tunc vnica mundo
Insidiis Satanæ fœmina facta nocens.
— cum tam cælestia fœdera rupit
Prisca hominum genitrix, & Matrum maxima mater.
Primus homo, & morti sese, & genus omne futurum
Subderet Eua parens, blandis heu credula dictis
Præcipitemq; virum sua secum in fata loquendo
Attraheret nimium orepotens & munere fandi.

Eucharistia, Communicare.

Cælestes epulæ, certa piis salus Muret.
Quas apponit amor, pura rapit fides
In queis ipse cibi perpetui loco cœnæ se Pater exhibet.
Hic verbum Domini fallere nescij
Cæcis iudicium sensibus abrogat,
Quod non est, oculi cernere se putant,
Nec præsens, quod adest, vident.
Sub panis specie viua latet caro,
Sub vini specie sanguinis, & vtrâq;,
Sed tantum species sumitur altera

Christus sumitur integer
Fortunat. *Muneribusq; piis dotasti altaria Christi*
Cum tua vasa ferunt viscera sancta Dei.
Nam cruor & corpus domini libamina summi
Sedulius. *Rite ministerium te tribuente venit.*
Panis adest Christus.

Vide porro Sacrum seu Missam celebrare.

Eutyches hæreticus.

Eutychis impietas confundit vtrasq; sub vnum.
Naturasq; inter se coijsse putat.

Ezechias Propheta.

— rex colubrum qui fregit ahenum.
Achasides, Achaz filius.

Ezechiel Propheta.

— quiq; obruta terra,
Indutis membris animari viderat ossa
— in effossis conspexerat ossa sepulcris.

FIDES.

— Quæ nunc prensa fide sed in æthere quondam
Præsenti intuitu gens fortunata tenebit
Prævia fax fidei, qua sola sydera adimus.
— Astra sueta subire fides.
Christum fido supponere cordi,
Et fidei incrementa nouæ.

GEDEON, Ioiades. Ieasatus.

Gomorrha.

— Asphaltis mersa Gomorrha lacu.
Et facta immundus fœda Gomorrha cinis.

Hæresis, & Idololatria.

— sacrata q; soluere iura,
Vida. *Et numen violare noua sub relligione.*
— vanas q; reliquerit aras,
Idem. *Et simulacra Deum falsos reddentia vultus.*
Primo ipsam vt meritis præsens deuinxeris Albam,
Idem. *Expulerisq; adytis mentitos numina diuos*
Indigetes, verumq; Deum detexeris vrbi,
Implentem maria ac terras cælumq; profundum.
Quandoquidem ille nouos ritus, noua sacra per vrbes
Instituit, priscasq; audet rescindere leges.
Idem. *— leges abolere parentum*
Antiquas cupit, atq; nouos inducere ritus.
Sic veteres sanxere, sed & vetera ipsa retractans
Iura, nouas fingit simulato numine leges,

In-

Instituitq; nouos ritus, noua sacra per vrbes.

Helcana *Samuelis Pater. Ieromides. Ieromæ filius.*

Helias Propheta, *vide* Elias.

Heliseus Propheta, *vide* Elisæus.

Herodes.

Putribus Herodes lendibus esca fuit.
Rex impius, insanus, cæcus, brutus, Tyrannus, Idumæus,
Crudelis, ferus Contemptor diuûm.
Cui lendes tabo lurida membra terunt.
Vulpes Idumæa. Iuuenc.
Rex fuit Herodes Iudæa in gente cruentus, Sedulius.
— ferus arbiter aulæ Æstuat Hebrææ.

Herodias saltatrix.

Sic ante Herodem nitida cum veste puella
Exercet blandita cohors, dux fœmina facti.

Hiericho.

Et iam palmosa subit Hierichuntis ad vrbem. Vida.

Hismael Abr. *ex ancilla filius Agarides.*

Hierusalem.

— Solymas per longa viarum deueniunt. Iuuenc.
Mœnibus in Solymis. Idem
Talia Dauidicam post facta reliquerat vrbem. Sedulius.
Peruenit hinc abiens sublimen Petrus in vrbem, Arator.
Qua retinet vexilla crucis.

Diuersa nomina vrbis Ierusalem.

Solyma, Iusa, Bethel, Ierosolymea, Iebus Heliæ
Vrbs sacra Ierusalem dicitur, atq; Salem.
— Solymumq; ideo haud ignarus ad vrbem Vida.
Phœnicum extremis remeans de finibus ibat.
— Solymoram ascendimus vrbem. Idem.
Ille iter antiquas Solymorum instaurat ad arces. Idem.
— Solymorum se intulit vrbi. Idem.
Ergo ingens tum sceptriferam conuersus ad vrbem. Jdem.

Holofernus, *Caput Holofernis.*

S. Hieronymus.

Hieronymus Stridone satus.
Tunc etiam Bethlei præclari nominis hospes,
Hebræo simul & Graio Latioq; venustus
Eloquio, morum exemplum, mundiq; magister
Hieronymus libris valde excellentibus hostem Dissecuit.

Jacob Patriarcha.

Hic natum senior nudo Isacon ense petebat Vida.
Infelix Pater, exequitur dum tristia iussa.

Aſpiceres illum toto iam corpore niti
Dextram attollentem, &c. Iſacides Iacobus.

Japhet.

— Semo cum fratre Iaphetus.

Sedulius. Idololatra & Idololatria.

Heu miſeri qui vana colunt, qui corde ſiniſtro
Relligioſa ſibi ſculpunt ſimulacra, ſuumq;
Prudent. *Factorem fugiunt, & quæ fecêre verentur.*
— Veterum cultura Deorum
Immanſuetaſuas & cæremonias.
Idem. *Gens Pagana Deo ſperneret agnito.*
Vitiis ægram gentilibus vrbem,
Idem. *Sunt hæc Barbaricis gentilia numina pagis.*
— obſedit gentilia numina patrum Vana ſuperſtitio.

Idumæa, vel Idom.

Vida. *Ardua montis Idumæi Sancta vertex Idumes.*
Thurilegæ centum oppida Idumes,
— Palmoſæ ſaltus atque ardua Idumes.
Idumæa ora, Idumæus trames.

Ieremias Propheta.

— nec qui Babylona petebat Ieremias.

Ieroboam.

— noua cultus ſemina finxit Ieroboam,
Ierobeas vituli cultor.

Vida. Infernus.

Quo ſubitò intonuit cæcis domus alta cauernis
Idem. *Vndiq; opaca, ingens, antra intonuêre profunda.*
Idem. *— ſenta ſitu loca Sole carentia tecta.*
Idem. *— illætabile regnum.*
Per cæcos aditus, & præcipites anfractus
Solis inacceſſos radios, loca nocte perenni
Obſita terrificant cæca formidinis aulam,
Hic ſtabulant, viuisq; tenet imperuia regna
Noctiuagi fratres, ſuperûm quos ira parentis
Cœlo immanè nefas animis excuſſit adortos,
Tartareiq; genus miſerabile merſit in antris.

Innocentes ab Herode cæſi.

Auiet. *Cantemus tenerorum agmina Martyrum,*
Queis Regis rabies abſtulit impij.
Cunas innocuo ſanguine proluens,
Chriſtum perdere dum furit.
O nullis feritas cognita ſeculis,
Materno pueros è gremio rapi.

Per-

Perfossa & rutilis corda mucronibus,
Lac cum sanguine funderent.
Crudeli tinxit Bethlemica compita cæde.
— teneroq; sub vbere plebem Iuuencus.
Innocuam, in sinubus rigido succumbere ferro. Idem.
Saluete flores martyrum, Quos lucis ipso in lumine Pudent.
Christi insecutor sustulit, Ceu turbo nascentes rosas.
Vos prima Christi victima Grex immolatarum tener
Aram ante cruces simplices Palma & coronis luditis. Idem.
Impius innumeris infantum cordibus hostis
Persurit Herodes, dum Christum quærit in illis.
Fumat lacteolo paruorum sanguine cunæ,
Vulneribusq; madent calidis pia pectora matrum.

Inspirationes diabolicæ.

— Ille dolos versutis artibus aptans nectere tentator pperat. Iuuenc.
Principio spargunt occultum in pectora virus. Vida.
Vipereamq; viris animam cæcumq; furorem
Inspirant, odiumq; animis & crimina linquunt. Idem.
Hinc miserum inuadens præcordia ad intima sese
Ingerit, atq; imis dirum implicat ossibus ignem. Idem.
Tartareæ haud vlli visæ sine corpore pestes,
Nec mora, nec requies, sublapsa in pectora cunctis
Eripiunt mentem, atq; animis incendia miscent. Idem.
Hic Nicodemus erat pesti impenetrabilis vnus. Idem.
— pestis latet intus, & omnem
Eripuit miseris lucem, victisq; veneno
Pestifero nebulas offudit mentibus atrus. Vide Decipere.

Ioab, Zemiades.

Joannes Baptista.

Primus Ioannes, humeros cui lucida vestit Mant.
Pellis, & aurati pendent in tergore villi.
Sanctorum soboles sera parentium Muret.
Solis perpetui prodrome Lucifer.
Quæ ceruice dies ab immerenti Auctor.
Baptistæ memorat caput reuulsum.
Trans vterum matris quasi per specularia cernens Fortunat.
Materna & puero membra fenestra fuit.
Quando exultauit ventrem de ventre salutans
Dum pede non potuit, motibus iuit iter. Juuenc.
At tu parue puer sanctus dignusq; Propheta
Diceris & Dominum mox prægradière viando Jdem.
Zachariæ soboles.
Texta camelorum fuerant velamina setis

Et zonæ pellis medium cinxere Prophetam,
Aruis qui solitus ruralibus esse locustas,
Et tenuem victum syluestria mandere mella
Iustus Ioannes, populos qui lumine lauit
Lex omnis summam Baptistæ à tempore capit
Idem. *— pastus Baptista locustis*
Idem. *Syluarumq; fauis, & amictus veste cameli.*
Matre satus sterili Felix natalibus.
Regis cælitum prænuncius Numine plenus.
Speratum pignus Sterili data pignora matri.
— Iuuenis velatus corpora setis.
Zachariades. Abiades vates, à genitore.
Agnifer vates, Tuba viua Dei Zacharides.
Æmulus magni vates Eliæ Christi tuba prima.
— egregius vates, cui gratia dulce
Nomen habere dedit.
— sacra de stirpe creatus Abiada.
Qui de more tuba resonans deserta per aruæ
Strauit ad incessum Domini loca senta viarum.
Et vitam in melius conuertere labe relicta,
— vates, qui gressum in sorte docendi.
Ante Dei natum ceu noua stella tulit.
— Vatemq; in luminis aras E sterili producit auis.
Præmisit vatem egregium his finibus ortum
Vida. *Nomine Ioannem Helisabe quem numine plenum*
Zachariæ extrema parit infacunda senecta,
Gentibus ipse Deum, vt natum prænunciet ore
Proderet, atque suas spes fesso ostenderet orbi,
Iul. Scalig. *— Regis præcursor olympi,*
Sancta anima & tactis cœlorum exercita fatis,
Vltima legifera natura meta Ioannes,
Cui fului claros humeros immane cameli
Tegmen obit, nudoq; sonant de vertice nimbi.
Idem. *Vox ego nequicquam sterili clamantis in ore.*

Ioan. Euangelista.

Muret. *Christo præ liquidis charus Apostolis,*
Qui supra Domini pectus in vltimis
Discumbens epulis compositi caput.
Mant. *— Ioannes aquilæ signatus amictu*
Lucet in albenti, mentoq; & vertice canus.
Felix qui se aquilæ more super colos
Muret. *Tollens & nitida in luce Deum videns*
Diuino eloquij flumine filium æqualem docuit Patri.

Mo-

More vloans aquilæ verbo petit astra Ioannes. Sedulius.
— exigua Bethsaide cretus Vida.
Vates, qui mira notabat Visa Dei iussu.

Iob.

Et Iob cultor erat veræ pietatis, & æqui
Fors non æqua fuit, sed erat Deus æquior illi,
Qui forti impositum mente ferebat onus.
Luxit in ærumnis decus & constantia Iobi.

Ionas Propheta.

Propheta cauo quantum sub pectore cœtè Iuuenc.
Temporis absumpsit.
Hic & Ionæ monitis potiora iubentur, Iuuenc.
Bellua cùm tenuit ventris sub carcere vatem. Idem.
Ionas puppe cadens ceto sorbente voratus. Idem.
Ionam Prophetam mitis vltor excitat. Sedulius.
Liberat è ceto fidentem oratio Ionam,
— nec qui pelagi proiectus in vndas
Tres latuit soles monstri fluitantis in aluo.
Ionas, cui teneræ nomen fecêre columbæ.
— Ionam per cærula ponti
Illa luce iterum ceti emersisse latebris
Perpetuum ad Solem, desuetasq; ætheris auras.

Jonathas, *Sauliades, Saulis filius:*

Iosaphat Rex.

Inde nepos Iessæ sapiens & filius Assæ,
Rex Iosaphat Iosaphatus. Filius Assæ.
Abdiæ nepos.

Joseph patriarchæ Iacob filius.

Isacidæ natus. Frater inuisus. Iuuenc.

Joseph Arimathæus.

Hic ab Arimathia nomen gestabat Ioseph.
— Ioseph veniens Arimathide ab ora.
Arimathes vrbis alumnus.
— consors Arimathidos vrbis.
— qui non partes implebat iniquas
Assensu, sed spe pendebat ab auspice Christo.

Ioseph sponsus Mariæ.

Longæuus senior Ioseph senior.
Mathiades Nutans ætate Iosephus.
— tutorq; Iosephus Virginis & pueri.
— Senior, cui credita Virgo.
Regia progenies Nymphæ dignate superbo Coniugio.
— veniens Dauidis origine Ioseph. Iuuencus.

— fabri

Jdem. — *fabri cui nomen Ioseph.*

Iosua.

— *Canæa qui iura subegit.*

Nunides pen. long. Nuni filius.

Iordanes fluuius.

Vida. *Finitimi quà Iordanes fluit agmine dulci.*

Zan. — *Humentum generator aquarum Iordanes.*

Jsaac.

Prudent. *Isaac fuisse paruulum Patri vnicum,*
Qui cùm immolandus aram & ensem cerneret,
Vltrò sacranti colla præbuit seni.
Abramides Tharidæ natus.

Judæa, & Iudæi.

Vida. — *etenim licet omnibus idem*
Sanguis, cognataq; orti sint stirpe nepotes
Omnes Isacidæ, paribus se legibus omnes
Scindit se tamen in bis senas vna tribus gens,
Atq; Palæstinam latè est deducta per omnem.
Libera gens olim, multa munita virûm vi.

Idem. *Beniamidum genus, atq; ipso domus inclyta Iudæ.*
Infelix Solyma, infelix Iudæa propago,
Vltrò infesta pie, non ipsis vatibus æqua.

Jdem. *Orti autem à magno primi ingrediuntur Iuda.*
Per multos ductum Reges genus, hæc tribus vsque
Enumero & virtute caput super extulit omnes.

Jdem. — *tribus ipsa etiam deducta Manassæ.*

Idem. *Nec non Gade sati, nec non Rubene creati Belligero.*

Inuenc. *Israëlitarum cumulatæ gloria gentis,*

Jdem. *Mixtæ sectantur turbæ Solymiq; Syriq;.*

Jdem. *Iudæamq; petit, quà pinguia rura silenter*
Agmine Iordanis viridis prorumpit amœno.

Sedulius. *Hebræumq; Decus Daniel.*

Arator. — *Gens venit ab illo Circumcisa loco.*

Prudent. *Hebræum sitiens fundere sanguinem. Gens Hebræorum.*

Iudæorum ex Ægypto liberatio.

Vida. *Nempè Pharetoniis cantu deducit ab oris*
Isacidum genus, arrepta maris aquora virga
Vt profugum dux findat, aquasq; impunè per altas,
Vt sine nauigiis ierint, pelagiq; profunda.
Sicco calcârint pede, namq; induruit humor
Aridus, & liquidas latè est via secta per vndas.
A tergo tota ex Ægypto curribus hostes
Quadrijugis vecti instabant fulgentibus armis,

Iamq;

Iamq; pios canitemenso pelago alta tenere
Litora, litoreisq; metu se condere syluis.
Nulla mora est, iterum telo tellure recussa
Diuino redeunt in se maria ecce refusa,
Quæ media ingenti dirimebat semita tractu,
Inde hostes ruere, & falsis in fluctibus arma
Armaq; quadrupedesq; & corpora mersa virorum
Aspiceres magis atque magis subsidere in vndis.
Semper & absumptos velut euanescere currus.
Qui medij extabant, medios salis hauserat æstus.
Hic genus ipse tuum Phariis eduxit ab oris Idem.
Et pedibus salsas dans ire impunè per vndas,
Marmoreum tibi strauit iter. pontumque diremit.
Tu mare nauigerum concreta diuidis vnda Idem.
Et populis medios das ire impunè per æstus.
Deus veluti bellator arma Pharaonis
Currus, & omnem exercitum.
Nos insequentem fluctibus maris asperi
Inhospitalibus obruit.
Huic nomen omnipotens: potentes hostium
Demersit alto principes.
Illos profunda ponti inexplicabili
Hausit vorago gurgite,
In ima desedêre, ceu moles grauis
Excisa morte ab arduo.

Iudas Patriarcha.

Iuuit Iuda parens, Christo quandoq; propinquo Prudent.
Nobilis & tali felix Patriarcha nepote.

Iudas Proditor.

Proditor & Iudas, Iuuencus.
Hortator verò, scelerisq; inuentor Iudas. Vida.
— atq; ipse doli fabricator Iudas. Idem.
— Furiis agitatus Iudas,
Iscarius pesti infandæ deuotus Iudas.
Lectorum procerum labes & pestis Iudas.
— falsi simulator amoris.
— Christum qui prodidit ater Iudas. Iuuenc.
Tune cruente, ferox, audax, insane, rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,
Traditor, immitis, fera proditor, impie latro
Præuius horribiles comitaris signifer enses?
Sacrilegamq; aciem gladiis sudibusq; minacem,
Cùm moueas ori ora premis, melliq; venenum

Inseris,

Inferis, & blanda Dominum sub imagine prodis?
Prudent. *Quid socium simulas, & amica fraude salutas?*
Infamem mercatus agrum de sanguine amici
Numinis obliso luiturus iugera collo.

Iudicium extremum.

Ouid. 1. Met. *Esse quoq; in fatis, reminiscitur affore tempus,*
Quo mare, quo tellus correptaq; regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.
Lu. 7. bel. Pu. *Nil agis hac ira, tabe fve cadauera soluat,*
An rogus, haud referet, placido natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent.
Hos Cæsar populos si nunc non vsserit ignis
Vret cum terris, vret cum gurgite Ponti
Se. in He. fur. *Communis mundo superest rogus ossibus ignes Mixturus.*
Iam iam legibus obrutis Mundo conueniet dies.
Australis polus corruet. Quicquid per Libyam iacet,
Et Syrtes Garamos tenet Arctous polus obruet
Quicquid subiacet axibus. Et siccus Boreas ferit.
Auulsum trepido Polo Titan excutiet diem
Cæli regia concidet Certos atq; obitus trahet,
Atq; omnes pariter deos Perdet mors aliqua, & chaos.
Et mors fata nouissima. In se constituet sibi
Idem. *Rerumq; mœstus finis, & mundi vltima*
Immotus aër hæret, & pigro sedet
Nox atra mundo, cuncta mœrore horrida,
Ipsaq; morte peior est mortis locus.
Idem. *Nunc adest mundi dies.*
Supremus ille, qui premat genus impium,
Cæli ruina, rursus vt stirpem nouam
Generet renascens, melior, vt quondam tulit Iuuenis.
Lucretius. *Principio maria & terras, cælumq; tuere,*
Quorum naturam triplicem, tria corpora Memmi,
Tres species tam dissimiles, tria talia, nempè
Vna dies dabit exitio, multosq; per annos
Sustentat aruet moles & machina mundi.
Manil. *Quæsitor scelerum veniet, vindexq; reorum,*
Qui commissa suis rimabitur argumentis
In lucemq; trahet, tacitiq; licentia fraude
Et quisquis vero fauit, culpamve perodit
Proditur, atq; alto qui iurgia pectore tollat.
Vida. *Ille etiam mundo cum venerit vltimus æui*
Terminus, ante noua quàm flagrent omnia flamma.
Arce tua missa ad terram descendet ab alta

Ætheris,

Ætheris, vt vitas hominumq; & crimina discat
Quæsitor, quem non bene vel malefacta latebunt.
Pro meritis statuet pœnas, & præmia cuique,
Cùm verò ingenti flamma arserit orbis vbiq;
Continuò tellure noua, cæloq; recenti
Cernere erit lustrata hominum volitare per auras Corpora.
— *cum terras iterum viset ab aula* Idem.
Syderea, vt vitas hominumq; & crimina discat
Quæsitor, damnetq; Erebo (miserabile) fontes,
Atq; pios cæli vocet alta ad sydera manes.
Deniq; cùm suprema dies illuxerit orbi, Idem.
Omniaq; eliciam patefactis ossa sepulcris,
Atq; iterum in lucem emergent, quos terra tegebat.
Hanc vallem densa, hos implebunt agmina colles Iuuencus.
Tunc cum flammiuoma descendet nube coruscans
Iudex altithroni genitoris gloria Christus
Matres atq; viri, vixq; hausta luce perempti.
Ipse ego iura dabo, mediaq; in valle sedebo
Quæsitor, vitas populorum & crimina pendens,
Vos etiam mecum bis senis sedibus ipsi
Sublimes mortale genus censebitis vnà.
Bis senaq; tribus gentis tum vestra subibunt
Arbitria & vestros mirabitur orbis honores.
— *Veniet non exuperabile tempus.* Bent. lib. 4.
Cum maria & terras, per summa incendia, summo Mart.
Vna diesdabit exitio: cum maxima tandem
Sustentata diu molles procumbet, & atra
Ignibus extinctis stabit caligine calum,
Et ruet ex imis hæc machina fundamentis
Tum verò aligerum clamor, clangorq; tubarum,
Terribili monitu & cineres animabit & ossa:
Quæ terra actutum mirabitur ire sepulcris
Excita: & ad visum vultus natura reflectet.
Namque omnis trepidans soboles humana parentis
Supremi imperio veniet: se sistet ad vnum
Scilicet à prima nascentis origine mundi,
Aurea qui tulerit radianti sceptra pyropo,
Et qui seruili durarit membra labore,
Conditione pari: generis discrimina nulla,
Sed virtutis erunt: iudex erit omnibus idem:
Ipse autem aligerum in medio, cæloque volantum
Collectamque diu metuendum vindicis iram,
Præque crucem & sacra crucis argumenta ferentem

Rex

Rex erit, & media stellarum in luce, coruſca
Nube ſedens, hominum vitas & crimina diſcet,
Pro ſe quiſque ſuam manifeſto crimine cauſam
Solus aget, ſuperûm atque hominum ſpectante corona.
Tum quibus & virtutis amor, dum vita manebat,
Et pia religio cordi fuit, & crucis ingens
Profuit inſigne, vt cæleſtia ſigna ſecutis,
Annuet, & cœli regnorum in parte locatis
Æternum dabit imperium, vitamque beatam.
Hic luxus vbi non molles non vana voluptas,
Turpia laſciua promittent gaudia vitæ:
Qualia quæ pecudum capiunt dulcedine ſenſus.
Sed mentes hominum æternas, nec debita morti
Corpora, digna æui ſemper florentis honore,
Vnus erit diuinus amor qui compleat, vnum
Diuinæ ſtudium laudis: nam quantâ videri
Maieſtas, qualiſque ſolet diuina, beatis
Se dabit aſpectandam oculis: hinc hauriet ignem
Altonitum pectus: gliſcet præcordia circum
Ignis, & ardentes erumpet faucibus æſtus.
Ipſa Dei ſpecies paſcit quæ viſque videndo,
Et linguas atque ora mouet, ſic viſus amorem,
Laudem amor excipiet: capient nec tædia: rurſus
Viſus: rurſus amor: rurſus per carmina laudes:
Mutuaque in ſeſe per munera verterit orbis.
Hoc opus: hæc requies: hic latis mentibus ardor
Vnus erit: cunctis hæc ſubdita flamma medullis.
Illi autem (namq; hæc fuerint ſua præmia iuſtis)
Longè fulgentes, atque vndique peruolitantes
Omniuaga latè complebunt omnia luce:
Ac veluti ſcintilla leui per arundine deuſos
Fulgurat, & volucri percurrit lumine campos:
At miſeros, quorum concretas crimina tardant
Non abſterſa animas, Chriſti qui dulcia iuſſa,
Et monitus cæloque datos terraque probante
Temnere non metuunt, quos veræ tædia laudis,
Nunc capiunt, ferient diuinæ vulnera vocis:
Heu nimium, miſeros, aget irreuocabile verbum
In pœnam ſcelerum æternam, noctemq; profundam,
Terribileſq; vmbras, & formidabile regnum:
Sub loca ſenta ſitu, atq; vltricibus horrida flammis.
Hic vbi perpetuis torrebit viſcera pœnis
Ignis atrox flammis indeficientibus auctus.

Atq;

Atq; edet infelix animas, & conscius angor
Corda dolor, nec finis erit, requiesq; malorum.

Lapsus primorum parentum.

Nos dulces vetita decerpsimus arbore fœtus. Vida.
Tunc cum prima nouas egit dementia gentes Zan.
Arboris auricomæ cælestia carpere poma,
Poma graui seros gustu læsura nepotes.
Adam primus homo damnauit secula poma
Primus Adam letho mutauit in arbore vitam,
Et sua serpentis sub iuga colla dedit.
Alter Adam vitâ mutauit in arbore lethum
Et sua serpentis sub iuga colla dedit.

Latrones cum Christo crucifixi.

— pœnas qui iuxta ob furta luebant Vida.
Supplicio æquali iuuenes gemina arbore fixi.

S. Laurentius Martyr.

Laurenti canimus nobile prælium, Muret.
Qui cum visceribus flammam aleret suis,
Et cratem roseo sanguine spargeret,
Subiectis rubor ignibus
Constanter domini perstitit in fide,
Ambustumq; latus carnifici exhibens,
En istam rabiem, quò magis expleas,
Hoc iam coctum est, ait, vora. Vida.
Audierat Decius Xysti post funera Iberum
Diuitias templi iuuenem occuluisse repostas.
Subiectis prunis Laurentem ferrea crates
Excipit, & fidei lucet in igne decus.

Lazarus.

— antiqua vir nobilitate per omnem Mant.
Inclytus Assyriam, Christi sectator & hospes.

Loth.

Et Lothus immunis pluuiali euasit ab igni.
Haramides, id est, Harami filius.
Loth fugiens Sodomis ardentibus Prudent.

Limbus patrum, &c.

Innocuæ circum sedes secretaq; longè Vida.
Atria circuitu longo, hic incendia nulla
Nulli obsunt penitus flammis vltricibus ignes
Vmbrarum. sed iners requies penitusq; silenti
Insontes degunt animæ quibus haud sua damno
Admissa, at primi scelus exitiale parentis
Detinet hic clausos nostræ nil lucis egentes,

Pœnarum prorsum expertes, nisi luce carerent
Iucunda, qua gens gaudet stellantis Olympi.
Hic Patres sanctum genus, antiquissima proles,
Qui vitam vinclo nullo, non legibus vllis
Compositum incultos primi degêre per agros.

S. Lucia.

Mant. *Tuq; Syracosiam decorans Arethusias vrbem Lucia.*
Idem. *Diua Syracosia celeberrima gloria gentis Lucia.*

Magi, seu tres Reges.

Iuuenc. *Gaudia magna Magi gaudent, sidusq; salutant,*
At postquam puerum videre sub vbere matris,
Deiecti prono texerunt corpore terram:
Submissiq; simul mox mystica munera promunt,
Sedulius. *Aurũ, thus, myrrhã, regiq;, Deoq;, homini q; Dona ferunt.*
Eoi venere Magi.
Ergo alacres summo seruantes lumina cælo,
Fixa Magi, sydusq; micans regale secuti,
Optatam tenuere viam, qua lege futura
Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes.
Thesaurisq; suis pro relligione solutis,
Ipsa etiam vt possent species ostendere Christum
Aurea nascenti iuderunt munera regi.
Prudent. *Thura dedêre Deo, myrrham tribuêre sepulcro.*
Hic preciosa Magi sub virginis vbere Christo
Dona ferunt puero myrrhæq; & thuris, & auri.
Miratur genitrix tot casti ventris honores,
Seq; Deum genuisse hominem, regemq; supremum.

MAGDALENA.

Mant. *Magdali dictam de nomine Magdalenam.*
Magdalena ferens loculos spumantis amomi.

Malchus.

Malchus Idumæis missus captiuus ab oris,
Nulli ferro manum nulli contendere suetus,
Non ea vis illi, non tanta in pectore virtus,
Verum vt se Caiphæ prastantem ostendat in armis,
Cui datus hærebat famulus, nam tuta videbat
Omnia, & audenti nullum hic obstare periclum)
Audet, cedentemq; vltro petit improbus hostem
Ventosam, nequicquam acuens in iurgia linguam.

S. Marcus.

Marce comes Petri quondam, Leuitica proles.
Cui faciant vates os effigiemq; leonis.

Mardochæus, *Iairides à patre Iairo.*

S. Mar-

S. Margarita.

— Tu ſancta Syro dominata Tyranno Margaris. Mant.

Maria mater Chriſti.

Illa eſt arca noui conſcia fœderis, Muret.
Concluſus, Domini delicia, hortulus,
Raſtro intinctus ager ſydere pulchrior,
Et ſponſa, & genitrix Dei. Idem.
O Solis nitido lumine pulcrior
Virgo, conſtituit quam Deus vnicam
Expertem maculis omnibus, vt foret
Nato digna parens ſuo.
— Virginis integræ Idem.
Ex aluo nitida Sol nouus emicat.
Grata ſalutiferæ lux eſt octaua Parenti. Manr.
Lumine plena micans imitata eſt aula Mariam, Fortunat.
Illa vtero lucem clauſit, & iſta diem.
Inde Dei genitrix pia Virgo Maria coruſcat,
Virgineasq; agni de grege ducit oues.
Hanc Deus ingrediens hominis quæ neſcijt vſum,
Sola ſuo nato conſcia Virgo viro.
Virginitas felix, quæ partu eſt digna Tonantis,
Quæ meruit Dominum progenerare ſuum.
Templa creaturis ſunt membra pudica puellæ
Atq; habitat propius tale cubile Deus.
Quantum ſponſa poteſt de virginitate placere,
Ipſe Dei genitrix Virgo placere poteſt.
O Virgo excellens, vincens ſuper omnia matres, Idem.
Quam genus erexit, cui Deus alta dedit.
Cuius fructus adeſt, & flos non perdit honores,
Quæ nato eſt genitrix, & tibi virgo manens.
Felix, quæ generi humano ſub tartara lapſo
Ad cælos facta eſt ſors, via, porta, rota:
Aula Dei, ornatus paradyſi, gloria regni,
Hoſpitium vitæ, pons penetrando polos.
Arca nitens, & theca potens gladij bis acuti,
Ara Dei aſſurgens luminis alta pharos.
Celſa ſuper cedros, & vaſta cacumina montis,
Subq; tuis plantis, & rota Solis adeſt.
Quemq; vtero incluſum Mariæ mox numine viſo, Cla. de Chri.
Virginei tumuêre ſinus, innuptaq; mater
Arcano ſtupuit compleri viſcera partu,
Authorem paritura ſuum.
— quam mater numinis alti viſeret. Juuenc.

Sedulius. *Salue sancta parens enixa puerpera Regem,*
Qui cœlum terramq; tenet per sæcula.

Idem. *— quæ ventre beato*
Gaudia matris habens cum virginitatis honore
Nec primam visa est similem, nec habere sequentem.

Vida. *Sola sine exemplo placuisti fœmina Christo.*
Quæ penitus thalami tactusque ignara virilis

Idem. *Numinis afflatu sancta concepit ab aura.*
— pulcherrima Virgo,
Quæ superum puro concepit ab æthere Regem,

Idem. *Semine de nullo nullis temerata hymenæis.*

Idem. *Nympha decus cæli.*
Tu Diua virgo virginum,

Idem. *Princeps Dei puerpera, Regina cæli*
Iudæas inter virgo pulcherrima Nymphas,
Vnica progenies vrbe edita Nazarea.
Ipsa autem æterno præ virginitatis amore
Oderat & thalamos, & se sacrauerat aris.

Idem. *Sanctissima Virgo*
Iam nunc congressus nunquam perpessa viriles
Concepit grauis ætherea diuinitus aura,

Idem. *Regia progenies, genus alto sanguine Iudæ.*

Idem. *Alta parens superum.*

Idem. *Impatiens, exorsa viri. Coniugij genitrix expers.*
Iessæa virgo. Virgo Ebræa.
Alma parens, quam mille acies, quamq; ætheris alti

Zannaz. *Militia, & totidem currus, tot signa, tubæq;*
Tot litui comitantur, quantiq; agmina gyro Adglomerant.

Idem. *Excute dia metus animo.*

Idem. *— gremium cuius diuinus obumbrat*
Palmes, inexhaustis terras qui compleat vuis.
Virgo casta, exorta claris atauis. Dia parens,

Mant. *Sancta Palæstinæ repetens ex ordine Nymphæ*
Difficiles ortus, & formidata profundo Incrementa Ioui.

Iul. Scalig. *O virgo fata Virgo tui patris inclyta mater.* Vide IESVS.

Martha.

— Expers thalami Innuba.
Officiis gaudens sedula Martha piis,
— Bethanica Virgo.
Quæ immensi dicta est hospita sancta Dei.

S. Martinus.

Fortunat. *Dum chlamydem Martinus inops diuisit egeno,*
Christus ea memorat se bene veste tegi.

— Mar-

— *Martini gesta beati* Idem.
Pannoniæ geniti qua clara Sabaria vernat.
— *Turonum post mœnia supplex* Idem.
Qua Martinus habet venerandæ sepulcra sacerdos. Idem.

Martyr, & Martyrium.

Gloria martyrij cuius opima viget. Fortunat.
Hæc fuit insignis rapiendæ causa coronæ, Idem.
Gloria martyrij sic celebrata nitet.
Martyr ouans cœlos retinet, Idem.
Pro te Christe mori est gloria, vita, quies. Idem.
— *qui vulnere ferri* Idem.
Munere martyrij gemma superba nitet.
Nil suis bonus negauit Christus vnquam testibus. Prudent.
Testibus, quos nec cathenæ, dira nec mors terruit
Vnicum Deum fateri sanguinis dispendio,
Sanguinis sed tale damnum lux rependit largior
Hoc genus mortis decorum est,
Inde alij atq; alij tanto pro nomine vitas
Effudere alacres, in aperta pericula euntes.
— *proceres, qui sanguine fuso* Vida.
Ante diem vitæ pro religionis amore
Proiecêre animas, meriti post funera cælum
Purpureos inter proceres, qui sanguine fuso
Per varia æternam meruerunt funera palmam,
Atq; humiles celso meruerunt æthere sedes. Idem.
Huc ades clarum iubar inter omnes
Cælites, partam nece qui coronam
Induunt pictasque suo colorant Sanguine palmas, Idem.
Et quos insigneis perpessus morte dolores
Pro Christi decore & veræ pietatis amore
Sæpè oblata alta sperta est tibi purpurea mente, Idem.
Longè alios flagrans inhiabas corde rubores,
Si tibi sors vnquàm, si tempora fortè dedissent
Pro templis, arisque tuum effudisse cruorem,
Atq; ita purpurea caput insignire corona.
Nullum adeo horrebas discrimen sponte subire,
Iam duris animum assuetus quæcunq; ferendo. Idem.
Pro quibus optabas (tibi veri tanta cupido,
Tantus amor cœli) mortalem effundere vitam
Fortiter, atque tuo testari vera cruore,
Et petere insignem palma è victrice coronam.
Christum animis, pulcroq; olim per vulnera fuso Benciius.
Sanguine testati latis meruêre piorum Adscribi ordinibus.

Idem. — nunquamne tuam Rex magne cruore
Fas fuerit sancire fidem?
Innumeræ plerumq; acies, matrumq; virumq;
Virginibus mixti & pueri contemnere vitam,
Perq; igneis & tela fera se opponere morti
Gaudentes agni lauerunt sanguine vestes,
Quæ superant candore niues, cæliq; serena
Idem. Nunc è parte Dei aspectu & splendore fruuntur.
Queis funere vitam est
Idem. Extendisse datum, & Christo persoluere honores.
Idem. Qui Christum impauidi quondam cecidere professi.
Et tandem eliciam deuoti sanguinis imbrem.

Vide DEBELLARE, OCCIDERE INNOCENTES.

Martyrii varia genera.

Idem. Huic oculi effossi, dentes huic orе reuulsi,
Auribus hic caruit geminis, hic pollice dextro,
Huic cecidère manus, & iniquo vulnere nares.
Hic tunsus saxo, hic specula deiectus ab alta,
Hic trabe suspensus recta manibusq; volutus
Implicitusq; pedes harentis pondere molis
Tenditur, & toto distentus torpore crescit,
Ille fame absumptus perijt, miseroq; labore
Nudatis oculis teneri munimine valli.
Hic virgarum inter crepitus cadit, ille securi
Obuius ancipiti fulua procumbit arena,
Huic lingua excecta est, succiso poplite, trunco
Corpore, carnifices non irrisere dolentem,
Sed doluêre alta ridentem mente dolores.
Per medium huic cuneus, præfixa huic cuspide contus
Et feriata sudes abiit, illi ensis adactus
Per latus, & calidi fluxerunt sanguine riui.
Huic stimuli admoti, cæsis lacer vndiq; membris,
Hic iacet, ille feris auibus data præda, lupisq;
Viuus adhuc torto sublimis funepependit.
Maxima pars malis auidarum obiecta ferarum,
Quarum viua, nefas, viuo sunt condita busto
Membra hominum, Haud desunt, a gutæ lamina serræ
Aspera quos medios in partes diffidit ambos.
Sunt etiam in quorum bacchatus corpora tortor
Vitales nexus ferro rimatur obunco.
Nuda per excectam diducens viscera pellem.
Sunt quibus intortum valide per terga flagellum
Horrendis cruciata modis, costasq; patentes

Sæuus

Visa tibi? quantus tibi pectora perculit horror?
— vitæ studia illaudata peractæ
Incussans, tendensq; ambas ad sydera palmas
Flebas, purpureasq; genas largo imbre rigabas
Pacem orans, imoq; trahens suspiria corde.
Iamq; animos penitus, sensusq; oblita priores, &c. Idem.
Iamq; sui piget, & curis mordetur honestis
Inde Deum orabat veniam.
I melior, veterum famam iam extingue malorum. Idem.
— & sponte sua commissa fatentes Idem.
Accipio, noxaq; animos & crimine soluo.
Excute dum licet, infandam de pectore pestem,
Quaq; imis te nunc est, addita cura medullis. Idem.
— exuerant fastus moresq; siniſtros.
Et secum inciperet paulatim assuescere recto Idem.
— atq; vltrò commissa fatentes
In lucem è tenebris, altaq; è nocte vocabat. Idem.
— non ille beatis
Sedibus aspiret, nisi tu placabilis idem
Dignatus venia meliorem in pristina reddas. Idem.
— versiq; nepotes
Degeneres surgunt studijs per dura, laboreq;
Exercens lapsam reuocabo in pristina gentem
Ergo vitaleis miseri, dum carpitis auras, Zan.
Dum ratio, tempusq; sinunt, simul ite frequentes,
Ite pij, veniam factis exposcite vestris,
Ite, animas purgate, orciq; inhibete rapinas
Et tandem patrio mentem conuertite cælo.

Papa.

Maxime Pontificum, triplicem qui fronte coronam, Mant.
Et duo sacrata qui geris arma manu.
Maxime Quercentum princeps, & summe sacerdos Idem.
Qui iura & leges Diuúmq; hominumq; gubernas
Ense potens gemino, cuius vestigia adorat
Cæsar, & aurato vestiti murice reges.

Vide porro PARNASSVM, tit. PAPA.

Paradisus. *Vide* PARNASS. tit. PARADISI DESCRIPTIO.

S. Paulus.

Paulus Apostolica simul hac retinetur in aula, Fortunat.
Seductor quondam qui modo doctor ouat.
Et qui prædo prius, hic modo præco manet, Idem.
— Paulus tuba gentibus ampla. Idem.
Paulus præco Dei, qui fera gentium Prudent.

Primus

Primus corda sacro perdomuit stylo.

Idem. *Hic lupus ante rapax vestitur vellere molli.*

Mant. *— ardenti Paulus mucrone coruscans Igneus ore,*

Jdem. *Qui docuit gentes, qui regna per omnia Christū Transtulit.*

Iul. Scalig. *O tuba plena Deo non noti plena furoris*
O & inexhausti vas sine labe boni.

Peccatum Originale.

Vida. *Vsq; adeò veteris serpunt contagia noxæ.*
Contraxti antiquæ signa luenda notæ.

Idem. *Sola malo exorta es veteriq; imperuia noxæ,*
Seu tua te genitrix intactam & prorsus auitæ
Secretam maculæ grauidæ concepit in aluo,
Seu simul atq; vtero concreta es, calicolûm Rex
Communem exemit labem, puramq; reliquit,
Nec uus exoriens pura delapsus ab æthra
Parte olim fœtus foret insyncerus ab vlla
Nec priscam traheret materno à sanguine labem.

Bencius. *— veteriq; parant contagia culpæ Eluere.*

Idem. *— quæ ex omnibus vnis*
Communis maculæ afflatus non pertulit vllos.

Zan. *Tantum lethifera poterant contagia culpæ.*

Jdem. *Antiquam generis labem mortalibus ægris Abstulit.*

Idem. *Siqua manent veteris vestigia culpæ.*

Jdem. *Si quid adhuc manet antiqua de sorde relictum.*

Vida. *— primi scelus exitiale parentis.*
Concretam exemit labem.

Petrus Apostolus.

Mant. *Alter erat senior Petrus, cui candida mento.*
Cæsaries geminæq; micant in pectore claues.

Vida. *Non tulit hoc animi præceps Petrus.*

Idem. *— Petrus Bethsaidos acer alumnus.*

Iuuenc. *Quo veneranda pij requiescunt viscera Petri*
Qui meruit solus claue ligare polos.
Hæc est aula Petri, cælos qui claue catenat

Iuuenc. *Simone dignum cognomine Petri,*

Arator. *Primus Apostolico paruæ de puppe vocatus*
Agmine Petrus erat. Clauiger æthereus.

Philistæi.

— Inferni sedem tenuêre Philistæ.
— populo plebs inimica Dei.
Misraïda. Misraimida Allophili apud Suidam
Alienigenis tellus habitata Philistis.

Re-

Religio vera.

Primo ipſam vt meritis præſens deuinxeris Albam Vida.
Expuleriſq; adytis mentitos numina Diuos
Indigetes, verumq; Deum detexeris vrbi
Concinimus, tum vt tota tuis vltroque citroque
Gallia præbuerit facilis hortatibus aureis
Admirata hominem ſupra te pluruma vbique.
Poſſe Deo plenum, vanaſque reliquerit aras,
Et ſimulacra Deûm falſis reddentia vultus
Sparſeris, vt veri diuinos Numinis hauſtus
Per populos in corda, animosq; in nube iacentes
Obſcura illuſtrans monitis erexeris aures
Ad ſanctum tubar immenſiq; ad luminis ignes.
Sentiat vnanimus nobiſcum nube remota
Sit nobis eadem religio & pietas. Idem.

Vide religionis Christiana deſcriptionem apud Bencium lib. 4 ſub finem.

Rosarium Deiparæ Virginis.

Cui roſa dat nomen reliquis oratio præſtat, Auctor.
Suaue rubens florum eſt flos vultu ille decus.
Nam Deus & virgo verbiq; animiq; rogantur,
Vt precibus totum ſe ſe tota dedat homo.
Ad diuini igitur contende Roſaria paſti
Chriſticola, atq; libens ſtemma ſalutis habe.

Sabbathum,

Ille dies veteri poſcebat lege quietem, Juuenc.
Sabbatha nam priſcis repetebant otia iuſſa.

SACRVM SIVE MISSAM CELEBRARE.

Qui tamen altaris ſacra dum myſteria tractat, Fortunat.
Signando calicem ſigna beata dedit.
Summus in arce Dei pia dona Leontius offert. Idem.
Quilibet acceptis facibus de more ſacerdos Bencius.
Sacra facit, niueam ſacro pro vertice tendit
Hoſtiam, & auratum calicem: tua pignora Chriſte,
Et corpus complexa tuum, complexa cruorem
Diuina complexa dapes, & pocula menſæ
Munera Chriſte tua, & ſæui monumenta doloris.
— dum depoſitis ad templa fideles Vida.
Aſſiduè veniunt operis vitalia liba
Viſuri, & calices iunctis ad pectora palmis

Vide EVCHARISTIA.

Salomon.

Sic Dauidiades ſapiens diuinitus inquis Arator.

Idem. — *ingenium ſoboles Dauidica ſpirans Cælitus infuſum.*

Mant. *Qualis erat feſtis gradiens ad templa diebus*
Splendidus aurato Salomon ſpectabilis auro.

Polit. *Teq; Palæſtini laqueantem culmina templi*
Mentis opumq; potens Salomon.

Samaria, Samaritanus.

Vida. — *ſpargunt q; iugis Samaritida terram Palmiferis.*
Samaritidos oræ, rura.

Iuuencus. — *venit Samaritida Sichen.*

Idem. — *egrediens Samaritis fœmina.*

Idem. — *mulier Samaritica.*

Idem. *Diſpernens veterum Samaritum iuſſa,*

Idem. *Ecce Samaritum populi venere rogantes.*

Sancti vtriuſque ſexus.

Vida. *Adeſte ſancti cælites, Ciues ſuperna Curiæ.*
Cæli delicia beatioris. Sacro numine plenus.

Fortunat. *Cæli incola*

Idem. *Ad Paradiſiacas epulas te ciue reducto*

Idem. *Æterna radiant paradiſi in luce beati*

Idem. *Lætantur q; pijs agmina ſancta choris Siderei proceres*
Nobilitas cæli diues cruce, ſanguine Chriſti.

Idem. *Tu cæleſtem agitans mortali corpore vitam*
Oblitus q; hominem, & cæli caua nubila tranans
Ardua terrarum noſ linquere mente iubebas.

Vide MORS CHRISTIANA, PIVS & ANGELVS.

Scribæ & Phariſæi.

Vida. *Sæua ſacerdotum manus.*

Idem. *Patrum primi templiq; miniſtri.*

Idem. *Primores inter gentis non vltimus ipſe.*

Jdem. *Primores adſunt procerum,*

Iuuencus. *Ecce Phariſæi, ſcribæq; hinc inde doloſi.*

Jdem. *Cæca Phariſæa cognouit factio gentis,*

Idem. *Ecce Phariſæi Sadducæiq; doloſi.*

Jdem. *Scribarum procerumq; ferens ludibria.*

S. Sebaſtianus.

Mant. *Inclytus armorum ductor de nomine Graio*
Quod ſi quis velit in noſtram traducere linguam
Dicet adorari dignum, Venerabile, ſacrum.

Simſon.

Crine potens Simſon. Zargites à patria.
Manoades. Manoa patre ſtemmata trahens.

Sinai Mons.

Vida. — *palmifera nimboſo in vertice Sinæ*

— Mons

— *Mons fumans crebris fulminibus.* Idem.
Culmina Sinæ, Sinai sub monte⌣,
Arua pluuerulenta Sinæ. Alta cacumina Sinai
Legiferi Sinai sub monte⌣.
— *Sinai prope culmina montis.*

Sion mons.

— *alma Sionis templa.*
— *altæ rupes veneranda Sionis.*
— *sacræ iuga celsa Sionis.*
— *culmine sacro*
Montis, qui Solymæ clarius super imminet vrbi.
— *mons porrigitur Boreæ conuersus ad axem.*
Alma Sion locus est, ex quo Deus ora resoluit⌣.
Respice res montis Sionis, & hospita tecta Numinis.
— *Pulchra Sionis de specula*

Sodoma, & Gomorrha.

Quique Gomorrhæus non respexêre ruinas. Prudens.
Cui nondum Sodomen vltrix absumeret ardor.
— *Flammæ vltrices Sodomam inuasêre nocentem.*
Cum Sodomen delent sulphura sparsa polo.
— *Sodomæ turpes pix fuit vlta faces.* (domæ.
Ignis Æthere compulsus picea caligine fontes Inuoluit So-
Cui Sodoma ignitus pœnas dedit hausta procellis.
Loth fugiens Sodomis ardentibus. Prudent.
At cùm in Pentapolim descenderet igneus imber.

Societas Jesu.

Quos vni iuuat assiduè inuigilare labori, Bentius.
Atq; operi licet arma ferox, mortemq; minetur Impietas.
At vos, ô socij, quibus almi nomen Iesu Idem.
Et noua præfixit pietas, & feruidus ardor
Ignatij Patris exemplo.

Sol & Luna Obscurati morientè Christo.

Illum sponte hominum morientem ob crimina tellus Vida.
Ægra tulit, puduit q; poli de vertice solem
Aspicere, & tenebris insuetis terruit orbem. Sannaz.
Testatur sol ipse suum sub nube dolorem
Iam latitans, atrâq; notans ferrugine frontem.
Tu quoq; deformesq; genas, pallentiaque ora
Contegis, inferiasque tuo das luna Tonanti,
Auratum flauo tondens de vertice crinem,
Et lacrymas vda fundens in nocte tepentes.

Spiritus

Spiritus Sanctus.

Muret. *Lustra nostra tua pectora lampade,*
Qui quondam altisono Spiritus à Patre
Lustrasti vnanimes, missus Apostolos,
Linguis deditus igneis.

Vide TRINITAS. SANCTISSIMA.

Iuuencus. *Faminea m sancto complet spiramine mentem*
Corporeamq; gerens speciem descendit ab alto
Spiritus aëream simulans ex nube columbam,
Et sancto flatu corpus perfudit Iesu.

Arator. *Spiritus æthereus descendens sanctus ab aula*

Vida. *Quodq; ab vtroq; fluit consorti spiritus aura*
Numen habet, pariterq; Deus quoq; regnat vbiq;
Omnipotens.

Idem. *Non factum genitumve, nec vllo ab authore creatum*
Prosiluit ecce patris. Gnatiq; è numine eodem
Numen idem, semetq; Deo procedit ab ipso
Numen idem, calor omnipotens diffusilis aura Perpetuo.

Idem. *Amborum communis amor hic aureus ille Halitus.*

Bentius. *Vnicus hic sese terno de fulgure pandens,*
Vt tribus è facibus fulgor coit omnis in vnum
Insinuatq; suum radijs ardentibus æstum
Feruida calicolûm percurrit lumine corda.

S. Stephanus Protomartyr.

Muret. *Lauita Iuuenis fortia pectora*
Ornari solitis tempus honoribus.
Primus martyrij qui sibi lauream
Vitæ prodigus induit.
— Stephanus, quem saxeus obruit imber.
Horrisono lapidum nimbo, crepitante procella Obrutus.
— Stephani errantq; aures & tempora circum
Saxea tela, seges lapidum, glans aspera terræ.
— Stephano crebro impete nimbus
A tergo venit, & ceruicem allidit, & vnà
Vocem animumq; rapit.
— saxi sopitum in turbine tanto.
— Stephanus audens pro nomine Christi
Nullius exemplo inductus profundere vitam
Inter saxa niuis ritu volitantia & ictus.

Susanna. Helchitis, Helchiæ filia.

Templum Salomonis.

Vida. *Mirantur Socij templum, per singula lustrant*
Suspectu molem vasto, artificumq; laborem

Cauti-

Cantibus excisas centum centum ære columnas,
Omnes è solida omnes altis montibus aquas
Tignaque, & aterna ex cedro laquearia ahenique
Æratas porrò stridentes cardine portas
Sectilibusque minutatim sola lauia saxis.
Dum porro ex auro postes, mensasque metallo
E simili, & fixos alta ad donaria currus
Distinctos ebeno, & candenti elephanto:

Templorum thesauri.

Audierat Decius Xysti post funera Iberum Vida.
Diuitias templi iuuenem occuluisse repostas,
Ingens argentum priscorum munera Regum
Crateras magnos, lanceque vnasque scyphosque
Cymbiaque & lychnos, vestesque crucesq; lebetesque
Et tripodas mensasque, & cladem thuris acerras
Effigiesque sacras, simulacraque grandia Diuum,
Hæc super & vestes ostróque auroque nitentes
Inclusasque auro gemmas, aurique talenta.

Tentationes Diabolicæ, Vide INSPIRATIONES.

Thomas Apostolus.

— Didymus, solido cui durius ære
Atque adamanteo robore pectus erat.

Transfiguratio Christi.

Quàm crebro dederat discipulis fidem, Muret.
Confirmare modis dum studet omnibus
Treis secum comites montis in ardui
Adsumpsit dominus iugum,
Illinc frons radiis cincta micantibus,
Solariis nituit lampadis in modum:
Tum qua tectus erat protinus est miri
Vestis reddita concolor
Cum Christo gemini visi etiam senes,
Et iussa ad populum cui dederat Deus,
Et qui sydereas visus erat domos Quadrigis petere igneis.
E nubis nitidæ quin etiam sinu
Hæc dicta omnipotens intonuit Pater:
Hic est, quem eximiè diligo filius. Huius iussa capessite.

Tres iuuenes fornaci igneæ inclusi.

— tres hic impune per ignes
Læti ibant pueri intexti, pariterque canebant Vida.
Cælicolum Regi conuersi ad sydera laudes.
Cernere erat mediis acres fornacibus ignes
Parcere corporibus, longèq; absistere flammas.

Cuius ad imperium pueris insontibus olim
Abstinuit vapor in mediis fornacibus ardens.
— pueri in mediis fornacibus astant
Illæsi, tactantq; tuas ad sydera laudes.

S. Trinitas.

Muret. *Simplex atherei Numinis vnitas*
Quæ distincta eadem est, veraq; Trinitas,
Idem. *O nullus hominum peruia sensibus,*
Naturæ penitus sola capax tuæ,
Cuius condita sunt omnia numine,
Æterna & monas & trias,
Nato æquæua Pater, Nateq; par Patri,
Et manans ab vtroq; inclyte Spiritus Soli tibi sit gloria.
Fr. Lud. *Patris & æquæuæ prolis, flatusq; sacrati*
Splendeat æterna laude perennis honor.
Idem. *Gloria summa Patris, natiq; & flaminis almi.*
Fortunat. *Maiestas persona triplex, substantia simplex,*
Idem. *Æqualis, consors atq; coæua sibi*
Virtus vna manens eadem tribus vna potestas
Quæ pater, hæc Genitus, Spiritus ipsa potest.
Arator. *Personis distincta quidem coniuncta vigore,*
Naturæ vnius par ope, luce, throno.
Tertia sydereis inclaruit hora loquelis,
Prudent. *Hunc numerum Deus vnus habet substantia simplex*
Personis distincta tribus.
Ades Pater supreme, Quem nemo vidit vnquam
Patrisq; sermo Christe, & Spiritus benigne
Idem. *O Trinitatis huius vis vna, lumen vnum,*
Deus ex Deo perennis Deus ex vtroq; missus.
Est tria summa Deus, trinum specimen vigor vnus.
Corde Patris genita est sapientia filius ipse,
Sanctus ab æterno subsistit Spiritus ore,
Tempore nec senior Pater est, nec numine maior.
Nam sapiens retro semper Deus, edidit ex se
Per quod semper erat gignenda ad sæcula verbum
Edere sed verbum Patris est, at cætera verbi
Adsumptum gestare hominem, reparare peremptum,
Conciliare patri, dextraq; in sede locare,
Spiritus ista Dei complet, Deus ipse fideles
Prosp. *In populos charisma suum diffundere promptus,*
Et Patris & Christi virtutem in corpora transfert
Æternus verè est solus Deus omni creator
Vita in se viuens permanet ipse quod est.
Hoc Pater, hoc verbum Patris, hoc est Spiritus almus,

Quo cum natura est vna eademq; trium. Prosp. Aquit.
Natura omnipotens vna est quæ cuncta creauit
Et propriè quod sunt omnibus esse dedit:
Quodq; Deo minus est, non est Deus, à patre natum
Verbum & qui amborum, Spiritus est, Deus est.
Vna eademq; trium quoniam est essentia, quæ se
Nunquam vel maior vel minor esse potest.
Omnipotens genitor, natusq; & Spiritus almus, Idem.
Vna in Personis, par tribus est Deitas.
Sic Deus est magnus, de se valet, & manet in se
Cui summum & proprium est semper id esse, quod est.
Splendet enim verum vero de lumine lumen,
Vt genitum agnoscens nouerit ingenitum,
Vna trium Deitas, vna est essentia ab vno
Idem est & verbi Spiritus atque Patris.

Tunica Christi.

—sed erat non sutulis ipsa
Vestis, & in partes ideo non apta secari:

S. Vitalis.

Vitalis domus ista placet qui viuus arenis Fortunat.
Defessus meruit perdere mortis iter.

Zacharias. *—seruateri iusti templiq; sacerdos Zachariæ.* Iuuenc.

Zelvs Religionis, & Zelosi.

Protinus afflati cœli diuinitus aura
Tollebant actas ab humo super æthera mentes.
Vnius Christi tantum inflammatus amore
Omnia fastidis, cupis hunc nil cætera curas.
Hunc vnum tibi cor, tibi mens hunc deperit vnum,
Quem semel expertus hausisti pectore toto,
Toto animo toto secluso corpore mente.
Diuini iaculis haud mollibus ictus amoris
Ibat euans, cupidus, ceu pactum it coniugis olim
In thalamum iuuenis, primæ ad noua gaudia noctis.
—Vnigenamq; flagranti pectore Christum Idem.
Versabat memor, hunc amor ingerit ossibus ignem.
Tu mente calum cogitas, Deum gerebas pectore, Idem.
Quem deperibas vnicè, Rerum tuarum nil memor.
Cœlesti face flagrabas & Regis amore Idem.
Cœlicolum, cui formam vni, mentemq; sacrarat,
Pro quo etiam tantos voluisti ferre labores.
Hunc vnum suspirabas, hunc scilicet vnum
Noctes atq; dies infixum corde gerebas.
Oblitiq; hominem calo altas tollite mentes. Idem.

SEQVITVR TRACTATVS BREVIS AC DILVCIDVS DE NONIS, IDIBVS, AC Calendis in eorum potissimum gratiam, qui volent componere carmina Chronographica siue numerabilia, desumptus ex Apologia Calend. Rom. Christoph. Clauij.

PRimus dies cuiuslibet mensis à Calendis nomen accipit. Nam primo die Ianuarii dicere solemus: Calendis Ianuarij: primo die Februarij: Cal. Februarij, atq; ita in cæteris. Alij autem omnes dies à Nonis vel Idibus eiusdem mensis, vel à Calendis insequentis mensis notari solent: ita vt die, qui quatriduo abest inclusiuè à Nonis, Idibus vel Calendis, (duobus nimirum dieb. interpositis) dicendum sit: Quarto Nonas, Quarto Idus, & Quarto Calendas, hoc est, quarto die ante Nonas, Idus vel Calendas inclusiuè. Vt autem quemcunq; diem mensis propositi rite denominare scias à Nonis, Idibus, vel Calendis, diligèter memoriæ mandandi sunt dies, in quos Nonæ, atq; Idus cuiuslibet mensis incidunt. Hi autem facilè ex numero Nonarum atq; Iduum cuiusq; mensis comprehendi possunt, quia hi quatuor menses Martius, Maius, Iulius, October habent sex Nonas, alij autē octo menses, Ianuarius, Februarius, Aprilis, Junius, Augustus, September, Nouēber, Decēber quatuor duntaxat, cadēt Nonæ in prioribus quatuor mensibus in diem septimum: in posterioribus vero 8. in diem quintum. Numero enim Nonarum adijciendus est primus dies, qui non à Nonis, sed à Calendis nomē sumit, vt dies habeatur Nonarū. Quia vero singuli menses habent octo Idus: si diei Nonarum addantur 8. incident Idus priorum 4. mensium in decimum-

quin-

quintum diem, posteriorum verò octo in diem decimumtertium: Atq; ad memoriam iuuãdam hi duo versiculi conditi sunt:

Maius sex Nonas, October, Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui: Dabit Idus quilibet octo.

Hoc est: Martius, Maius, Iulius, & October habẽt sex Nonas, reliqui verò octo mẽses quatuor tantùm, omnes autem menses Idus continent octo.

Itaq; antequam diem cuiusvis mensis propositum à Nonis, vel Idibus, Calendisve denomines, vide prius, num mensis ille sit vnus ex 4. priorib. nec ne. Si enim ex illis est, & dies propositus est septimus, appellabis diem illum, Nonas eius mẽsis. Quod si dies oblatus est ante diem septimũ, vel post, ante tamen quintumdecimũ diem, detrahe eius numerum, dempta prius vnitate (numerum videlicet eius diei, qui propositum diem antecedit in Calendario) ex 7. vel 15. & reliquum numerum denomina à Nonis, vel Idibus, prout dies propositus fuerit ante diem 7. vel ante 15. At si datus dies 15. diem consequitur, subtrahe eius numerum, dempta prius vnitate (numerum scil. eius diei, qui in Calẽdario diem datum proximè anteit) ex numero dierum totius mensis propositi, si tamen prius vnitatem addideris ad mensis dies (nimirum primum insequẽtis mensis diem, in quem eius Calendæ incidunt, & numerum reliquum à Calendis mensis insequentis denomina. Eadem hæc in posteriorib. 8. mensibus seruabis omninò, dummodo pro 7. die Nonarum, & 15. Iduum sumas 5. & 3. in quos videlicet dies Nonæ atq; Idus illorum mensium incidunt.

Exempli gratia, designandus sit dies 3. Martij, qui Nonas diei antecedit. Deme 2. (numerũ videlicet vnitate minorem numero diei 3. propositi) ex 7. remanent 5. Dicas ergo diem 3. Quinto Nonas Martij, hoc est, quinto die ante Nonas inclusiuè. Rursus detur dies 10. eiusdẽ mensis, quia Idus cadunt in 15. diem Martij, & dies 10. propo-

situs est post Nonas: detrahe 9. ex 15. vt reliqua fiant 6. Dices igitur die 10. Sexto Idus Martij.

Prætereà offeratur dies 23. Iunij. Quoniã Idus præterierunt, & Calendæ Iulij insequentis incidunt in diem 31. à Calen. Iunij numeratum (quod Iunius habeat dies 30. auferemus 22. ex 31. vt relinquantur 9. Die igitur 23. Iunij dicendum est, Nono Calendas Iulij.

Sit deniq; datus dies 10. Augusti. Quia Nonæ præterierunt. Idus verò in diem 13. incidunt: si 9. ex 13. demantur, remanebunt 4. Dices ergo tunc, Quarto Idus Augusti.

Aduerte tamen, quãdo numerus reliquus est 2. non esse dicendum, Secundo Nonas, vel Idus, vel Calendas, sed Pridie Nonas, vel Idus vel Calendas. Iam vero si dies proponatur à Nonis, vel Idibus alicuius mensis, aut à calendis mensis subsequentis denominatus, velim vsque scire, quotus dies mensis is sit, detrahendus erit numerus denominationis, minus vno ex numero diei, in quem Nonæ cadunt, vel Idus vel Calendæ insequentis mẽsis, prout dies denominatus erit Nonis vel Idibus aut Calendis. Reliquus enim numerus dabit diem mensis, qui quæritur. Verbi gratia: Scriptæ sunt literæ quædam Quinto Idus Ianuar. Quoniã Idus Ianuar. in diem 13. incidunt, demendus erit numerus 4. vnitate sc. minor numero Quinti Idus) ex 13. vt reliqua sint 9. Fuit ergo dies ille, quo literæ scriptę sunt, dies 9. Ianuar.

Item datæ sunt aliæ literæ Pridie Nonas Octobris. Quoniam Nonæ Octo. cadunt in diẽ 7. auferemus 1. (numerum scilicet vnitate minorem numero secũdi Nonas, qui Pridie profertur) ex 7. relinquetur que dies 6. Octobris.

Postremò scriptę sunt alię literę Decimooctauo Cal. Iulij, qui dies in mense Junio existit. Quia Calen. Julij cadunt in diem 31. à Calend. Iunij numeratũ, cum Iunius habeat dies 30. si detrahatur 17. ex 31. supersunt 14. Literæ ergo illæ scriptę sũt die 14. Iunij, proximo videlicet post Idus.

CARMEN CONTINENS NVMERVM dierum vniuscuiusque mensis.

Triginta Aprilis, Iuni, Septemq;, Nouemq;,
Vno plus alij, viginti Februus octo,
At si bis Sextus fuerit, superadditur vnus,
Et tunc bissexto Martij conscribe Calendas.

EXEMPLA ALIQVOT DIVERSArum descriptionum temporis, tam per Nonas, Idus ac Cal. quàm per signa cœlestia.

Tempora digereret cum Conditor orbis, in anno Ouid.
Constituit menses quinq; bis esse suo.
Bruma noui prima est, veteriq; nouissima solis, Idem.
Principium capiunt Phœbus & annus idem.
Dicitur autem Seruio Sol nouus octauo Calen. Ianuarij,
Hæc erit à mensis fine secunda dies Idem.
Tertia nox aderit, custodem protinus Vrsæ Idem.
Accipias geminos exeruisse pedes.
Oritur autem Tertio idus Febr. Bootes siue Arctophilax.
Continuata loco tria sydera, Cornus & anguis, Idem.
Et medius crater inter vtrumq; iacet. Idem.
Oriuntur autem hæc signa nocte post Idus Februarias,
id est, 16. Calend. Martias.
Tertia post Idus, audos aurora Lupercos. Idem.
Aspicit. & Fauni sacra bicornis erunt.
id est, 5. Calendas Martias.
Iure venis Gradiue, locum tua tempora poscunt Idem.
Signatusq; tuo nomine mensis adest.
A te, qui canitur, nomina mensis habet.
Postera cùm teneras aurora refecerat herbas Idem.
Scorpius à prima parte videndus erat.
id est, 17. Calendas April.
Venimus ad quartum, quo tu celeberrima mense Idem.
Et vatem & mensem scis Venus esse tuos.
id est, Aprilis. Idem.
Ter sine perpetuo cœlum versetur in axe, Idem.
Ter iungat Titan, terq; resoluat equos.
Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus, Idem.
id est, 17. Calend. Maias, siue 15. Aprilis
Sed iam præteritas vbi quartus Lucifer Idus,
Respicit. Hac Hyades, Dorida nocte tenent,
id est, 15. Calend. Maias.

Idem. *Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,*
Carcere partitos circus habebit equos.
id est, 12. Calend. Maias
Sex vbi quæ restent luces Aprilis habebit.
In medio cursu tempora veris erunt.
id est, Quarto Calend. Maias, siue 28. Aprilis erit
medietas veris, & heliacus Arietis occasus, nam
Idem. *totus iam à sole abijt & oritur canis.*
Mensis erat Maius, maiorum nomine dictus,
Idem. *Iunius à iuuenum nomine dictus adest.*
Iam sex & totidem luces de mense supersunt,
Idem. *Huic vnum numero tu tamen adde diem,*
Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt.
Idem. *id est, 14. Calend. Iulius.*
Iam tua Laomedon oritur nurus, ortaq; noctem
Pellit, & è pratis vda pruina fugit.
Idem. *id est, Calend. Iulias.*
Quartus ab extremo mense bis ille dies.
Mant. *Tot restant de mense dies, quot nomina Parcis.*
Idem. *id est, 4. Calend. Iulij.*
Tertia post decimam Iani.
Idem. *Septima post decimam torpentis frigore Iani*
Lux Agnetis adest, Iani vigesima primâ.
Idem. *Altera lux Christi, quæ bis vigesima ab ortu*
Iam procedit, & est eius sacrata Parenti.
Luce bis vndecima vernas Februarius auras
Idem. *Spirat, & exultans secum tua festa reportat*
Idem. *Quem veteres nostræ gentis dixêre cathedram.*
Idem. *Ecce Dionei vigesima tertia mensis.*
Idem. *Ecce dies Iuni vigesima quarta subintrat.*
Sole Molorchæum iam prætereunte leonem.
Luce bis vndecima dum Iulius æstuat.
Venerat ad Nonas mensis.
Idem. *Lucifer Augustis Octauus ab Idibus ortus*
Idem. *Fert noua festa suo.*
Signa Nepæ redeunt, alio quæ nomine fertur Scorpius,
Idem. *— post decimam cum lux octaua pruinis*
Spargeret Octobrem.
Idem: *Simonis Iudæque dies est quinta Calendas*
Ante Nouembrales.
Alba Decembrales Aurora reduxerat Idus.

AD

AD TEMPORVM PORRO ET SIgnorum descriptionem quod attinet, non absre futurum duxi hic Virgilij de ignis cœlestibus Hexasticha attexere, quippè quæ ad temporum descriptionem non parum afferant momenti.

Primus Adest Aries, Taurusq; insignibus auro 1
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum,
Tum Leo terribilis Nemees, atq; innuba Virgo.
Libra subit, caudaq; Animal quod dirigit ictum,
Armatusque arcu Cheiron, & corniger Hircus:
Fusor aquæ simul, & fulgenti lumine Pisces.
Portior est Helles, & portior Europæus: 2
Et gemini Iuuenes, & pressus, ab Hercule Cancer,
Horrendusque Leo sequitur, cum Virgine sancta,
Libraq; lance pari, & Violentus acumine caudæ:
Inde Sagitiferi facies senis, & Capricornus,
Et qui portat aquam puer vrniger, & duo Pisces.
Signorum princeps Aries, & Taurus, & vnà 3
Tyndaridæ Iuuenes, & feruida brachia Cancri
Herculeusque Leo Nemeæ pauor, almaq; Virgo,
Libra iugo æquali pendens, & Scorpius acer,
Centaurusque senex Cheiron, & cornua Capri,
Et Iuuenis gestator aquæ, Pisceſq; supremi.
Corniger astrorum ductor, Taurusque secundus: 4
Tum sidus Geminum, & Cancri gemmantis imago,
Truxq; Leo, & Virgo, quæ spicea munera gestat,
Et Libram quam Cæsar habet, Chelæque minaces,
Atque arcu pollens, & salsi gurgitis Hircus,
Vrnaq; nimbifer, Pisceſque nouissima forma.
Dux aries, & frons Tauri metuenda minacis, 5
Et Lædæ soboles, & Cancri torridus ignis,
Terribilisque Leo, species quoque Virginis almæ,
Momentumque sequens, caudaque timendus aduncæ.
Hinc Tendens arcum, liquidi Caper æquoris inde,
Troianusque Puer, geminique sub æthere Pisces.
Nubigenum iuuenum vector, Taurique trucis frons, 6
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis:
Æstifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens:
Quam sequitur Libra, & violenta cuspide Sæuus
Semifer Arcipotens subit, & Capricornus aquosus,
Et cui nomen Aquæ faciunt, Pisceſque gemelli.
Corniger in primis Aries, & corniger alter 7

Taurus: item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,
Terribilisq; Fera specie & iusta Puella:
Libra simul, nigrumq; Ferens in acumine virus,
Centaurusq; biformis adest, pelagiq; Procella,
Atq; amnem Fundens, Pisces ac siduz aquosum:
8 Cornigeri Ductor gregis, Europæ quoq; Vector,
Et duo Tyndaridæ: tum Cancer Sole perustus,
Herculeaq; manu pressus Leo, & optima Virgo:
Hinc Trutina species venit, armatusq; veneno
Scorpius, atq; Sagittifer, æquoreiq; Caprifrons.
Quiq; vrnam gerit, & Pisces duo signa sub vno.
9 Principium signis ouium Sator: inde Iuuencus,
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeis manibus Fera, iustaq; Virgo.
Libra subest, caudaq; Ferens lethale venenum:
Tum geminus Cheiron, & Corniger æquoris alti,
Dilectusq; Ioui puer & duo sidera Pisces.
10 Dux gregis, & placidum pandens subit æthera Taurus,
Germanique pares. & Cancro iam comes æstus,
Atq; Leo primus Labor Herculis, & pia Virgo,
Libra comes sequitur minitans & Scorpius ictu,
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus:
Deucalionis Aqua, & Pisces postrema figura.
11 Velleris aurati fulget Pecus aurea cœlo:
Zetus, & Amphion, Cancriq; figura calentis.
Insequitur Leo sauus, & almæ Virginis astrum.
Hinc æquale iugum, caudaq; Veneniser vnca,
Centaurusq; minax arcu, & Neptunia Proles,
Quiq; resundit aquas, & Pisces vltimus ordo.

Aliud incerti Authoris Carmen de signis Zodiaci.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq; Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Nec minus huic proposito conueniunt, quæ de solis ortu habet idem Virgilius.

1 Aurora Oceanum croceo velamine fulgens
Liquerat, & bijugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente iubar.
2 Roscida puniceo Pallantias exit amictu
Astrigerum inficiens luce oriente polum:
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis.
3 Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol.

Fa-

Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere Deo tenebræ, rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.
Tithoni coniux roseo sub lumine terras
Inficit, & cælum Luteæ sidereum:
Cùm Sol igniferos currus è gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.
Nox abit astrifero velamine cincta micanti,
Et redijt stellas, exoriturq; dies.
Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto:
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis Aurora capillis.
Et matutino rore madebat humus:
Tethyos vndiuagæ cùm prosilit æquore Titan,
Flammiferos vultus ore micante ferens.
Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumq; polum.
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis,
Et nox sidereas occulit atra faces.
Sol oriens, currusq; suos è gurgite tollens
Oceani, claro reddidit orbe diem.
Flammiferumq; iubar, terraq;, poloq; reduxit,
Et pepulit radius astra repente suis.
Memnonis vt genitrix infecerat humida cælum,
Et roseis manibus sidera dispulerat:
Phœbus Athlanteis è fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum, duxq; dieiq; redit.
Prænia flammiferi currus Aurora rubebat,
Extulerat q; alto gurgite Phœbus equos.
Noctiuagosq; simul radiis flagrantibus igneis
Depulerat cælo, reddiderat q; diem.
Vix Aurora suo rubefecerat æthera curru,
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Prosilit è mediis candens rota Tethyos vndis,
Et vaga cesserunt sidera Solis equis.
Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniux,
Et veste ab rosea subruit ipsa pedes:
Tum Phœbus radiis rutilum fulgentibus orbem
Depulit è tenebris, noxq; peracta fuit.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.

A.

Abel 3
Abraham 3
Absolon S. Poes. 3
Achab 3
Achitophel 3
Adam 4
AEgyptus 4
Agar 4
S. Agatha 4
Agnus Paschalis 4
Aman 4
Amasa 4
Ammonitæ 4
S. Andreas 4
Angelus 6
S Anna 6
Antichristus 6
S. Apollonia 6
Apostoli 6
Aqua lustralis 7
Ascensio Christi 8
Asphalites 8
Augustinus 8

B.

Baal & Baalitæ 8
Baptismus 8
S Bernardus 9
S. Bartholomæus 9
Bethania 9
Bethlehem 9
Bethsaida, vide S. Petrus 44

C.

Cain 9
S. Cæcilia 10
Cœna Dominica 10
Cana 10
Canaan 11
Cantare & laudare Deũ 11
Capernaum 12
Carmelitæ 12
Carmelus mons 12
S. Catharina 12
Christiani 13
Christus 13
Christi natiuitas 14
Christi transfiguratio 14
Chrysostomus 15
Circumcisio 15
Crux & crucifigere 15
S. Cyrillus 17

D.

Dæmoniaci 17
Daniel Propheta 17
Dauid 17
Debora Prophetissa 18
Diabolus & diabolorum Princeps 18
Dies nouissima, videludiciũ extremum 30
S. Dionysius Areopagita 19
S. Dominicus 20

E.

Elias Propheta 20
Eliseus Propheta. 20
S. Elisabeth mater Ioannis Baptistæ 20
Emaus 20
Enoch 20
Episcopus 20
Esaias Propheta 21
Esther Regina 21
Eucharistiæ communio 21
Eua prima parens 21
Eutyches hæreticus 22
Ezechias Propheta 22

Ezechiel

Ezechiel Propheta 22

F.

Fides 22

G.

Gedeon 22
Gomorrha 22

H.

Hæresis & Idololatria 22
Helcana 23
Helias Propheta 20
Heliseus Propheta 23
Herodes 23
Herodias Saltatrix 23
Hiericho 23
Hierusalem 23
Diuersa nomina vrbis Hierusalem 23
Holofernus 23
S. Hieronymus 23

I.

Iacob Patriarcha 23
Iaphet 24
Idololatria & idololatra 24
Idumea vel Edom. 24
Ieremias Propheta 24
Ieroboam 24
Infernus 24
Innocentes 24
Inspirationes diabolicæ 25
Ioab 25
Ioannes Baptista 25
Ioannes Euangelista 26
Iob 27
Ionas Propheta 27
Ionathas 27
Iosaphat Rex 27
Ioseph Patriarcha Iacob filius 27
Ioseph Arimathæus 27
Ioseph sponsus Mariæ 27
Iosias 28
Iordanes fluuius 28
Isaac 28
Iudæa & Iudæi 28
Iudæorum ex Ægypto liberatio 28
Iudas Patriarcha 29
Iudas Proditor 29
Iudicium extremum 30

L.

Lapsus primorum parentum 33
Latrones cum Christo crucifixi 33
S. Laurentius martyr, 33
Lazarus 33
Loth 33
Limbus patrum 33
S. Lucia 34
Lucifer 19

M.

Magdalena 34
Magi tres Reges 34
Malchus 34
S. Marcus 34
Mardocheus 34
S. Margarita 35
Maria mater Christi 35
Martha 36
S. Martinus 36
Martyr & martyrium 37
Martyrij varia genera 38
Mathusalem 40
Matthæus 40
Matthias 40
Melchisedech 40
Micheas Propheta 40
Missa 45
Mons oliuarum 40
Moses 41

N.

Nabuchodonosor 41
S. Nicolaus 41
Noe 41

P.

Pœnitentia siue conuersio à pec-

peccatis 41
Papa 43
S. Paulus ibid.
Peccatum originale 44
Petrus Apostolus ib.
Philistæi ibid.

R.

Religio vera 45
Rosariũ Deipara Virginis ib.

S.

Sabbathum ib.
Sacrũ siue Missam celebrare. ibid.
Salomon ibid.
Samaria 46
Sancti virilis sexus ibid.
Require porrò in Parnasso titulum Sancti.
Scribæ & Pharisæi 46
S. Sebastianus ibid.
Simson ib.
Sinai mons ib.
Sion mons 47
Sodoma ib.
Societas Iesu ibid.
Sol & luna obscurati morie-te Christo ibid.
Sp. Sanctus 48
S. Stephanus ib.
Susanna ibid.

T.

Templum Salomonis 48
Templorum thesauri 49
Thomas Apostolus ibid.
Transfiguratio Christi ib.
Tres iuuenes fornaci ignea inclusi ib.
S. Trinitas 50
Tunica Christi 51

V.

S. Vitalis ib.

Z.

Zacharias ib.
Zelus Religionis & Zelosi ibid.
Tractat. de temporum variis descriptionibus 52. 53. & seqq.

FINIS.

ECHO
SIVE
SYNOPSIS
DIVERSORVM
ECHVS EXEMPLORVM.

VNA CVM FARRAGINE COPIOSISSIMA EORVM VOCABVLORVM, EX QVIBVS HOC poematis genus operosissimum quàm facilimo negotio componi potest,

Nunc primum auctior in lucem edita.

IN ECHO, QVÆ NOVEM SE RECENS MVSIS CEV DECIMAM COMITEM addidit.

Parnassum Veterē ter tres coluere sorores;
Parnassus decimam noster hic alter habet;
Nō video hanc inquis. Nec se sinit illa videri,
Auditur doctis sed tamen illa viris.
Scilicet hæc Echo est. fœdi quæ Panos amores
Contemnens Phœbi nunc iuga sacra colit.
Præreliquis illam Doctus veneratur Apollo,
Quid mirū? reliquas hæc præit vna Deas.
Historiam hæc omnē callet siue illa prophanis
Siue sit è sacris forte petita libris:
Experiare licet. Quis Vriā occidere ferro
Mandauit? *Ech.* DAVID. *Veráne nympha refert?*
Num ciues melius bella in ciuilia duxit
Cæsare Pompeius? *Ech.* PEIVS. *Et illud ita est.*
Quid sacro Christi Laurens pro nomine passus?
Ech. ASSVS. *Et historias hanc mihi scire neges?*
Quin obscura etiam Nympha hæc ænigmata soluit;
E multis vnum sit memorasse satis:
Dic Echo, Quis sum? Solus (res mira) suaui
Funera concentu tristia Solor? *Ech.* OLOR.

Cum

Cum Phœbi certent concordi voce sorores:
Quod simul hæ præstant, hæc tibi sola dabit.
I nunc, prærelíquis Echo contemne puellis,
Cedere cui sacri dux velit ipse chori.

Ioannes Honthemius.

Sequuntur diuersa eaq; pulcherrima Diuersorũ Poetarum ECHVS Exempla, inter quæ principem facilè locum cùm propter elegantiam tum propter difficultatem J. Dovsæ Echo obtinebit.

IANI DOVSÆ NORDOVICIS

ECHO,

siue

LVSVS IMAGINIS IOCOSAE,

quibus Titulus

HALCEDONIA.

Poema omnium operosissimum.

SOl grauis, & fesso requies opus. Aura ades, æstum
Quærenti umbrosâ fallere sede. Sede.
Loturus venio ad Fontes. hæc interea mî
Pendeat ex istâc illice clauâ. Laua.
Parua mora est, mea me patienter vt audiat, ECHO,
Abrupto hoc vsum principio. Incipio.
Fare, quibus similes istos (Dea tinnula) dicam,
Assiduè hærentes in Topicis? Opicis.
Quod pecus est, cuius pingi sub Imagine debet
Si pingenda tibi Barbaries? Aries.
Quid metui par est, si scribas vsq;, manumq;
Haud vnquam à chartis abstineas? Tineas.
Olli crateris ex auratis hauserunt;
Cuius Epos Vatis? num GRVDII? a RVDII.
Volturis in siluis miserum mandebat hemonem:
Eiusdem esse reor, aut b *Nelei.* Haud Nelei
Hic Antigerio, & Topper *cum* Caluitur *adde, &*

a) Ennij, quî Rudijs Calabriæ oppido natus.

b) Cuius, (haud paulò sanè Ennio vetustioris) Carmen de Moribus, indidemque petita Fragmẽta aliqua multa apud Verrij Abbreuiatorem leguntur.

Si quid apud Festum est insubidum. Subidum.
Quo genere Elogij digni, hæc & talia fantes;
Quæ Santris potius quàm mihi nota? Notâ.
An ne aliud meriti, Populi ad Tabularia sueti
Nos lassare suis Exodijs? Odijs.
Quale genus Criticæ hoc nostros quæ exercet Ephebos
Nescio quo ludo stultitiæ? Titiæ.
At quanto hi satagunt noctesq; diesq; labore,
Vt veteres Libros emaculent. Maculent.
Non ita Turnebus, non cauti industria Lipsi,
Non Genius magni Scaligeri. Aligeri
Nostratum ne aliquem hic, post Miscellanea Iuni.
Ante Vbium laudas Palmerium? a Almerium.
Quis fuit is, Maro quem Auctorem, quem b *Varro sequutus,*
Naturæ ille, vel hic dædala imago? Mago.
Quod genus egregiè tenui lusisse cicuta
Bucolicos censes versiculos? Siculos.
Brassica sim, Andinum nisi & hic quoq; mirer; eumq;
Qui Deus est vatum, semper amaro Maro.
Fortius ecquis opes, Mundi quis inania spreuit,
Quàm rigor ille hominis Xenocrates? o Κράτης.
Quid? fingi an grauiora queant, apud Heliodorum
Quàm passa est Virgo quæ Chariclea? Κλέα
Ecqua Erato est, cuius tibi præ dulcedine cantus,
Poni haud vlla optes altilia? c Altilia.
Sciu', quibus est odio Iouiani Carmen & Acti,
Sordet & Hippolite Castilionis? Ovois
Quo cum Vate tibi esse voles rem, Carmine cuius
Audito, haud cesses clangere Io? d Angerio.
Non Titulus minio, non cedro charta notanda
Vatis, cui nomen Flaminio? Minio.
Qualis at illa tibi visa, Anthia non perituro
Quam cecinit nobis Carmine e *Strosa?* Rosa.
Quæ non f *Bargæum meruisse Encomia vatem*
Dixere, quod non Euangelium? Angelium,
Multa Fabro Clypei debet septemplicis Aiax,
Plus nos Plectri ergo g *Lotichio.* Tychio.
Cuius iners tibi visus Amor; neq; digna puella,

a) Nannium à patria Ciuitate Almeria (quæ hodie Alemaria) ita denominatum.
b) Vergilius Georgicis, Varro in libris de re rustica. Quod argumẽtum iam antea Mago Carthaginensis (Parẽs ille rusticationis Columellę dictus) lingua Punica axxviii voluminibus industriosissimè fuerat persecutus. Quæ deinde Romæ ex SCto, i. Auctoritate Publica in Latinũ sermonẽ conuersa.
c) Gabriel Altilius, Episcopus Polycanrẽsis, cuius eruditissimum Carmen Nuptiale in Isabellam Arragoniam impressum legitur.
d) Hieronymum Angerianum intellige cuius ἐρωτοπαίγνιον vna cũ Marull ac Secundi nostri Poëmatis non ita pridem in Germania recusum. e) T. Vespasianus Herculis Strozæ pater. f) Petrum Angelium Bargæum, cuius exstant Cynegetica. g) Petro Lotichio Secundo.

Cu

Cui campi patent Elisij? a Elisij.
Laudata ingenio Lernuti & Carminis arte,
Qualis visa tibi (dic) Charithea? Pica.
Inter tot vates quis plura idiomata doctus,
Quis Linguas callens est varius? b Arias.
Quale genus fati Pathicam meruisse Sorani
Spurcitiem dicam c *Palladij?* d Alladij.
Quisnam inter Celtas dignus, motam helleboro cui
Mentem aliquis tergat Vesalius? e Salius.
Qualia sed censes, Jenio defecta caduco,
Vulgauit Vates quæ f *Lemo vix?* Emovix.
Nec mea quisquam emat hac, vel te (puto) Iudice, ni de
Fronte g *Trypho Auctoris nomina demat.* Emat.
Quàm satius sese ad veterum componere normam,
Vatis ad exemplum Frastorij? Thorij.
Vtq; teram assiduè nostri monimenta Secundi,
Rara, neq; auo vllo digna latere. Tere.
Post veteres, hac ergò mihi h *Cæsa, Cotta, Marullus,*
Volumnà; hac Vida est, Molsaq; Lege? Lege.
Nunc super Historicis, in queis non vltimus ille est
Pompeius nobis, gens cui i *Troga.* Roga.
Inter at hos (cedo) vter, Hotomanno Iudice pluris,
Paulus ne Æmilius, an Probus est? Probus est.
Quum solidis dapibus saturet nos Plinius ingens,
Musteaq; quis nobis dat melimela? Mela.
Quem coluisse, Iouis inter tot Nomina, k *Bassum*
Præcipuè censes Ausidium? Fidium.
Alphonsi tanti ne facis præconia, tempus
Dandum aliquod credas vt l *Facio?* Facio.
Prome aliquem, studio qui nil odiove, natu aut spe,
Liquerit indictum, vel tacitum. Tacitum.
Et dubitamus adhuc, cui plus fidei attribuendum,
Sleidano, Bembone, aut Iouio? Haut Iouio.
Æui inter Medij Historias, Oracula dicas
Non hominis, verùm Daimonij. m Aimonij.

a) Elisij Calentij (magno ōtano illi coætanei) cuius opuscula Poëtica Romæ quōdam typis publicata.
b) Benedictus Arias Montanus.
c) Domitij Palladij Sorani, cuius Epigrammata multo impurissima Venetijs impressa leguntur.
d) Eo nomine vocat Remus Syluius xii. Latinorū Rex, qui ob impietatē fulmine ictus interijt. Dion. & Oros.
e) Panagius Salius Veromandensis.
f) Ioannes Auratus.
g) Rio quouis Librario accipiendum, à veteri illo cum Martialis tum Quintiliani Præconijs decantatissimo Bibliopola.
h) M. Antonius Casanoua, cui, in tanta delectissimorum Poetarum copia, vni omnium arguti Epigrāmatis palmam ab ipsa Vrbe publicè delatam fuisse, testis est P. Iouius. i) Trogus Pompeius. k) Rerum Germanicarum Scriptorem non incelebrem, Claudianæ ætati supparem à cuius Historiarum fine exorsus Maior Plinius, continuato deinceps ordine, temporū suorum, res gestas vno ac xxx. voluminibus persecutus legitur. l) Bartholomæo Facio, qui temporum suorum Historiam x. Libris complexus. m) Rerum Francicarum Scriptoris, à Vvechelo Lutetiæ excusi primitus.

Cui super adiungas Fastos licet a *Herfeldensis,*
Di, quanti Auctoris in Chronicis! Onychis.
b *Horographos censeri vllos te Iudice verum est,*
Ante Glycas, Zonaras, Nicephoros? c Ephoros.
Inter at Historicos, nostro qui tempore regnant,
Qualem d *Vbbo meritus Laureolam?* Aureolam.
Historicum nam se esse, cui persuadeat Hispo,
Præterquàm infanti Panniculo? Anniculo.
Quem dignum rere ante alios, cui non nisi Nectar,
Cui succum offundas ambrosium? Ambrosium.
Quid nam aliud, quàm informe Chaos Glossemata Legum,
Ex quo pulsa foro Romula Suada? Vada.
Quisnam inter Themidis Mystas tot, sede Curuli
Ornandus, sed post Irnerios? Nerijos.
Quantulo opus e *metro Hellebori est, aliquam Helius à se*
Det loci vti partem hic Alciato? Cyatho.
Pluris vtros (dic) te faciundos Iudice credam,
Num Liuineios, *an* Papios? Papios.
Ante alios quemnam dignum hoc (Dea) tempore censes
Cui senium exoptes Nestorium? Thorium.
Argolici generis quantum est (me Iudice) nemo
Doctior est hodie, quam Sigomala. Μάλα.
Ecquem è Chalcographis dices qui tempore nullo
Aldum æquaturus Manutium? Nutium.
Publica, commodius ne putas, mandare Tabellis
Acta locare operam quàm stabulis? Tabulis.
Quodnam ἐκ τῶν δ' ἐνδρῶν *genus est, Serta vnde capillis*
Haud indigna suis Cres petat acer? f Acer.
Ignarus, surdo feriat quod carmina plectro,
Nec venit ad partes Musa vocata. Cata.
Iure equidem; quid namq; nouum, senis ora puella
Si fugiat, qui sic obstreperus? Streperus.
Vix hircum à sue discernens; (rogo) dignior Aulæ hic
Hospitio an caulæ est, crassa ità naris? Haris.
Expertus, Scenæ atq; Scholæ tibi commoda dicet,
Inter & has g *inter quanta capedo.* Pedo.
Qui modo opimè agitans Thymele esuriente relicta,
Discipulorum inter pulpita i *pedit.* Edit.
Prudens ille tamen, mores formando iuuentæ.
Flectere si norit indociles. Dociles.
Nam quæ Augeia queat Scholico par esse labori,
Quem Crocus exhausit, vel Stenemola? Mola.
Sit modò par oneri; ferulis neq; parcat, alumnus

a) Lamberti Scafnaburgēsis
b) Ὠρογραφία Annales vnde ὠρογράφοι. Annalium compositores. ὦρος enim ann⁹ est.
c) Ad Ephorū Cumæū illum hoc omne referendum, qui 750. annorum Historiam, ab Ilij expugnatione ad sua vsq; tempora xxx. libris est persecutus.
d) Vbbo Emmius, Frisicarū rerum Scriptor multò disertissimus.
e) Pro, Mensura, Victorinus.
f) Acerē enim antiquit⁹ Stupori consecratū fuisse, Auctor est Serui⁹.
g) Tmesis, pro Intercapedo.
h) Ad Proletariū Idiotismi nostri cōuiciū Allusio, ex sceuā imperiti vulgi opinione potius quā mea, per tempus & causam huicce loco populariter accōmodata.

Ad-

Admoto quoties verbere flerit. Erit.
Quid facit, inter oues placidas, tumidosq; Leones
Tanta sit vt morum a *differitas?* Feritas.
Quid facit, vt fidibus malim, quam castibus vti,
Certare aut duro pancratio? Ratio.
Nil mihi cum pugnis: Harpasto ludere malo,
Quàm tractare manu Martia pila. Pila:
Et Rudibus, quàm ferro vti, si fors mihi b *Samnis*
Æmulus obtingat, straba tuens, c Batuens.
Velificent alij, torta queis cannabe fultis
Vita sit in transtro non pauidis. Auidis.
Pars vino curas iugulent, Germanus vt olim
Miles, post pugnam Bebriaci, d Ebriaci.
Quid, mihi si lubeat temeto (ó Nympha) carere,
Vt cui opus Cereri Sacrificare? Care.
Sint quibus in studio Fasces & præmia Honorum;
Ritè quidem, si sint e *infragiles.* Agiles.
Lucripetis quæstus sint & sua Fœnora curæ,
Nullis vnquam opibus quos satures. Satures.
Ære quidem, at nunquam Musarum explendus amore:
Sed neq; opes dignis inuideo. Video.
Rectius & quanto, tritum quos linquere callem
Exhortatur amor ingenij. Genij;
Inserere & Famæ sua nomina vt Actius olim,
Molsaq; cum Bembo ac Naugerio. Augerio.
Busbequium signas; cui & Heinsiadem licet addas
Præconem Volucris Chaonia. Aoniæ.
Ipse ego quis videor, conceptum è Funere Nati
Dum desiderium Carmine solor? Olor.
Contrà Auruns, primas cantando ferre superbus,
Iam quid habet reliquum decrepitus? Crepitus.
Euenisse eadem video quoq; Castori, inepto
Risum qui cunctis Carmine præbet. Hebet.
At quis non storias potius, quàm talia Scripta,
Vel tritas malit gausapinas? Apinas.
Hei quid agam? colere Hispo vetat nos Musica Sacra,
Qui trahit à Patrio Stemmata f *Cole*. Cole.
Cui neq; tres satis Anticyræ, medicina nec vnq;
Vel toto Hellebori iugere fiat. Hiat.
Hæc leuiora tamen, præ quæ mihi Bube minatur,
Nescio quid ferale exululans. Vlulans.
Parte alia raucum quiddam atq; inamabile crocit,
Nescio quis Coraci haud absimilis. Similis.

a) Differitas, p Differentia. Lucret.
b) Pro Gladiatore.
c) Siquidē Tyronū exercitationestā militares in cāpo, quàm in ludo gladiatoriæ Rudibus, i. ferulis peragebantur: quod Batuere, priè dicebāt, & Gymnasium ipsū Batualia, quæ Battalia vulgo dicitari solere testis Adamantius Martyr, vnde & Idiotismo nostro natū hodie vocabulū, Bataille.
d) Vsus ea voce Laberius Mimorū scriptor haud incelebris, p bibulis & ebriosis.
e) Id est, incorrupti, atq; (vti Crispus loquitur) inuicto animo aduersus diuitias. Agiles porro, pro actuosis positum.
f) Pro Caule siue Brassica.

Quid capiam vt nocuos exsurdem hos triste sonantum
Vndiq; plangores Alituum. Lituum.
A Tragora sed enim grauior metus, hinc nisi porrò
Hunc abigas: at quo? Thermopolim? a Hermopolim.
Nam quid b *alid facias, Patria auso reddere nobis*
Historia corpus exanimale. Malè.
Queis Hydri accedant si sibila, quæ reliqua (heu) spes,
Si non colligam vti sarcinulas? c Jnulas.
Res qui nam Humanas Cœlestia Numina versant,
Quæ Superum præsunt Conciliis? d Cilijs.
Virtute, an vitiis reliquos ante ire putandi
Hi qui se ostentant diuitiis? e Vitijs.
Quid causæ, vt prius Irus, aret nunc iugera centum
Dama argenteo ouans malluuio Alluuio.
Quid mihi propositum est, propter quod publica curans,
Prenso peto, satagens omnia conor? Honor
At quod f *opræ huius erit pretium, si cuncta capessam,*
Aut Fora si lassem Terna Patronus? Onus.
Quidve lucri faciam, mihi si flaccente sub armis
Manarit toto corpore sudor? g ΥΔΩΡ.
Hei, qualis visa Eua tibi quæ induxit Adamum,
Vt vetita auderet tangere mala? Mala.
Fatalis non sic h *Faber Arcæ Auctore Deo quæ*
Seruauit sæclis omnia i ΖΩΑ k ΣΟΑ
Edictum l ΛΟΧΑΣ *tanti haud fuit ex qui vt orbos*
Isacidas faceret Rex m *Amenophis* ΟΦΙΣ.
Quid Troiæ fuit exitio, nisi adultera n ΧΟΙΡΟΣ,
Tum o *Ferus ille Vrbi non satis æquus?* Equus.
Quænam Orbis plaga Mæonidæ decorata sepulchro?
Argosne, an Colophon an mage ΧΙΟΣ? ΙΟΣ.
Quid dedit ætherens Anima vt penetraret in Arces
Herculea, extersa iam cute pura? Πυρά.
Quem Titulum assignem tibi Iuppiter Acrisij sic
Deflueres quum per impluuium? Pluuium.
Deme caput voci quod amet Tithonia habebit,
Perdet Alexander Bucephalum. Cephalum.
Cui Πολιορκήτη *quid erit quod somnia cantans,*
Visus erit saltans si Σάτυρος; Σάτύρος.
Literæ Auentinus primæ fraudetur honore,

a) Vrbem Ægypti, vbi Pan colitur & Hircus vt ait Pindarus. Vide Volaterr. lib. 12.
b) Alid pro Aliud ἀρχαικῶς.
c) Quippe quæ præsentariam Antidoti vim habeant, serpentum morsibus auxiliantes ac venenis resistentes.
d) Ad Horatij illa referendũ Cuncta supercilio mouẽtis.
e) Secundum illud eiusdem Poëtæ. Stultitiam patiũtur opes.
f) Ad imitationem Ennij scribẽtis: Quiuit pro factis reddere operę pretium.
g) Aquam, pro Sudore, sc. lucrifacies.
h) [illegible]
i) ΖΩΑ, animãtia.
k) ΣΟΑ, salua denotat.
l) Obstetrices.
m) Amenophis II Ægypti Rex edictũ de necandis Hebræorum pueris proposuit, cui tamen per obstetricum pietatem obtemperatum non fuit. n) Ο & ἡ Χοῖρος, præter vulgatam suis notionem etiam ἡ γυναικεῖον αἰδοῖον significat apud Aristoph. in Acharn. o) Ferus, pro Equo posuimus hoc loco, Catulli in eo, tũ Vergilij, Prudentij, Petronij denique auctoritatem secuti. Qua de re in Scriptorem illum Præcidanea nostra consulantur.

Ser-

Seruabit reliquum quid sibi Cacus? a Acus.
Qua nota ab Hispana gentis b *Ductore Metellus*
Asperſus, quod erat Dux Veteranus? Anus.
Dic mihi, Druſorum dictus quo nomine Tonſor,
Cæſarius cepit quem Thalamus? c Thalamus.
Qua d *puero Thraci caput abſcidit, amne gelato,*
Viſa tibi hæc qualis eſt glacies: Acies.
Quid linques, capitis faciasſi (Diua) minores,
Et truncos reddas Sardonychas? Onychas.
Pluris gemma mihi hæc, quam frugibus apta ferendis
Petra ſua pollens non niſi mole, Mola.
Qualiter effertur Romano Idiomate, ſermo
Quod ſolet Æolicus dicere e θῆρα? Fera
Nomen ad explendam Tragœdia quum pinxeris Hircum,
Quid reliquum eſt, poſcat quod ſibi f μῶρος? g ὄρος.
Orbem circuijt totum qua prima, vocari
(Dic mihi) quo meruit nomine h Ναῦς? Auis.
Vrbs ecqua eſt Rubrum lambens Mare, nomina geſtans
A Lagi Nato; num Ptolemaus? Ais.
Quid facit, vt nunquam careat melle Enna, nec amnis
Accola, cui Graium nomen Anapis? Apis.
Inſula cis Thulen medio circumflua ponto,
Quo nam inſignitur nomine fare? Fare.
Dic, quænam inuerſa Regem ſortita Corona eſt
Inſula Stanlæum; qua, niſi Mona? i Μόνα.
Indica non pluris quamquam Vrbs cognominis illi,
(Nympha) tibi eſt, Friſiis quàm ſua Goa? Goa.
Quantum Moſa Oxum hodie tantum inclyta Thermis
Diſtat Achemenia Tungrica k *Spada?* k Spada.
Rebus nonne tibi grande allatura videtur
Momentum noſtris Vrbs Nemega? l Μέγα.
Qua plaga idem (Belloſi Pax mutanda) futura
Franco eſt, quod Turco Pannonia? Hannonia.
Scus (Dea) Diuerici fuerit qua m Principis Vxor,
Inclyta nec noſtræ n laudis egena Gena.
Quale genus Serti, nulli qua nupta Marito
Deceſſit, merita eſt Nympha Meroda? o Ῥόδα.
Aggere quod rupto Monſtrum reperere Batani,
Obſtructa ad Damnum quando p *Lacuna?* q Κύνα.

a) Acus, Acerſe pro Palea, h. e. purgamento frumenti poſitum hoc loco.
b) Sertorio. Vide Plutarch. in ipſius vita.
c) Refer ad illa Martialis: Tõſorem puerũ, ſed artetalem, Qualis nec Thalamus fuit Neronis, Druſorum cui contingere barbę.
d) Hoc ad Epigramma illud Germanici Cæſ. pertinet; cui initium: Thrax puer, adſtricto &c.
e) Ἀντὶ τοῦ θῆρα.
f) Morio.
g) Montem.
h) Magellanicæ, Victoriæ, & quidem Alatæ, Titulum atq; inſigne pręferens.
i) ola.
k) Vico regni Perſici, vbi primum Eunuchi facti, qui indidem quoque Spadonum nominis occaſionem cepere.
l) Magnum, ingens.
m) Primi, ſcil. Comitis.
n) n Annali-

bus noſtris metro conſcriptis. o) Roſam. p) Anno MCLXXX Vide Holandicarum Rerum Annales, ſiue Chronica noſtra vernacula. q) Canem.

Thurdrechti posuisse Vrbis fundamina prima
Quos Populos credam, num Sturios? Turios.
Quos verò, quos Maiores habuisse putandum est,
Haud Boios veteres sed Bauaros? Auaros.
Consona quæ reddes, duo si tibi Nomina ponam?
Lomentum? Omentum; *Bistonij?* Jstonij.
Altera queis totidem subdamus vterq; licebit;
Niliacum; Jliacum: *Mandragoram*; Andragoram.
Si qualis fuit olim, hodie est Vrbs; *Iuppiter Vltor,*
Fulmine de cælo tange a *Crotona.* Tona.
A Sole & Gabalo gessit qui nomina b *Cæsar,*
Luce magis dignus, an c *Gabalo?* Gabalo.
Qua cruce plectendi, illatis qui Sacra Profani
Spurcarunt pedibus Diuum aſaroea? Rota.
Quid facit vt rem nemo sibi, res cui sua cordi,
Cum Scæua cupiat esse Cyclope? d Κλοπή.
Quæ loca præcipuè ad loculos Zonasq; secandas
Sollicitant læuo pollice e Φῶρα? Fora.
Post trigam Eumenidum, quænam illa potissima diuum,
Cui facere assueuit nostra Cuneris? f Ἔρις
Quo morbi genere ægra trahens vix genua, laborat
Noster Hias, nunquid Hepatico? Pathico.
Quid, si aurem vellam Tatio, vt sua pignora tecta
Seruet ab Eumolpo pullipremone? Mone.
In Flora quid amat noster Dolabella? Labella.
Cur toties Acten nomine clamat? Amat.
Ecqua pœna manet Chionem, quæ vertere philtris
Tot iuuenum mentes ausa κωνῶπις? g Ὄπις.
Est ne quis, à cuius liber plagijs vti viuam,
Ne quicquam Diuum Numina placo? Laco.
Quale genus potus pro cerusiaq; meroq;
Nostrum vti censes Ἀρτεμίδωρον h Ὄρον.
Hunc queis sordibus assimules, quem explere nec Orci
Thesauro ipse sui sit pote Pluto? i Luto.
Aut quæ digna satis des nomina, quum Ioue natus
Iam Titulum abstulerit k *Tauriuori?* Auriuori.
Quid faciam si me Atta roget suum vt Actora Sacro
Fonte leuem? & faciet, mens nisi læua. Leua.
Nil aliud nisi Dona inhians quid tam cupido vis
Vicino faciam, tamq; petace? Tace.
Iam quid agam, huc si quis bliteo nos carmine tortum
E Menapis veniat, aut Arelate? l Λάθε.
Hoc satius, quàm si subnixis turgidus alis

a) Ei⁹ Vrbis descriptionem quære apud Petronium.
b) Heliogabalus.
c) Pro Cruce Varro.
d) Furandi studium.
e) Furem.
f) Contentionum Dea, siue Litium.
g) Vltio diuina.
h) Pro Sero lactis.
i) Lutum non est lutulētius. Plaut.
k) Refer ad Herculis Epithetum τὸ Βοηθός.
l) Late.

Incedam ansatus per plateas? Lateas.
Compendine aliquid faciam, nobiscum olitor si
Hospitij iungat Fœdera Polus? Olus.
Scire velim a γαλά *ne, an Chium potare suetus*
Nos Thressa terrens classe Cigala? Γάλα.
Quid voueat dulci nutricula maius alumno,
Siue æstas, seu sit horrida bruma? Ruma.
Mammã ait: haud Matrẽ puto, plena sed vbera, b *Mamma*
Quando etiam Mater nomine nota. Nota.
Nomine sed Patrio effando, qua voce Vetustas
Infantum illecebras est imitata? Tata
Pars quænam humani dignissima corporis ipso
Nec minus αὐθρώποις *corpore cara?* c Κάρα.
Ipsius at capitis pars ecqua, reciproca per quam
Sueti Homines Animæ emittere flabra? Labra.
Quid facit, vt reliquis præstet mortalibus vno
Corporis insigni Sedigitus? Digitus,
Canitiem malo; d φαλακρὸς *sin reddar oportet,*
Ne noter, haud metuo, Caluitij. Vitij.
Hocce quid est, quo cuncta ruens Libitina, metensq;
Pergit ad interitum sic dare Sæcla? e Sæcla.
Quidve aliud, quàm puluis Homo; quàm Solstitialis
Flos Herbæ, aut potius quid nisi fumus? Humus.
Aut, cui Mortari est ex re Nota, Pistillorum
Contusa assiduo verbere f *Pila?* g Pila.
Condignum ne Homulo quid agit, tot ad aspera natus
In cunis infans qui mihi vagit? Agit.
Quanto at peius agit Diderix mihi, respirandi
Qui impos, anhelo Animæ πνεύματι *tabet?* h Habet.
Cur (rogo) putori morbisq; obnoxius Auster?
An quia nimboso flamine i λυγρὸς; k Υγρός.
Tanti (heu) causa mali mulier, qua Suasit Adamo
Arbore de vetita carpere Mala. Mala.
Hinc Ate incubuit terris, hinc semina sparsa
Morborum, hinc Febres pestiferæ. Æstiferæ.
Alite Mors volitat curru, Lethi est nota Taxus;
Symbola fert Christus Taxifragi. Axifragi.
Quem prece si venerer, Scelerum si pœniteat me,
Nil ne boni hinc Supplex inueniam? Veniam.
Quid faciat suades, cui nulli in crinibus hydri,
Omnis Castaliæ cui liquor aret? Aret.
Vilius ne apaludis aues, quàm cortis alemus,
Vir quibus est lucis nuntius ales? Ales.

a) Lac.
b) Interpretãda ex verbis illis M. Varronis: Cum cibũ ac potionem, Buas ac Papas docent, & Matrẽ Mammam, Patrẽ Tatam. Vide Non.
c) Caput.
d) Caluus.
e) Pro Secula, i. falce messoria, qua segetes incidũtur. Saturni dentẽ indigitat. Verg. Nos, Een Zeeckel.
f g) Pila, primã producens hoc loco, p Mortario ponitur in quo farra olim, nunc legumina, Herbæ, semina atque aromata contũduntur.
h) Alluſum ad illud Comici: Diuos quaſi Pilas Homines habent.
i k) Ad ſolẽnẽ illam Pop. Ro. πνευμάτων formulã ſpectat hæc Alluſio, qua læſis in Arena Gladiatoribus ſpectatores acclamare cõſueuerãt; Habet. Vide Lipſij Saturnalia. Αύγρὸς tam humidũ, q̃ perniciosũ; Υγρὸς humidũ ſignificat.

Quidnam ægris togulæ, atq; cibi tot egentibus optes,
Queis neq; cella, nec as, omnia a ξᾶνος, b Axos,
Res quænam est, quæ præcipuè, posti dulcia Phrynes
Oscula delectat se Meleager? Ager.
Quæ Thamyræ mercx, aptæ cui neq; prata, nec arua,
Vlla neq; impresso veniere lira: Lyra.
Et quæ Arbor Scrophæ tritæ accommoda costis,
Pruritum peperit cui scabies? c Abies.
Cui pecori potius frutices & agrestis ericæ,
Quam thyma conueniunt quamq; Citrago? d Trago.
Pro calamis sed enim Blæsso quæ digna supellex,
Tanta cui insedit os stribiligo? Ligo.
Mensarum quidnam pedibus, signisq; Deorum
Materia inprimis vtile rebor? Ebor.
Vnde nisi à Phrygione petam, mihi textile opus si
Aulæum fuerit siue Tapete? Pete.
Pertica Tendiculam sustentans, Nomen habet quod,
Quà tacet ad Syluæ deuia trames? Ames.
Vertentis Cynthi æs crepero stridore Leonem
Territat, annè etiam Rhinocerota? e Rota,
Dic mihi quid Cristæ, Turnus quæ commoda & Alæ
In Galeæ præbet vertice Comus? Onus.
Quæ labefactandis aptissima Machina portis,
Firmior aut si quis sit paries? Aries.
Quis Deus est, ope cuius egent, in aperta pericla
Aute alios prompti se dare? f Cares? g Ἀρης.
Pascere si mi animo cupias, scin' qua dispalendus
In castris frugi sit tibi Tyro? h Τυρός.
Quæ res præcipua est, rigidi inter prælia Martis,
Quam si deposcat crudæ Machera? i Χέρα
Nil tamen iste iuuant, adsit nisi Martius Ardor,
Bella ausis constant magnanimis. Animis.
Quid lucro imprimis fore rè cum fœnore censes,
Si tractanda fuat Res Populi? Æs Populi.
Dic, quid erit ternum rediens quater uncia in orbem?
(Sic te, ô Diua, legat Posteritas) Eric As.
Semper aceruanti Æ, quod nunquam inspectat, auaro
Quid k Thamyra exoptes? num loculos? Oculos.
At quid præcipuè fucatos inter amicos
Consuevit mentes consolidare? Dare.

a) Pro viliſſimis, pannis & linteis.
b Axos, remedium.
c) Ἐλάτη, quam cæteroqui hocce Arboris genus maximè enodi sit cortice.
d) Hirco.
e) A verbo Roro, vt sit imperatiuus; vtque quasi subaudiatur, fac periculum.
f) Ad verbum illud vetus referendum: Ἐν Καρὶ ἦρ Κίν ſuum, hoc est, In Care periculum, ſac ito. Siquidem Suidas ſcribit, Cares primos mortaliũ mercedemilitasse, vt qui vitam ſuam vilem haberent, ſanguinis animæque plus æquo prodigi.
g) Mars. h) Caseo. i) Pro χέρα, id est, manum. k) Pro Oculis capto, ſiue texco.

Vera

Veræ vbi (dic) Fidei recolam vestigia cascos
Nunquid apud Cattos, an Batauos? Atauos.
Cum quibus at Populis socianda cubilia censes,
Qui dare vult operam connubijs? Vbijs.
Sanguine anus succoq; carens, quæ prurit, honorem
Quem meritam dicas num veretri? Pheretri.
Mentitur, virum auere negans se Caia valentem,
In thalamis operam quæ sibi nauet. Auet.
Medæam, at quid agas, si nanciscare vel Orphei
Cæde infamem aliquam Treiciam? Eijciam.
Et merito: neq; enim tam Barbara Vate marito
Digna, fero at potius Cannibale Annibale.
Ημίγυνος *cui nupta decens, nec Ianua mordax,*
Effugere Atridæ qui pote a κῆρα: b Κέρα
Vxorem Calaminus habet, sed scin' (rogo) cuius
Solius rei egens sit Καλάμινος, c ινός.

Liberorum insolentiæ Castigatio.

Pignora quid faciam, mea si corrumpere pergat
Nequitiæ ludum gens dare sueta? Veta.
Ambo sed auersi studijs melioribus aiunt
Rem nolle esse sibi cum d *Salomone.* Mone.
Nonne vides, exuta omni vt Pietate, Paternum
Absumant ipso cum Lare e Δῶμα? Doma.
Belle inquis: sed enim hi frenos mordere periti:
Hinc f *Ruere haud secus ac Grex sine Rege* Rege.
Qui possim? ore tenax atq; asper vterq; nec vnquam
Gesturus morem mi vieto. g Vieto.
At scin', queis iidem soliti confidere Amicis,
Exemêre vbi se compedibus? Pedibus.
Lac Patrium hinc Indo Sale mistum, & Aromate Vina
Obducunt plenis è pateris. h Pateris?
Nam quid agam? Scholicine notem vis, verbere flagri
Præfractæ Scholis i χάλκεα νῶτα; Nota.
Factum; nec cesso scutica obiurgare rebelles;
Corrigere at prauos haud facile est Facile est.
Eueniet: quippe in Philacam hos abducere certum est,
Qua Mosa alluitur amne Vahalis k Αλις
Vah pudet, & serum est si dura adeo ora Magistri
Imperio incassum frangere coner. l Ουαρ
Quandequidem callo obductum cor vtriq; nec vllis
Naturæ expellas fustibus m ἦθος. n Ερός,
Sensibus ambo tamen digni melioribus vti,
Et spes est fore, vti conualeant, Valeant.

a) Κῆρα Fatum siue Sortem significat.
b) Pro Κέρατα cornua.
c) Hoc est, nerui siue Virium.
d) Pro quouis Sapiente.
e) Domum, siue Ædes.
f) Quod quidē nos Belgæ, ex idiotismi nostri sententia. *Hollen*, ꝓpriè ac significāter interpretari possumus
g) Vincito, siue Alligato, vel constringato potius; ab antiquo verbo *Viere*; vnde & *Vietores*, pro victoribus passim apud Ro. Scriptores obuij.
h) A verbo Patior.
i) Ferrea terga.
k) Satis s. est.
l) Somnium.
m) Indolem, ingenium.
Quid n) Frustra.

Quid facit, vt noſtros exornet Laurea poſtes,
Vittaq; condecoret lanea limen? Hymen.
Dos Nata hinc promiſſa mea ac Sponſalia, nobis.
Hæc rata ſemper erunt; non modo grata Rata.
Qua digno quum iuncta Viro, Spes ne eſt fore, Auum vt me
Nepte auctum faciat, ſiue Nepote a Pote.
Iamq; verum puto, fœta geret; non Marti vti quondam
Auſa ſuo Geminos quæ dare b *Rheæ.* c Ῥέα.
At mi etiam Caiaq; mea Nata altera reſtat:
Poſcitur hæc nuptum non ſine d *Dote.* e Δότε.
Di facite, his fœlix ſeros extendat in annos
Parcarum Lacheſis aurea fila. f φίλαι.
Qua (rogo) iter facturus eques, Sextilibus horis
Per Patriæ quoties flumina vado? Vado.
Groningam at Leida quot iter dicam eſſe dierum,
Reſponde, tridui, an quatridui? Tridui.
Hei, quid agam, ſi me, Friſius dum verſor in oris,
Nocturno infeſtet pulice Sneka? Neca.
Vrbs Vtricum porrò Wiltorum diſtat ab Arce
Neſcio menſura quot ſtadium, Stadium.
At quæ præcipuè hic vitare incommoda debet,
Candida cui plantas veſtit aluta? Luta.
Lintre opus eſt freta, ſeu flumen tibi tranſmittendum,
(Nam cum viminea quid tibi crate?) Rate.
Durate o (inquis) Equo; ſubmerſa ſed rate, nandi
Spes ſupereſt quoties res ita nata? Nata.
Quid, mihi tendenti Libethrida verſus, iter ſi
Infeſtum reddat gens g *Teleboæ* h Βόα.
Proclamare iubes: ſed quas (rogo) vox mea ad auras
Peruentura, an fors Chaonidum? Aonidum.
Peregrinandi ſtudium.
Orbem quæro Nouum: quid ſiet, morbi aliquid ſi
Spaniola hic pariat, vel mihi Cuba? i Cuba.
Tutius hinc terra facere eſt iter; at graue, primo
Protinus è ſtratis ſurgere manè. Mane.
Haud maneo; neq; me Tragoræ vicinia, longo
Nec iuuat exhauſtum Marte nouale. Vale.
Impetus hinc Latios ſæpe eſt mihi viſere fines,
Perueniamq; precor vel Mutinam. ô! Vtinam ὦ.
Vſq; vel Eridanum ſaltem, fontéſve Trimaui,
Euganeos vltrà, ſiue Henetos? Venetos.
Nam quis non patriis præponat victibus Vrbem
Felſineam doctis cum Pepulis? Epulis.

a) Pote. p poſſibile eſt.
b c) Numitoris Albanor Regis filia, quæ Ilia item vocitata.
d) Facile ⏑.
e) Date ⏑.
f) Amica propitia.
g) Ætoliæ populi, latrociniis infames antiquitus.
h) Clama.
i) in morbo, immo in lecto potius.

In

In ius visne vocem si quis male vel faciat mî,
Vel dicat contra Publica Scita? Cita.
Quid faciam, quærula ne feram fastidia Socrus?
Haud mihi sic animi degeneres? Generes.
Iam quid agam si quis plena inter pocula, versâ
Eluuie aspergat me patera? Patere.
Quid porrò mussemne etiam vis, si quis asellus
Pro calce impingat mi cubitum? Cubitum.
Pro nihilo ergò putem merulentæ opprobria turbæ;
Pro nihilo annas verbera, sputa? Puta.
Præceptum de Plebe alicui des tale licebit;
Non mihi, gente sato Parmigera? Armigera.
Quid facit, vt tutos præstet mihi Ianua somnos,
Post cœnam, subijt nox vbi sera? Sera.
Quæ pars illa Domus, per quam exportanda Sabella,
Peste mala hæc horno si moritura? a Θύρα.
Quæ re habitura opus est Vicinia si bibula ædes
Ipsa suas pergat vrere Damis? b Hamis.
Nam c matula exsuperante modum quam (scis) habeat vim
Ebrietas, mentes infatuans Fatuans.
Plus vter in tenebris metuendus pariete rupto,
Furne manu promtus, an mage latro? Latro.
Deprenso sed nocte meos vi frangere clathros;
Non neruo huic fauces illaqueo. Laqueo.
d *Præstite quo Diuo sapiens vtare, Penates*
Nequa tuos ausit vis violare. Lare.
Hostili hic quoq; nomen habet; cui thura, vel agnam
Pro re (vti vult Marcus) sacrificato e Cato.
Proinde Ioui Ianoq; simul, Vestæq; litandum,
Quorum opere omnis mi stabilita? Lita.
Seminibus quid agam patriis (Dea) quæ neq; Iaua,
Missa, neq; à molli sunt mihi Sere? Sere.
Vtilius ne metam segetes, quam tubera, si mî
Viuendum ad Meroen sub Mahomete? Mete.
Dic mihi quid præter genium cœliq; soliq;
Concinnet nobis mitia mora? Mora.
Quid nux visa tibi quid mensis apta secundis
Vua, mihi à nostro missa Libone? Bonæ.
Quæ Faba Pithagoræ (puto) cognata audijt olim.
Dicitur indigena voce ea Bona. Bona.
Ex persona frugi, h. e. inemris dapibus victitare consueti, Patrisfamilias.
Trans Mare vecta alij iubeant sibi Fercula poni,
Non contenti Epulis Westphalicis. Alicis.

Cin-

a) Ianua.
b) Hama, instrumentum arcendis restinguendisq; incendijs coparatum. Iuuenal. Dispositis prædiues hamis.
c) Ad Lemma illud Satyræ Varronianæ alludsum. Sit modus matulæ, siue μέτρον.
d) De Laribus cognomento Præstitibus consulendus Ouidius in Fastis; de Hostiliis Festus.
e) Libro de re rustica, vbi Solennitatis huius exstat Formula, & quidē verbis conceptissimis.

Cinnama quos, Indaq; iuuant plus germina Messis,
Quam sata rupe seges Caucasia. Casia.
Mos quibus, Arabio hinc perfundi corpus Amomo,
Hinc Nardo crines Assyrio. Syrio.
Me ne etiam, hoc vt more linam vis, tempora; corpus.
Si quando ad mensam sterno recline? Line.
Vncta apage hæc: mihi sat quid vis. simul hospitis expero
Prandiolum possum sumere solus. Olus.
Esu alij hinc sibi mala legant; mihi Nectaris instar
Sunt succo expresso mitia Poma a Πόμα.
At quali, scin', Lacte vtar dispendia vitans,
Siue die medio seu mage sero? b Sero.
Nec Genium fraudare mihi tamen vlla libido est;
Di melius: cura hæc sit Smaliis. Alijs.
Et qui non nisi Anum Conuiuam sueuit habere,
Furfuream opponat cui Secalen Hecalen:
Sat mihi, sat quiduis, tenues dum condiat escas
(Fida Peni Custos quæ mihi) Cnea Νέα
c *Glaucia sat, Bestas Phalaris. Querquedula, opimas*
Pisce paludigena farta nates, Anates.
Præ quo Epulo nec Auis placeat mihi Phasidis, orbæ
Quam Megara assueuit mittere clitus d Ιτυς.
Nec pluris Leporina mihi, quam Bubula; pingui
Nec Vitulo pluris matra Lagois. e Οἶς.
Nil Rhombus, nil Trigla sapit: apage Ostrea; totum
Nec Catia apponat mi gula κρ. πρὸν. Aprum.
Nam stomacho magis apta meo Porcina; sueti
Me tenui oblectare Isicio. Σ ιτίω
Sic tamen, vt mihi nec miuram, neq; Salgama poni
Vlla velim; haleces nec placeant Aceant.
Nec paritura sitim cupio farcimina fumo
Durata, aut crudum nescio quid. Scio quid,
Me Faba nata domi, me nux capit & cui Ponti
Prima dedit nomen Vrbs Cerasus Cerasus.
Pruna f *Damasco ipsi nomen debentia, tosta*
(Phœbe) tuis radiis, vel clibano, Libano.
Plus fructus nos nempe iuuant, quam tortilium lanx,
Aut bis cocta Rotæ schemate g *Spira.* Pira.
Poma immò potius; capior quoq; palmula, & vuis
*(*h *Persica nec sperno) Duracinis* Acinis.
Hoc (rogo) non melius, quàm si Turdo Ostrea, vel si
Sanguine cum Scombri Vina iugâro i Garo.
Non Medici credis, non Curatoris egere,

a) Potus.

b) Id verò Græcis Ὄρρος dicitur, nobis proletario sermone. VVey.

c) Glaucia hoc loco nō ἑνικῶς sed verò πληνθαυτικῶς accipiendum: quibus aliæ porro Anatini generis species subijciuntur Vide Plinium cæterosq; Rusticæ rei scriptores.

d) Phasianus.

e) Ouis, immò Ouilla potius.

f) Pruna Damascena.

g) Iunij Nomēclat. vide, in voce Spira.

h) s. Duracina.

i) Interpretandum ex illo Martialis. Adder & arcano mista Falerna garo.

Lau-

Laureolo bona quis si sua leget? Eget.
Remigione meo; satius geram vt omnia; quàm me
Consilio Patrui semper egere? Gere.
Ecquid opus, saluum vt iugulum mihi Numina præstent,
Quàm prius a Antiochi sorpicerador? b Ador.
Grata Deo quondam, nostro cur tempore læta
Arguitur culpæ labe Chorea? Rea.
Quid lacrymarum imbri falso assimulemus, amantum.
Consuuere oculi quem lachrymare? Mare.
Dic mihi, res quanam cupido consueuit amanti
Esse odio imprimis mens cui mora? Mora.
Quo modo se thalamis Domina insinuabit Amator,
Cui fallenda habili pollice clathra? c Λάθρα.
Quid passurum animo credis, Spartana alicui si
Diducto retegat tegmine d μηρὸν? Ερυ.
Ore, quid est, quod Hyella gerit, Paphione petitum
Horto ἴον *an pueri Prætetis* ἴον, ἴον.
Dic mihi, fingendæ quanam medicamina formæ
Vti Agathe, Eucolpi suæ Patronæ g Θρῦνα.
Non belle tibi picta Ægle, non Flora videtur?
Ora quibus fuco sublita sunt. Ita sunt.
Quid (rogo) captiuos iuuenes abducere sollers,
Sub tunicis sueuit ferre Molina? h Λίνα.
Quæ pœna incautis metuenda potissima? Verpis;
Quas semel attigerit Heliodoræ k Δορά.
Non possum Andromachen: quid enim si l τὴν μαγαίνης,
Defungi modico σὺν μικρῷ *malo.* Malo.

Ex persona Amantis locosum.

Inter tot patrias iusta pro Coniuge Nymphas,
Garrula, quam teneam vna; Dea! tene? Tene.
Res ne Viri (censes) aget, is cui ducitur Vxor,
Posteru vt ex sese sæcla propagat? Aget.
Quæ verò es nostrum conscendere digna cubile?
Num Dryadum ex omni lecta grege vna? Γυνὰ.
Ai qui casta mihi placeat quum Cypris, ab omni
Opto probri immunem ducere labe m Δαΐδ.
Audio; sed quum nil nisi Vox sis, munia fungi
Comparis, haud video, qui valeas Valeas.

Aliud ex persona haud absimili Genio litantis, *hoc est,* Natalem celebrantis suum.

Ite procul curæ: meus est Natalis, Amici:
Quis scit, an hæc vnquam Lux remeabit? Abit.
Hei, quid agam, blanda iniiciat si vincula Phryne,

a) Notissimi Tōsoris nomē apud Martialē. b) Farris genꝰ, quod tostum molam salsam efficiebat antiquitus. Hic pro quouis auerruncandæ Deūm iræ, siue impendentis periculi ἀποπόμπαιον sacrificio accipiēdū. c) Furtim, clādestinē. d) Referad veterem illum Lacœnarum morem, quæ φανομηρίδας propterea dictæ, quod incedētes femora retegerent. Plut. in Numa. e) Alterum Fenum, alterum Desiderium significat. f) Quorum alterū Violam, alterū Sagittam denotat. g) pro Pigmentis, vide Theocriti Scholiast. h) pro Retibus, quo modo Epidico interpretatur Plautus. i) Vera pro Mutone, siue Canda salaci Romanis scriptoribus vsurpata antiquitus, q̄ Græcis propriè φιλεῖ. k) Excoriatio, vt ad Lucilianum illud φαλακοπόδιον referatur: neq; aliunde porrò istius vitii interpretatio arcessenda. l) Noxa, siue Calamitas. m) Mulier. n) Cape.

Illice nos oculo si Phlogis hamet? Amet.
Par vtriusq; Lepos, studiosæ Carminis ambæ;
Vtraq; verno æui flore decora a Κόρα.
Cui florum generi par est contendere odorem,
Qui fluit ex Idæ Suauiolis? Violis.
Quid faciam, illecebris vernantem talibus Hortum
Annuerit Charitam si mihi Triga? Riga.
Quid porrò, in tenebris ne b *micem cum Chloride, suades?*
Nec metuam, ne me fraudet Amica? Mica.
Tot Dominæ ergò tibi? quanto moderatior Aulus,
Vna cui satis est Deidamia? c Μία.
Has ego opes malim, pugna quàm sternere Mauros,
Vel regere imperio tres Capuas? Apuas.
Adde his vina, Puer, Saliis sed qualia mensis
Ponere conuiuans sueuit Hymera Mera.
Neu mihi per brumam tepeat Focus igne maligno,
Suggere municipi cespite d κᾶλα e Καλά.
Hoc (rogo) non melius vt amando tempora vitæ
Oblectes, quàm si nil ageres? f Age Res.
BELGA, *quid in causa est, nequeas quòd tempore tanto*
Excussa fieri compede liber? JBER.
Auriferante Tagus fuerat, nunc Maurifer: vnde
Quid vetat hunc dici Mauriuomum? Auriuomum.
Classe Astur totum quateret quum Nerea, qualis
ANGLA *tibi visa est Penthesilea?* Lea.
At classem hunc armare nouam fert rumor, vt olim
Rex Medus, redijt quum Salamine. Minæ.
At Saga. an ad Pacem, quo (dic) Iouis omina spectent:
Si modò venturi mens tibi g *saga?* Saga.
Quid facias tibi si quis Gallica Sceptra gerenti
Nuntiet obsessam Massiliam? Assiliam.
Macte, sapis: Ius, cuiq; suum defendere Ius est,
Vnde pericli aliquid, ni caueas? Caueas.
Communis sed enim hanc incendi exstinguere pestem,
Tempus, vt & Vicini accelerent? Celerent.
Hunc vtinamq; diem videam, quo Belgica in vnum
Vires tota suas consociet. Societ.
In communem hostem communia sumat vt arma,
Tempore quem tanto pertimuit? Timuit.
Credere nos Fati iubet hoc clementia, necdum
Libertatis adhuc Lux moriens? Oriens.
Vnde sed hæc? nisi cum pipere hanc & mercibus Indis
Missura huc nobis Taprobane? Proba ne.

a) Puella ætate florida, vel potius flos ipse.

b) Micem, Amphibolia: Incertum enim, vtrumne ad genus illud lusus peruulgati, qui cæca digitorũ micatione peragitur, an potius ad pygiacos Venere operis motus referri debeat. Siquidem To, Micare, præter notionem vsitatam, pro Tremere quoq; seu Moueri positũ passim apud ꝓbatos Scriptores est reperire.

c) Sola.

d) Ligna.

e) Αντὶ τ̃ Καλῶς.

f) Præceptum Politicum.

g) Pro, pręsaga.

Quod

Quod dubites, non est, fore vt hæc commercia a tutos
Nos Maura præstent à rabie⌣. Arabiæ.
Quo si nostra etiam portarint linteæ venti,
Nonne breui ditem me fore reris? Eris.
Nam graue quid, cum cœlo animum haud mutatus, vt erã,
Decolor huc redeam si Calecutha? Cute.
Non ita, Rus patrium priuis cui bobus aratur.
Cui sic inuisus Mercurius Curius.
Haud nego: at ô quanto plures alit Atta Clientes,
Mille suium in prati grex cui palat⌣! Alat.
Hoc nihil esse putas? quid? tanto an pluris haberi
Te nescis, quanto plura habeas? Abeas.

Ex Menandri Poetæ persona in Ægyptum Alexandriam à Rege Ptolemæo ac citi euocatiq;; ampliſſimis propoſitis præmijs eius rei ergo directa Athenas Legatione.

Ad Lagumne meam. Gylceren (meã Regnã) relinquens,
Gratia si trahat huc nos Ptolomæa. b Mea.

Ex persona c L. Plotij in Salernitana latebra vnguenti odore à percuſſoribus ſuis proditi oppreſſiq;.

Quid fuit, vt lethi fierent mihi causa latebrã,
Vnguenti indicio dum male prodor? Odor.

Alia Iacobi Lom. SS LL. Licentiati. de Pace.

Dic mihi quã deuſis habitat conuallibus Echo,
Cur populus Pacem ſic modo clamat⌣? Amat.
Ad diuam Pacem precibus concurritur?]tur,
Vt damnum fugiat triſte colonus? Onus.
Ruſticus ergo iterum campos reparabit⌣. Arabit.
Et tuto curret Remige Nauita? Ita.
Omniaq; euenient in Mundo proſpera? ſpera.
Largaq; nec rerum copia deerit⌣? Erit.

Alia Ioan. Secundi Hagienſis. VIATOR.

ECHO.

O Quæ diua Cauos colis receſſus,
Syluarumq; regis domos opacas,
Tu quæ de reliquis deabus vna,
Quas fronde ſq; iuuant iuuantq; fontes,
Audiris toties, videre nunquam?
Dic quæ finis erit meo calori
Imas quæ mihi deuorat medullas?
Vt, formoſa tuas vorauit olim
Superbo è pueri decentis ore⌣,
Inflatum reuoluta quum iaceres

a) Sic enim periculũ nõ erit, vt noſtrates negotiãdi gratia cum claſſe in Hiſpaniam ãduecti, & quidẽ fide publica, recta porrò in neruum ad Triremes dãnãdi inauditi ãtq; indefenſi rapiantur, præter vecturæ ac nauigiorum iacturã, capitũ inſuper, & quidem ingenuorum. diminutionẽ paſſuri, cõtra cõmune ius gentium.

b) A verbo Meare, vt ſit imperatiuus.

c) Vide Plin. Nat. Hiſt. lib. 13. cap. 3.

Languens vmbra superstitem q; solã
Vitam voce breuis teneret aura
Dic, nam fortè libet meas querelas
Audire, & veteres nouare curas.
Dic oro, poterit quid impotenti
Seros ponere limites amori?
ECH. Mori. *VI. Dij meliora, sine nobis*
Ad canos igitur dies manebunt
Et canos quoq; non dies relinquent
Singultus lacrymæ, graues q; voces?
Aut mox abijcienda prima vitæ est?
ECH. Ita est. *VI. At licet ire perq; gentes*
Perq; vndas, vbi nulla me sequatur
Sublati ex oculis amoris ala,
Non illic domina procul relicta
Mentem siderea faces perurent.
ECH Vrent. *VI. Non roseum os genæq; tangent*
ECH. Angent. *VI. Sed hic dolor hic leuis breuisq;*
Fomento cito destitutus omni
Sese conficiet, negante vel te.
ECHO. Ante vel te. *VI. Adeone amarum amare est?*
ECH. mare est. *VI. A. Hei mihi quicquid est malorum*
Admittit medicas amaq; curas:
Nulla solus amor leuatur arte,
Non cantu perit, aut perit venenis:
Spernit consilium fidele, spernit
Quicquid mens benesuada prodit. ECH. Odit.
VI. O ne vnquam mihi talium dolorum.
Sensus ter miser supersit vllus:
Quam mallem media stupere sylua,
Dura cortice membra tectus orni:
Qua Caurus mihi, qua proteruus Auster
Nequicquam, Boreas q; spiritosus
Hinc illinc quatiant q; vellicent q;
Amoto querulas dolore frondeis.
Aut tecum in liquidas abire voces:
Per sylvas q; volare perq; valleis,
Saltem læta sonare tunc subindè
Possem, quum facili fruens amore
Felices cuneret viator igneis:
Nec semper graue diceremus heu. ECH. Heu.

ECHO. Authore Georgio Sabino.

Dic mihi Nympha cauis habitans in vallibus? Echo.

Sanis.

Semicaper Faunus, cur ita clamat? Amat.
Quæ tamen illa, furit, cuius male sanus amore?
Diuitis an Codri filia Naus? Ais.
Est opulenta quidem sed turpibus obsita rugis,
Debuit hanc bifrons ducere Ianus? Anus.
Candida me verò Taumantius vrit amantem:
Cuius forma decens & generosa? Rosa.
Huius amore flagro: sed dic resonabilis Echo,
Quæ res ergò graues sunt in amore? Moræ.
Ver est conueniens, blandis & amoribus aptum.
Vere nouo sponsum me fore rerus? Eris.
Interea gelidis in vallibus ipsa valeto:
Vox tua sæpe mea voce sonabit? Abit.

Alia Francisci Panigarolæ in Christi Natalem.

Hæc Bethlehemitæ pastores verba referte,
Audita est Echo, qua iuga montis habet.
Quis natus? dixit Natus, patriusne ludai?
Illa Dei. *verusne est homo, dixit* homo.
Atq; hic idem nonnè Deus remanet? Manet: *estne*
Vt pater omnipotens? rettulit ista Potens.
Hunc quid de cœlis duxit? Lis duxit. *at istam*
Dic vtrum vincat? Vincet, *& ipsa refert.*
Litis erat radix longæva? Eua, *an mala?* Mala:
Num gula sic potuit? illa refert, Potuit.
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, Agnus.
Ipse ait hoc? Ait hoc. *Cur ita clamat?* Amat.
Is maius nostro nunquid dare possit amori?
Reddidit illa, nihil, quàm gemebunda, Mori.
Hoc faciet? faciet. *moriens?* oriens. *Deus ille?*
Heus ille est forsan causa tua? Ausa tua?
Diligere hunc ergo par est super omnia Christum?
Istum. *nonnè Deum? dixit:* eum, *& tacuit.*

Alia incerti Authoris.

Quæ celebrat thermas Echo, & stagna alta Nereni,
Deludit voces, concaua sæpè meas.
Sæpè hic Narcissum exspecto: simul illa moratur
Si queror, hæc queritur: si gemo, & illa gemit.
Quisnam clamor? Amor. *quinam furor?* Vror. *an Echo,*
Echo. *quæ maior pœna in amore?* Moræ.
Exspectas Narcissum? issum. *quæ causa morandi?*
Orandi. *non hæc dicta notabit?* Abit.
Adfuerat? fuerat. *num est hic:* hic. *quem fugit iste?*
Is te *etiam me. quod sit malum amare?* Mare.

Non veniet? veniet. *quæ ſpes?* as *vincitur auro?*
Auro. *victor ero prodigus æris?* eris.
Sunt pueri fragiles? Agiles. *non munera?* Aeris.
Quis docet hæc? Echo cur bene clamat? Amat.

Alia Pauli Meliſſi.

Echo, qualis (amabo) quæve Nympha es,
Quæ valles colis, haſce propter antra
Palatina? latina *vin loquela*
Dignari reſonantiore Paulum?
Paulum *te rogo quidpiam, quod hercle?*
Neſcio. Scio. *me ſed ecquis audit?*
Te præter, mutæ verba per nemus qui
Dem? Ne mus quidem *ain? ſed auris* auris?
Ineſt Auris ineſt capaci lucus
Aures ſic habet obuias meatus?
Aures ſic habet ob vias meatus.
Dic ſedes modo, cor flagrans mihi, unde eſt
Et furens adeo? A Deo. *an liquore?*
Tinctus deſtituatur furore? Rore.
Et quo rore? liquente dum marino?
Marino, *dabit hunc Roſina cordi*
Margarita? Ita. *cuius eſſe guſtus*
Arbitraris, amare & haud amari?
Amari *id ſtomachi eſt acerbi oris?*
Acerbi oris *at ipſe nil acerbi*
Sentio, ora fibris carent amaris?
Amaris. *quid (age) eſt quod illa tam ſita*
Clemens? Mens *adeone mitis in me?*
Hæc mens perpetua eſt? tua eſt. *erit mea*
Cum concordi Adamus fauore ſemper?
Qui menſis decus addet inde maius?
Maius. *ſed mihi quos dabit potenti*
Sermones comes ille & illa? comes
Ille & illa. *repulſa nec parata eſt?*
Rata eſt: *ambigue loqui videris,*
Forſan ô Dea veritate aberras?
Erras. *quam vereor?* Reor. *cupis me*
Irritare? quid angor? Irritare
Quid angor? *mihi nonne præſtituta eſt.*
Tuta eſt. *& mihi deſtinata?* Nata.
Fato ſcilicet? Ilicet. *puella.*
Nubet ergo mihi illa vere? Verè.
Sponſa rite ſacrabo liba? Liba.

Meliſſæq; vocabo nomen Omen.
An poſt ducier huc ſines Roſinam?
Sinam *illi ipſe dehinc mihi illi iunget.*
Baſio oſcula ſuauiore? ſuaui
Ore. *& mellea blanditer profundet.*
Verba gutture dulciore? Dulci
Ore, *Labra per hæc lætum ſapis mel*
Iſſe cerno ſapis Mel iſſe cerno.
Interim mihi ſuauiter valebis
Vale bis, *mihi dulciter vale Ter*
Vale & ſta requieta, Re quieta.

Alia Nicodemi Friſchlini eodē carminis genere conſcripta, continens ſoculare iurgium Vrſini Iuuenis cum Fabulla coniuge vetula, quæ more Echus marito ad finem Verſus relatrat, à quo vapulauerat.

Anus raucida, fœda, plangis? Angis.
Ecquis te angit anus maligna? ligna.
Quod lignum? viridine cornus? Ornus.
Quid ſi te ferium pro amore? Moræ.
Lingua es fœmina nequioris? Otis;
Et mens eſt tibi plena fraudis? Audis.
Ah quantus tumes ille faſtus? Aſtus.
Aſtibus tute deliqui plena. Lena.
Certè es lena nimis ſeuera: vera.
Nunc places, quia confitere: de Re.
Places ô anus ô amanda: Manda.
Mando, dic mihi mi marite, rite.
dic rurſum mihi care paſſer, aſſer.
Heus præbe tua mi labella, bella.
Nunc te diligo amoq; rurſus. Vrſus.
Vrſino mihi dulce nomen: Omen.
In te noſtrum amor remanſit. An ſit.
Certè ſum tui amore captus: Aptus.
An non ſum tibi vbiq; primus? Imus.
At vir ſum grauitate magnus? Agnus.
Morum temporis haud probroſus? Oſus.
At penu locuplete mirus? Jrus.
Et docta indole pene onuſtus? vſtus.
Cunctis deniq; gratioſus? Oſus.
Quid? num ludis anus profana? Vana.
Neſcis vnde mihi propago? Pago.
Quid tu fœda anus increpanda? Panda.

Anus panda caue loquare. Quare?
Quia es pessima, tetra pestis, Estis.
Ah cur non ferio atq; plecto? lecto.
In lecto? quid ais nefanda? fanda.
Quis possit tibi se applicare? Care.
Tam turpi vetulæ? recede. Cede.
Nam quid vsquam habeas amoris. Oris.
Deus vnus tibi fœda, mater, ater.
Frons rugosa, canusq; ocellus, ellus.
Lippa es, osq; Saliua abundat, Vndat.
Labra incana situ molente, lente.
Noctuæ tibi luce visus, j sus.
Et rictus Crocodilianus, anus.
Faux pedore nigrante marcet. Arcet.
Ipse anhelitus, ægra pestis, est Is.
Ceu putens redolet lacuna, Cuna.
Ceu ceromata fœculenta, lenta.
Ceu serpentis olet cubile, bile.
Ceu fœtent nebulosa auerna, verna.
Ceu piscina vetus palude, Lude.
Quid? quod labea catella lambit? Ambit.
Non miror tua lambi oleta? læta.
Quis neruus tibi, amica saluus? aluus.
Cum pedit tua vox gemella? mella.
Imo fella tui saporis? oris.
At vox rauca, nec arte claret? Aret.
Rana scit melius sonare? nare.
Et cantu superat te asella? Sella.
Quid quod venter ab igne lassus? assus.
Et pes frigore & imbre læsus? esus.
Pallens nasus ab igne falsus? alsus.
Æstas est tibi bruma tristis? istis.
Nempe cruribus hisce tristis? istis.
Quid poscunt tua macra crura? rura.
O si te tegerent sepulchra, pulchra.
Pro te iugera dem paterna, terna.
Nam quis fructus erit salutis? οὔτις.
Anus fœda procul recede, cede.
Æterna cruce mox peribis, ibis.
Ibo in prælia dira Martis. Artis.
Et te deseram anus profana, vana.
Tace iam tace anus cremanda, manda.
Hoc mando, hoc iubeo Fabulla, bulla.

Hem

Hem bullam tibi trunce sueue, væ væ.
Quid clamas rabiosa, vt Echo? Echo.
Os nunquid relatrare gaudet? Audet.
Et pugno referire plaudo. Laudo.
O te putidulam repungis? vngis.
Vngam fustibus hoc ouile? Vile.
Per quam vilis es, ô Fabula? bulla.
Videre aridus esse truncus? vncus.
Et fœtens mihi peneporcus? orcus.
O cari iuuenes adhortor: hortor.
Sponsis talibus abstinet? ne te.
Ne vos fallat anus senecta, necta.
An nondum mea lingua vicit? icit.
Quisnam corporis iste sulcus? Vlcus.
Cur hiscit tibi quaso rictus? ictus.
Certè hæc vulnera facta ploro, Loro.
Hem loro tibi faux premenda, menda.
Tace putide funge, sueue. væ, væ.
Quid vox flebilis ista plorat? orat.
Tua vt contegat ossa gramen? Amen.

Alia Jacobi Lom in promotionem trium Doctorum S. Theologiæ.

Doctorum Triadi, Musæ Chariteſq; decora,
Dum texunt socia Biblica serta manu,
Fors ego secreto conuallia læta recessi,
Et solus capto per loca sola viam.
Hæc vbi de meritis Doctorum laudibus Echo
Audita est reduci voce referre mihi.
Quis clamor passim, est turbis? Vrbis. *vaga plausa*
Num lato resonant compita? *dixit,* Ita.
Sic ne fauent ciues sacris patribus? Tribus. *Illis,*
Hæc laus mandatur? reddidit illa, Datur.
Illos ornabit iam Biblica laurea? dixit.
Aurea. *nec meritum differet? illa* feret.
Ergo dabo huic Triadi laudes? Audes? *referamq;*
Munera mutua? mox imperat illa, Tua.
Soluitur illi igitur merces virtutis auitæ?
Vitæ. *Et præstantis pectoris?* oris, *ait.*
Et quo Palladio sudauit puluere? verè.
Stirpe tamen præstans, & grauis? inquit, auis.
Ac fugit mundi discrimina? Crimina. *quasq;*
Is maculas prodit? continuo, Odit. *ait.*
Virtutesq; colit præclaras? protulit, Aras.

His ornamentis? Mentis *& illa refert.*
In cathedrisq; valet sacris? Acris, *mala carpit.*
Cum delicta hominis? reddidit illa Minis.
Et bona dat nunquam mortalia? Talia, *clamat.*
Haud exempla parans turpia? at illa: Pia.
Hostiles vincet fastus? Astus, *nouaq; siqua*
Hæresis exurget? protinus Vrget, *ait.*
Tandem fulgebit ceu cœlica castra? ait Astra.
Hoc vrbis columen? lumen *& illa refert.*
Longa quiesq; aderit post tanta negotia? reddis
Otia, *quo virtus euehet? illa:* vehet.
Et nobis prisca surgent ex atris amores?
Mores *atq; animæ dulce leuamen?* Amen.

Alia Guilielmi Salsmanni Poetæ laureati in promotionem licentiæ Jo. Birckmanni.

Seu Dea seu vox es, seu vocis imago relata,
Dic Echo, num tu sis quoq; Nais? Ais.
Quis deus hic fluuij Tyrrhenus? Rhenus; *Oreus*
Est Echo, an Dryade se quoq; clamat? Amat.
Hæc arbor quænam sacrarum me vlla? Betulla.
Gallica er at ne arbor roreq; flerat? Erat.
Fronde renidet? idet. *cuiusce coloris?* Oloris.
Queis foliis? Oleis: *est generosa?* Rosa:
Hæc in Romuleos fasces fera transsit. An sit?
Quod lignum est? Signum est *stirps tibi grata?* Rata.
An puto gestamen? Tamen. *An de Consule pulchrum*
Fulcrum Lictores mos decorabit? Abit.
Sunt betulæ lusus? Vsus. *Birckmannica tigna*
Signa. *Vale, satis est, Nympha pudica.* Dica.

Alia Josephi Scaligeri.

Quidnam significat Scaliger? Aliger.
Alatum Podagra mancipium est? Pium est.

Antonij Tebaldei Echo admodum elegans.

Dic, Echo, quid vult, vt semper viuam ego mœstus?
Æstus, *non facit hoc spes moriens?* Oriens.
Mene vrit facies? acies. *aciesne fauilla?*
Illa. *diu miserum me fore rere?* eris.
Resipicit hunc ramum? hamum. *laurum?* laurũ. *& amor cor*
Accensum? censum. *corde recedet?* edet.
Estne silex? ilex. *quæ causa mea est facis?* Acis.
O rem animo pestiferam! æstiferam.
Quid per tam longum parient mea lumina fletum?
Lhetum. *scis quid sit, quod tu adamas?* Adamas.

ΕΙΣ ΗΧΩ.

ΑΡΧΙΟΥ.

Εὔφθογγος γλῶσσα πλὴν μίσθιος ἀὐ λάλον ἠχώ,
Κὲ λάλον· ἤν πιλύω τότ' ἀπαμείβομίαν.
Εἰ σὲ γὰρ ὅμ σὺ λέγεις, ῥέφω λόγον, ἢν δ' σιωπᾶς,
Σιγήσω. τίς ἐμεῦ γλώσσα δικαιοτέρη;

IN ECHO.

ARCHII.

Sonora lingua præteri vocalem Echo,
Et non vocalem: si aliquid audiam hoc respondentem.
In te enim quem tu dixeris sermonem convertam Sin autem
taceas.
Tacebo. Quanam me lingua sit iustior.

Ὁμηρόκεντρα εἰς τὸν πρώτως ἀκούσαντα ἠχοῦς.

Ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοὶ Ἐραταρισταὶ Ἄρηος,
Ψεύδομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω κέλεται δέ μὲ θυμός,
Ἀγρῷ ἐπ' ἐσχατιῇ ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκῃ,
Ναιὴ εὐπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα
Ἦ θεὸς ἦε γυνή, καί δ' ἀμφιέπουσ' ὀνομακλήτην·
Εἰ δ' ἀμφιέπουσά τε καὶ αὐδήσασα ἀκούσας
Αὖτις ἀείρας ἦλως ἐρεμνὰ μυθολογήσῃ.
Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα διείρεαι ἔκγονε Διός;
Τίνα δ' οὔτ' ἄρρησα δυσάμμ' αὐτίον οὔτε νοῆσαι.
Ὀπιπίον μείπησθα ἔπος τόδε μ' ἐσακούσας.

Homerici Centones in illum qui primus audiuit Echo.

O amici Heroes, Danai, famuli Martis.
Mentior, an verum dico Iubet verò me animus:
Agro in extremo vbi arbores procerę proueniunt,
Habitat pulcricoma grauis Dea loquens:
Siue Dea siue mulier: qui loquuntur ipsam appellantes:
Si autem loquentem & vocem edentem audiat,
Subitò valida æmulatione quæ dicta sunt eloquitur?
Sed quorsum tibi hæc enarrare singula opus?
Quem neq; intueri possum contra, neq; scire.
Quale autem dixeris verbum, tale & audies.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΗΧΟΥΣ.

α Ἀχὼ φίλα μοι σύγκλαινε θρῆνον τί;

* Ερῶ κερδήσῃς. ἓδί μ' ὁ φιλῶ. b φιλῶ.
* πρᾶξαι δ' ὁ χαίρος καιρὸν ὁ φίρει. b φίρει.
* Τὸ τίνων αὐτῷ λέξεν ὡς ἐρῶ. b ἐρῶ.
* Καὶ πίστιν αὐτῷ κρημάτων τὸ δός. b τὸ δός.
* Αχὼ τί λοιπὸν, οἱ πόθος ζυχεῖν. b τυχεῖν.

IN SIMVLACRVM ECHVS.

* *Echo amica mihi astipulare aliquid* b *Quid?*
* *Amo Coriscam, hac verò me non amat.* b *Amat.*
* *Rem habere tempus occasionem non fert.* b *Fert.*
* *Tu igitur ipsi dicito quod amem.* b *Dicam.*
* *Et fidem ipsi nummorum quid da.* b *Quid da.*
* *Echo, quid reliquum? an amore potiri?* b *Potiri.*

Daniel. cuiusdam Saxonis Echo, in nuptias D. Jacob. Sagittarij & Magdalenæ Hornburgæ.

Echo garrula, iam loquare: *Ech.* Quare?
Quid sagittifer ille gaudet? *E.* Audet.
An in rete feram coëgit? *E.* Egit.
Et telo penetrante vicit? *E.* Icit.
Num trux, horribilis, proterua? *Ech* Cerua.
Nunquid cornua gesta vlla *E.* Nulla.
Quid, iuuencula vel vetusta *E.* Iusta.
Forsan cerui fuit puella *E.* Bella.
Cui fauit tria pene lustra *E.* Fruſtra.
Hanc feramine sagitta lasit *E.* Hæsit.
Ignes incipit hac fouere? *E.* Verè.
Venatoriu amore rapta? *E.* Capta.
Hec mitis, proba, mollicella? *E.* Stella.
Hac est florida, delicata: *E.* Grata.
Hac ferax, quasi vitis alma *E.* Palma.
Lecti pignora num datura *E.* Plura.
Viuent molliter absq; lite: *E.* Rite.
Annos quot superabit ille: *E.* Mille.
Sed quot secula Magdalena *E.* Lena.
Echo garrula, nunc abibis. *E.* Ibis.

Echo incerti Authoris, quæ cælitus quasi misso oraculo, homini ad cœlum rectissimam viam breuissimè commonstrat.

ANI. *Sapiens amatne voluptatem an fugit?* *Echo* Fugit.
ANI. *Quid egit, post in hisce vita totius*
Tempus exactum? *Ech* Actum? ANI. *Sed quam citissima*
Ad mortem via? vel Tartaro quis proximus
Consensus? *Ech.* Sensus, ANI. *Vitam quisquis diligit*
Amatne pulchritudinem eius an DEVM?

Ech. Eum. AN. *Ergo per terrestrium mortem, datur*
Vita? Ech. Ita. ANI. *Quid amplius corpus meum petit?*
Quando suam clarissimè sententiam
Tam manifesto declarauit Numine.
CORP. *Temerarium & periculi plenissimum,*
Obluctari diutius: accipio iugum.

In sacrosanctæ Eucharistiæ Pompam Petri du Blanc,
Auen. S. D. T. Echo.

Fallor, an exultat vox tanto in puluere? Verè.
Hymnis turba Deum cui pia clamat? Amat.
Panis imago cibi est anne hic veri esus? IESVS.
Est hominum hic pastor munere verus? Herus.
Donat in æternum sacra hostia viuere? Verè.
Sumenti an vitæ præmia debita? Ita.
Dic mihi quis donum hoc litando fit integer? Æger.
Sustentatne animam si sacra malit? Alit.
An mihi fas vnquam sacra illa relinquere? Quære.
An superis dignus, qui benè quærit? Erit.
Vnde latex sacri promanet nectaris? Aris.
An noxarum expers hac dape cedet? Edet.
Quos inquis fructus sacra hostia parturit? Vrit.
Libans virtutum ad culmina vadit? Adit.
Num spectasse viro, aut coluisse satis foret? Oret.
Num laudas eadem sacra iterata? rata.
Scanditur ad cœlum si dignè sumitur? Itur.
Quid mihi si extremo funere conor, honor.
Ergo tam felix erit aui Vespera? spera.
Perpetuum hoc donent astra leuamen Amen.

Qui volet aliud Echus Exemplum longè pulcherrimũ de rebus sacris, inueniet sed Gallico Idiomate conscriptum in libello qui inscribitur: Poemes spirituels Du Sieur de Neruezc imprimé a Paris An. 1606 pa. 42.

In obitum optimi parentis,
ARNOLDI MYLII,
Typographi huius ætatis vt doctissimi, ita celeberrimi,
ECHO Hermanni Mylij.

Te quæro, quæ dum solum solare loquendo,
Sola manes, montesq; altos, locaq; ardua quærens
Ingratos nobis terra hortos spernis amœna.
Mene: *videre alias, tua si sint membra, cupiui,*
Nunc id non quæro, satis est modo diua loquare,
Quare? *eheu lugens, non quæ tua regna, requiro,*

An Dea es, an sumis, vel thus adolesne, dolesne?
Heu rogitas, nescis: pater, heu pater optimus, eheu
Occubuit, mortemq; volente ita numine passus
Æterno, terno nos hic sua pignora liquit
Inuita, in vita. Nempe hoc sibi verba volebant
Illa, quidem frustra, sed non sine fine relata,
Illa nimis tristis nimium vera omnia vatis
Dicemus, quando Francfurti Mœnia linquens
Direxi gressum Gallas securus ad vrbes,
Tu, dicebat, abis, sed, si mea dicta sequare,
Non linguæ studio, externæ non gentis amore
Exires patrijs è sedibus, ædibus. Hæc nunc
Occurrunt misero, sero Nempe vt mea fata
Perciperem, & tristis quæ me fortuna maneret,
Linquere me natale solum, longeq; remotam
A patria & notis me quærere oportuit vrbem
Lutetiam? te? etiam. sed fors foret illa ferendo,
Ast ob IIst I Arno LDe MyLI, pater optime, verè
Nestoreos annos dignus vir viuere. verè
Ergo quid caussæ est, quod non tua Nestoris annos
Durauit vita, aut plures quàm Nestoris æuum.
Omne tulit, quæ caussa patri quod vita rescissa est
Per caro? caro & ob carnem mens nescia finis
Consumpta est? sumpta est, ad summum est sumpta polorum
Patronum, thronum. Ibiq; pijs tua pignora votis
Ditabis gemino tibi nomine subdita, dita.
Speraram, quando septena volumina viuens
Annorum nouies compleras, tutius esse
Tempus viuendi ac aliquo nos tempore tecum
Victuros præcepta pij auscultare parentis.
Sed spes decepit, fœlices esse vetauit
Natus visceribus, lumbis & renibus hærens
Calculus, horrendo distendens membra dolore,
Vt quandoq; solet lictor, tormenta voracem
Excedunt Tityi volucrem, Phalarisq; boantem
Taurum, vel quicquid primorum sæcula regum
Inuenere olim, aut quæ restant flagra tyrannis
Effingenda nouis. O vis dein debilitarunt
Membra, senex ætas, malà quondam passa iuuentus
Quæ fuit iniustè, hinc summis languoribus acti
Anni intermedij quos hulcera pestis, & angor
Pectoris ad mortem lectis affixerat, Hinc est,
Hinc factum est dico in numerum vt nos fata vocarint

Per

Per vim morborum orborum. *ques fortiter omnes*
Æqua mente tulit, facile illud sola dolorum
Ostendo, puto, vis, vt ouis. *Quapropter ab alto*
Respiciens merita ista polo, pater optime, reddas
Omnipotens meritas palmas, almas *Tua verum*
Pignora nos, amisimus an te? misimus ante,
Ante sequuturi miseri nos misimus, imus
Et sequimur. Nam lex hæc omnibus, omnibus vna
Semita stat calcanda, sequendaq; buccina mortis.
Ortis *Quicquid habet nam rebus in omnibus ortum*
Tendit ad interitum ritum. *Hac nos lege tenemur*
Excepto nullo. Quapropter ad ardua cali
Sidera conuersus, supplex ad numina dulcia
Pro patre filius intercedo. cedo. *Valeto.*

Alia in nuptias D. Arnoldi Mylii & Catharinæ Lennipiæ, Echo Ioan Honthemij.

Qua colis vmbrosos, ECHO, inter saxa recessus,
Arentesq; facis ripas, collesq; supinos,
Mutaq; saxa loqui: Nunc te fas reddere dictis
Mutua dicta meis, alternasq; edere voces
Nympha decet vocalis; amant alterna Camœna.
Mene? *Negat mihi Phœbus opem. Tu viribus ergo*
Audentem maiora meis Dea, dirige. Cernis
Ducat vt in thalamos casto succensus amore
Præstanti Mylius Catharinam corpore nymphan
Lennipiam? Piam. *An hic muti de more silebo*
Piscis, & ingratus vano superante pudore
Non ausim Mylium nostris intexere chartis?
Artis. *In exiguo tenuiq; pœmata magna*
Non erit artis opus, mihi detestabile sat sit
Pectoris ingrati vitium effugisse: Sed ecce
Quisnam est ille, domus qui stans in limine primæ
Gemmato intrantem sponsam cratere salutat?
Scilicet hic ille est, Venerem qui nuper & illi
Hærentem semper puerum (cui plurimus ignis
Ore, manuq; leui nunquam frustrata sagitta)
Contemnens, longumq; iubens vtrumq; valere,
Resq; suas sibi habere, domo patriisq; relictis
Sedibus in terras sese iactabat iturum
Longinquas. In quas? *Italas, nisi fallor, vt vrbem*
Lustraret, dominam, toti qua præsidet orbi,
Moles excelsas, Celsas, *Capitolia, circos,*
Sudantes metas arcus, tereteq; columnas,

Quæ

Quæq; per Italiam passim amphitheatra, Theatra,
Tum quoq; Cymmerium ardebat currere ad oras,
Spectatum Amphrysiæ Cumeæq; antra Sybillæ,
Jus? sed incassum: pueri desistere tantis
Cogitur incœptis cæci nunc cuspide victus,
Ictus: Ehó Veneris flammas nunc sperne furentes
Vrentes, cæci nunc sperne Cupidinis ignes,
Sperne Myli, & patrio pete Garmatas orbe relicto,
Victus es infelix. felix, felicibus inquam
(Quid loquor: Infelix) vinclis & compede grata
Te virgo domat, & victum vinctumq; coërcet,
Cede Deo; neq; enim reor esse resistere Diuo
Fas immortali, Tali. Quid quærere terras
Externas prodest, alioq; sub axe iacentes?
Qui manet atq; domi tacitus sua gaudia carpit,
Plus habet hic vitæ: qui trans mare currit & Alpes,
Plus habet ille viæ: Nunquid via vilior ipsa
Vita? Ita. Longinquos igitur scrutetur Iberos
Qui volet. est Mylio melior sententia nostro,
Qui fugit ista via discrimina, Crimina, vitæ
Tranquillæ & placidæ sectatus gaudia. Dia.
Tantáne vis formæ? Sed quem non forma moueret?
Quæ mentes superum, atq; adeò quoq; pectora magni
Alta mouere potest Iouis, O vis! Aspice Nymphas,
Aspice, vt incedat velut altera corpore Iuno
Erecto, Recto, & voto vix pulluere. Verè.
Nunquid Leda manus? nunquid Venus illa niteres?
Ore, Viden' pulchro nitidam curuamine frontem
Elatam? Latam. Tum contempleris ocellos
Ardentes, Dentes, cuiusce coloris? Oloris.
Puniceo vt splendent depicta nitore labella?
Bella. Genis quantus nitor insidet aspice Nymphæ
Ambrosiis, Roseis. Quid si certamen in illud
Haec quoq; veniisset formæ, quo Pallada & ipsam
Iunonem vicit Paridis Venus aurea Diuas
Arbitrio vna duas, Venerisne futura fuisset,
In dubio palma? hei vereor, Reor. Anne fuisset
Tyndaridis facies ab eodem spreta Lacena?
Nec nec id immeritò. Meritò. Quot prœlia mouit
Illa viro facies! Acies: quot tela, quot enses!
Et te fortè tuæ facies ad prœlia nymphæ,
Credo Myli exstimulat, stimulat, sed qualia Mauors

Cum

Cum Venere exercet Vulcano absente marito.
Verùm an sola tibi forma hos inspirat amores?
Mores, *ingenui, casti, formæq; venustæ*
Consimiles, Similes, *& amor pietatis auitæ,*
Vitæ, *tum generis splendorq; & fama parentis*
Lennipij, Pa*ij, quans quem tota Colonia honorat,*
Prosequitur votis, patriæq; decusq; patremq;
Clamat, Amat, *columen* Lumen, *firmumq; suorum*
Præsidium. O tali felices prole parentes.
Sed tamen, Anne magis meliori iure beatum
Dicere Nympha queam, cui pulcrum hunc carpere florem
Contigerit, similemq; è pulcra virgine prolem.
At q; ex hac alios iterum sperare nepotes?
Næ potes. *O quæ erit hæc matriq; patriq; voluptas,*
Cernere filiolum, Mylio qui paruulus aula
Ludat auo similis patriue, aut alter oberret
Ante oculos matris ΔεννΐκΦτος, ΗΦσιος, *aut si*
Nascatur pulchræ similis Catharinula matris
Hoc Iuno coniux velit & Germana Tonantis
O precor, atq; Dei mater Cytharea iocosi,
O si: Rex velit hoc Christus stellantis Olympi,
Connubijq; beet grato vos pignore fautor,
Author, *hic, vt vestri nunquam turbentur amores*
Procuret, curet, *Christo inquam hæc auspice vobis*
Et precor & spero connubia prospera. Spera.
Hoc tua laudati pietas hoc clara parentis
Promeruit, meruit, *virtus vigilesq; labores*
Hoc meruêre patris, qui, dum sua pagina libris,
Ingenijsq; suus viuet calor omnibus orbis
Partibus, Eois simul Hesperijsq; vigebit
Arte typographica, Graphica, *famaq; perenni*
Præclarus, Clarus. *Nostrâ nunc vrbe Senator*
Hui quàm se comem ostendit, quàm ciuibus æquum
Nestoreos annos dignus vir viuere. Verè.
Tu quoq; fac patris vestigia clara secutus
Laude in ea firmè perstes, dum vita superstes.
Perstes, *Insignem multa te reddidit arte*
Pallas, & eloquio facili natura laborq;
Ditauit Κλεεδόνος, Honos. *Hu artibus altum*
Ad celebrij famæ culmen conscenditur, Itur.
Sed quo digredior? Procul hinc procul aufuge plangor

Angor,

Angor, *Latanti veniat vultu Cytharœa,*
Eia, *Deaq; puer pennatus,* Natus, *& ille*
Bis genitus Citharæ veniat pulsator Ephœbus,
Phœbus. *& Aonia Musa, Pallasq; Tritonis,*
Cumq; tuo Semeles puer adsis Bacche liquore
Diuino, Vino: *Generoso pocula Baccho*
Despument, Spument. *Voscq; ô nunc fronte serena*
Este hilares Iuuenes nitidæq; ætate puellæ,
Latitiæ locus hic sertis, saltibusq; iocisq;,
Suauiolis, Violis. *Curarum hinc omnis abesto*
Fluctus, Luctus, *atrox procul hinc absistat Erynnis.*
Quidquid triste animis secludite, Ludite, *nymphæ*
Quisq; suam apprehendat, leuis innectite dextras,
Atq; leues animis latis agitate choreas.
Iam canit & citharam pulsat crinitus Iopas,
Oppas *Quæ iuuenes, quæ vos tam sera moratur*
Segnities? En sponsus adest: Quis gaudia sponso
Distulerit præsente? dies decedit, Olympo
Deuexo propior fit Vesper, & humida cœlo
Nox ruit, ad thalamos sponsum nouus incitat ignis
Insolitus, sacer, Acer, *amor præcordia tota*
Occupat, & sponsam ad genialia gaudia poscit.
Non expertam ante hæc æqualia. Qualia? *Nescis?*
Sed quis erit verbis, Echo, modus? exigat annos
Mille, Ille, *& quantos vixit Cumæa Sybilla,*
Illa, *beati ambo, seros videant q; nepotes.*
Tuq; vale, & nobis dic Nympha: valete. Valete.

ECHO, Ioannis Honthemij.

In obitum prudentissimi Viri

ARNOLDI MYLII,

Senatoris & Typographi Colonienſis.

Quis nouus hic luctus? totam plangoribus Vrbem
Effusam in lachrymas video miscerier, ac ceu
Mœnibus imminent hostes iuuenesq; senesq;
Omnes insolitos premere alto corde dolores
Nescio quos? Echo. *Scio quos. Scin' quos? edisce causas*
O liceat, neq; te paucis rogitare scientem
Displiceat, Liceat. *Sicne olim Martia Drusos*
Roma suos Decios q; ac sæui fulmina belli
Scipiadas vita cassos deflere solebat?
Æmilios q; suos, Fabios, fortesq; Camillos?

Illos,

Illos, *Num similis nostram quoq; perculit vrbem*
Casus: an ereptus nobis quoq; forte Camillus
Est aliquis, Deciusne aut quisquam concidit alter
Æmylius? MYLIVS. *Mylius ne heu mortuus ille est?*
Ille vrbis columen? lumen. *Verè occidit ergo*
Musarum Titan. Itan' occidit? occidit. *eheu*
Ille, senatoris qui dum rata vita manebat,
Gessit in vrbe Vrbium sacra non ita munia pridem?
Idem. *Quid? anno dignus superare Sybillæ?*
Ille. *secatrices poterasne inhibere parumper*
Parca manus atrox? anus atrox. *Hei fera fata,*
Crudeles nimium heu Parcæ nimium q; seueræ,
Verè. *Quid vita hæc tenuis nisi* PVLVIS & VMBRA?
Et quid homo nisi fumus? humus. *sicne ergo peribit*
Tantorum q; operum tenues vanescet in auras
Fama, quibus & Musis, harum q; sequentibus artes
Omnibus ille modis studuit prodesse? Camœnæ
O tantum prohibete nefas, vestri q; cietu
Acribus o stimulis vates Heliconis alumnos,
Vt Mylio inferias dignas pietate rependant,
En dant *vos etiam exsequias persoluite Musæ,*
Ac tumulo lacrymas aspergite. Pergite, *vestris*
Dum vixit fauit vir partibus. Artibus. *An non*
Sic decet? an non hoc pulcrum tibi Nympha, videtur
Huc toto Musas properare Helicone relicto,
Ac Mylij innumeris numeris decorare sepulcrum?
Pulcrum. *Sed Mylio refer vnde hæc gloria venit?*
Vnde honor iste viro? num à stirpe petitus auita?
A vita. *Exemplum totiné hæc præbuit orbi*
Terrarum? rarum. *Quantos heu mente labores*
Sustinuit! Quis eo iustì seruantior? author
Consiliys quam non hic futilis! Vtilis. *Ecquis*
Hoc melior lites componere? ponere. *Quisnam*
Promptior hoc ad opem afflictis miseris q; ferendam?
Quis demum hoc pacis (ciues quæ seruat & vrbes)
Communis q; fuit studiosior oro salutis?
Οὔτις. *Inexplet æ vah formidabile Mortis*
Imperium! sicne ergo Myli squalentia regna
Ignauiq; nigrum Cocyti littus oberras?
Erras. *An cœli potiùs dic Nympha, beatis*
Perfruitur felix nunc sedibus? ædibus. *Ergo*
Quid fruſtrà vlteriùs questus lachrymas q; ciemus
Heu miseras? seras, satiusne age, vertere vela

Gratarique animæ hinc regna ad cœlestia raptæ?
Apte. *Quid lachrymas gemitusque, quid anxia prodest*
Assiduè cumulare nouis suspiria curis?
Prudentisne viri est frustra opplere omnia vanis
Lamentis? amentis *Habet quoque luctus, vt omnes*
Res alias, certum finemque modumque. Quid ergo?
Num stolidi sumus aut rectæ rationis egeni
Qui quos si defuncti fletu reuocentur in auras,
Incassum lachrymis ploramus funera mœstis?
Estis. *Apud superos omni nunc ille solutus*
Anxietate, Dei fruitur dulcique beatoque
Aspectu, insani deridens gaudia vulgi,
Fors etiam nostros celso deridet ab axe
Fletus, lætus & inuidiæ face liber ab omni
Alloquijs fruitur Diuûm gaudetque piorum
Inferijs ferijs *post tot discrimina rerum*
Quæsitis, curasque exantlatosque labores
Insignes, ô res insignes. Hæccine dantur
Præmia post casus superatos militi acerbos
Emerito? meritò. *Verùm quo pectore fatum*
Sustinuit? retrone amens vestigia pressit?
Insuetásne vias tremebundus gressibus, Echo,
Corripuit pauidus? auidis, *mortemne reluctans*
(*Vt solet incautum ac nimium variabile vulgus*)
Oppetijt? petijt. *nimirum vt corporis huius*
Mole soluta graui, vinclisque exuta caducis
Libera cum Christo posset mens viuere, Verè.
Æthereas donec, quod nunc ex sanguine sepulchri
Conditur hoc tumulo, corpus reuocetur in auras,
Atque alti repetens sensus collegia, terra
Emicet è tenebris aliquando. Quando? Tribunal
Angelicane tubâ ad Christi votitante? citante.

Echo Ioan. Honthemij in nuptias Ioan. Goldschmidt & Gertrudis Reussiæ.

SEu Dea seu vox es, seu quicquid es, antra relinque
Horrida paulisper, precor ô resonabilis Echo.
Quid cessas? vbi tarda lates? nec te audio, nec te
Inuenio. Echo Venio. *Viden' hæc sacra Nympha, vetusto*
Saxo templa Deo Regi stellantis olympi
Condita? Ita, *Et strepitus audis dulcemque tumultum*
Multum, *Intus quid agunt? (neq; enim discernere possum)*
Rident an plorant? Orant. *O musica! voces*
Pegasidum iures dulces has esse dearum,

Hæ-

Harum. *Latoidi voxne illa videtur Ephœbi?*
Phœbi. *Ecquis Cytharæ argutam dicpulsat eburnæ*
Nympha fidem? Idem. *At nunc paulò maiora sequamur*
(Linquentes cytharas) Aras. *Huc mentem oculosq́;*
Flectamus. Viden' hunc lunato poplite sacras
Prostratum antè aras iuuenem, iuxtaq́; soluto
Crine Deam ambrosio fulgentem? fallor, an hic est
Ianus, *& hæc nostra est* Gertrudis Reussia, *virgo?*
Sed fallunt oculi, nouisti? isti. *Ergo puellam*
Ianus amore sibi properat, vinctoq́; iugali
Coniungi? Iungi. *Quid eos rogat oro Sacerdos?*
Gertrudem vis Iane, & tu Gertrudis Ianum?
Horrisone Nais? Ais. *Coniux quid ad ista nouellus*
Respondet? Spondet, *quid Reussia?* Ja. *Deus auctor*
Connubij inceptis adsit, fauxitq́; secundo
Producant cursu centum felicitèr annos,
Alterutrúmq́; alter siet omni tempore vitæ
Dulce leuamen. Amen. *Nunc si lubet ire, Cauernas*
Vmbrosas Echo repete, si licet, antra require.
Horrida, cede precor, nimium mea fessa fatigat
Guttura rauedo. Cedo. *Iam gaudia nobis*
Præbebunt aliæ viuentes viuida Nymphæ.
His dare grata iocis blandis permixta licebit
Oscula, sermones his cùm miscere licebit,
Integros, tu de multis extrema remittis
Tantum verba, nimis præcisa, valeto. Vale & tu.

Echo, posita à Ioanne Calenio D.D. Petro Beyweg, Godefrido Snellio, Henrico Andreæ Gailio, & Ioanni Walraff, SS. LL. Licentiæ Laurea recens condecoratis.

Ite, Nymphæ, vocem, nunquid mihi verba roganti
Dicrespondebis tria? Bis Tria. *Fasne mihi sit*
Quattuor hos iuuenes legum cantare sacrarum
Laude coruscantes? Cantes. *At forte suarum*
Abs alio poscent luadum præconia vate?
Ate. *Nonne vides has, ô dea sacra sorores;*
Doctiloquas? O quas? *Musas, censesne decere*
Concelebrare suos istas prædiuite vena
Symmistas? Istas. *Me docti insscitia versus*
Solenni haud sinit hoc tentare adeo ardua festo.
Esto. *Sed vnde viris (hoc vnum Diua recense)*
Quove modo hæ frondes, (quæ circum tempora) partæ?
Arte, *sacræ Themidos? sic certè adopinor,* Opinor.

Præmia tanta ferunt antiqui scripta Iasonis?
AZONIS, *Lectusq; iterumq; relectus Vbaldus?*
BALDVS. *At à nobis procul hinc sit Baldus, Vbaldus,*
Bartholus, & fama quamuis super æthera notus
Alciatus. CYATHVS? *Cyathus despumet Iaccho*
Aureus, atq; iterumq; reuersus in orbem
Circumeat, Quid iners retinet tua pocula dextra?
EXTRA *Num calices sic euacuabat Vbaldus?*
Bald vſz. * *Nugarum satis est, abeamus.* EAMVS.

* Euacuetur subitò.

Echo in mortem Clarissimi Viri IVSTI LIPSI.

Ergone Lipsiaden etiam in sua fata rapaci
Eheu pertraxit mors truculenta manu?
Nec quicquam pietas, animi nec candor, honestis
Artibus, aut cultum profuit ingenium?
Prò dolor ECHO. O dolor. *At quænam hæc vox missa per auras*
Auribus insonuit num tua Nais? ECH. Ais.
Quid ploras? ECHO. oras? *Etiam te hæc funera tangunt.*
ECH. Angunt. *Et dolor hic te quoq; ladit?* ECH. Edit.
O pia Nympha, meis semper quæ mœsta querelis
Associas questus officiosa tuos,
Tene Viro inferias etiam bustumq; parare
Tam benè de Musis promerito: ECH. O meritò
An canat hunc quisquam versu, verbisne solutis?
ECH. OYTIΣ: *Et hic nostræ num quoq; laudis eget?*
ECH. Haud is eget. *Satne huic lacrymarum & laudis abundè,*
Si vel eum nemo carmine flerit? ECHO. Erit.
Quid precer ergo, animam nisi Christus vt ipse beatam
Sanctumq; accipiat cum Patre Flamen? Amen.

Echo in libellum de Asse D. Georgii Henischij Medicinæ & Matheseos Doctoris Clarissimi.

GEORGIVS HENISCHIVS.

Anagramma.

OH EGREGIVS HIC NISVS.

Nititur ad laudis decus altum Henischius, ECHO,
OH *mihi dic: An non* NISVS HIC EGREGIVS?
ECH. REGIVS. *Ingenio nunquid vir præditus acri?*
GRATVS *& ille* VIRIS, *dic age Nais?* ECH. Ais.

Id

Id sonat Hebræis HENICH *adopinor. ECH.* opinor.
Illius hinc omen, nobile nomen habet?
ECH. Omen habet. *Toti quando ergo est cognitus orbi,*
Amplius ille meæ nil puto laudis eget.
ECH. Haud is eget. *Verùm quid erit dic nomine, cuius*
Illum sera colet posteritas? ECH. Erit as.
Recténe explicuit, quænam natura fit ASSIS?
An scripta hæc reris digna latere? ECH. Tere.
Commoda dic an erit mihi perceptura Iuuentus
Illius è Libris quæ sibi quærit? ECHO. Erit.
OH ergo EGREGIVM NISVM *pulchrumq; laborem*
Qui decus egregium perpetuumq; feret.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Ne pagellas sequentes tibi, Candide Lector, vacuas obtruderemus, placuit Coronidis loco addere Carmen *Ioan. Lasciuij*; quod cum propter incomparabilem eius carminis operositatem, tum verò prolixitatem in eiusmodi compositionis genere inusitatã, minimè prætermittendum censuimus.

Ad Carolum Ducem Sudermaniæ Carmen reciprocum.

Aspice nam raro mittit timor arma, nec ipsa
Si se mente reget, non tegeret Nemesis
Me tum animat rectè me dem, & certamina mutent
Si res vna velit vtile vanus eris.
Sumere fatali vis si vi lata feremus
Seu temerè Regnum emungere? re metues.
Ire diu & timidè Sese dimitte videri
Sæuo Marte palam tot mala Petra moues?
Se lædi feret ira pede, parit ære fideles.
Sæua pedes animos omnia sede paues?
Ire vt ratibus si vis? subit arte tueri
Si reperis vires, serius ire peris.
Serus vbi vanè, sedes è nauibus vres
Seu rata vel agili liga leuata rues.
Angere re tua res sedes? sera vtere, Regna
Iure sed & ipso sospite deserui
I ratione geras vnus à Rege notari?
Seu læder cautè, ne tu crede lues.
Angus ad illa cei tua cautio callis a signa.

Ære vllo parcas te & sacra polluere.
Vt satis atroci solo sic orta sit actu
Seu ratio cæca pace coita rues.
An iures sero Rufi furor esse ruina
Telo sat celer' & sistere lecta solet
Et pœnis inopes ius vi seponis ineptè
Si reparas vbi vi Ciuibus æra peris.
At si re id vlli sua laus illudier ista?
Tete pœna malum æmula mane petet,
Idne per atra palam se des mala? parta rependi
Iure decet imo fomite, cede rui.
At caderet vtri vis si virtute redacta
Si vtar vt è pactis, sit cape iura tuis.
Sospite Rege sinè, vi si venis æger, & ipsos
En iterum i ciues sæuitia retine.
Sic ima luxes ira (laris exul) amicis
Iura videri imo nomine Diua rui?
Obruta i restaures non seruat seria turbo
Te nam an iurares sera ruina manet.
At cape re defer sedes res fœdere pacta
Omnia si verè dedere vis animo.
En operam retibus des sed subit' arma repone,
Aut aræ subige legibus æra tuæ.
Sana vel æra caues? i sæuæ Carole vanas
Res i morte pete, perpete petro miser.
At parere decet (tedet te cedere) rapta
Seu leues animi limina sæue lues.
Ingeret ille pedes è sede pellite Regni
Sera pares, vbi de sedibus, æra pares.
En operata lues se, des seu lata repone
Ausa vel è regno congere læua sua.
Et si retrò feret, vtere forte reris te
Te vret, at iludes, sedulitate ruet.
Ire vacet at se iam Maiestate caueri
Si leuata feret sistere fata velis
At semel ora cito, vi voti Carole mæsta
Sævè latro tacito Gotica torta leues
Sic i demissè patiens ne ita pessime dicis?
Iure miser & vi vtere si merui.

JOAN.

IOANNES LASCIVS.

Anagramma.

EAS LOCVS INANIS.

Ad Lectorem.

Accipe fatidicaq; reciproca carmina Musæ
Perlege & Authoris nomen & omen habe.

Ne verò horum carminum obscuritatem admireris, ac-
cipe Authoris excusationem.

Ad Reuerendissimum D.D. Pet. Tylicki Episcopum, Warmiensem, R.P. Vicecancellarium.

Accipe Illustrissime ac Reuerendissime Præsul, inertis o-
cij mei disticha quædam reciproca, rudia quidem illa,
duriuscula, & nonnihil dissona, sed non sine labore ac
difficultate, nec nō inuita adeo Minerua conscripta. Li-
terarum enim reciprocarum necessitas, sensus & metri
ratio obseruanda fuit, vt tamen concinna, congrua, mi-
nusq; hiulca sint curaui. Quo igitur obscuriora videri
poterunt, eo Illustrissima ac Reuerendissima Celsitudo
vestra benigniori vtatur iudicio, ac me sibi commenda-
tissimum habere dignetur.

SEQVITVR FARRAGO DIVERSORVM vocabulorum ex quibus Echo conficitur, in qua id lectorem rogatū volumus, si qua minus grata occur-
rant, aut faciliora quàm quæ huc reponi mereātur, qua-
lia fere sunt Composita verba & id genus alia, nequaquā id ægrè ferat, sed inde quæ suo proposito seruiūt, eligat, cætera relinquat, nihil enim tam hic absonum, quod non aliquando locum suum in-
ueniat. Vale & boni con-
sule.

Archangelus, Angelus. *Anne Mauors?* Næ Mauors. *Mile non Vulgaris*, Apis *Aut Cicero?* Haud Cicero. *Abrahamus*, ramus. *Ambrosius adiectiuum*, Ambrosius *proprium nomē Cantus alituum*, Lituum. *Alatos*, Latos. *Armipotens* po-
tens *studetne Alciato?* Syatho. *Adytis*, Ditis *vter præstat*, *Demosthenes an Cicero?* Cicero. *nefas maius adorsa*, orsa. *Altissimus*, imus. *Allecto*, lecto. *Æquabis*, abis bis. *Atro-
cibus* ocyris. *Abundabat* dabat. *Admiratus* ratus Iratus. *Quomodo pictorem hinc appellem?* appellem. *Achinus*, Vis. *Vitaq; abrumpere*, Rumpe. *Athenæ* Tene, *Athenæ Mosopiæ*

Opiæ. *Africa* Rica. *Italice dines ſatus Ammone*, mone. *Aconita*, Ita. *Aſſurgens*, vrgens. *amarus*, ama rus. *Quæq; per Italiam paſſim amphitheatra*, Theatra. *Antiquã*, Quam? *Senectus arcana*, Cana. *centenaq; arbore fluctum Verberat aſſurgens*, Vrgens. *Alite*, Lite. *Aduerſus* verſus. *circumfudit amictu*, mictu. *Achilles* ille es. *Addita* dita. *Aceruos*, Ceruos. *Adegit*, egit. *Abire*, ire *Æmula*, mula. *Adopert⁹*, opertus. *Auito*, Vito *quid regnat in aulis?* Lis. *Amaro* Maro. *Agamemnon*, Memnon. *hicne ſimilis Achilli?* Illi. *Solioq; inuitat à cerno*, Cerno. *Auri celati*, lati. *Ductus amore remanet* manet. *Abſurdus*, Surdus. *Abutitur*, vtitur. *Acerbas herbas. Adolebit*, olebit *Adonis* doni. *Aduncis*, vncis. *Acclamat*, amat. *Adipiſcatur*, piſcatur. *Alumen*, Lumẽ. *Aſpera*, ſpera Ah ſpera *Auguſta*, Vſta. *Audiui*, Diui. *Anagrammata*, *Epigrammata*, grammata. *genis quantus nitor, aſpice*, *Nympha Ambroſius*, Roſeis. *Amores*, mores Ah mores. *Agamemnona*, Memnona. *Athleta*, Læta. *Artaxerxes*, Xerxes. *Vnde mihi dicas cœperunt nomen alaudæ?* Alaude. *Altĩ throno quã ſupra aſtra ferunt Attenuat*, Tenuat. *Apelleus*, Pellæus. *Aſſiduo*, Duo. *accerſero*, ſero. *Adolebat*, olebat. *tenui Muſam meditaris auena*, Vena. *Amœne* Mene. *Adſcribat*, ſcribat. *Accedere*, cedere *Aſpectus*, Pectus. *Aquarum*, Quarum, *Accepit*, cæpit. *ſtirpẽ admiſceri*, Miſceri. *Attollite*, Tollite. *Leporem venatur adurgens*, Vrgens. *Aucupio*, Cupio. *Æquus*, Equus. *Adulter*, Ter. *Agreſtes*, reſtes. *Arithmus*, Rithmus. *Addictum* dictum. *Alauda* Lauda. *Filius*, *Alcmenæ*, Mene *hoſtes accedere*, Cedere. *Æſopus*, opus. *Aliquos*, Quos: *Aliquando*, Quando. *Aurem*, rem. *Abominor*, Ominor. *Aheneus*, Æneus. *Aſſultus*, Vltus. *Æris*, Eris *Addixti*, Dixti *Adæquo* æquo. *Adamantis*, Amantis. *Adauget*, Auget. *Addico*, Dico. *Addiſco*, Diſco. *Adhæreat*, hæreat. *Adobruo*, obruo. *Adonis* Ovois Donis. *Adopinor*, Opinor. *Adornat*, Ornat. *Adſector*, ſector. *Adſentio*, ſentio. *Adſimilis* ſimilis. *Adurgeo*, Vrgeo. *Aduro*, Vro.

Britannos annos. *An nos?* *Bœmorum*, Morum. *Berenus* Rhenus. *Bibit*, Ibit. *Bicorpora*, Corpora. *Batauos*, Atauos. *Boues*, Oues. *Buſiridis*, Iridis. *S. Bernardus*, Nardus.

Credit, Redit, Edit. *Cupreſſi*, preſſi *Conſeri*, ſeri *Conſenſus*, ſenſus *Cæcus*, Secus. *Canoris*, noris. *Cenſes*, Enſes. *Corniger*, niger. *Confines*, fines. *Cõſiſtere*, ſiſtere. *Conor*, Honor. *Capitalia*, Talia. *Communia*, munia. *Celores*, Celeres. *Conexis*, exis. *Cantus*, an thus. *Colores*, Ores, Ores. *Contexere*, Texere. *Corruptos*, ruptos. *Conatus*, natus. *Caſtalias*, a-

lias.

lias. *Conteritur*, Teritur. *cum vita per auras Conceſſit*, Ceſſit. *Complerat*, erat. *Criſtas*, Iſtas. *Carte*, Arte. *Conſociat*, ſociat. *Conuellere*, Vellere. *mors illa triſtis ocellos Claudet*, Audet. *Cauſas*, auſas. *Cytheris*, Eris. *Contorquens*, Torquens. *Culmos*, vlmos. *Caluini*, Vini. *Clauſura*, Auſura. *Italia ciuitas Ciſena?* Sena. *Cornix*, Nix. *pectora ciuilia*, Vilia. *Clara*, ara. *Caluis* aluis. *Conceptum*, Cæptum. *Cognatas*, Gnatas. *Conualles*, Valles. *Centaurus*, Taurus. *Cõſcindere*, ſcindere. *Caula*, aula *Caulicus*, aulicus. *Certamen*, Tamen. *Clauſerit*, hauſerit. *Collaudet*, Laudet, audet. *Coro*, oro *Comparuit*, aruit. *Tuba clanget*, anget. *nubila concreſcunt*, creſcunt. *Cyenos*, Sic nos. *Conſueuere*, Vere. *Cauris*, Auris. *Chriſticolũ fides contrarius*, Arius. *pugnam committere*, mittere. *Cadauera*, vera. *Coaceruat*, aceruat, ſeruat. *Chimeta*, meta. *turpis contagio pubem Concuſſit*, Vſſit. *Caducis*, ducis. *Coluere*, luere *Cereris*, reris. *audetq; viris concurrere*, currere, rere, ære. *Compelle*, pelle. *Cuſtodia*, dia. *hæres ad cœleſtia regna conducit*, ducit. *Coneris, canteris, decanteris*, Eris. *Canendo*, nendo. *mortem ſibi conſciuit*, ſciuit. *Cumæa*, mea. *Conſtituere*, tuere. *Curarum*, rarum. *vitam conſumimus*, Imus. *Currere*, rere *Capros*, apros. *Compoſuere*, ſuere. *Gygni*, igni. *Cæſo*, Rhæſo *Conuiuæ*, viue. *Confeſſus*, feſſus. *Cathenæ*, Tene. *Conſpicui*, Cui. *Confundere*, fundere. *Caducæ*, duce. *Quæq; ibus tuorum manibus circumplaudere*, laudere. *Conſternere*, ſternere. *Corruit*, horruit, oruit. *Cuius?* huius. *Caſtra*, aſtra. *Concludere*, ludere. *Cognoſcitur*, ſcitur. *Confieri*, fieri. *Caluitium*, Vitium. *Cacodæmone*, Dæmone. *Lites componere*, ponere. *Comparat*, parat. *Confodit*, odit. *Cõtegat*, degãt. *Credidit*, edidit. *Coruſcantes*, cantes. *rumpit conſilia*, ilia. *Cadere*, edere. *Caueant*, aueant. *Camœnæ*, Mene. *cuiuſce coloris?* Oloris. *Non aliſim hunc iuuenem noſtris intexere cartis?* Artis. *conſcenditur*, itur *lætanti veniat vultu Cythareia*, Eia. *Cornucopia*, copia. *Currus*, Currus. *Claſſes*, Laſſes, aſſes. *Camilla* Illa. *Vir Sidera fama cæli contingens*. Ingens, *moribus ciuilibus*, Vilibus. *Sectator Caluini*, Vini. *Cometas*, ætas. *Commiſceo*, miſceo. *Commæreo*, mæreo. *Commereo*, mereo. *Commereor*, mereor. *Commuto*, muto. *Conduplico*, duplico. *Confido*, fido. *Coniuro*, Iuro *Conniueo*, niueo. *Conquaſſo*, quaſſo *Conſidere*, ſidere. *Conſurgo*, Surgo. *Conteſtor*, teſtor. *Conuello*, vello. *Coeptat*, optat. *Anſer craſſus*, aſſus.

Diuina verbum, Diuina *nomen*. *Decora*, ora. *Diteſcas*, eſcas. *Diſturbes*, Vrbes. *Decernere ferro*, Erro. *Depromam*, Romam. *Damnoſus* Oſus. *Domorum*, morum. *omnibus*

tormentis digni, Igni. *Didicit*, dicit. Δάρειος, Αρηος. *Debita*, Ita *Discurrere*, vrere. *tristesq; ex æthere Diræ*, Iræ. *Decliuia*, Liuia. *Diuitias*, vitias *piamq; vitam pius degit*, Egit. *Deuictos*, victos. *Dominare*, minare. *Deuitat*, vitat *Diuinos*, In nos. *Discernere*, cernere *Distulit*, Tulit. *Dominus*, Dominus, minus. *Duras*, Vras. *Dispergite*, pergite. *Discit*, hiscit. *Diana*, Anna. *Diceris*, voceris, Eris. *Disperdere*, Perdere. *Defossi*, fossi. *Deuoluimus*, imus. *Dedisses*, isses. *Cui dedisti?* isti *Deuota*, vota. *Degustat*, gustat. *Diuendere*, vendere *Dianæ*, Iane, Anne, Annę *patriam defendere*, Vendere. *Deliciæ*, Liciæ. *Decrepitus* crepitus. *pomum decerpens*, serpens. *Detineas*, tineas. *Decrescere*, Crescere. *Dubijs*, Vbijs, ijs *Demersit*, mersit *Domos*, o mos *Dapes*, apes. *Digni*, igni *Dolove*, o ve. *Dominor*, ominor. *Digneris*, Eris. *Deerit*, Erit. *Dissimulat*, simulat. *Deligit*, Eligit. *Dispereant*, pereāt. *Diffidere*, fidere. *vitæ discrimina*, Crimina *Quo res ista deuenit?* Vænit. *vendita est Carmine dulcisono*, dulci sono. *Deseruescere*, Vescere. *Discrimen*, Hymen. *Decanto*, Canto. *Decedo*, Cedo. *Dedignor*, Dignor. *Dedisco*, disco. *Dedoceo*, doceo. *Dedoleo*, doleo. *Defigere*, figere. *Defraudo*, fraudo. *Delibero*, libero. *Delinquo*, Linquo. *Deludo*, ludo. *Demereor*, mereor. *Demorior*, morior. *Denomino*, nomino. *Denudo*, nudo. *Denuncio*, nuncio. *Depasco*, pasco. *Dependeo*, pendeo *Depereo*, pereo. *Deploro*, oro. *Depopulor*, populor. *frondes figere detonsæ*, Tonsæ. *Cumue tuo Semeles puer adsis Bacche liquore Diuino*, Vino. *Generoso pocula Baccho Despument*, spumēt *Demat*, Emat *Decane* Cane. *Domus*, ô mus *Bellum denuncio*, nuncio. *Diuellas*, vellas. *Desero*, sero. *Differitas* Feritas. *Demergere*, mergere.

Expromere, promere. *Exanguis*, anguis. *Exquirere*, rere. *tepores gelidos*, gelidos. *Excussit*, vssit. *Enarrat*, narrat. *Extinctam*, Tinctam. *Erasmus*, eras mus. *Exposcere*, poscere. *Edissere*, dissere. *Emendare*, dare. *Euicit*, Vicit. *Eualuit*, valuit, lu t *Emicuit*, micuit. *Exasperat*, asperat, sperat, erat. *Vates egregius*, Regius. *Æquora elata*, lata. *Excubias*, Vbias. *Letitia expleta*, læta. *Vrbs exstructa*, structa. *Egestas*, æstas. *Solis equi lucem efflat naribus elatis*, latis. *Effodit*, odit. *Effato*, færo. *viden' nitido curuamine frontem Elatam*, Latam. *Exstimulat*, stimulat. *cythara pulsator Ephæbus*, Phæbus. *Egenos*. nos. *Edicam*, dicam. *Timidos fortuna excludit*, Ludit. *Erynnis*, in his. *Eremus*, remus. *Epaminondas*, non das. *Emaculat*,

culat, maculat. *Egere*, gere. *Exspectet*, spectet. *Exæstuat*, Æstuat. *Exardeat*, ardeat. *Exareat*, areat. *Exaugeat*, augeat. *Excrucio*, crucio. *Exosus*, osus. *Exhauriat*, hauriat. *Expaueo*, paueo. *Exosculor*, osculor. *Expiscor*, Piscor. *Expromite*, Promite. *Filia*, Lia. *Fauilla*, villa. *Fregit*, regit, egit. *Adijciunt stimulos frementi*, menti.

Quem non commoueant fasses, asses. *frangit*, angit *Quid nisi fumus*, humus. *floribus*, oribus. *futuris*, Vris. *Fœcundas*, vndas. *Fores*, ores. *Ferocius* ocyus *Ignesq; furentes*, Vrentes. *Flore*, ore. *Fauentis*, ventis, auentis. *Quid fuit in terris, cum diluuio existente pulsarent montium cacumina fluctus.* Luctus. *Fugaui*, vi. *Fama ditita*, Jta *Fœcundæ*, vnde. *Formidatis*, Athis. *peritne Funda*, vnda. *Fornix*, nix. *Fletus*, lætus *Frigere*, rigere *facta*, Acta. *Ferarum*, rarum. *Flaua*, laua. *Fulguret*, vret. *Flabra*, labra. *Fatis*, Athis. *Domus fundatur*, Datur. *Feruescere*, vescere. *Feruere*, verè. *Flammiferumq;*, ferumque. *Facesset*, cesset. *Flamina*, Lamina. *Pragminis*, Agminis. *Funus*, vnus. *Fortuna*, vna. *Facatus*, Cætus *Fungi*, vngi. *Feretro*, retro. *Faue*, Aue. *Laude ferere*, rere. *Famulos*, mulos. *Fouemus*, Ouemus. *Fraudes*, audes. *Flumina*, Lumina. *Flebilis*, bilis. *Facito*, cito. *Veneris flammas nunc sperne furentes*, vrentes. *quod prœlia mouit Illa viro facies*, Acies. *Fleo*, Leo. *Falerna*, vah lerna.

Gradiuus, Diuus. *Pax grata*, rata. *Castalitumq; gregem* Regem. *Grauitas*, vitas. *Generosa*, næ rosa. *Grauiter*, vi ter. *Gurges*, vrges. *Ganges*, Anges. *Galathea*, Thea. *Geramus*, eramus. *Gaudet*, Audet. *Galea*, alea. *Gruis* ruis. *Gratia*, Rhætia. *Amne gelato*, lato. *Grex sine rege*, rege.

Honos, Ovos. *Hesperos*, heros. *Habenæ*, bene. *Hospitales*, Tales. *Honoras*, noras, oras. *Honorem*, o rem. *Honoris*, noris. *Honestas*, Æstas. *Hispalis*, alis. *Horas*, oras. *Hospitium*, Piceum. *Hydaspes*, Ah spes. *Hebræus*, reus. *Hasta*, asta. *Hamet*, Amet. *Habeas*, abeas *Herculeo*, Leo.

Iuret, vret. *Iuuere*, verè. *Immergere*, Mergere *Non equidem inuideo*, video. *Puer idæus*, Deus. *Inauratus*, auratus. *Impauidus* pauidus. *Impauidos* pauidos, auidos, dos, os. *Immane*, mane. *Innocui*, Cui. *Incautus*, Cautus *Inflatos*, latos. *Infestum*, festum. *Internuncia*, nuncia. *Infregit*, fregit, regit, egit. *Tunica inconsutilis*, vtilis. *Impatiens*, patiens *Et verba non innoxia*, Noxia. *Illustres*, Tres. *Indupedita* Ita. *Incommoda*, Commoda. *Inæqualis*, Qualis. *Illyricos*, Liricos *Imola*, Mola. *Iop violam* YOV, *sagittam*. *Incendia*, dia. *Inualidus*, validus. *Immodicus*, modicus *Irradians*, radians. *barbam increscere*, crescere *Insequitur*, sequitur. *Incolui*, Colui. *Insurgens*, vrgens *Inuexit*, vexit *Ignauus*, gnauus, auus. *Integer*, æger. *Inuitat*, vitat. *Inueniam*, veniã *Importuna* vna *Quod pueris illum ditauit pronuba Iuno?* vno. *Implorare*, orare *Imperij*, perij *Lambos*, ambos. *Intercedere*, Cedere. *Animũ immutabilẽ*, bilẽ. *Iucundam*, condã *Inimica*, mica. *Inuidit*, vidit. *Inanis*, nanis, an is. *arbor infrugifera*, fera. *Infringere*, ringere. *Ioannes*, an es? *Iuditha*, ita. *Indoluit*, doluit, luit. *Ingenium*, genium. *Inundat*, vndat.

Incer-

Incertum, Certum. *Iratus*, ratus. *Inseris*, eris. *Iudæus*, Deus. *Indomitis*, mitis *pectora magni Forma mouere potest*. *Iouis*, O vis. *Qualia fiunt in Italia?* Talia. *Tanto interuallo*, vallo *Interdum*, terdum. *Indignus*, dignus. *Ignobile*, nobile. *Illabere*, labere. *Illacrymor*, lacrymor. *Illæsus*, læsus. *Illaudatus* laudatus. *Illepidus*, lepidus. *Illicitus*, licitus. *Illudere*, ludere. *Impellis*, bellis. *Immitis*, mitis *Immurmuro*, murmuro. *Impendeo*, pendeo. *Imperuia*, peruia. *Impingo*, pingo. *Impromptus*, promtus. *Impropero*, propero. *Imprudens*, prudens *Impudens*, pudēs. *Inambulo*, ambulo. *Inamænus*, amænus, Mænus, ænus. *Inaudax*, audax. *Incanto*, canto. *Inclytus*, Clitus. *Incomptus*, Comptus. *Inconsutilis*, vtilis. *Incredula*, credula. *Indoleo*, doleo, oleo, leo. *Indormio*, dormio. *Inferueo*, ferueo. *Infremo*, fremo. *Inseruio*, seruio. *Insimulo*, simulo *Insomnia*, omnia. *Insomnes*, omnes. *Inspirat*, spirat. *Inspiras*, Iras. *Instabilis*, stabilis, bilis. *Instauro*, auro. *Interdico*, dico. *Intingo*, Tingo. *Intueor*, tueor. *Inuergo*, vergo. *Insignem multa te reddidit arte Pallas & eloquio facili natura laboreq́*. Ditauit Κικερόνος, Honos Ovos.

Largensi lamina, mina *quale illi fui, Lethum?* Lætum. *Vulnera lethalia*, Talia. *Legit*, egit. *Eliamnum vexit in æthera currus Ligneus?* Igneus *Lacedæmon*, dæmon. *Loquelis*, O quæ lis? *lacunæ*, Cunæ. *Labor verbum*, labor *nomen*. *Catibus Lucifugis* fugis. *Leua*, Eua. *libellis*, bellis. *Et molli carmen decurrens limite*, mite *Vbi nunc ille qui nos lacessit?* cessit. *Laborum dulce lenimen*, Hymen. *radiantia tempora Lauro*, auro. *Quæ loca Hydaspes lambit*, Ambit. *frustraq́ laborat*, Orat. *Sic animū curarum frigore lædit*, Edit. *Labani filia*, Lia. *Bigamus Lamechus*. Mechus? *Lacrimetur*, timetur. *Lugdunum*, vnum. *Largos*, Argos. *linquere*, quære. *Laqueonè*, one. *lacrymare*, mare. *Legentes*, egentes. *Leuitas*, euitas, vitas. *At quid si causas tentem indagare latentes?* Attentes, tentes. *Laudet*, audet. *Lateris*, teris. *libellos*, bellos. *Hicne ille, in terras qui se iactabat iturum Longinquas?* in quas? *depicta nitore labella*, Bella. *Lege prima longa*, lege verbum. *Labyrinthus*, intus. *Letæ*, Lethe. *Legit*, egit. *Cum locupletatur*, lætatur. *Lacæna*, cæna. *Laureolam*, aureolam. *limen*, Hymen.

Quid tandem Luxuriæ finem imponet & metas? ætas. *Quis Vriam occidi mandauit?* Dauid. *hæc tu scripta tere nequaquam digna latere*, Tere. *Mirereris*, Mereris, reris, eris, æris *estnè Vrbes Memminga*, Minga. *Italiæ Nequaquam, molimine*, limine. *Meruere*, ruere. *Malas*, alas. *Mirus*, Irus, i rus. *Morieris*, eris. *Mercede*, ercede, cede, ede. *Morabor*, orabor. *Mutinam*, vtinam. *Minos*, in nos, in hos, in os, os. Μικρεκόσμος κοσμος, *mos, os Mercurius*, Curius. *Malis*, lis. *Memores*, mores, ores, res, es. *Mahumetis*, humetis, Metis. *Manantes*, nantes. *Maritus*, ritus. *Mirata*, rata *Martem*, artem. *Menses*, enses. *Mystæ*, istæ, iste. *Memorare*, morare, orare, rare, à re, re. *Moror*, oror. *Manasses*, asses. *Minerua*, Nerua. *Magnanimis*, animis, nimis, imis. *Queis age displiceat musa Maronis?* Ονοις. *Manifestum*, festum *Morbos* orbos. *Misereris*, eris. *Mars trahet miseros*, Seros. *tunc quis vrbē hanc Cōdiderit miraris?* Αρης. *Mars Magnus*, agnus. *Versus Manalios* alios. *Talia per-*

stabat

stabat memorans, Orans. *malefidus*, fidus. *Miseri*, seri. *Metuente*, tuente. *Magdalis*, alis. *Magistratus*, stratus, ratus. *fluuiorũ rex atq; magister*, Ister. *Manducas*, ducas. *Sione docet S.* Μαθεος, θεος. *Modum*, odum. *Nunquid à morte Christi omnis nobis Medela?* dela. *Galliæ Inde. Memores*, me mores, mores, ores, res, es. *Meritis*, erit is. *Mansisses*, isses. *quid vetat accumbere mensis?* ensis *Minoris*, noris, oris. *pectusq; recludam mucrone*, one. *modico* dico. *Queis modis?* Odis. *Quam multo repetes, milite*, lite. *Molestus*, Æstus. *Muniat*, vniat *Munus*, vnus. *hoccine opus Martis?* artis. *volucres mansuetæ*, suetæ. *Mecæna*, cœna. *Docta iniquas fatorum prænosse manus*, anus.

Nefarius, Arius. *Nauita*, Vita, Jta. *Nouiomagus*, magus. *Nauis*, auis, vis. *Nituere*, tuere. *Nequibit*, Ibit. *Nimirũ*, mirũ. *Notus*, nothus. *nota*, notha. *Domus vel regna Niliaca*, Jliaca. *Naucleris*, eris. *Nubiuagus*, vagus. *Nonæ*, o ne. *Nouæ*, o væ. *In statione nouissimus*, mus. *Nepotum*, epotum, potum. *Nodis*, odis. *Nauclerus*, Clerus. *Natabit*, abit. *Nequeo*, queo. *Negotia*, otia *Numerus*, merus. *Turba Nouena*, o vena, vena. *Nouos*, o vos. *Hinc ne alios iterũ potero sperare nepotes?* Næ potes. *Narcissus*, Cissus. *Narcissus, Cissusq; puellos factus vterq; Nummus*, num mus? *aliæq; non nullæ*, nullæ. *nemus*, ne mus. *Nescio quid*, Scio quid. *Occultè*, cultè. *mortem oppetere*, petere. *ostendere*, tendere. *Solis ad occasum*, casum. *Et dono noctis opacæ*, Pace. *Obliuia*, Liuia. *per ouilia*, Vilia. *perdere operam*, peram. *obscurat*, curat. *Vires ostendat*, Tendat. *odoris* Δῶροις *obiurget*, vrget. *Obdura*, Dura. *Orestes*, restes *Obsistite*, sistite. *Oleastri*, Astri. *Oleaster arbor est, quæ neq; cariem neq; vetustatem sentit, qua primum Hercules dicitur esse coronatus. Oblongus*, longus. *Obnoxia*, noxia. *Obtempero*, tempero. *Obtrunco*, trunco. *Obuello*, Vello. *Obgannio*, gannio.

Primæuus, mẹuus. *Pauentis*, auentis. *Pannoniæ*, Hannoniæ *Parcæ*, parce, arce. *Pridem*, Jdem. *Poeticus*, ethicus. *Papauera* vera *Prodor*, odor. *Parcebat*, arcebat. *Pygmæus*, meus. *Prostratus*, stratus. *Donũ promissum*, missum. *Palladium*, Dium. *Plangunt*, Angunt. *Paremne grates reddere pares?* Pares. *Parte*, arte. *Erebi Pluto Pater*, Ater. *Procella*, cella. *Papillam*, illam. *Tenuia vix signant vestigia puluere*, Verè. *Plaustro*, Austro. *Pellucens*, Lucens. *Pompeius*, peius. *Puerpera*, pera *Præsensit*, sensit. *Partes*, artes. *Quid faceret si non fera bella pararet?* Araret. *Phalanges*, Anges. *Pruina*, ruina. *Pactolus*, olus. *Peruolitat*, volitat. *Polluto*, luto. *Pertimuit*, Timuit. *Plaudentem*, Audentem. *Tremor ossa præpedit*, edit. *Pro me*, pro me, Proh me. *Propago*, pago, ago. *Pauperrimus*, imus. *Poplite*, lite. *Perituris*, iturus. *Penultimus*, Vltimus. *Prospectans*, spectans. *Crimen prodere*, rodere. *Proceres*, o ceres *vinum placet?* acet. *Poliuite*, vite. *Ex pateris*, pateris? *verbum Præscriptum*, Scriptum. *Pharaonis*, Aronis. *Pœniteat*, niteat. *Propius*, pius. *Parantes*, arantes. *Purget*, vrget. *Pangat*, angat. *Palmas*, almas. *hæc fore spero tibi cõnubia prospera*, Spera. *Laude in ea firmè perstes dum vita superstes*, Perstes. *Pellucet*, Lucet. *Præcipiteris*, eris. *Recusat quenquam sua voce prodere*, rodere. *Potestates*, æstates. *Prosternere*, sternere. *Præceptis*, Ceptis.

Phi-

Philippus, Lippus. *Noctēq; inuehet profundo*, fundo. *Procedere*, cedere. *Præradians*, radians. *Plorantē*, orantē. *Ponere*, nere. *Præpinguia*, pinguia. *Platonis*, ovois. *Perdiscere*, discere. *Perlongos*, longos. *Peperit*, perit. *Deijciūt postes*, hostes. *Præualidus*, validus. *Portus*, hortus. *Brachia protēdens*, tendēs. *Prædicere*, Edicere, dicere, cere, è re, re. *Præsagit*, res agit. *Perdidicit*, didicit, dicit, icit. *Et terrā pede prosubigit*, subigit. *Puluino*, Vino. *Perspicui*, cui. *Profuerit*, fuerit. *num Profuit*, obfuit. *Paracletus*, latus. *Perdurat*, Durat. *Paleas*, aleas. *Penthiselea*, Lea. *Pisaurum*, aurū. *Passer*, asser. *Iuueni similis Pelleo*, Leo. *Porcus*, orcus. *Potes bibas potes prima breui Poëtæ*, & te. *Patienter*, ter. *Pariter*, iter, ter. *Philosophos*, Sophos. *Perpetuus*, tuus. *Placuitq;*, æuitq;. *Primæua*, Eua. *Prædixti*, Dixti. *Propaget*, aget. *Pererras*, Erras. *Principium*, piū. *Pignoris*, oris. *Pernegat*, negat. *Illanè Vafriciè plena?* Lena. *Præpostera*, postera. *Peredit*, edit. *Perodit*, odit. *Ne pereas*, per eas. *Præcedere*, cedere. *Pectoris*, Oris. *S. Laur. nunquid multa pro Christi nomine est passus?* Assus. *Prætor*, Rhetor. *Annopigere putas pactorū, quæ pepigere?* Pigere. *Palatinus*, Latinus. *Perorat*, orat. *Peteremus*, Eremus. *Plures*, vres. *Percontor*, Cōtor. *Prophetas*, ætas. *Poëtas*, o ætas. *Punicus*, vnicus. *Principio*, Incipio. *Præbet*, hebet. *febris pestifera*, Æstifera. *Prurit*, Vrit. *Parcarū*, Carum. *Perabscondit*, abscondit. *Peracerbus*, acerbus. *Peraquus*, æquus. *Peranguſtos*, angustos. *Perantiquos*, antiquos. *Perarduus*, arduus. *Perargutus*, argutus. *Per asper*, asper. *Perastutus*, tutus. *Perbellus*, bellus. *Perblandus*, blandus. *Percenseo*, cēseo. *Perdisco*, disco. *Pergaudeo*, gaudeo. *Permaneo*, maneo. *Peroptatus*, optatus. *Perrarus*, rarus. *Persancte*, sancte. *Persegnis*, segnis. *Pannoniæ*, Hannoniæ. *Perterreo*, Terreo. *Pertranseo*, transeo. *Pertristis*, Tristis. *Perturpis*, turpis. *Perurbanus*, Vrbanus. *Perutilis*, vtilis. *Præcaluus*, Caluus. *Præcanus*, Canus. *Percharus*, charus. *Præcaueo*, caueo. *Percingo*, recingo, cingo. *Præcludere*, ludere. *Prædensus*, densus. *Præfacilis*, facilis. *Præfinio*, finio. *Præiudicium*, iudicium. *Præbes*, hebes. *Præuideo*, Video. *Quæste*, este. *Quassas*, assas. *Quadrupes*, rupes. *Moremq; Quiritū*, Ritum. *Quater*, ater.

Lux remeabit, abit. *res populi*, æs populi. *Repurget*, purget. *Respirat*, spirat. *Rependat*, pendat. *Rumoris*, moris, oris. *Repertæ*, per te. *Quid Spiras?* Iras. *Certatim longos humeris infundere rores*, ores. *Scelus omne retexit*, Texit. *Rotundis*, Tundis. *Reuelat*, velat. *Radices*, dices. *Lunaria cornua nouo Orbe resurgebant*, vrgebant. *Sic veris falsa remiscet*, miscet. *Vina Syra merce reparata*, parata. *Recentum*, centum. *Vinoq; repleti*, Læti. *Religare*, ligare. *Ensem in pulmone recondit*, Condit. *Pupepes rostratas*, stratas. *Rediuiuus*, viuus. *Resurgere*, Surgere. *Robusto*, busto. *Rimari*, mari. *Reflectet*, flectet. *Reuisere*, visere. *Pax restaurata*, aurata, rata. *nox reuerenda*, verenda. *Radijs*, à Dijs. *Reuocabo*, vocabo. *Reluxit*, Luxit. *Relinquas*, in quas? *Rorare*, orare. *Num grates retulit?* tulit. *Rescindere*, scindere. *Relinquit*, inquit, in quid. *Mæstum carmen redintegrat*, integrat. *Reperire*, perire, ire, iræ. *Requiras*, Jras. *Resplendet*, splendet. *hostes post terga relictos*, Jctos. *Recreor*, Reor. *Recuruus*, curuus. *Repente*, πέντε, *quinq;*

Re-

Recensuit, censuit. *Ratisbona*, bona. *Reliquum*, Quum *Ratispone*, bonæ, pone. *Recenter*, ter *Respublica*, publica, *Renouare*, nouare, ouare. *Reris*. eris. *Respondet*, spondet. *Relaxat*, Laxat *Regebat*, egebat. *Ruremundanus*, Mundanus. *Rutilis*, vtilis. *Reuincit*, vincit. *Remotius*, ocyus. *Regula*, gula. *Christus nos morte redemit*, Emit. *Sodalis*, alis. *Mens affixa polo*, Solo. *Infernas Dites Sedes*, Ædes *stridet*, ridet. *Solabere*, labere. *Soleo*, Leo. *Pugnas surgentes*, vrgentes. *Sermone*, mone. *Solebat*, olebat. *Sepultos*, vltos. *Syrenũ* Rhenum. *Susannæ*, Annæ, anne. *Sollicitæ*, licitæ, citæ *stabis*, abis. *Suis ablatiui casus & suis genitiui*, *strepere*, repere. *Sæua*, Eua. *Seuera*, vera. *Sedulitate*, litate. *Cui spospondisti?* Jsti *Syluestri*, vestri. *Frons nitẽs maiestate Seuera*, vera. *Signarat*, arat *Senatũ*, natum. *sumemus*, memus *Pænam soluit*, luit *variabilis histrio scænis*, cænis *Sustentat*, tentat. *Sonoras*, noras, oras. *Nubes soli Succedere*, cedere. *Suspirat*, spirat. *suppellex* pellex *similes*, miles *Sponsalia*, alia. *Mare sollicitum*, citũ. *Sanciæ*. citę. *suspẽdere*, pendere. *securo* Curo *Squalebat*, alebat. *Sollicitat*, citat. *Soluite*, vitæ *sirenæ*, Jrene *pax vẽtis dare vela secundis*, vndis. *officia & opera Seruilia*, vilia. *Soluere*, vere. *Vespero surgẽte*, vrgente. *sacraras*, raras, aras *Quicquid triste animis Secludite* Ludite. *ad thalamos sponsum nouus incitat ignis Insolitus sacer*, acer. *Ortus Titan super ingerit*, ingerit. *sparsit*, arsit. *Quomodo Christus Patris iram sedabat*, Sedabat. *Sublucẽt*, Lucẽt. *Succenset*, censet. *vento surgente*, vrgẽte. *Subsidere*, sidere. *Somnia vana*, Omnia vana *Sputa*, puta. *scõbris*, vmbris. *scriptis*, cryptis *superastitit*, astitit. *Ast vbi iã patriæ peruentũ ad limina sedis*, Ædis. *Rex ipse silentũ*, lentũ. *Senectus*, nec thus. *Simultas*, multas. *Iuno per superos*, per hos. *Sonantẽ*, nantẽ *Labor supremus*, remus. *Eremita Spagirus*, Irus. *Spira*, Ira. *Subacidus*, acid⁹ *Subagrestis*, agrestis. *Subalbimis*, Albimis *Subamantis*, amantis. *Subcandida*, Candida *Subcrispus*, Crispus. *Subdulcis*, dulcis *Suberro*, erro *Subfrigida*, frigida. *Subornandus*, ornãdus *Subinanis*, inanis. *Subirascor* irascor. *Subluceo*, Luceo. *Subnubila*, nubila. *Subobscenus*, obscæn⁹. *Subpallida*, pallida *Subrideo*, rideo *Subrustica*, rustica. *Subsalsus*, salsus. *Subsido*, sido *Subsimilis*, similis. *Substringo*, stringo ringo. *Subtimeo*, timeo, meo. *Subturpis*, turpis. *Superflua*, perflua. *Superinduit*, induit. *Supersto*, persto. *Superuacuus*, vacuus. *Sustollo*, Tollo. *Subuersus*, versus. *Sonos*, O nos, honos, Ovos. *Cui tales mimeros pandunt sua sacra sorores*, Rores *Laude supersedeo*, sedeo. *Sphæræ*, ære *Sera adiectiuũ Idem substant*. *Spolatum*, Lætũ. *Seuerus*, Verus. *subsistere*, sistere. *sperat*, erat. *succincta*, cincta. *Subducito*, cito. *Sede nomen*, sede *verbum*. *hospes*, hospes, O spes, spes, æs, es. *Semideus*, Deus. *sit adesne, vt montem illum excelsum petam sinæ?* sine *succedere*, Cedere. *Saturnus*, Turnus. *Erebi Sedes*, Ædes. *Senatus*, natus. *Superuacuas*, vacuas, acuas. *senecæ*, nece. *statuta*, tuta *suspenso*, penso. *Ne sedeas*, sed eas. *succurrere*, currere. *secretos*, Rhetos *thalamisne hæc digna secundis?* Vndis. *Quis fuit in causa & Christi funderetur sanguis*, Anguis. *seditio*, ditio. *summus*, sum mus. *Tristia concentu*

funera

funera solor, Olor. *Talentum*, lentum. *Tergeminos*, geminos. *mors truculenta, violenta*, lenta. *Thiara*, ara. *Mare Tyrrenum*, Rhenum. *Trabis*, abis. *Tacitus adiectiuum*. Tacitus *proprium nomen*. *Tricuspide*, cuspide. *Titan*, Jtan? *Tenebrarum*, rarum, harum. *Tullius*, vllius. *Pronus erat Titan, inclinataq; tepebat Hesperium fretum themone*, mone. *Tememinisse*, Dememinisse, *siue ego Nestor ero, siue Titonus*, Onus. *Tangit*, angit. *Quid facit vt iam nulla sit in aëre tempestas?* Æstas, *Turgent*, vrgent. *Tacito*, cito. *Tabellis*, bellis *Tauro*, auro. *Teneris*, æris, eris. *Tridentum*, ridendum. *Puniceis ibant cuncti tempora tænis*, Cathenis. *Tyrannus*, annus. *Pœnis truculentis*, lentis. *Turbatos*, athos. *Testamenti*, menti. *Tardet*, ardet. *Terror*, error. *Toletum*, Lætum, Lethum. *Franciscus cæli iam viuit in arce Toletus* Olætus. *Tunica*, vnica *Tholosa*, Dolosa. *Terrarum*, rarum. *Thoro*, Oro. *Terras*, erras *Tegebat*, egebat. *Treuiros*, *Viros Tibi*, ibi. *Tenebis*, ne bis. *Sene?* tene. *Virus*, Jrus. *Viscera*, cera, sera *Vulcamus*, camus. *Valentis*, alentis *Volucrum*, Lucrum. *Velocius*, ocyus. *Victores*, Victor es. *Vestæ*, vestæ, este. *Gurges violentus*, Lentus. *Videris*, eris. *Vrbis amæne*, Mene? *Vespasianus*, anus. *Vacuis*, acuis. *Victus*, Ictus. *Deficiũt vires*, Ires, res *Vesperus*, hesperus. *Viros*, Jros. *Vaniloquos*, O quos. *vobis* O bis. *virtutis*, Turis *fagi vmbrosæ*, rosæ. *Vespera*, Spera. *Vindex*, Index *valemus*, alemus. *Verbis*, bis. *Hei vereor*, reor. *à quo vate?* à te. *Nestoreos annos dignus vir viuere*, Vere. *Cuspidinis Cuspide victus*, Ictus. *nunquid via vilior ipsa vita?* Jta *Veneris*, æris. *Arbores viridantes*, dantes. *Voraro*, raro. *Victima*, tima. *Vrbini*, bini. *Vitandum*, dandum. *veteris*, teris. *Venetos*, Henetos *Volebat* olebat.

FINIS.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0030414